37
44 E
10
pr 3035

SANCTI PATRIS NOSTRI,

JOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

DIVERSI TRACTATUS ET EPISTOLÆ.

Tomus Quartus.

CATALOGUS OPERUM S. JOANNIS CHRYSOSTOMI, QUÆ HOC QUARTO VOLUMINE CONTINENTUR.

DE Sacerdotio Libri ſex. Germ. Brixio Interprete. - - - Pag. 1.
De compunctione cordis ad Demetrium, liber I. incerto interprete. - 98
De compunctione cordis ad Stelechium libri II. incerto interpr. - 121
De providentia Dei ad Stagirium monachum libri III. incerto interpr. - - 137
Quod regulares fœminæ viris cohabitare non debent, incerto interpr. - 225
In eos qui ſorores adoptivas habent, incerto interpr. - - - 247
De Virginitate liber I. Joanne Liuineo Gandenſi interpr. - - 275
Adverſus vitæ monaſticæ vituperatores libri III. Ambroſio Camaldulenſi interpr. 335
Comparatio Regis & Monachi, libellus, Germano Brixio interpr. - - 449
Ad viduam juniorem. Flaminio Nobilio interprete. - - - 456
Ad eandem de conjugio non iterando, eodem interpr. - - - 469
In Eutropium Eunuchum ſermo Sigiſm. Gelenio interpr. - - 481
De pœnitentia homilia tertia Godef. Tilmanno interpr. - - 487
Quod nemo læditur niſi à ſeipſo, docto quodam viro interprete. - - 498
Liturgia ſive Miſſa Deſ. Eraſmo interprete - - - - - - 522
Ad Theodorum lapſum, Parænefes duæ, incerto interpr. - - - 545
Quum Presbyter eſſet deſignatus ſermo, incerto interpr. - - - 834
Antequam iret in exilium ſermo, Godef. Tilmanno interpr. - - 842
Poſt reditum ab exilio ſermo, eodem interpret. - - - - - 848
Ad Innocentium Epiſcopum Romanum Epiſtola I. incerto interpr. - - 593
Ad eundem Epiſtol. II. - - - - - - - - 598
Ad Epiſcopos in carcere incluſos. - - - - - - - 600
Ad Olympiadem & diverſos alios Epiſtolæ CLXXIII. Jacobo Billio interpr. 603
Ad diverſos Epiſtolæ LXIX. nunc primum in lucem editæ, Frontone Ducæo Interpr. 794

Nomina eorum, ad quos epiſtolæ omnes numero CCXLV. ſunt miſſæ.

ACacio Presbytero epiſtola 208
Aëtio - - - - - - 196
Adoliæ - - 33. 52. 57. 133. 179. 231.
Agapeto - - - 20. 73. 175.
Alexandro Epiſcopo - - 164.
Alphio - - - - 21. 35. 49. 72.
Alypio - - - - 186.
Amprucliæ diaconiſſæ - - 96. 103. 191.
Anatolio Epiſcopo - - 111. 205.
Anthemio - - - - 147.
Antiocheno - - - - 233.
Antiocho - - - - 189.
Anyſio Epiſc. - - - 162. 163.
Aphthonio - - 70. 93.
Arabio - - - 48. 121.
Artemidoro - - - - 177.
Aſello Epiſc. - - - 151.
Aſyncritiæ - - 40. 77. 99. 106. 192.
Aurelio Epiſcopo - - 149.
Baſilio Presbytero - - - 28.
Baſſianæ - - - 43.
Baſſo Epiſcopo - - - 110.
Briſoni - - - 190.
Calliſtrato - - - 200.
Candidiano - - - 42.
Carteriæ - 18. 34. 227. 233.
Carterio Præſidi - - - 236.
Caſto & Valerio, &c. 22. 62. 66. 107. 130. 222. 240.
Chalcidiæ - 29. 39. 60. 76. 98. 105. 242.
Chromatio Aquilejenſi - - 155.
Claudiano - - - 195.
Conſtantio presbytero - - 221. 225.
Eidem dictatæ, ſive ejuſdem nomine miſſæ. 237. 238.
Cyriaco Epiſcopo - - 64. 125. 148. 202.

Cyriaco Epiſcopo - - 64. 125. 148. 202
Cyriaco Presbytero - - - - - 241
Cytherio - - - - - 82
Danieli - - - - - - - 199
Diogeni - - - - 50. 51. 134. 144.
Domno Epiſcopo - - - 27
Elpidio Epiſcopo - 25. 114. 131. 138. 142. 230
Epiſcopis - - 152. 153. 154. 156. 181
Epiſcopis in carcere incluſis 118. 147. & pag. 685
Epiſcopis qui ab Occidente venerant - 157. 158. 159
Epiſcopis, qui cum Occidentalibus venerant 165. 166. 167
Epiſcopo qui ab Occidente venerat - - 160
Evethio - - - - - 173
Eulogio - - - - - - - 87
Euthaliæ - - - - - - 32. 178
Euthymio Presbytero - - - - 218
Fauſtino - - - - - - 84
Firmino - - - - 80
Gaudentio Brixiano Epiſcopo - - 184
Gemello - - - - 79. 124. 132. 194
Gerontio presbytero - - - - 54
Harmatio - - - - - - - - 75
Helladio - - - - - - - - 172
Heortio Epiſc. - - - - - 30
Herculio - - - - - - - 201
Heſychio - - - - 14. 74. 176. 183. 198. 223
Hymnetio Archiatro - - - - 38. 81
Hypatio presbytero - - - - - 97. 180
Innocentio Epiſc. Rom. pag. - - 677. & 683
Joanni Epiſc. Hieroſolym. - - - - 88
Italicæ - - - - - - - - 170
Julianæ - - - - - - - 169
Leontio - - - - - - 83
Lucio Epiſc. - - - - - 85
Magno Epiſc. - - - - - 26
Malcho - - - - - - 71
Marcellino - - - - - - 31. 188
Marciano - - 19. 65. 100. 122. 129. 224. 226
Mari - - - - - - 86
Mariano - - - - - - - 128
Maroni presbyt. - - - - - - 36
Maximo - - - - - 150
Monachis Gotthis - - - - - 207
Montio - - - - - - 171
Moyſi Epiſc. - - - - - 90
Moyſi presbytero - - - - - - 92
Muſonio - - - - - - 216
Namreæ - - - - - 47
Nicolao Presbyt. - - - - 53. 69. 145
Olympiadi 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17
Pæanio - - - - 95. 193. 204. 220
Palladio - - - - - 113
Pelagio presbyt. - - - - - 215
Pentadiæ - - - - 94. 104. 185
Philippo presbyt. - - - - - 213
Phœniciæ presbyteris - - - - 123
Polybio - - - - - 127. 143
Prophyrio - - - - - 71
Probæ Romanæ - - - - 168
Procopio - - - - - - 187
Romanis Presbyteris - - - - 161
Romano presbytero - - - - 23. 78. 91
Romulo & Byzo - - - - 56
Rufino Epiſc. - - - - - 46. 109
Rufino presbyt. - - - - - - 126
Salvioni - - - - - 209
Saluſtio - - - - - - 203
Sebaſtiano presbyt. - - - - 214
Severæ - - - - - - - 219
Severinæ - - - - Ibidem.
Severo presbyt. - - - - - 101
Studio Præfecto - - - - 197
Symeoni - - - - - - 55
Symmacho - - - - - - - 45
Theodoræ - - - - - 117. 120
Theodoro - - - - - - 210
Theodoro Epiſc. - - - - 112
Theodoro Conſulari - - - 139. 141.
Theodoro medico - - - - - 2. 8
Theodoſio Epiſc. - - - - - 89
Theodoſio ex Ducibus - - - - 58
Theodoto Diacono - 44. 59. 67. 68. 135. 137. 140
Theodoto ex Conſularibus - - 61. 141
Theodoto Lectori - - - - 102. 136
Theodoto presbytero - - - - 146
Theodulo diacono - - - - - 206
Theophilo presbytero - - 115. 119. 212
Timotheo presbytero - - - - 211
Tranquillino Epiſc. - - - - 37. 63
Valentino - - - - - 41. 116. 217
Valerio & Diophanto - - - - 239.
Venerio Mediolanenſi - - - - 182.
Urbicio - - - - - - 108

HÆC INSUNT
libro primo.

I. Baſilius omnibus amicis Chryſoſtomi antecellit.
II. Concordia Baſilii & Chryſoſtomi & communis omnium rerum disquiſitio
III. Statera inæqualis, cum vita monaſtica perſequenda eſſet.
IV. Propoſitum communis habitationis utriusque.
V. Matris blanditiæ.
VI. Fraus, qua uſus eſt in ordinatione Chryſoſtomus.
VII. Baſilii accuſatio modeſta & ingenua.
VIII. Chryſoſtomi defenſio cum reprehenſione conjuncta.
IX. Magna utilitas opportunæ fraudis : theſis & locus communis.

ΤΑ ΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ
α' λόγῳ.

α'. Βασίλειος ὁ πάντας τοὺς τοῦ Χρυσοστόμου φίλους ὑπερβαλλόμενος.
β'. Ἡ ὁμόνοια Βασιλείου καὶ Χρυσοστόμου, καὶ συζήτησις περὶ πάντων.
γ'. Ὁ ζυγὸς ἄνισος ἐν τῇ τοῦ μοναστικοῦ βίου μεταδιώξει.
δ'. Ἡ πρόθεσις περὶ κοινῆς οἰκήσεως ἀμφοτέρων.
ε'. Αἱ τῆς μητρὸς ἐπῳδαί.
ς'. Ἡ ἀπάτη Χρυσοστόμου, ᾗ ἐχρήσατο ἐν τῇ χειροτονίᾳ.
ζ'. Βασιλείου κατηγορία ἐπιεικὴς καὶ ἀφελής.
η'. Χρυσοστόμου ἀπολογία ἀντιλυπητική.
θ'. Ἀπάτης εὐκαίρου μέγα κέρδος· θέσις καὶ κοινὸς τόπος.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ ΛΟΓΟΣ Α΄.

Sanctì Patris noſtri

JOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI DE SACERDOTIO LIBER PRIMUS.

Ex interpretatione GERMANI BRIXII *Altiſsiodorenſis aucta, recognita, & emendata à* FRONTONE DUCÆO.

Ἐμοὶ πολλοὶ μὲν ἐγένοντο φίλοι, γνήσιοί τε καὶ ἀληθεῖς, A καὶ τοὺς τῆς φιλίας νόμους καὶ εἰδότες, καὶ φυλάττοντες ἀκριβῶς· εἷς δὲ ἦν τούτων ἐκ τῶν πολλῶν, ἅπαντας αὐτοὺς ὑπερβαλλόμενος τῇ πρὸς ἡμᾶς φιλίᾳ, τοσοῦτον ἐφιλονείκησεν ἀφεῖναι κατόπιν αὐτοὺς, ὅσον ἐκεῖνοι τοὺς ἁπλῶς πρὸς ἡμᾶς διακειμένους. Οὗτος τῶν ἅπαντά μοι τὸν χρόνον παρηκολουθηκότων ἦν· καὶ γὰρ μαθημάτων ἡψάμεθα τῶν αὐτῶν, καὶ διδασκάλοις ἐχρησάμεθα τοῖς αὐτοῖς. Ἦν δὲ ἡμῖν καὶ προθυμία καὶ σπουδὴ περὶ τοὺς B λόγους, οὓς ἐπονούμεθα, μία· ἐπιθυμία τε ἴση, καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν ἦν τικτομένη πραγμάτων. Οὐ γὰρ ὅτε εἰς διδασκάλους μόνον ἐφοιτῶμεν, ἀλλὰ καὶ ἡνίκα ἐκεῖθεν ἐξελθόντας βουλεύσασθαι ἔδει, ὁποίαν ἑλέσθαι τοῦ βίου βέλτιον ἡμῖν ὁδόν· καὶ ἐνταῦθα ὁμογνωμονοῦντες ἐφαινόμεθα. Καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις ἡμῖν τὴν ὁμόνοιαν ταύτην ἐφύλαττεν ἀρραγῆ καὶ βεβαίαν. Οὔτε γὰρ ἐπὶ πατρίδος μεγέθει ἕτερος ἑτέρου C μᾶλλον φρονεῖν εἶχεν· οὔτε ἐμοὶ μὲν πλοῦτος ὑπέρογκος ἦν, ἐκεῖνος δὲ ἐσχάτῃ συνέζη πενίᾳ· ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς οὐσίας μέτρον, τὸ τῆς προαιρέσεως ἰσοστάσιον ἐμιμεῖτο· καὶ γένος δὲ ἡμῖν ὁμότιμον ἦν, καὶ πάντα τῇ γνώμῃ συνέτρεχεν. Ἐπειδὴ δὲ ἔδει τὸν μακάριον τὸν τῶν μοναχῶν μεταδιώκειν βίον, καὶ τὴν φιλοσοφίαν τὴν ἀληθῆ· καὶ οὐκέτι ἡμῖν ὁ ζυγὸς οὗτος ἴσος ἦν· ἀλλ' ἡ μὲν ἐκείνου πλάστιγξ ἐκουφίζετο μετέωρος· ἐγὼ δὲ ἔτι τοῦ κόσμου πεπε- D δημένος ἐπιθυμίαις, καθεῖλκον τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ ἐβιαζόμην κάτω μένειν, νεωτερικαῖς αὐτὴν ἐπιβρίθων φαντασίαις· ἐνταῦθα λοιπὸν ἡ μὲν φιλία βέβαιος ἔμενεν ἡμῖν, καθάπερ καὶ πρότερον· ἡ δὲ συνουσία διεκέκοπτο. Οὐ γὰρ ἦν τοὺς μὴ περὶ ταὐτὰ σπουδάζοντας, κοινὰς ποιεῖσθαι τὰς διατριβάς. Ὡς δέ ποτε καὶ αὐτὸς μικρὸν ἀνέκυψα τοῦ βιωτικοῦ κλύδωνος, δέχεται μὲν ἡμᾶς ἀμφοτέρω τὼ χεῖρε προτείνας· τὴν δὲ ἰσότητα E οὐδὲ οὕτως ἰσχύσαμεν φυλάξαι τὴν προτέραν· καὶ γὰρ τῷ χρόνῳ φθάσας ἡμᾶς, καὶ πολλὴν τὴν σφοδρότητα ἐπιδειξάμενος, ἀνωτέρω πάλιν ἡμῶν ἐφέρετο, καὶ εἰς ὕψος ἤρετο μέγα. Πλὴν ἀλλ' ἀγαθός τε ὢν, καὶ πολλοῦ τὴν ἡμετέραν τιμώμενος φιλίαν, ἁπάντων ἑαυτὸν ἀποστήσας τῶν ἄλλων, ἡμῖν τὸν ἅπαντα χρόνον συνῆν. Ἐπιθυμῶν μὲν τούτου καὶ πρότερον· ὅπερ δὲ ἔφην, ὑπὸ τῆς ἡμετέρας κωλυόμενος ῥᾳθυμίας. Οὐ γὰρ ἦν τὸν δικαστηρίῳ A προσεδρεύοντα, καὶ περὶ τὰς ἐν τῇ σκηνῇ τέρψεις ἐπτοημένον, συγγίνεσθαι πολλάκις τῷ βιβλίοις προσηλωμένῳ, καὶ μηδὲ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλόντι ποτέ. Διὰ τοῦτο πρότερον διειργόμενος, ἐπειδή ποτε ἡμᾶς ἔλαβεν εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ βίου κατάστασιν· ἀθρόως, ἣν πάλαι ὤδινεν ἐπιθυμίαν, ἀπέτεκε τότε· καὶ οὐδὲ τὸ βραχύτατον τῆς ἡμέρας ἡμᾶς ἀπολιμπάνειν ἠνείχετο μέρος. Διετέλει τε παρακαλῶν, ἵνα τὴν οἰκίαν ἀφέντες ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ, κοινὴν ἀμφότεροι τὴν οἴκησιν ἔχωμεν· καὶ ἔπεισέ γε, καὶ τὸ πρᾶγμα ἦν ἐν χερσίν. B Ἀλλά με αἱ συνεχεῖς τῆς μητρὸς ἐπῳδαὶ διεκώλυσαν δοῦναι ταύτην ἐκείνῳ τὴν χάριν, μᾶλλον δὲ λαβεῖν ταύτην παρ' ἐκείνου τὴν δωρεάν. Ἐπειδὴ γὰρ ᾔσθετο ταῦτα βουλευόμενον, λαβοῦσά με τῆς δεξιᾶς, εἰσήγαγεν εἰς τὸν ἀποτεταγμένον οἶκον αὐτῇ· καὶ καθίσασα πλησίον ἐπὶ τῆς εὐνῆς, ἧς ἡμᾶς ὤδινε, πηγάς τε ἠφίει δακρύων, καὶ τῶν δακρύων ἐλεεινότερα προστέθη τὰ ῥήματα, τοιαῦτα πρὸς ἡμᾶς ἀποδυρομένη. Ἐγὼ, παιδίον, φησὶ, τῆς ἀρετῆς τοῦ πατρὸς τοῦ σοῦ C οὐκ ἀφέθην ἀπολαῦσαι ἐπὶ πολύ. τῷ Θεῷ τοῦτο δοκοῦν.

Fuere mihi olim amici complures, iidemq; veri & germani, ac qui amicitiæ leges tum exactè intelligerent, tum diligenter ſervarent. Horum complurium in numero unus quidam eximia erga nos charitate ac benevolentia, ita illos exuperare ſtuduit, ut omnes tanto poſt ſe intervallo ipſe relinqueret, quanto illi reliquos alios à quibus utcunque amaret, reliquiſſent. Hic idem, ex iis erat, qui lateri meo perpetuò aſſiderent. Etenim cum earundem diſciplinarum ſacris initiati fuimus, tum etiam præceptoribus iiſdem operam uterque dedimus: erat & nobis eadem animi propenſio: erat ſtudium par in illas ipſas, in quibus verſabamur, literas: præterea idem deſiderium & iiſdem è rebus natum. Neq; enim ſolũ quo tempore ad magiſtros ſcholaſque condiſcipuli ventitaremus; ſed etiam, quum illinc egreſſos, conſilium jam inire oporteret, quam tandem præſtaret reliquæ nobis vitæ viam tenere: & hic quoque eadem in nobis animorum conſpiratio; eadem concordia apparebat. Erant & alia item, quæ voluntatum noſtrarum convenientiam hanc, conſtantem inconcuſſamq; ſervarent. Neq; enim ob patriæ amplitudinem claritatemque alter altero ſeſe plus efferre ac venditare poterat: neq; ego ſumma divitiarum copia abundabam: ille contra, extrema premebatur paupertate: quinimò facultatũm noſtrarum modum, conſiliorum paritas ac ſtudiorum æquabilitas æmulabatur. Adde quod & nobis idem generis honos ac ſplendor: ut nihil non concurreret ad voluntatum, ſtudiorum, & ſententiarũ conſenſionem. Poſteà verò quam eò à nobis ventum eſt, ut jam oporteret monaſticam vitam, beatam illam quidem ac felicem, perſequi, ac veræ philoſophiæ ſtudiis inhærere: jam non hæc erat nobis par eademque ſtatera: nam illius quidem lanx ſublimis, ut quæ levior eſſet, ferebatur: egò verò humanarum rerum cupiditatibus etiamnum abundans, meam lancem deprimens, propendere cogebam, juvenilibus eam aggravans cogitationibus. Hic amicitia quidem noſtra conſtans ſtetit, ut & ante hac: at conſuetudo dirempta: neq; enim dabatur, ut qui haud in iiſdem amplius verſarentur ſtudiis, communes inter ſe congreſſus haberent. Cæterùm ubi & ipſe paululum caput à vitæ hujus tempeſtate exerui, hic nos ambabus ille manibus porrectis excepit. Sed tamen ne ſic quidem priſtinam inter nos æquabilitatem retinere quivimus. Etenim quum nos ille tempore antevertiſſet, tum autem vehementiam ſtudiumque ad id non modicum attuliſſet, rurſus meipſo ſublimior ferebatur in altum admodum ſublatus: idem tamen bonitate ſua, & quod amicitiam noſtram magni faceret, à cæterorum omnium contubernio ſeſe abducens, aſſiduus nobiſcum erat: id quod ante hac deſideraverat; ſed quòd dixi, ab animi noſtri languore prohibitus, aſſequi minimè potuerat. Nam qui fieri poſſet, ut qui continenter judiciis ac foro interellem, ac ſcenæ oblectamenta attonitus ſectarer, frequenti uti poſſem conſuetudine ejus, qui nonniſi libris affixus in forum nunquam ventitaret? Quocirca quum id illi per nos prius nequaquam licuiſſet, ubi primum factum eſt, ut me in communem ſecum vitæ conditionem acciperet, tum demum, quod jampridem deſiderium parturiebat, confeſtim peperit: ac ne breviſſimam quidem diei partem à nobis abſens fieri ſuſtinuit, nunquam non adhortans, ut domo uterque ſua relicta, unà habitaremus, atque id quidem perſuaſit: jamque ea res nobis in manibus erat. At verò aſſiduæ matris illecebræ obſtiterunt, quo minus hac ego illum gratia demererer, ſeu potius quo minus id beneficii illi deberem. Etenim ubi illa odorata eſt, id me conſilii inire, dextra apprehenſum introduxit in peculiare ſibi cubiculum. Hic illa quum me ſibi aſſidere voluiſſet, ſuper eum lectum, in quo me enixa fuerat, in lachrymarum fontes prorupit, verba etiamnum adjiciens, quæ me plus lachrymis illis omnibus ad miſericordiam pertraherent. Porrò ejus quidem lamenta ejuſmodi fuere: Patris tui virtute ac præſtantia, fili, me haud ita multum temporis frui numen permiſit:

De ſtudio vitæ monaſticæ.

CAP. II. De matris blanditiis.

Matris oratio.

utpote cujus mors dolores eos, quos in te pariendo paſſa ſum, continuò exceperit, ac tibi orbitatem, mihi viduitatem attulerit intempeſtivam: ut ſileam viduitatis ipſius mala, ærumnas, incommoda, quæ quidem ſolæ animo complecti rectè queant, quas cōtigerit ea ipſa perpeti. Nullius enim ſermo, nullius oratio par eſſe poſſit enarrandæ tempeſtati ac turbulentiæ illi, quam ſubire oportet puellam, quæ ipſa etiamdum rudis, rerumq; humanarum expers ſimul atque paternam domum reliquerit, derepentè immenſorum dolorum facibus æſtuans, curam ſollicitudinemque ætate ac ſexu ſuperiorem ſuſtinere cogatur: quam videlicet neceſſe eſt ſervorum ignavias emendantem, eorundem maleficia obſervare, cognatorum propulſare inſidias, publicanorum moleſtias, & quam illi, dum eis tributa numerantur, immanitatem exercere ſolent, forti generoſoque animo ferre. Proinde quum decedit pater, relicta à ſe prole, ſi fortè fœmina ea eſt, magnam vel ſic matri curam exhibet; ſed tamen hoc ipſo tolerabilem, quòd illius educatio tum impenſa caret, tum etiam formidine vacat. At maſculus à patre relictus, matris animum in dies ſingulos immenſa formidine, tum permultis complet ſollicitudinibus, ut nihil hic agam de ſumptu, deque impenſa, quam multam tolerare cogitur mater, quæ adlaborat, ut maſculus ille liberaliter educetur. Quarum rerum omnium nulla me tamen permovit, ut nuptiis iteratis ſponſum alterum in patris tui ædes inducerem: quin potius in æſtu illo, in fluctuatione ac turbine perſeverans, cœleſtis gratiæ ſuppetiis in primis adjuta, ferream illam viduitatis fornacem nulla ex parte refugi: quum mihi inter eas ipſas ærumnas atque incommoda ſolatio eſſet non modico, quòd vultum iſtum aſſiduè ſpectare, inque eo tanquam vitalem defuncti mariti imaginem, veriſque ac certiſſimis characteribus expreſſam mihi aſſervare daretur. Quo nomine puerulus quum adhuc eſſes, needum fandi gnarus, qua potiſſimum ætate maximam liberorum ſuorum voluptatem parentes ſentiunt, magno certè mihi ſolatio, magnæ jucunditati fuiſti. Atqui ne id quidem mecum expoſtulare poſſis, quòd nos viduitatis quidem conditionem perpeſſæ fortiter ſimus, ſed viduitatis ejuſdem anguſtiis coarctatæ paternas tibi imminuerimus facultates: id quod infelicibus orphanis permultis uſu veniſſe ſcio. Si quidem patrimonium tibi nulla non parte ſalvum integrumque ſervavi. quum tamen nihil etiam prætermiſerim ſumptuum eorum, qui tibi nominis iſtius exiſtimationem aliquam parare poſſent, quos ſumptus ſuffeci ex meo peculio, hoc eſt ex iis pecuniis, quas mecum domo paterna attuleram. Neque verò exiſtimare te velim, exprobrandi gratia hæc nunc à me dici: pro rebus his omnibus unam abs te gratiam peto, ne viduitate altera involvas, ne luctum jam ſopitum rurſus exſuſcites: obitus hujus diem potius expectato: hinc paulò poſt nobis fortaſſe emigrandum. Nam ut, qui juvenes ſunt, ad longæ ſenectutis annos accedant, ſperare quidem liceat: qui autem jam conſenuimus, quid tandem aliud, quam mortem jamjam adventantem præſtolamur? Itaque ubi corpus hoc à te ſepulium cum patris tui oſſibus conjunxeris, dum demum fili longas profectiones ſuſcipito, & quodcunque æquor collibitum fuerit, emetitor, per me licet, nemo tunc prohibiturus eſt. Cæterùm tantiſper dum ſpiramus, contubernium convictumque hunc noſtrum tolerato, Dei offenſionem fruſtra ac temerè ne incurrito, neve committito, ut matrem nihil commeritam tam multis involvas incommodis: qui ſi fortè criminari potes, quod in mundanas moleſtias pertractum, rerum tuarum curam temet gerere cogam: te non jam naturæ leges moveant, non educationis conſuetudiniſque jura tangant, denique nulla te res alia impediat, quò minus nos ſtatim inſidiatorum atque hoſtium loco habeas, vitato etiam contubernio noſtro. Sin verò nihil non agimus, ut tu facilè altoque in otio poſſis vitæ hujus uſura frui: ſi minus aliud vinculum, certè hoc unum te apud nos detineat: nam ut te à ſexcentis amari dicas, nemo certè fuerit, qui tibi tanta in libertate vivere concedat: quum & neminem eſſe putem, cui nominis iſtius exiſtimatio æquè ac mihi uni chara eſſe poſſit. Hæc & his longè plura matris ad me monita erant: quæ quum amico illi verè magnanimo ac generoſo recitaſſem, tantum abſuit, ut iis ipſe moveretur, ut acrius etiam inſtaret, eadem à me, quæ & antea efflagitans.

CAP. III. De fraude qua uſus eſt in ordinatione.

Hæc cùm inter nos verſaremus, remque ille aſſiduis urgeret precibus, me interim nihil annuente, ecce exortus de repente rumor quidam noſtrum utriuſque animum commovit: percrebuerat autem, fore, ut ad Epiſcopatus dignitatem uterque perduceremur. Quo ad me rumore perlato, hinc formidine, hinc hæſitantia perculſus ſum: formidine, ne fortè vel invitus eò ipſe raperer: hæſitantia, cum identidem animo verſarem, undenam in illorum patrum animos obrepſiſſet, ut de nobis tale quiddam cogitarent. Nam mihi quidem ingenii mei vires circumſpicienti non ſuccurrebat quicquam quod honorem illum mereretur. Generoſo autem vir ille animo ad me quum adiiſſet, ſemotiſque arbitris mecum rem totam communicaſſet, ratus nondum me quicquam de ea audiiſſe,

A τὰς γὰρ ὠδῖνας τὰς ἐπὶ σοὶ διαδεξάμενος ὁ θάνατος ἐκείνου,
σοὶ μὲν ὀρφανίαν, ἐμοὶ δὲ χηρείαν ἐπέστησεν ἄωρον, καὶ τὰ τῆς χηρείας δεινά, ἃ μόναι αἱ παθοῦσαι δύναιντ' ἂν εἰδέναι καλῶς. λόγος γὰρ οὐδεὶς ἂν ἐφίκοιτο τοῦ χειμῶνος ἐκείνου καὶ τοῦ κλύδωνος, ὃν ὑφίσταται κόρη, ἄρτι μὲν τῆς πατρῴας οἰκίας προελθοῦσα, καὶ πραγμάτων ἄπειρος οὖσα· ἐξαίφνης δὲ πένθει τε ἀφορήτῳ βαλλομένη, καὶ ἀναγκαζομένη φροντίδος καὶ τῆς ἡλικίας καὶ τῆς
B φύσεως ἀνέχεσθαι μείζονος. δεῖ γάρ, οἶμαι, ῥαθυμίας τε οἰκετῶν ἐπιστρέφειν, καὶ κακουργίας παρατηρεῖν, συγγενῶν ἀποκρούεσθαι ἐπιβουλάς, τῶν τὰ δημόσια εἰσπραττόντων τὰς ἐπηρείας, καὶ τὴν ἀπήνειαν ἐν ταῖς τῶν εἰσφορῶν καταβολαῖς φέρειν γενναίως. εἰ δὲ καὶ παιδίον καταλιπὼν ὁ τεθνεὼς ἀπέλθῃ· θῆλυ μὲν ὄν, πολλὴν καὶ οὕτω παρέξει τῇ μητρὶ τὴν φροντίδα, ὅμως δὲ καὶ ἀναλωμάτων καὶ δέους ἀπηλλαγμένην. ὁ δὲ υἱὸς μυρίων αὐτὴν φόβων καθ'
C ἑκάστην ἐμπίπλησι [φόβων] τὴν ἡμέραν, καὶ πλειόνων φροντίδων. τὴν γὰρ τῶν χρημάτων ἐῶ δαπάνην, ὅσην ὑπομένειν ἀναγκάζεται, ἐλευθερίως αὐτὸν θρέψαι ἐπιθυμοῦσα. ἀλλ' ὅμως οὐδὲν με τούτων ἔπεισε δευτέροις ὁμιλῆσαι γάμοις, οὐδὲ ἕτερον ἐπεισαγαγεῖν νυμφίον τῇ τοῦ πατρὸς οἰκίᾳ τοῦ σοῦ· ἀλλ' ἔμενον ἐν τῇ ζάλῃ καὶ τῷ θορύβῳ, καὶ τὴν σιδηρᾶν τῆς χηρείας οὐκ ἔφυγον κάμινον, πρῶτον μὲν ὑπὸ τῆς ἄνωθεν βοηθουμένη ῥοπῆς. ἔφερε
D δέ μοι παραμυθίαν οὐ μικρὰν τῶν δεινῶν ἐκείνων, καὶ τὸ συνεχῶς τὴν σὴν ὄψιν ὁρᾷν, καὶ εἰκόνα μοι τοῦ τετελευτηκότος φυλάττεσθαι ἔμψυχον, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀπηκριβωμένην καλῶς. διὰ τοῦτο καὶ ἔτι νήπιος ὤν, καὶ μὴ φθέγγεσθαί πω μαθών, ὅτε μάλιστα τέρπουσι τοὺς τεκόντας οἱ παῖδες, πολλήν μοι παρεῖχες τὴν παράκλησιν. καὶ μὴν οὐδὲ ἐκεῖνό γ' ἂν ἔχοις εἰπεῖν καὶ αἰτιάσασθαι, ὅτι τὴν μὲν χηρείαν γενναίως ἠνέγκαμεν, τὴν δὲ οὐσίαν
E σοι τὴν πατρῴαν ἠλαττώσαμεν, διὰ τὴν τῆς χηρείας ἀνάγκην· ὅπερ πολλοὺς τῶν ὀρφανίᾳ δυστυχησάντων οἶδα παθόντας ἐγώ. καὶ γὰρ καὶ ταύτην ἀκέραιον ἐφύλαξα πᾶσαν· καὶ τῶν ὀφειλόντων εἰς τὴν εὐδοκίμησιν δαπανηθῆναι τὴν σὴν, οὐκ ἔλιπον οὐδέν, ἐκ τῶν ἐμαυτῆς, καὶ ὧν ἦλθον οἴκοθεν ἔχουσα δαπανῶσα χρημάτων. καὶ μή τι νομίσῃς ὀνειδίζουσάν με ταῦτα λέγειν νῦν. ἀλλ' ἀντὶ πάντων σε τούτων μίαν αἰτῶ χάριν, μή με δευτέρᾳ χηρείᾳ περιβαλεῖν, μηδὲ τὸ κοιμηθὲν ἤδη πένθος ἀνάψαι πάλιν· ἀλ-
A λὰ περίμεινον τὴν ἐμὴν τελευτήν, ἴσως μετὰ μικρὸν ἀπελεύσομαι χρόνον. τοὺς μὲν γὰρ νέους ἐλπὶς καὶ εἰς γῆρας ἥξειν μακρόν· οἱ δὲ γεγηρακότες ἡμεῖς οὐδὲν ἕτερον, ἢ τὸν θάνατον ἀναμένομεν. ὅταν οὖν με τῇ γῇ παραδῷς, καὶ τοῖς ὀστέοις τοῦ πατρὸς ἀναμίξῃς τοῦ σοῦ, στέλλου μακρὰς ἀποδημίας, καὶ πλέε θάλατταν ἣν ἂν ἐθέλῃς· τότε ὁ κωλύσων οὐδείς. ἕως δ' ἂν ἐμπνέωμεν, ἀνάσχου τῆς μεθ' ἡμῶν οἰκήσεως· μὴ δὴ προσκρούσῃς τῷ Θεῷ μάτην καὶ εἰκῇ,
B τοσούτοις ἡμᾶς περιβάλλων κακοῖς, ἠδικηκότας οὐδέν. εἰ μὲν γὰρ ἔχεις ἐγκαλεῖν, ὅτι σε εἰς βιωτικὰς περιέλκω φροντίδας, καὶ τῶν πραγμάτων ἀναγκάζω προεστάναι τῶν σῶν· μὴ τοὺς τῆς φύσεως νόμους, μὴ τὴν ἀνατροφήν, μὴ τὴν συνήθειαν, μηδὲ ἄλλο μηδὲν αἰδεσθῇς, ἀλλ' ὡς ἐπιβούλους φεῦγε καὶ πολεμίους. εἰ δὲ ἅπαντα πράττομεν, ὥστε πολλήν σοι παρασκευάσαι σχολὴν εἰς τὴν τοῦ βίου τούτου πορείαν, εἰ καὶ μηδὲν ἕτερον, οὗτος γοῦν κατεχέτω
C σε παρ' ἡμῖν ὁ δεσμός. κἂν γὰρ μυρίους σε λέγῃς φιλεῖν, οὐδείς σοι παρέξει τοσαύτης ἀπολαῦσαι ἐλευθερίας· ἐπειδὴ μηδέ ἐστί τις, ὅτῳ μέλει τῆς σῆς εὐδοκιμήσεως ἐξ ἴσης ἐμοί. ταῦτα μὲν καὶ τὰ τούτων πλείονα πρὸς ἐμὲ μὲν ἡ μήτηρ, ἐγὼ δὲ πρὸς τὸν γενναῖον ἔλεγον ἐκεῖνον. ὁ δὲ οὐ μόνον οὐκ ἐδυσωπεῖτο τοῖς ῥήμασι τούτοις· ἀλλὰ καὶ πλέον ἐνέκειτο, τὰ αὐτὰ ἀπαιτῶν, ἅπερ καὶ πρότερον. ἐν τούτῳ δὲ ἡμῶν ὄντων·
D καὶ τοῦ μὲν συνεχῶς ἱκετεύοντος, ἐμοῦ δὲ οὐκ ἐπινεύοντος. ἄφνω τις ἐπιστᾶσα φήμη διετάραξεν ἀμφοτέρους. ἡ δὲ φήμη ἦν, εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἡμᾶς ἀξίωμα μέλλειν προάγεσθαι. Ἐγὼ μὲν οὖν, ἅμα τῷ τὸν λόγον ἀκοῦσαι τοῦτον, δέει τε καὶ ἀπορίᾳ συνειχόμην. δέει μέν, μή ποτε καὶ ἄκων ἁλῶ· ἀπορίᾳ δέ, ζητῶν πολλάκις, πόθεν εἰσῆλθε τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις ἐνθυμηθῆναί τι τοιοῦτο περὶ ἡμῶν. εἰς γὰρ ἐμαυτὸν ἀφορῶν, οὐδὲν εὕρισκον ἔχοντα τῆς τιμῆς ἄξιον ἐκείνης. ὁ δὲ
E γενναῖος οὗτοσί, προσελθών μοι κατ' ἰδίαν, καὶ κοινωσάμενος περὶ τούτων ὡς ἀνηκόῳ γε ὄντι τῆς φήμης.

ἐδεῖτο κἀνταῦθα καὶ πράττοντας καὶ βουλευομένους ὀφθῆναι τὰ αὐτὰ, καθάπερ καὶ πρότερον. ἕψεσθαι γὰρ αὐτὸν ἑτοίμως ἡμῖν, καθ' ὁποτέραν ἂν ἡγώμεθα τῶν ὁδῶν, εἴτε φυγεῖν, εἴτε ἑλέσθαι δέοι. αἰσθόμενος τοίνυν αὐτοῦ τῆς προθυμίας ἐγὼ, καὶ ζημίαν ἡγησάμενος οἴσειν παντὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας, εἰ νέου οὕτως ἀγαθοῦ, καὶ πρὸς τὴν τῶν πολλῶν ἐπίστασιν ἐπιτηδείου, ἀποστεροίην τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀγέλην, διὰ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐμαυτοῦ· οὐκ ἀπεκάλυψα τὴν γνώμην, ἣν εἶχον περὶ τούτων ἐκείνῳ· καίτοι γε μηδέ ποτε πρότερον ἀνασχόμενος λαθεῖν τι τῶν βουλευμάτων αὐτὸν τῶν ἐμῶν. ἀλλ' εἰπὼν δεῖν τὴν ὑπὲρ τούτων βουλὴν εἰς ἕτερον ἀναβάλλεσθαι καιρόν· οὐ γὰρ νῦν οὐδὲν κατεπείγειν· ἔπεισά τε εὐθέως, μηδὲν ὑπὲρ τούτων φροντίζειν· καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ παρεῖχον θαρρεῖν, ὡς ὁμογνωμονήσοντος, εἴ ποτε συμβαίνῃ τοιοῦτόν τι παθεῖν. χρόνου δὲ παρελθόντος οὐ πολλοῦ, καὶ τοῦ μέλλοντος ἡμᾶς χειροτονήσειν ἐλθόντος, καὶ κρυπτομένου μου· αὐτὸς μηδὲν τούτων εἰδὼς, ἄγεται μὲν ὡς ἐφ' ἑτέρᾳ προφάσει· δέχεται δὲ τὸν ζυγὸν, ἐλπίζων ἐξ ὧν ὑπεσχημένος ἤμην αὐτῷ, ἐκεῖ ἡμᾶς πάντως ἕψεσθαι· μᾶλλον δὲ νομίζων ἡμῖν ἀκολουθεῖν. καὶ γάρ τινες τῶν ἐκεῖ παρόντων, ἀγανακτοῦντα πρὸς τὴν σύλληψιν ὁρῶντες, ἠπάτησαν βοῶντες· ὡς ἄτοπον εἴη, τὸν μὲν θρασύτερον εἶναι δοκοῦντα παρὰ πᾶσιν, ἐμὲ λέγοντες, μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιεικείας εἶξαι τῇ τῶν πατέρων κρίσει· ἐκεῖνον δὲ, τὸν πολὺ συνετώτερον καὶ ἐπιεικέστερον, θρασύνεσθαι καὶ κενοδοξεῖν, σκιρτῶντα καὶ ἀποπηδῶντα καὶ ἀντιλέγοντα. τούτοις εἴξας τοῖς ῥήμασιν, ἐπειδὴ ἤκουσεν, ὅτι διέφυγον, εἰσελθὼν πρός με μετὰ πολλῆς τῆς κατηφείας, καθέζεται πλησίον μου. καὶ ἐβούλετο μέν τι καὶ εἰπεῖν· ὑπὸ δὲ τῆς ἀπορίας κατεχόμενος, καὶ λόγῳ παραστῆσαι τὴν βίαν, ἣν ὑπέμεινεν, οὐκ ἔχων, ἅμα τῷ χᾶναι, ἐκωλύετο φθέγξασθαι· τῆς ἀθυμίας, πρὶν ἢ τοὺς ὀδόντας ὑπερβῆναι, διακοπτούσης τὸν λόγον. ὁρῶν τοίνυν ἐγὼ δεδακρυμένον ὄντα, καὶ πολλῆς πεπληρωμένον τῆς ταραχῆς· καὶ τὴν αἰτίαν εἰδὼς· ἐγέλων τε ὑπὸ πολλῆς τῆς ἡδονῆς· καὶ τὴν δεξιὰν κατέχων, ἐβιαζόμην φιλεῖν· καὶ τὸν Θεὸν ἐδόξαζον, ὅτι μοι τὰ τῆς μηχανῆς τέλος ἔσχε καλὸν, καὶ οἷον ηὐχόμην ἀεί. ὡς δὲ εἶδε περιχαρῆ τε ὄντα, καὶ φαιδρόν· καὶ πρότερον ἠπατημένος ὑφ' ἡμῶν ᾔσθετο, καὶ μᾶλλον ἐδάκνετο καὶ ἐδυσχέραινε.

Καί ποτε μικρὸν ἀπ' ἐκείνου καταστὰς τοῦ θορύβου τῆς ψυχῆς· ἀλλ' εἰ καὶ τὸ ἡμέτερον, φησὶ, μέρος διέπτυσας, καὶ λόγον ἡμῶν ἔχεις οὐδένα λοιπόν· ὡς ἔγωγε οὐκ οἶδα ἀνθ' ὅτου· τῆς γοῦν ὑπολήψεως ἔδει σε φροντίσαι τῆς σῆς. νῦν δὲ τὰ πάντων ἀνέῳξας στόματα, καὶ δόξης σε ἐρῶντα κενῆς, τὴν λειτουργίαν ταύτην παραιτῆσθαι λέγουσιν ἅπαντες· ὁ δὲ ἐξαιρησόμενός σε τῆς κατηγορίας ταύτης, οὐκ ἔστιν· ἐμοὶ δὲ οὐδὲ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν ἀνεκτόν· τοσοῦτοι οἱ προσιόντες ἡμῖν, καὶ καθ' ἑκάστην ἐγκαλοῦντες τὴν ἡμέραν. ὅταν γὰρ ἴδωσι φανέντα που τῆς πόλεως, λαβόντες καταμόνας ὅσοι πρὸς ἡμᾶς οἰκείως ἔχουσι, τῷ πλείονί με τῆς κατηγορίας ὑποβάλλουσι μέρει· εἰδότα γὰρ αὐτοῦ τὴν γνώμην φασίν· οὐδὲ γὰρ ἄν σε ἔλαθέ τι τῶν ἐκείνου· οὐκ ἔδει ἀποκρύψασθαι, ἀλλ' ἡμῖν ἀνακοινώσασθαι ἐχρῆν, καὶ πάντως οὐκ ἂν ἠπορήσαμεν πρὸς τὴν ἄγραν μηχανῆς. ἐγὼ δὲ, ὅτι μέν σε οὐκ ᾔδειν ἐκ πολλοῦ ταῦτα βουλευόμενον, αἰσχύνομαι καὶ ἐρυθριῶ πρὸς ἐκείνους εἰπεῖν, μήποτε καὶ ὑπόκρισιν τὴν ἡμετέραν εἶναι νομίσωσι φιλίαν. εἰ γὰρ καὶ ἔστιν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, καὶ οὐδὲ ἂν αὐτὸς ἀρνηθείης, ἐξ ὧν εἰς ἡμᾶς ἔπραξας νῦν. ἀλλὰ τοὺς ἔξωθεν καὶ μετρίαν γοῦν περὶ ἡμῶν ἔχοντας δόξαν, καλὸν τὰ ἡμέτερα κρύπτειν κακά. εἰπεῖν μὲν οὖν πρὸς αὐτοὺς τἀληθὲς, καὶ ὡς ἔχει τὰ καθ' ἡμᾶς, ὀκνῶ· ἀναγκάζομαι δὲ λοιπὸν σιωπᾶν, καὶ κύπτειν εἰς γῆν, καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἐκτρέπεσθαι, καὶ ἀποπηδᾶν. κἂν γὰρ τῆς προτέρας ἐκφύγω καταγνώσεως, ψεύδους ἀνάγκη με κρίνεσθαι λοιπόν. οὐδὲ γὰρ ἐθελήσουσί μοι πιστεῦσαί ποτε, ὅτι καὶ Βασίλειον μετὰ τῶν ἄλλων ἔταξας, οἷς οὐ θέμις εἰδέναι τὰ σά. ἀλλὰ τούτων μὲν οὐ πολύς μοι λόγος, ἐπειδή σοι τοῦτο γέγονεν ἡδύ. τὴν δὲ λοιπὴν πῶς οἴσομεν αἰσχύνην; οἱ μὲν ἀπονοίας, οἱ δὲ φιλοδοξίας σε γράφονται. ὅσοι δέ εἰσιν ἀφειδέστεροι τῶν αἰτιωμένων, ταῦτά τε ἡμῖν ἀμφότερα ἐγκαλοῦσιν ὁμοῦ, καὶ προστιθέασι τὴν εἰς τοὺς τετιμηκότας ὕβριν, δίκαια πεπονθέναι λέγοντες αὐτοὺς, καὶ εἰ μείζονα τούτων ἀτιμασθέντες ἔτυχον παρ' ἡμῶν· οἳ τοσούτους καὶ τηλικούτους ἀφέντες ἄνδρας, μειράκια χθὲς καὶ πρώην, ἔτι ταῖς τοῦ βίου μερίμναις ἐγκαλινδούμενα,

A obſecrabat, ut quemadmodum antea ſemper apparuiſſet, ita etiam
nunc appareret, nos ambos eorundem factorum conſiliorumque ra-
tionem hac in re ſequi velle: paratum ſeſe ut ſequeretur, ac mihi co-
mes foret, utracumq; ego via præire mallem, ſeu fugiendũ, ſeu quod
offerebant illi, ſequendum magis eſſet. Itaque animadvertens tam
propenſam in eo voluntatem, tum verò arbitratus me hoc nomine
magnum univerſę Eccleſię detrimentum allaturum: ſi ob meam im-
becillitatem, Chriſtianum gregem juvene tanta probitate prædito,
B eodemque regendis moderandisq; aliis maximè idoneo, ſpoliarem:
non judicavi detegendum illi eſſe, quid animi ſuper ea re haberem,
quamquam nunquam ante paſſus, ut illum conſiliorum meorũ quic-
quam lateret. Cui quum indicaſſem me negotii hujus conſiliũ in a-
liud tempus rejicere (neq; enim id in præſentia urgere) factum eſt ut
ſtatim perſuaderem non eſſe ulterius ſuper eo cogitandum. Præſtiti
autem ut confideret unanimẽ me ac concordem ſecum fore, ſi quan-
do tale aliquid eveniſſet. Tempore autem haud ita multo elapſo, quũ
C jam dies adveniſſet, in quo ordinandi uterq; eſſemus; ac me ipſe oc-
cultaſſem, idem ille harum omnium rerum ignarus quum eſſet ap-
prehenſus, ducitur quidem à patribus tanquam alio prætextu; ſed ta-
men jugum nequaquã detrectat: quòd promiſſa noſtra ſpem illi fa-
cerent, nos eò omnino ſequuturos, ſeu potius nos jã præire, ſe ſubſe-
qui. Etenim nonnulli ex eorũ numero, qui aderant, quũ viderent il-
lum æquanimiter ſe captũ ferre, facilè ei verba dedere, acclamantes,
abſurdum eſſe, illum qui omniũ judicio ferocior viſus ſemper fuiſſet
D (me deſignantes) multa cum comitate patrum ſuffragiis parere:
eum verò qui prudentia ac facilitate ſemper excelluiſſet, ferocire &
tanquam glorioſulum apparere, reſilientem, tergiverſantem, obſi-
ſtentem. His ille verbis parens, poſteaquam intellexit me ſubterfu-
giſſe, triſtis admodum ad me adiit, ac mihi prior quum aſſediſſet, e-
loqui quidem neſcio quid velle videbatur: cæterùm ab animi angu-
ſtia oppreſſus, quum oratione vim eam qua premeretur aſſequi ne-
quiret, in ipſo oris hiatu fari prohibebatur, animi conſternatione o-
E rationem, priusquam ea dentes tranſiliiſſet, interrumpente. Itaq; il-
lum ego intuitus lachrymis permadentem, ac multa animi percul-
ſum conturbatione, mali cauſam quum intelligerem, in riſum præ
nimia animi voluptate prorupi, apprehenſamque dextra deoſcula-
ri conatus ſum: Deo acceptum referens, quod aſtus meus felicem
tandem fuiſſet exitum ſortitus, ac non alium ab eo, quem animus hic
ſemper optaverat. Ut verò me vidit lætam hilaremque frontem
præferre, ac tum primum à me deceptum ſeſe animadvertit: hoc
A magis animo compunctus indignatusque eſt.
Porrò ab eo animi æſtu quietior tandem paulum factus;
Tu verò, inquit, ut partes etiam noſtras reſpueris, ac nullam jam — CAP. IV. Baſilii accuſatio modeſta & ingenua.
noſtri rationem habeas (id quod ſi ita eſt, qua tandem cauſa, non fa-
cilè perſpicio) te certè oportuit vel famæ exiſtimationisque tuæ ra-
tionem habere. Nunc verò mortalium omnium ora adaperuiſti.
quorum hæc una conſentiens vox eſt, te per inanis gloriæ cupidita-
tem munus hoc recuſaviſſe: neque enim quiſpiam eſt qui te ab hoc
B crimine eximat: mihi autem ne in forum quidem ventitare licet:
tam multi nobis occurſant nullo non die facinus iſtud vitio verten-
tes. Nam quoties illi quacunque vis urbis parte me conſpexere, ſe-
motis arbitris abductum (de iis loquor qui amicitia, ac neceſſitudine
aliqua nobiſcum conjuncti ſunt) bonæ criminis hujus partis reum
faciunt. Illius enim, inquiunt, animus tibi exploratus quum eſſet,
(quid autem rerum ad illum pertinentium latere te poterat?) opor-
tuit te rem minimè diſſimulare; ſed nobiſcum cõmunicare: id quod
C ſi feciſſes, nunquam profectò nobis defuiſſet ars, qua illum in retia
conjeciſſemus. Me verò hic fateri pudet, neſciviſſe id à te conſilii
multo jam antè tempore initum: idque ne amicitiam noſtram fi-
ctam illi ac ſimulatam hactenus fuiſſe ducant. Nam ſi ea ſimu-
lata eſt, ut omnino eſt, quòd ne tu quidem inficiari poſſis, vel ex
commiſſis adverſum nos tuis: tamen externos homines, eos præ-
ſertim qui vel mediocrem de nobis opinionem concepere, pul-
chrum eſſe reor, vitia, ſi qua in nobis ſunt, celare. Itaque rem, ut ſe
D habet, verè apud illos edisſerere dum vereor, cogor prorſus, quòd u-
num ſupereſt, caput in terram ſilentio mihi indicto dimittere, ami-
corumque occurſum averſari ac declinare. Etenim ut priùs illud
crimen, cujus illi damnant, effugiam: reſtat tamen neceſſario, ut me
mendacii convincant. Neque enim perſuaſum illis unquam eſſe
queat, quòd & Baſilium quoque eorum locò ac numero habueris,
quibus arcanorum conſiliorumque tuorum conſcientia interdicta
eſſet. Cæterum poſteaquam id tibi cordi fuiſſe video, de eo non
E admodum laboro. Reliquum verò dedecus quî ferre poſſimus?
Certè alii te faſtidii ac contumaciæ, alii inanis gloriæ accuſant: qui
autem rem damnare ſeverius rigidiusque volunt, ii nos duplicis hu-
jus criminis reos agunt: reddentes contumeliæ crimen, qua contu-
melia à nobis affectos fuiſſe eos dicunt, qui nos honore illo dignati
ſunt: quos etiam cenſent, non ea ſolum injuria, quam à nobis
accepere; ſed longè etiam graviore digniſſimos: propterea quod egregiis atque excellentibus viris (quos multos haberent) à ſe relictis contemptisque, duos quoſdam adoleſcentiæ annos heri aut nudiuſtertius egreſſos, vitæ hujus curis etiamnum involutos,

ut perexiguum tempus ſupercilia ipſi ſua contraherent, pullos habitus induerent, vultusque triſtitiam adfingerent, derepentè ad tanti honoris culmen perduxerint, quantum ne in ſomnis quidem aſſequi ſperaviſſent. Atque ii quidem, inquiunt, qui à prima ætate ad extremam usque ſenectutem acribus atq; aſſiduis meditationibus vigiliisque ſeſe exercuerunt: ecce tibi, ſi divis placet, inter ſubditos ſunt, imperant autem illis ipſorum filii, atque adeò hi qui ne leges quidem ac præcepta audiere, quibus hujusmodi magiſtratus regendus moderandusque ſit. Hæc ipſa & his longè etiam plura, qui nobis aſſiduè objiciant, paſſim exoriuntur: quum ego interim defenſionem planè non habeam, qua me adverſus illos tuear. Itaque partes hic tuas imploro: neque enim puto leviter te ac temerè eiusmodi genus hoc fugæ quæſiviſſe, tum verò in tam acrem virorum tam præſtantium offenſionem incurrere voluiſſe; ſed te potius conſilio quodam atque animi cogitatione ad id deſcendiſſe: quo fit, ut conjectem paratam tibi rationem, qua tu factum iſtud tuum rectè tueri ac defendere valeas. Effare, obſecro, ſi qua tibi juſta excuſatio adeſt: quam afferre poſſimus adverſus eos, à quibus in crimen vocaris. Neque enim poſtulo, ut cauſam hic dicas, cur factum ſit, ut me ſic offenderes, deciperes, proderes, nulla etiam ratione habita fructus ejus, quem tibi perpetuus amicitiæ noſtræ uſus antea pepeciſſet: quum nos animum noſtrum geſtantes, ut ſic dicam, tibi tanquam in manum tradiderimus: tu contra tantum adverſus nos aſtum adhibueris, quantum maximum potueris, ac quantum utique adhibuiſſes, ſi tibi fuiſſet ab adverſariis tuis cavendum. Atqui oportuit, ſiquidem conſilium iſtud utile ac commodum noveras, te lucrum ejusmodi minimè devitare: ſin detrimentoſum, & me quoque (quem tute ſemper omnibus in amicitia prætuliſti) à detrimento iſto per te ſartum tectum eſſe: quum tu tamen operam omnem navaveris, ut in adverſariorum laqueos inciderem: neq; dolum ac ſimulationem adverſus eum adhibere opus fuit, cujus dicta factaque omnia ſincera, ſimplicia, ac dolo ubique carentia nunquam non expertus eſſes. Enimverò, quòd jam à me dictum eſt, nihil horum hic tecum expoſtulo, neque exprobro ſolitudinem, in quam tute nos conjeciſti, congreſſibus colloquiisque iis per te diremptis, ex quibus non vulgarem identidem tum voluptatem, tum utilitatem cepimus. Hæc enim omnia miſſa faciens facilè atque humaniter fero, non quòd tu humaniter in nos deliqueris, ſed quia hanc mihi ipſe legem præſcripſerim, ex quo amicitia mihi tua coli cœpta eſt, ut ſi quid poſtea in me delinqueres, nunquam te ego ad cauſæ dicendæ neceſſitatem adigerem. Nam quod ſim ego non mediocri abs te damno affectus, tute etiam noſti: ſi modo memor eſſe velis ſermonum eorum, quos tum alii, tum nos de nobis ipſis perpetuò uſurpavimus: qui ſermones haud aliud ſonabant, quam ex animorum noſtrorum conſpiratione magnum nobis fructum olim ſperandum. Proinde muniendos firmandosque nos cenſebas mutua inter nos charitate atq; amicitia: quin & cæterorum omnium ſermo in hoc conſentiebat, ut concordiam amicitiamque noſtram etiam aliis permultis imprimis utilem ac neceſſariam fore dicerent. Ego verò, quòd ad me quidem ſpectaret, nunquam mihi perſuaſi ad alios utilitatem iſtam manaturam: certè id lucri non exigui nobis inde eventurum dicebam, quòd magno cum negotio capiendi expugnandique eſſemus ab iis, qui nos oppugnaſſent: ac te quidem antea ſemper hiſce à me verbis commonefactum memini. Temporis difficultas magna, inſidiatores permulti, vera ac germana charitas extincta: in cujus locum invidiæ labes invaſit: per laqueos medios ingredimur, inambulamus per murorum pinnas, neque deſunt qui, ſi quid calamitatis fortè acciderit, malis noſtris inſultaturi ſint (multi autem multis ex locis imminentes circumſtant) qui verò mali doloriſque participes futuri ſint, nulli prorſus, aut ſi qui hi eſſe poſſunt, pauci admodum ſunt. Vide ne fortè disjuncti diſſociatique riſum aliis luculentum præbeamus: neve quòd riſu deterius futurum fuerit, magnum nobis malum atque incom-

Prov.18,19. modum accerſamus. *Frater à fratre protectus adjutusque quid aliud eſt, quàm munita quædam urbs? quàm regnum quoddam tanquam vectibus repagulisque conſtabilitum?* Ne obſecro, ne iſtam diſſolvas neceſſitudinem, nev amicitiæ noſtræ vectem cardinemque revellas. Hæc ipſa unà cum aliis pluribus nunquam non inculcabam, nihil omnino tale accidere poſſe, quod accidit, ſuſpicatus: quin potius arbitratus te ſano admodum erga nos animo eſſe, amoris abundantia quadam medelam afferebam, minimè animadvertens ægrotanti medicinam me adhibere. Ac ne ſic quidem miſer opem tuli, neque mihi lucri quicquam acceſſit ex tanta illa cautione ac providentia. Quandoquidem omnia illa ſimul excutiens, ac ne in animi quidem cogitationem influere permittens, me continuo tanquam navem nec ſaburratam, nec armamentis inſtructam, in immenſum pelagus præcipitem egiſti: nihil expendens fluctuum illorum, quos ſuſtinere cogimur, ſævitiam atque aſperitatem. Nam ſi quando nos vel calumniam, vel cachinnum, vel aliam id genus injuriam moleſtiamve pati oportuerit (perſæpe autem multa ejuſcemodi neceſſario erumpunt) ad quem, obſecro, confugiendum nobis erit? qui cum quæſo, animi noſtri dolores atque anguſtias communicabimus?

A [ἵνα χρόνον βραχὺν τὰς ὀφρῦς συναγάγωσι, καὶ φαιὰ περιβάλωνται, καὶ κατήφειαν ὑποκρίνωνται] ἐξαίφνης εἰς τοσαύτην ἤγαγον τιμήν, ὅσην οὐδὲ ὄναρ λήψεσθαι προσεδόκησαν· καὶ οἱ μὲν ἐκ πρώτης ἡλικίας εἰς ἔσχατον γῆρας τὴν ἑαυτῶν ἐκτείναντες ἄσκησιν, ἐν τοῖς ἀρχομένοις εἰσίν· ἄρχουσι δὲ αὐτῶν οἱ παῖδες αὐτῶν, καὶ μηδὲ τοὺς νόμους ἀκηκοότες, καθ' οὓς ταύτην δεῖ διοικεῖν τὴν ἀρχήν· ταῦτα καὶ πλείονα τούτων λέγοντες συνεχῶς ἡμῖν ἐπιφύονται. B ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν ἀπολογήσομαι πρὸς ταῦτα, οὐκ ἔχω. δέομαι δέ σου φράσαι μοι· οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς οὐδὲ εἰκῇ ταύτην οἶμαί σε φυγεῖν τὴν φυγήν, καὶ πρὸς ἄνδρας οὕτω μεγάλους τοσαύτην ἀναδέξασθαι τὴν ἔχθραν· ἀλλὰ μετά τινος λογισμοῦ καὶ σκέψεως ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν, ὅθεν καὶ λόγον ἕτοιμον εἶναί σοι πρὸς ἀπολογίαν στοχάζομαι. εἰπὲ οὖν εἴ τινα C πρόφασιν δικαίαν πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας δυνησόμεθα λέγειν· ὧν γὰρ αὐτὸς ἠδίκημαι παρὰ σοῦ, οὐδένα ἀπαιτῶ λόγον, οὐχ ὧν ἠπάτησας, οὐχ ὧν προὔδωκας, οὐχ ὧν ἀπήλαυσας παρ' ἡμῶν ἅπαντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον. ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ τὴν ψυχὴν τὴν ἡμετέραν [ὡς εἰπεῖν] φέροντες, ἐνεθήκαμέν σου ταῖς χερσί· σὺ δὲ τοσαύτῃ πρὸς ἡμᾶς ἐχρήσω τῇ πανουργίᾳ, ὅσην περ ἂν εἰ πολεμίους σοί τινας φυλάξασθαι προὔκειτο. καί τοιγε ἐχρῆν, εἰ μὲν D ὠφέλιμον ταύτην ᾔδεις οὖσαν τὴν γνώμην, μηδὲ αὐτὸν τὸ κέρδος φυγεῖν· εἰ δὲ ἐπιβλαβῆ, καὶ ἡμᾶς, οὓς ἁπάντων ἀεὶ προτιμᾶν ἔλεγες, ἀπαλλάξαι τῆς ζημίας. σὺ δὲ καὶ ὅπως ἐμπεσούμεθα, ἅπαντα ἔπραξας· καὶ δόλου σοι καὶ ὑποκρίσεως ἐδέησεν οὐδέν, πρὸς τὸν ἀδόλως καὶ ἁπλῶς ἅπαντα καὶ λέγειν καὶ πράττειν εἰωθότα πρὸς σέ. ἀλλ' ὅμως ἔφην, οὐδὲν τούτων ἐγκαλῶ νῦν· οὐδὲ ὀνειδίζω τὴν ἐρημίαν, εἰς ἣν κατέστησας ἡμᾶς, τὰς συνόδους διακόψας ἐκείνας, ἐξ ὧν καὶ ἡδονὴν καὶ ὠφέλειαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐκαρ- E πωσάμεθα πολλάκις. ἀλλὰ πάντα ταῦτα ἀφίημι, καὶ φέρω σιγῇ καὶ πρᾴως. οὐκ ἐπειδὴ πρᾴως εἰς ἡμᾶς ἐπλημμέλησας· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτον ἔθηκα ἐμαυτῷ τὸν νόμον ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἧς τὴν φιλίαν ἔστερξα τὴν σήν, ὑπὲρ ὧν ἂν θέλῃς ἡμᾶς λυπεῖν, μηδέ ποτέ σε εἰς ἀπολογίας ἀνάγκην καθιστᾶν. ἐπεὶ, ὅτι γε οὐ μικρὰν τὴν ζημίαν ἡμῖν ἐπήγαγες, οἶσθα καὶ αὐτός· εἴγε μέμνησαι τῶν ῥημάτων, καὶ τῶν παρὰ τῶν ἔξωθεν περὶ ἡμῶν, καὶ τῶν ὑφ' A ἡμῶν λεγομένων ἀεί. ταῦτα δὲ ἦν, ὅτι πολὺ κέρδος ἡμῖν ὁμοψύχοις εἶναί τε καὶ φράττεσθαι τῇ πρὸς ἀλλήλους φιλίᾳ. καὶ οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἔλεγον, καὶ ἑτέροις πολλοῖς οὐ μικρὰν ὠφέλειαν τὴν ἡμετέραν οἴσειν ὁμόνοιαν. ἐγὼ δὲ ὠφέλειαν μὲν οὐδέ ποτε ἐνενόησα, τόγε εἰς ἐμὲ ἧκον, παρέξειν τισίν· ἔλεγον δὲ, ὅτι τοῦτο γοῦν ἀπ' αὐτῆς κερδανοῦμεν κέρδος οὐ μικρὸν, τὸ δυσχειρώτους γενέσθαι τοῖς καταγωνίσασθαι βουλομένοις ἡμᾶς. καὶ ταῦτά σε B ὑπομιμνήσκων οὐκ ἐπαυσάμην ποτέ. χαλεπὸς ὁ καιρός· οἱ ἐπιβουλεύοντες πολλοί· τὸ τῆς ἀγάπης γνήσιον ἀπόλωλεν· ἀντεισῆκται δὲ τῆς βασκανίας ὄλεθρος· ἐν μέσῳ παγίδων διαβαίνομεν· καὶ ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων περιπατοῦμεν. οἱ μὲν ἕτοιμοι τοῖς ἡμετέροις ἐφησθῆναι κακοῖς, εἴποτέ τι συμβαίη· πολλοὶ δὲ πολλαχόθεν ἐφεστήκασιν· ὁ δὲ συναλγήσων, οὐδεὶς, ἢ καὶ εὐαρίθμητοι λίαν. ὅρα μὴ διασπάντες ποτὲ, πολὺν C τὸν γέλωτα ὀφλήσωμεν, καὶ τοῦ γέλωτος μείζονα τὴν ζημίαν. ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος ὡς πόλις ὀχυρὰ, καὶ ὡς μεμοχλευμένη βασιλεία. μὴ δὴ διαλύσῃς ταύτην τὴν γνησιότητα, μηδὲ διακόψῃς τὸν μοχλόν. ταῦτα, καὶ τὰ τούτων πλείονα, ἔλεγον συνεχῶς· οὐδὲν μέν ποτε ὑποπτεύων τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ πάνυ σε τὰ πρὸς ἡμᾶς ὑγιαίνειν νομίζων, ἐκ περιουσίας δὲ καὶ ὑγιαίνοντα θεραπεύειν βουλόμενος. ἐλάνθανον δὲ, ὡς ἔοικε, D νοσοῦντι τὰ φάρμακα ἐπιθείς· καὶ οὐδὲ οὕτως ὁ δείλαιος ὤνησα, οὐδὲ γέγονεν ἐμοί τι πλέον ἐκ ταύτης τῆς ἄγαν προμηθείας. πάντα γὰρ ἐκεῖνα ῥίψας ἀθρόως, καὶ μηδὲ εἰς νοῦν βαλόμενος, ὥσπερ ἀνερμάτιστον πλοῖον εἰς πέλαγος ἡμᾶς ἄπειρον ἀφῆκας, οὐδὲν τῶν ἀγρίων ἐκείνων ἐννοήσας κυμάτων, ἅπερ ἡμᾶς ὑπομένειν ἀνάγκη. εἰ γάρ ποτε συμβαίη συκοφαντίαν, ἢ χλευασίαν, ἢ καὶ ἄλλην E τινὰ ὕβριν, καὶ ἐπήρειαν ἐπενεχθῆναί ποθεν ἡμῖν· πολλάκις δὲ τὰ τοιαῦτα συμβαίνειν ἀνάγκη· πρὸς τίνα καταφευξόμεθα; τίνι κοινωσόμεθα τῆς ἡμετέρας ἀθυμίας;

τίς

Τίς ἡμῖν ἀμύνασθαι θελήσει; καὶ τοὺς μὲν λυποῦντας ἀνακόψει; καὶ μηκέτι ποιήσει λυπεῖν· ἡμᾶς δὲ παραμυθήσεται, καὶ παρασκευάσει τὰς ἑτέρων φέρειν ἀπαιδευσίας; οὐκ ἔστιν οὐδείς, σοῦ πόῤῥωθεν ἑστηκότος τοῦ δεινοῦ τούτου πολέμου, καὶ μηδὲ κραυγὴν ἀκοῦσαι δυναμένου. ἆρα οἶδας ὅσον εἰργάσαι σοι κακόν; ἆρα νῦν γοῦν, μετὰ τὸ πλῆξαι, ἐπιγινώσκεις, ὡς καιρίαν ἡμῖν ἔδωκας τὴν πληγήν; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀφείσθω· οὐδὲ γάρ ἐστι τὰ γενόμενα ἀναλῦσαι λοιπὸν, οὐδὲ πόρον τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν. τί πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἐροῦμεν; τί πρὸς τὰς αἰτίας ἀπολογησόμεθα τὰς ἐκείνων; Θάῤῥει, ἔφην ἐγώ· οὐ γὰρ ὑπὲρ τούτων εἰμὶ μόνον ἕτοιμος εὐθύνας ὑπέχειν· ἀλλὰ καὶ ὧν ἀνευθύνους ἡμᾶς ἀφῆκας, καὶ τούτων πειράσομαί σοι λόγον δοῦναι, ὡς ἂν οἷός τε ὦ. καὶ, εἰ βούλει γε, ἀπ' αὐτῶν πρῶτον τῆς ἀπολογίας τῶν λόγων ποιήσομαι τὴν ἀρχήν. καὶ γὰρ ἂν εἴην ἄτοπος, καὶ λίαν ἀγνώμων, εἰ τῆς παρὰ τῶν ἔξωθεν δόξης φροντίζων, καὶ ὅπως παύσωνται ἡμῖν οἱ ἐγκαλοῦντες, πάντα ποιῶν· τὸν ἁπάντων μοι φίλτατον, καὶ τοσαύτῃ πρὸς ἡμᾶς αἰδοῖ κεχρημένον, ὡς μηδὲ ὑπὲρ ὧν ἠδικῆσθαί φησιν, ἐγκαλέσαι θελῆσαι, ἀλλὰ παρ' οὐδὲν τὰ αὑτοῦ θέμενον, ἔτι τῶν ἡμετέρων φροντίζειν· μὴ δυναίμην ὡς οὐκ ἀδικῶ πεῖσαι, ἀλλὰ μείζονι περὶ αὐτὸν φαινοίμην κεχρημένος ῥᾳθυμίᾳ, ἧς αὐτὸς περὶ ἡμᾶς ἐπιδείξατο σπουδῆς. τί ποτε οὖν σε ἠδικήκαμεν; ἐπειδὴ καὶ ἐντεῦθεν ἐγνώκαμεν εἰς τὸ τῆς ἀπολογίας ἀφεῖναι πέλαγος. ἆρα ὅτι σε παρεκρουσάμεθα, καὶ τὴν ἡμετέραν ἐκρύψαμεν γνώμην; ἀλλ' ἐπὶ κέρδει καὶ τοῦ ἀπατηθέντος σοῦ, καὶ οἷς ἀπατήσαντές σε προὐδώκαμεν. εἰ μὲν γὰρ δι' ὅλου τὸ τῆς κλοπῆς κακὸν, καὶ οὐκ ἔστιν εἰς δέον αὐτῷ χρήσασθαί ποτε· δοῦναι ἕτοιμοι δίκην ἡμεῖς, ἣν ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς. μᾶλλον δὲ σὺ μὲν οὐδέποτε παρ' ἡμῶν ἀνέξῃ δίκην λαβεῖν, ἡμεῖς δὲ αὐτῶν καταγνωσόμεθα ταῦτα, ἃ τῶν ἀδικούντων οἱ δικάζοντες, ὅταν αὐτοὺς ἕλωσιν οἱ κατήγοροι. εἰ δὲ οὐκ ἀεὶ τὸ πρᾶγμα ἐπιβλαβές, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν χρωμένων προαίρεσιν γίνεται φαῦλον ἢ καλόν· ἀφεὶς ἐγκαλεῖν τὸ ἠπατῆσθαι, δεῖξον ὅτι κακῶς τοῦτο τεχνασαμένους· ὡς ἕως ἂν τοῦτο ἀπῇ, μηδὲ μέμψεις καὶ αἰτίας ἐπάγειν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεσθαι τοὺς ἀπατῶντας δίκαιον ἂν εἴη, τούς γε εὐγνωμόνως διακεῖσθαι βουλομένους. τοσοῦτον γὰρ ἔχει κέρδος εὔκαιρος ἀπάτη, καὶ μετὰ τῆς ὀρθῆς γινομένη διανοίας· ὡς πολλοὺς, οἷα μὴ παρεκρούσαντο, καὶ δίκην δοῦναι πολλάκις. καὶ εἰ βούλει γε τῶν στρατηγῶν τοὺς ἐξ αἰῶνος εὐδοκιμήσαντας ἐξετάσαι· τὰ πλείονα αὐτῶν τρόπαια, τῆς ἀπάτης εὑρήσεις ὄντα κατορθώματα· καὶ μᾶλλον τούτους ἐπαινουμένους, ἢ τοὺς ἐκ τοῦ φανεροῦ κρατοῦντας. οἱ μὲν γὰρ μετὰ πλείονος τῆς δαπάνης, καὶ τῆς τῶν χρημάτων, καὶ τῆς τῶν σωμάτων, κατορθοῦσι τοὺς πολέμους· ὡς μηδὲν αὐτοῖς πλέον ἀπὸ τῆς νίκης γίνεσθαι, ἀλλὰ παρ' οὐδὲν ἧττον τῶν ἡττημένων τοὺς κρατήσαντας δυστυχεῖν, καὶ τῶν στρατευμάτων ἀνηλωμένων, καὶ τῶν ταμείων κεκενωμένων. πρὸς δὲ τούτοις, οὐδὲ τῆς ἐπὶ τῇ νίκῃ δόξης αὐτοὺς ἀφιέασιν ἀπολαῦσαι πάσης. μέρος γὰρ αὐτῆς οὐ μικρὸν συμβαίνει καὶ τοὺς πεπτωκότας καρποῦσθαι, διὰ τὸ ταῖς ψυχαῖς νικῶντας τοῖς σώμασιν ἡττῆσθαι μόνοις. ὡς, εἴ γε ἐνῆν βουλομένους μὴ πίπτειν, μηδὲ ἐπελθὼν ὁ θάνατος αὐτοὺς ἔπαυσεν, οὐκ ἂν ἔστησαν τῆς προθυμίας ποτέ. ὁ δὲ ἀπάτῃ κρατῆσαι δυνηθεὶς, οὐ συμφορᾷ μόνον, ἀλλὰ καὶ γέλωτι περιβάλλει τοὺς πολεμίους. οὐ γὰρ ὥσπερ ἐκεῖ τοὺς ἐπαίνους ἐξ ἴσης ἀμφότεροι φέρονται τοὺς ἐπὶ τῇ ῥώμῃ· οὕτω καὶ ἐνταῦθα τοὺς ἐπὶ φρονήσει· ἀλλ' ὅλον τῶν νικώντων ἐστὶ τὸ βραβεῖον. καὶ τὸ τούτων οὐκ ἔλαττον· τὴν ἀπὸ τῆς νίκης ἡδονὴν ἀκέραιον τῇ πόλει φυλάττουσιν. οὐ γάρ ἐστιν ὥσπερ ὁ τῶν χρημάτων πλοῦτος, καὶ τὸ τῶν σωμάτων πλῆθος, ἡ τῆς ψυχῆς φρόνησις. ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν, ὅταν τις αὐτοῖς ἐν τοῖς πολέμοις χρῆται συνεχῶς, δαπανᾶσθαι συμβαίνει, καὶ ἀπολείπειν τοὺς ἔχοντας· αὕτη δὲ, ὅσῳ περ ἄν τις αὐτὴν ἀνακινῇ, τοσούτῳ μᾶλλον αὔξεσθαι πέφυκεν. οὐκ ἐν τοῖς πολέμοις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν εἰρήνῃ πολλὴν καὶ ἀναγκαίαν εὕροι τις ἂν ἀπάτης τὴν χρείαν· καὶ οὐ πρὸς τὰ τῆς πόλεως πράγματα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οἰκίᾳ καὶ πρὸς γυναῖκα ἀνδρὶ, καὶ πρὸς ἄνδρα γυναικὶ, καὶ πατρὶ πρὸς υἱὸν, καὶ πρὸς φίλον φίλῳ, ἤδη δὲ καὶ πρὸς πατέρα παισί.

A quis neceſſitate aliqua preſſis nobis auxilio eſſe volet? quis moleſtiæ authores retundet? quis animi hujus mœſtitiam ſedaturus eſt? quis nobis ſolatium ac jucunditatem allaturus? quis animum noſtrum præparaturus ad aliorum ineptias fortiter perferendas? Certè neminem futurum puto, poſteaquam te ipſe à gravi iſto ac periculoſo bello cõſubtraxiſti, unde ne clamorem quidem exaudire poſſis. Ecquid igitur animadvertis quam atrox, quamque nefarium ſcelus feceris? Ecquid, poſt inflictam ſaltem à te plagam, ſentis, quàm perni-
B cioſum ac letale nobis vulnus intuleris? Cæterum de his ſatis ſuperque: neque enim quæ facta ſunt, fieri ea infecta poſſunt: neque rei quæ deplorata ſit, remedium afferre ullum queas. Tantum edoce, quam nos tandem orationem apud alios uſurpare, quove defenſionis genere illorũ criminationes retundere poſſimus. Bono, inquam, animo eſto: neque enim harum modò rerum nomine paratus ſum ad rationum reddendarum calculos deſcendere; ſed à quarum etiam culpa immunem eſſe voluiſti, earum tibi hic rationem defenſio-
C nemque expedire pro viribus enitar. Quibus ab ipſis, ſi placet, apologiæ noſtræ exordium ſumatur: quippe abſurdo planè, neque ſatis candido ac liberali animo fuerim, ſi ſollicitus quamnam alii de me opinionem habeant, ſtudiumque omne adhibens, ut criminandi accuſandique mei finem tandem illi faciant: hominem mihi amiciſſimum, quique ſic me ipſe vereatur, colat, obſervet, ut ne de iis quidem, quas à nobis accepiſſe ſe dicit, injuriis, mecum expoſtulare velit: denique talem, ut ſuam ipſius cauſam dignitatemque poſtpo-
D nens, ac pro nihilo ducens, noſtræ inprimis curam habeat: non poſſim hunc flectere, illique perſuadere, nulla à me injuria læſum fuiſſe: quin potius committam, ut majorem noſtram erga illum ſomnolentiam ac negligentiam, quàm illius erga me ſtudium ac ſedulitatem extitiſſe appareat. Itaque quid tandem illud eſt in quo te ipſi læſimus? ſiquidem hinc conſtituimus apologiæ pelagus ingredi. Læſine, quòd circumvenerim atque impoſuerim? quòd animi mei ſententiam occultandam tibi duxerim? quod tamen factum à nobis
E eſt partim tuo, quem circumvenimus, commodo, partim eorum utilitate, quibus te impoſtura noſtra prodidimus. Nam ſi in univerſum fraudis genus omne malum vituperandumque eſt, neque eam cuiquam licet in hominum uſum utilitatemque unquam vertere: equidem paratus ſum pœnas dare quaſcumque præſcripſeris: ſeu verius dicam, quandoquidem tu, ni fallor, nunquam à nobis ſuſtineas pœnas exigere, ultro ipſi nobiſmet eam pœnam irrogabimus, quâ judices mulctare eos ſolent, qui injuriæ illatæ rei ſunt, quoties ab a-
A ctoribus ſuis rei peracti fuerint: ſin verò fraus non ſemper incommoda, ſed pro eorum qui eam adhibent animo atque conſilio bonæ malæve rei nomen ſortitur, miſſam faciens criminationem iſtam, qua te à me circumventum quereris, edoce, niſi grave eſt, in malum damnumque tuum fraudem hujuſmodi fuiſſe à nobis excogitatam: quandoquidem donec animus malus abfuerit, conſentaneum eſt, ut qui ſe juſtos æquoſque in cauſa ejuſmodi oſtendere velint, deceptorem hunc, quem dico, non modo non accuſent culpentve; ſed etiam
B laudent atque approbent. Tam lucroſa enim tamque fructuoſa eſſe ſolet opportuna ac recto animi judicio facta fraus, ut permulti etiam pœnas ſæpenumero luerint hoc ipſo, quod rem fraude non egiſſent. Ac ſi exquirere velimus, quinam copiarum Imperatores jam inde ab orbe condito claruere: illorum tropæa bona ex parte comperiemus impoſturæ ac fraudis facinora fuiſſe, eoſdemque fatebimur majore quidem laude dignos, quàm qui aperto Marte victoriam de hoſtibus reportant. Hi enim magno cum ſumptu tum pe-
C cuniarum tum corporum ſic bella conficiunt, ut ab ipſa etiam victoria nihil illis amplius accedat: quin potius victores quum ſint, nihilo tamen ſecius pari cum iis, qui victi ſunt, calamitate premuntur, tum copiis abſumptis, tum ærario exhauſto. Adhæc qui victi ſunt, ne ipſos quidem victores patiuntur ſolida victoriæ gloria perfrui: cujus bona pars ad eos redit qui cecidere: ut pote qui animis victores, corporibus ſolùm inferiores fuerint: quibus item ſi per ſua vota in bello non cadere licuiſſet, neque illis mortis interventus dimicationis
D finem attuliſſet, nimirum alacritatis magnanimitatiſque ſuæ oſtendendæ modum feciſſent nullum. At qui fraude aliqua victoriam ſibi parat, is præterquam quod calamitatem atque perniciem hoſtibus affert, id etiam præſtat, ut cæteris illi de ſe riſum præbeant. Neque verò ut illic fortitudinis, ſic & hic prudentiæ laudem gloriamque ex æquo utrique reportant: verùm integra victoriæ totius laus ad victores ſolos pertinet. Et quod iis, quæ dixi, inferius nequaquam eſſe reor: qui aſtu vincunt, civitati ſuæ ſervant ſinceram, illibatam, atq;
E integram ex victoriâ parta voluptatem: neq; enim commune quicquam habet animi prudentia cum pecuniarum corporumq; multitudine atque copia: quibus quidem uſu venit, ut quo magis in bello utare, eò magis inſumantur, magiſque ſuos deficiant poſſeſſores: quũ contra natura ſic comparatũ ſit, ut animi prudentia, quo magis exerceas, eo magis adoleſcat. Neq; verò foris tantũ ad militiã; ſed etiã domi ad pacẽ non publicis modò civitatis; ſed & privatis uniuſcujuſq; negotiis pertractandis, & marito adverſus uxorẽ, & uxori adverſus maritum, & patri in filiũ, & amico in amicũ, addam etiam & liberis in patrẽ, aſtus hujus uſum cõmunem neceſſariumq; cõperies.

CHRYS. CAP. V. Chryſoſtomi defenſio.

Aſtu licet uti.

1 Reg 19. 12. Neque enim filia Saül maritum ſuum alia ratione de Saül manibus eximere, quàm circumvento ac decepto patre potuiſſet. Cujus item frater eundem illum ab ea ſemel ſervatum de vita periclitantem ſervare dum vellet, iiſdem telis quibus & uxor ſeſe armavit. BASIL. Atque hîc Baſilius: Sed nihil horum, inquit ad me: neque 1. Reg. 20. 8. enim hoſtis ego atque adverſarius, neque ex eorum numero, qui nocere injuriamque afferre parant: quin ipſe contrà, animi tui ſententiæ omnia mea quum commiſiſſem, de ea via nunquam deflexi, qua me ipſe ſubſequi juſſiſſes. Ego verò, ô admirande atque opti- B me CHRYS. Baſili, non ob aliud, inquam, quam ob hoc ipſum antevertens nuper docui, non in bello tantum contra hoſtes; ſed etiam in pace adverſus amiciſſimos quoſque, aſtus hujus uſum convenire. Nam quòd id conducat non circumvenientibus ſolum; ſed etiam circumventis: ad unum aliquem ex medicis profectus, ſciſcitare, quemnam illi in modum laborantes morbo liberare ſoleant: certè ex iis audies meram nudamque artem ipſis non ſatis eſſe; ſed & aliquoties ipſos impoſtura uti, cujus auxilio cum arte medica conjuncto C ægrotantes ſanitati priſtinæ reſtituant. Etenim dum hinc ægrotantium moroſitas, hinc morbi difficultas medicorum averſatur conſilium: tum coguntur illi fraudis atque impoſturæ perſonam induere, ut quòd in ſcena fieri ſolet, in qua fictis omnibus & adumbratis loci plurimum eſt, rerum factorumque veritatem occultare poſſint. Dolus inſignis, quo uſus eſt medicus. Atque hic, ſi placet, dolum unum explicabo ex multis, quem olim à medicis fuiſſe ſtructum audivi. Inciderat quidam in acrem vehementemque febrim. Idem æ- D ſtu febris in dies gliſcente augeſcenteque remedia ea omnia averſabatur, quæ ad ardorem illum reſtinguendum facerent: cæterum quum deſiderio ferretur, multuſque eſſet in urgendis hortandiſque omnibus iis, qui ad ipſum introiſſent, id perperuò agens, ut multo vino eoque meraco ſibi porrecto exitioſam illam appetentiam extingueret: futurum quippe erat ut ſi quis illi obſecundans, hac in parte gratificatus fuiſſet febris ardorem non ſolùm magis inflammaret; ſed miſerum etiam illum prorſus ad E inſaniam furoremque adigeret. Hic demum quum ars ipſa effœta jam atque exhauſta nullum ſalutis remedium inveniret, in ejus locum ſeſe fraus inſinuans, tantam exhibuit virium ſuarum efficaciam, quantam mox ex me auditurus es. Etenim medicus acceptum vas teſtaceum (id recens à fornace exierat) vino permulto immerſit: quod quum vacuum; ſed apprimè tinctum extraxiſſet, aqua implet: tum jubet ægrotantis cubiculum tapetibus veliſque undique adumbrari, ne fraus ipſa lumine detegatur, hic A teſtam ægroto propinat, quaſi mero plenam: quam ille manibus quum necdum apprehendiſſet, vini odore ejus nares ſtatim pervadente, non ſuſtinuit curioſè indagare, quid ſibi à medico porrigeretur; verùm eo odore perſuaſus, & tenebris deceptus, tum etiam appetitæ rei deſiderio victus, quod propinabatur, propenſiſſime hauſit, ac ſatiatus febris æſtum ſtatim excuſſit, periculo eo, quod grave imminebat, liberatus. Vides quanta ſit fraudis utilitas? Quòd ſi quis omnes medicorum dolos recenſere volet. B Animarum medici aſtu uſi. hujus certè oratio nullum prorſus finem habitura ſit. Comperies autem non ab iis ſolùm qui corporum medendorum; ſed etiam Act. 21, 26. ab iis, qui animi curam ſuſcipiunt, pharmaci hujus uſum aſſiduum Ibid. 16, 3. uſurpari ſolitum. Sic beatus ille Paulus multas illas Judæorum Galat. 5 2. myriadas ad ſe allectavit. Per hujus item conſilii rationem, idem ille qui Galatis comminatur *fore ut Chriſtus eos, qui circumcidun-* Phil. 3, 7. *tur, nihil adjuvet*, Timotheum tamen circumcidit. Propterea item legi aliquoties ſe ſubmittit: qui *idem* cenſet *poſt fidem in* C *Chriſtum detrimentum eſſe juſtitiam, quæ ex lege eſt*. Fraudis quidem magna vis, modo ne fraudulento ea animo fiat: quam ipſam tum ne fraudem quidem nominandam putaverim, verùm œconomiam quandam potius ac ſapientiam artemque, qua poſſis è mediis iiſque impervis deſperatarum rerum anguſtiis difficultatibuſque, correctis emendatiſque animi vitiis evadere. Num. 25, 8. Neque enim Phinees illum homicidam ego unquam appellaverim, quanquam is plaga una corpora duo ſuſtulit. Quemad- D 4. Reg. 1, 20. modum neque Heliam vel poſt milites centum unà cum ducibus ſuis interfectos, atque adeò poſt magnum illum ſanguinis tor- 3. Reg. 18, 34. rentem, quem eorum nece, qui dæmonum ſacerdotes erant, fecit excurrere. Nam ſi hoc dederimus, & res ipſas per ſe ſingulas, nudas ab autorum ſuorum conſilio propoſitoque ſeparatas expendere quis voluerit: nemini ſanè non licebit vel Gen. 22, 3 Abraham ipſum parricidii arceſſere. Item & illius tum nepo- Gen. 27, 19. tem, tum abnepotem doli ac maleficii reos agere: ſic enim ille E jus ſibi primogenitum uſurpavit: hic autem Ægyptiorum opes Exod. 11, 2. in Iſraëlitarum caſtra tranſtulit. Sed non eſt ita, non eſt ita. Faceſſat hinc tanta iſta impudentia: neque enim ſolum eos quos modo nominavi, culpa liberamus; ſed etiam eoſdem vel hoc nomine admiramur: quandoquidem & ipſi hoc demum nomine gratiam à Deo magnam inierunt. Proinde veri illuſoris deceptoriſque nomine dignus fuerit, quiſquis re ipſa iniquo ac nocendi animo abutitur, non qui recto conſilio id præſtet,

A καὶ γὰρ τῶν τοῦ Σαοὺλ χειρῶν ἡ τοῦ Σαοὺλ θυγάτηρ οὐκ ἴσχυσεν ἂν ἑτέρως ἐξελέσθαι τὸν ἄνδρα τὸν αὐτῆς, ἀλλ᾽ ἢ μετὰ τοῦ παραλογίσασθαι τὸν πατέρα. ὁ ταύτης δὲ ἀδελφὸς, τὸν ὑπ᾽ ἐκείνης διασωθέντα σῶσαι βουλόμενος κινδυνεύοντα, πάλιν τοῖς αὐτοῖς ὅπλοις ἐχρῆτο, οἷσπερ καὶ ἡ γυνή. καὶ ὁ Βασίλειος· ἀλλ᾽ οὐδὲν τούτων πρὸς ἐμέ φησιν· οὐδὲ γὰρ ἐχθρὸς ἐγὼ καὶ πολέμιος, οὔτε τῶν ἀδικεῖν ἐπιχειρούντων· ἀλλ᾽ ἅπαν τοὐναντίον, τῇ σῇ γνώμῃ τὰ B ἐμαυτοῦ πάντα ἐπιτρέψας ἀεὶ, ταύτῃ εἱπόμην, ᾗπερ ἐκέλευσας. ἀλλ᾽, ὦ θαυμάσιε καὶ ἀγαθώτατε, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς φθάσας εἶπον, ὅτι οὐκ ἐν πολέμῳ μόνον, οὐδ᾽ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ καὶ ἐν εἰρήνῃ, καὶ ἐπὶ τοὺς φιλτάτους χρῆσθαι ταύτῃ καλόν. ὅτι γὰρ οὐ τοῖς ἀπατῶσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπατωμένοις οὗτος χρήσιμον· προσελθὼν τινὶ τῶν ἰατρῶν ἐρώτησον, πῶς ἀπαλλάττουσι τῆς νόσου τοὺς κάμνοντας, καὶ ἀκούσῃ παρ᾽ αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἀρκοῦνται C τῇ τέχνῃ μόνῃ, ἀλλ᾽ ἔστιν ὅπου καὶ τὴν ἀπάτην παραλαβόντες, καὶ τὴν παρ᾽ αὐτῆς βοήθειαν καταμίξαντες, οὕτως ἐπὶ τὴν ὑγίειαν τοὺς ἀσθενοῦντας ἐπανήγαγον. ὅτ᾽ ἂν γὰρ τὸ δυσάρεστον τῶν ἀρρωστούντων, καὶ τὸ νόσου δὲ αὐτῆς τὸ δυστράπελον μὴ προσίηται τὰς τῶν ἰατρῶν συμβουλάς· τότε τὸ τῆς ἀπάτης ὑποδῦναι προσωπεῖον ἀνάγκη· ἵνα, ὥσπερ ἐπὶ τῆς σκηνῆς, τὴν τῶν γινομένων ἀλήθειαν κρύψαι δυνηθῶσιν. εἰ δὲ βούλει, καὶ ἐγώ σοι διηγήσομαι δόλον ἕνα ἐκ D πολλῶν, ὧν ἤκουσα κατασκευάζειν ἰατρῶν παῖδας. Ἔπεσέ ποτέ τινι πυρετὸς ἀθρόως μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος, καὶ ἡ φλὸξ ἤρετο. καὶ τὰ μὲν δυνάμενα σβέσαι τὸ πῦρ, ἀπεστρέφετο ὁ νοσῶν· ἐπεθύμει δὲ, καὶ πολὺς ἐνέκειτο, τοὺς εἰσιόντας πρὸς αὐτὸν ἅπαντας παρακαλῶν, ἄκρατον ὀρέξαι πολὺν, καὶ παρασχεῖν ἐμφορηθῆναι τῆς ὀλεθρίου ταύτης ἐπιθυμίας. οὐ γὰρ τὸν πυρετὸν ἐκκαύσειν μόνον ἔμελλεν, ἀλλὰ καὶ παραπληξίᾳ παραδώσειν τὸν δείλαιον, εἴ τις αὐτῷ πρὸς ταύτην εἶξε τὴν χάριν. ἐνταῦθα, τῆς τέ- E χνης ἀπορουμένης, καὶ οὐδεμίαν ἐχούσης μηχανὴν, ἀλλὰ παντελῶς ἐκβεβλημένης· εἰσελθοῦσα τοσαύτην ἐπεδείξατο τὴν αὐτῆς δύναμιν ἡ ἀπάτη, ὅσην αὐτίκα παρ᾽ ἡμῶν ἀκούσῃ. ὁ γὰρ ἰατρὸς ἄρτι ἀπὸ τῆς καμίνου προελθὸν ἀγγεῖον ὀστράκου λαβὼν, καὶ βάψας οἴνῳ πολλῷ, εἶτα ἀνασπάσας κενὸν, καὶ πλήσας ὕδατος, κελεύει τὸ δωμάτιον ἔνθα κατέκειτο ὁ νοσῶν, συσκιάσαι A παραπετάσμασι πολλοῖς, ἵνα μὴ τὸ φῶς ἐλέγξῃ τὸν δόλον· καὶ δίδωσιν ἐκπιεῖν ὡς ἀκράτου πεπληρωμένον. ὁ δὲ πρὶν εἰς τὰς χεῖρας λαβεῖν ὑπὸ τῆς ὀσμῆς προσπεσούσης εὐθέως ἀπατηθεὶς, οὐδὲ πολυπραγμονεῖν ἠνέσχετο τὸ δοθέν· ἀλλὰ ταύτῃ πειθόμενος, καὶ τῷ σκότει κλαπεὶς, ὑπό τε τῆς ἐπιθυμίας ἐπειγόμενος, ἔσπασε τὸ δοθὲν μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας· καὶ ἐμφορηθεὶς ἀπετινάξατο τὸν πνιγμὸν, καὶ τὸν ἐπικείμενον ἔφυγε κίνδυνον. εἶδες τὸ τῆς ἀπάτης τὸ κέρδος; καὶ εἰ πάντας βούλοιτό τις τῶν ἰα- B τρῶν καταλέγειν τοὺς δόλους· εἰς ἄπειρον ἐκπεσεῖται μῆκος ὁ λόγος. οὐ μόνον δὲ τοὺς τὰ σώματα θεραπεύοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ψυχικῶν νοσημάτων ἐπιμελουμένους, εὕροι τις ἂν συνεχῶς τούτῳ κεχρημένους τῷ φαρμάκῳ. οὕτω τὰς πολλὰς μυριάδας ἐκείνας τῶν Ἰουδαίων ὁ μακάριος προσηγάγετο Παῦλος. μετὰ ταύτης τῆς προαιρέσεως τὸν Τιμόθεον περιέτεμεν, ὁ Γαλάταις ἀπειλῶν, ὅτι Χριστὸς οὐδὲν ὠφελήσει τοὺς περιτεμνομένους. διὰ C τοῦτο ὑπὸ νόμον ἐγίνετο, ὁ ζημίαν ἡγούμενος μετὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου δικαιοσύνην. πολλὴ γὰρ ἡ τῆς ἀπάτης ἰσχύς· μόνον μὴ μετὰ δολερᾶς προσαγέσθω τῆς προαιρέσεως. μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀπάτην τὸ τοιοῦτο δεῖ καλεῖν, ἀλλ᾽ οἰκονομίαν τινὰ καὶ σοφίαν, καὶ τέχνην ἱκανὴν πολλοὺς πόρους ἐν τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν, καὶ πλημμελείας ἐπανορθῶσαι ψυχῆς. οὐδὲ γὰρ τὸν Φινεὲς ἀνδροφόνον εἴποιμ᾽ ἂν ἔγωγε, καίτοι γε μιᾷ πληγῇ δύο σώ- D ματα ἀνελόντα. ὥσπερ οὐδὲ τὸν Ἠλίαν μετὰ τοὺς ἑκατὸν στρατιώτας, καὶ τοὺς τούτων ἡγεμόνας, καὶ τὸν πολὺν τῶν αἱμάτων χειμάρρουν, ὃν ἐκ τῆς τῶν ἱερωμένων τοῖς δαίμοσιν ἐποίησε ῥεῦσαι σφαγῆς. εἰ γὰρ τοῦτο συγχωρήσαιμεν, καὶ τὰ πράγματα τῆς τῶν πεποιηκότων προαιρέσεώς τις γυμνώσας ἐξετάζοι καθ᾽ ἑαυτά· καὶ τὸν Ἀβραὰμ παιδοκτονίας ὁ βουλόμενος κρινεῖ· καὶ τὸν ἔγγονον τὸν ἐκείνου, καὶ τὸν ἀπόγονον κακουργίας καὶ δόλου γράψεται. οὕτω γὰρ ὁ μὲν τὰ τῆς φύσεως E ἐκράτησε πρεσβεῖα· ὁ δὲ τὸν τῶν Αἰγυπτίων πλοῦτον, εἰς τὸ τῶν Ἰσραηλιτῶν μετήνεγκε στρατόν. ἀλλ᾽ οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν· ἄπαγε τῆς τόλμης. οὐ γὰρ μόνον αὐτοὺς αἰτίας ἀφίεμεν, ἀλλὰ καὶ θαυμάζομεν διὰ ταῦτα· ἐπεὶ καὶ ὁ Θεὸς αὐτοὺς διὰ ταῦτα ἐπῄνεσεν. καὶ γὰρ ἀπατεὼν ἐκεῖνος ἂν εἴη καλεῖσθαι δίκαιος, ὁ τῷ πράγματι κεχρημένος ἀδίκως, οὐχ ὁ μεθ᾽ ὑγιοῦς γνώμης τοῦτο ποιῶν·

καὶ πολλάκις ἀπατῆσαι δέον, καὶ τὰ μέγιστα διὰ ταύτης ὠφελῆσαι τῆς τέχνης. ὁ δὲ ἐξ εὐθείας προσενεχθεὶς, κακὰ τὸν οὐκ ἀπατηθέντα εἰργάσατο.

alioqui ſæpenumero profuit decepiſſe: & hac potiſſimum arte in maximis rebus alteri opem ſubſidiumque tuliſſe. Cæterum qui recto ſemper calle ingreditur, de eo nunquam deflectens: ſæpe fit ut ei etiam, cui non aſtum aliquem ſtruxerit, malorum incommodorumque quam plurimorum autor ſit.

Τὰ δὲ ἔνεστιν ἐν τῷ β'. λόγῳ.

α'. Ὅτι μέγιστον ἡ ἱερωσύνη τεκμήριον τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἀγάπης.
β'. Ὅτι ἡ ταύτης ὑπηρεσία μείζων τῶν ἄλλων.
γ'. Ὅτι μεγάλης δεῖται ψυχῆς καὶ θαυμαστῆς.
δ'. Ὅτι πολλῆς τὸ πρᾶγμα δυσκολίας γέμει καὶ κινδύνων.
ε'. Ὅτι τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἀγάπης ἕνεκεν τὸ πρᾶγμα ἐφύγομεν.
ϛ'. Ἀπόδειξις τῆς ἀρετῆς τοῦ Βασιλείου, καὶ τῆς ἀγάπης τῆς σφοδρᾶς.
ζ'. Ὅτι οὐχ ὑβρίσαι ἑλόμενοι τοὺς ψηφισαμένους, ἐφύγομεν τὴν χειροτονίαν.
η'. Ὅτι καὶ μέμψεως αὐτοὺς ἀπηλλάξαμεν διὰ φυγῆς.

HÆC INSUNT LIBRO SECUNDO.

I. Sacerdotium grande eſſe charitatis in Chriſtum teſtimonium.
II. Hoc miniſterium aliorum officiis antecellere.
III. Magnum requirere animum, & admirandum.
IV. Rem eſſe plenam difficultatum ac periculorum.
V. Nos propter charitatem in Chriſtum rem iſtam fugiſſe.
VI. Demonſtratio virtutis Baſilii ac vehementis charitatis.
VII. Nos in contumeliam illorum, qui nos elegerant, ordinationem non declinaſſe.
VIII. Imo etiam à vituperatione, quam pati poterant, fugiendo liberaſſe.

Περὶ ἱερωσύνης λόγος Β'.

Ὅτι μὲν οὖν ἔστι καὶ ἐπὶ καλῷ τῇ τῆς ἀπάτης κεχρῆσθαι δυνάμει, μᾶλλον δὲ, ὅτι μηδὲ ἀπάτην δεῖ τὸ τοιοῦτο καλεῖν, ἀλλ' οἰκονομίαν τινὰ θαυμαστήν· ἐκείνην μὲν καὶ πλείονα λέγειν. ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ εἰρημένα πρὸς ἀπόδειξιν ἱκανὰ γέγονε· φορτικὸν καὶ ἐπαχθὲς, περιττὸν τῷ λόγῳ περιθεῖναι μῆκος. σὸν δὲ ἂν εἴη δεικνύναι λοιπὸν, εἰ μὴ τῷ πράγματι τούτῳ πρὸς τὸ κέρδος ἐχρησάμεθα τὸ σόν. καὶ ὁ Βασίλειος· καὶ ποῖον ἡμῖν κέρδος, φησὶν, ἐκ ταύτης γέγονε τῆς οἰκονομίας, ἢ σοφίας, ἢ ὅπως ἂν αὐτὴν χαίρῃς καλῶν· ἵνα πεισθῶμεν, ὅτι οὐκ ἠπατήμεθα παρὰ σοῦ; καὶ τί τούτου κέρδος, ἔφην, ἂν γένοιτο μεῖζον, ἢ τὸ ταῦτα φαίνεσθαι πράττοντας, ἅπερ δείγματα τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἀγάπης, αὐτὸς ἔφησεν εἶναι ὁ Χριστός; πρὸς γὰρ τὸν κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων διαλεγόμενος, Πέτρε, φησὶν, φιλεῖς με; τούτου δὲ ὁμολογήσαντος, ἐπιλέγει· εἰ φιλεῖς με, ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. ἐρωτᾷ τὸν μαθητὴν ὁ διδάσκαλος, εἰ φιλοῖτο παρ' αὐτοῦ, οὐχ ἵνα αὐτὸς μάθῃ· πῶς γὰρ ὁ τὰς ἁπάντων ἐμβατεύων καρδίας; ἀλλ' ἵνα ἡμᾶς διδάξῃ, ὅσον αὐτῷ μέλει τῆς τῶν ποιμνίων ἐπιστασίας τούτων. τούτου δὲ ὄντος δήλου, κἀκεῖνο ὁμοίως ἔσται φανερὸν, ὅτι πολὺς καὶ ἄφατος ἀποκείσεται μισθὸς τῷ περὶ ταῦτα πονουμένῳ, ἃ πολλοῦ τιμᾶται ὁ Χριστός. εἰ γὰρ ἡμεῖς, ὅταν ἴδωμεν τῶν οἰκετῶν ἢ τῶν οἰκείων, τῶν θρεμμάτων τῶν ἡμετέρων ἐπιμελουμένους τινὰς, τῆς περὶ ἡμᾶς ἀγάπης, τὴν εἰς ἐκεῖνα σπουδὴν τιθέμεθα σημεῖον, καί τοι γε ταῦτα πάντα χρημάτων ἐστὶν ὠνητά· ὁ μὴ χρημάτων, μηδὲ ἄλλου τινὸς τοιούτου, ἀλλ' ἰδίῳ θανάτῳ τὸ ποίμνιον πριάμενος τοῦτο, καὶ τιμὴν τῆς ἀγέλης τὸ αἷμα δοὺς τὸ ἑαυτοῦ, πόσῃ τοὺς ποιμαίνοντας αὐτὴν ἀμείψεται δωρεᾷ; διά τοι τοῦτο εἰπόντος τοῦ μαθητοῦ· σὺ οἶδας, κύριε, ὅτι φιλῶ σε, καὶ μάρτυρα τῆς ἀγάπης αὐτὸν τὸν ἀγαπώμενον καλέσαντος· οὐκ ἔστη μέχρι τούτων ὁ σωτήρ· ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς ἀγάπης προσέθηκε σημεῖον. οὐ γὰρ ὅσον ὁ Πέτρος αὐτὸν ἐφίλει, τότε ἐπιδεῖξαι ἐβούλετο· καὶ γὰρ ἐκ πολλῶν τοῦτο ἤδη ἡμῖν γέγονε δῆλον· ἀλλ' ὅσον αὐτὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀγαπᾷ τὴν ἑαυτοῦ, καὶ Πέτρον καὶ πάντας ἡμᾶς μαθεῖν ἠθέλησεν· ἵνα πολλὴν καὶ ἡμεῖς περὶ ταῦτα εἰσφέρωμεν τὴν σπουδήν. διὰ τί γὰρ υἱοῦ καὶ μονογενοῦς οὐκ ἐφείσατο ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὃν μόνον εἶχεν ἐξέδωκεν; ἵνα τοὺς ἐχθρῶς πρὸς αὐτὸν διακειμένους ἑαυτῷ καταλλάξῃ, καὶ ποιήσῃ λαὸν περιούσιον. διὰ τί καὶ τὸ αἷμα ἐξέχεεν; ἵνα τὰ πρόβατα κτήσηται ταῦτα, ἃ τῷ Πέτρῳ, καὶ τοῖς μετ' ἐκεῖνον ἐνεχείρισεν. εἰκότως ἄρα ἔλεγεν ὁ Χριστός· τίς ἄρα ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος, ὃν κατέστησεν ὁ κύριος αὐτοῦ ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ; πάλιν, τὰ μὲν ῥήματα, ἀποροῦντος· ὁ δὲ φθεγγόμενος αὐτὰ οὐκ ἀπορῶν ἐφθέγγετο. ἀλλ' ὥσπερ τὸν Πέτρον ἐρωτῶν, εἰ φιλοῖτο, οὐ μαθεῖν δεόμενος τοῦ μαθητοῦ τὸν πόθον, ἠρώτα· ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος τῆς οἰκείας ἀγάπης τὴν ὑπερβολήν· οὕτω καὶ νῦν λέγων· τίς ἄρα ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος; οὐ τὸν πιστὸν καὶ φρόνιμον ἀγνοῶν ἔλεγεν· ἀλλὰ παραστῆσαι θέλων τὸ τοῦ πράγματος σπάνιον, καὶ τῆς ἀρχῆς ταύτης τὸ μέγεθος. ὅρα γοῦν καὶ τὸ ἔπαθλον ὅσον. ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι καταστήσει αὐτὸν, φησίν. ἔτι οὖν ἀμφισβητήσεις ἡμῖν ὡς μὴ καλῶς ἠπατῆσθαι, πᾶσι μέλλων ἐπιστήσεσθαι τοῖς τοῦ Θεοῦ ὑπάρχουσι, καὶ ταῦτα πράττων, ἃ καὶ τὸν Πέτρον ποιοῦντα ἔφησε δυνήσεσθαι, καὶ τῶν ἀποστόλων ὑπερακοντίσαι τοὺς λοιπούς. Πέτρε γάρ, φησι, φιλεῖς με πλέον τούτων; ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. καί τοι γ' ἐξῆν εἰπεῖν πρὸς αὐτόν,

DE SACERDOTIO LIBER II.

CAP. I. Sacerdotium grāde eſſe charitatis Chriſti teſtimoniū.

PRoinde quòd fraudis vim atque uſum bonam etiam in partem adhibere poſſis, ſeu (ut verius dicam) quòd ne fraudis quidem; ſed admirandæ cujuſdam diſpenſationis nomine tum fraus ea deſignanda ſit, pluribus quidem hic à me exemplis doceri poterat: quum verò quæ à nobis adducta ſunt, ea idoneam rei comprobandæ fidem facere poſſint, grave moleſtumque arbitror in prolixitatem quæ ſupervacanea ſit, orationem noſtram producere. Reliquum eſt, ut tute expendas, num ex uſu ac commodo tuo fraus ea à nobis adhibita ſit. Tum Baſilius: Et quodnam, inquit, commodum ad nos ex hac rediit ſeu œconomia, ſeu ſapientia, ſeu quocunque eam nomine appellare mavis: ut teſtatum nobis queat ac perſuaſum, fucum mihi à te nequaquam eſſe factum? Quodnam verò, inquam, hoc uno majus commodum exiſtat, quam ſi ea nos facta præſtare conſtiterit, quæ quidem dilectionis charitatiſque in Chriſtum exempla eſſe Chriſtus nos docuit? Hic enim cum Apoſtolorum Principe verba faciens: *Petre amas me*, inquit, atque illo id confitente, adjungit: *Si amas me, paſce oves meas.* Interrogat diſcipulum Magiſter, num ab eo ametur: non quò id ipſe edoceatur: quî enim id edoceri ſtudeat is, cui uni mortalium omnium corda pervia ſunt?) verùm ut nos doceat quantæ ſibi curæ ſit gregis hujus præfectura. Id quòd ubi conſtiterit, & illud item pariter conſtabit, copioſam atque adeo immenſam mercedem illum expectare, qui conſilium, curam, cogitationem, atque operam in iis ſuam ponat, quæ quidem magno apud ſe in pretio atque æſtimatione Chriſtus eſſe voluit. Nam ſi quoties videmus ſervorum pecuariorumve noſtrorum curam à quibuſdam ſuſcipi, ex eo ſtudio adverſus illa impenſo colligimus, ab iis nos amari (etiamſi illa ipſa ejuſmodi eſſe ſoleant, ut pecunia veneant) qui neque pecunia, neque alia re ulla; ſed morte propria ovile hoc redemerit, ſuumque proprium ſanguinem gregis precium obtulerit: quanto, quæſo, præmio gregis hujus paſtores ac rectores remuneraturum olim credimus? Proptereaenim, quum reſpondiſſet diſcipulus: *Tu ſcis Domine, quod amem te*, teſtemq; citaſſet amoris hujus ipſum et qui amaretur, haud ſe hic continuit ſervator Jeſus; ſed & amoris quoque indicium adjunxit. Neque enim tum volebat teſtatum eſſe, quantum à Petro amaretur: ſiquidem id multis nobis argumentis conſtabat: verùm hoc ille tum agebat, ut & Petrum & cæteros nos edoceret, quanta benevolentia ac charitate erga ſuam ipſe Eccleſiam afficeretur: ut hac ratione & nos quoque ejuſdem Eccleſiæ ſtudium curamque toto animo ſuſciperemus. Nam qua de cauſa *filio ſuo eique unigenito Deus optimus maximus uſque adeo non parcendum putavit, ut etiam quem unicum haberet, hunc dederet?* Certe ut *qui in ipſius offenſionem incurriſſent, eos ſibi reconciliaret*, tum verò peculiarem ſelectumque ſibi populum redderet. Quanam item de cauſa idem ille ſanguinem effudit ſuum? certè ut oves eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri ſucceſſoribus committebat. Jure igitur ac meritò ſic loquebatur Chriſtus: *Quiſnam fidelis ſervus & prudens, quem Dominus ſuper familiam ſuam conſtituit?* Rurſus verba quidem iſta, hæſitantis eſſe videntur: quum tamen ab eo prolata ſint, qui minimè hæſitaret. Nam quemadmodum Petrum dum interrogaret, num ab eo amaretur: interrogabat profectò, nō ex eo quod vellet amorem hujuſmodi ex diſcipuli verbis intelligere; ſed quod declarare cuperet, quænam cenſeri deberet noſtræ erga ſe charitatis dilectioniſque magnitudo: ita & hic dum ait: Quiſnam fidelis ſervus & prudens? non hoc ait, quòd ei ignotus ſit fidelis ac prudens ſervus; ſed quod exprimere velit, tum hoc opus quā rarum ſit, tū quæ ſit functionis hujus amplitudo. Contemplare itaq; & præmium, quantū: ſuper omnia, inquit, bona ſua conſtituet eum. Etiamnunc nobiſcū contendes, fraudē iſtā tibi non benè ac feliciter exceſſiſſe, qui per eā univerſis Dei optimi maximi bonis ſis præficiendus: quū præſertim ea agas, quæ quum Petrus ageret, illum Chriſtus autoritate præditum eſſe voluit, ac reliquos item Apoſtolos longe præcelleret. *Petre*, enim ait, *amas me plus quā hi omnes? Paſce oves meas*, Atquiilli quidem licebat verbis hujuſmodi Petrū affari: Jo.21.16.

S. Baſilius. S. Chryſoſt. Jo.21.16. Rom.8.32. Jo.31.16. Rom.5.10. Tit.11.14. Mat.24.45.

Si me amas Petre, jejunia exerce, ſuper nudam humum dormi, vigila continenter, injuria preſſis patrocinare, orphanis patrem te exhibe; viduæ item te maritorum loco habeant. Nunc verò prætermiſſis omnibus his, quidnam ille ait? *Paſce oves meas.* Nam quæ modò à me dicta ſunt, ea complures etiam ex ſubditis præſtare facilè poſſint, non viri ſolùm; ſed etiam fœminæ. At quum de Eccleſiæ præfectura, de credenda huic vel illi tam multarum animarum cura agitur: univerſa quidem muliebris natura functionis iſtius moli ac magnitudini cedat oportet, itemque & bona virorum pars. Prodeant autem in medium qui longè omnibus præſtant, quique animi virtute tantum reliquos excellunt, quantum corporis magnitudine Saül Hebræorum gentem univerſam excelluit, ſeu potius multò etiam magis. Neque enim hic nobis humerorum excellentiæ ac proceritatis menſura quærenda; ſed quanta inter ſeſe differentia homines rationis uſum habentes, & bruta ratione carentia diſſident; tantum ſanè diſcrimen inter eum qui paſcit, atque eos qui paſcuntur eſſe velim: ut ne majus etiam exigam: ſiquidem in multo etiam majoribus rebus periculum ipſum verſatur. Etenim qui oves perdiderit, vel lupis rapientibus, vel latronibus adorientibus, vel lue aliqua, aut alio id genus caſu ſæviente: fortaſſis veniam nonnullam à domino gregis impetret: ſin & pœnas ille exiget, damnum non niſi pecunia conſtat. At verò cui homines ipſi, rationalis Chriſti grex, concrediti ſunt: hunc primum ovibus deperditis non pecuniarum; ſed animæ propriæ jacturam facere oportet: tum verò & certamen longè ac multo moleſtius ſuſtinere. Neque enim illi adverſus lupos pugna eſt, neque à furibus timet, neque ſollicitus anxiuſque eſt de peſte à grege abigenda. Contra quos ergo illi bellum? quibuſcum lucta? Audi, obſecro, Beatum Paulum loquentem: *Non eſt nobis lucta adverſus ſanguinem & carnem; ſed adverſus principatus, adverſus poteſtates, adverſus mundi Dominos, rectores tenebrarum ſeculi hujus, adverſus ſpiritales malitias in cœleſtibus.* Videſne terribiles adverſariorum copias? vides phalanges aſperas, non ferro quidem circumſeptas; ſed quibus pro univerſa armatura ingenium ipſis ſuum abundè ſatis eſt? Vis & alium exercitum ſpectare immanem ac crudelem gregi iſti inſidiantem? Hunc ipſum tibi de eadem ſpecula ſpectare licebit. Nam qui de illis, quos antè dixi, adverſariis verba fecit: hic idem & hos nobis hoſtes indicat, ita loquens: *Manifeſta ſunt opera carnis, quæ ſunt hæc: Adulterium, ſcortatio, immunditia, laſcivia, ſimulachrorum cultus, veneficium, inimicitiæ, lites, æmulationes, iræ, concertationes, obloquutiones, ſuſurri, animi tumores,* & alia his longè plura: neque enim omnia annumeravit; ſed ex his nobis cætera reliquit intelligenda. Porrò quod ad brutorum paſtorem pertinet, qui gregem perdere quærunt, ubi viderint illius præfectum fugæ ſe mandare, miſſa adverſus illum pugna, contenti ſunt ipſarum pecudum raptu. Hi verò ut univerſum gregem ceperint, ne ſic quidem à paſtore manus abſtinent; ſed eo magis ferociunt: neque certè dimicandi finem prius faciunt, quàm vel illum ſupplantarint, vel victas ipſi manus præbuerint. Adde his, quod pecuarii morbi aperti ſunt ac manifeſti, ſi vel fames ſit, vel peſtis, ſi vulnus, ſi aliud quodvis dolorem ægritudinemve pariens: quæ res non modico adjumento eſſe ſolet morbis à pecudibus abigendis. Eſt item & aliud hoc ipſo majus, quod quidem præſentaneum affert ægritudini illi remedium. Quidnam porrò hoc eſt? Magna cum authoritate paſtores pecudes ſuas porrectam medicinam capere cogunt: nam & eas vincire proclive, quoties urere, quoties incidere opus: itemque & diutius aſſervare facilè, quandocunque id conducit: & aliud item pro alio pabulum præbere, & arcere à fluentis: præterea cætera omnia quæcunque paſtores probaverint pecudum ſaluti conferre, nullo ipſi negotio, nullo labore adhibere ſolent. Hominum verò morbi principio haud facilè ſeſe homini produnt. Nam quæ intra hominem latent, *præter hominis ſpiritum, qui in ipſo eſt, nemo certè alius intelligit.* Quî igitur pharmacum adhibere quis poſſit, morbo ei, cujus genus nequaquam intelligat? quum etiam perſæpè uſuveniat, ut ne intelligere quidem poſſit, morbus ſubſit, necne? qui ubi ſeſe prodidit, tibi tum majus negocium faceſſit. Neque enim homini licet tanta cum authoritate homines curare, cum quanta oves paſtor curat. Hic enim liberum eſt & vincere, & à pabulo arcere, & urere, & ſecare: quum illic medicinæ ac curationis ſuſcipiendæ facultas poſita minimè ſit in illo qui medicinam adhibet; ſed in eo tantum qui laborat.

CAP. II. Miniſterium hoc antecellit aliis officiis.

1. Reg. 10, 23.

Epheſ. 6, 12

Gal. 5, 19.

2. Cor. 12, 20.

1. Cor. 2, 11

CAP. III. Sacerdotium magnum requirit animum & admirandum.

A εἰ φιλεῖς με, νηστείαν ἄσκει, χαμευνίαν, ἀγρυπνίας συντόνους, περιΐστασο τῶν ἀδικουμένων· γίνου ὀρφανοῖς ὡς πατὴρ, καὶ ἀντὶ ἀνδρὸς τῇ μητρὶ αὐτῶν. νῦν δὲ πάντα ταῦτα ἀφεὶς, τί φησι; ποίμαινε τὰ πρόβατά μου. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ, ἃ προεῖπον, καὶ τῶν ἀρχομένων πολλοὶ δυνήσαιντ' ἂν ἐπιτελεῖν ῥᾳδίως, οὐκ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες. ὅταν δὲ ἐκκλησίας προστῆναι δέῃ, καὶ ψυχῶν ἐπιμέλειαν πιστευθῆναι τοσούτων, πᾶσα μὲν ἡ γυναικεία φύσις B παραχωρείτω τῷ μεγέθει τοῦ πράγματος, καὶ ἀνδρῶν δὲ τὸ πλέον· ἀγέσθωσαν δὲ εἰς μέσον οἱ πολλῷ τῷ μέτρῳ πλεονεκτοῦντες ἁπάντων· καὶ τοσοῦτον ὑψηλότεροι τῶν ἄλλων κατὰ τὰ τῆς ψυχῆς ὄντες ἀρετὴν, ὅσον τοῦ παντὸς ἔθνους Ἑβραίων κατὰ τὸ τοῦ σώματος μέγεθος ὁ Σαοὺλ, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ πλέον. μὴ γάρ μοι μέχρι ὑπερωμίας ἐνταῦθα ζητείσθω μέτρον· ἀλλ' ὅση πρὸς τὰ ἄλογα τῶν λογικῶν ἀνθρώπων ἡ διαφορὰ, τοσοῦτον τοῦ ποιμένος καὶ τῶν ποι- C μαινομένων ἔστω τὸ μέσον, ἵνα μὴ καὶ πλέον τι εἴπω. καὶ γὰρ περὶ πολλῷ μειζόνων ὁ κίνδυνος. ὁ μὲν γὰρ πρόβατα ἀπολλὺς, ἢ λύκων ἁρπασάντων, ἢ λῃστῶν ἐπιστάντων, ἢ λοιμοῦ τινος, ἢ καὶ ἄλλου συμπτώματός τινος ἐπιπεσόντος, τύχοι μὲν ἄν τινος καὶ συγγνώμης παρὰ τοῦ κυρίου τῆς ποίμνης. εἰ δὲ καὶ δίκην ἀπαιτοῖτο· μέχρι τῶν χρημάτων ἡ ζημία. ὁ δὲ ἀνθρώπους πιστευθεὶς, τὸ λογικὸν τοῦ Χριστοῦ ποίμνιον, πρῶτον μὲν οὐκ εἰς χρήματα, ἀλλ' εἰς τὴν ἑαυτοῦ D ψυχὴν τὴν ζημίαν ὑφίσταται, ὑπὲρ τῆς τῶν προβάτων ἀπωλείας. ἔπειτα καὶ τὸν ἀγῶνα πολλῷ μείζονα καὶ χαλεπώτερον ἔχει. οὐ γὰρ αὐτῷ πρὸς λύκους ἡ μάχη, οὐδὲ ὑπὲρ λῃστῶν δέδοικεν, οὐδὲ ἵνα λοιμὸν ἀπελάσῃ τῆς ποίμνης φροντίζει· ἀλλὰ πρὸς τίνας ὁ πόλεμος; καὶ μετὰ τίνων ἡ πάλη; ἄκουε τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· Οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶ- E νος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. εἶδες πολεμίων πλῆθος δεινὸν, καὶ φάλαγγας ἀγρίας, οὐ σιδήρῳ πεφραγμένας, ἀλλ' ἀντὶ πάσης πανοπλίας ἀρκουμένας τῇ φύσει. βούλει καὶ ἕτερον στρατόπεδον ἰδεῖν ἀπηνὲς καὶ ὠμὸν, ταύτῃ προσεδρεῦον τῇ ποίμνῃ; καὶ τοῦτο ἀπὸ τῆς αὐτῆς ὄψει περιωπῆς. ὁ γὰρ περὶ ἐκείνων ἡμῖν διαλεχθεὶς, οὗτος καὶ τούτους ἡμῖν ὑποδείκνυσι τοὺς ἐχθροὺς, ὧδέ πως λέγων. Φανερὰ ἐστι τὰ ἔργα A τῆς σαρκὸς, ἅ τινά ἐστι, πορνεία, μοιχεία, ἀκαθαρσία, ἀσέλγεια, εἰδωλολατρεία, φαρμακεία, ἔχθραι, ἔρεις, ζῆλοι, θυμοὶ, ἐριθεῖαι, καταλαλιαὶ, ψιθυρισμοὶ, φυσιώσεις, ἀκαταστασίαι, καὶ ἕτερα τούτων πλείονα· οὐ γὰρ πάντα κατέλεξεν, ἀλλ' ἐκ τούτων ἀφῆκεν εἰδέναι καὶ τὰ λοιπά. καὶ ἐπὶ μὲν τοῦ ποιμένος τῶν ἀλόγων, οἱ βουλόμενοι διαφθεῖραι τὴν ποίμνην, ὅταν ἴδωσι τὸν ἐφεστῶτα φεύγοντα· τὴν πρὸς ἐκεῖνον μάχην ἀφέντες, ἀρκοῦνται τῇ τῶν θρεμμάτων ἁρ- B παγῇ. ἐνταῦθα δὲ, κἂν ἅπασαν λάβωσι τὴν ποίμνην, οὐδ' οὕτω τοῦ ποιμένος ἀφίστανται· ἀλλὰ μᾶλλον ἐφεστήκασι, καὶ πλέον θρασύνονται· καὶ οὐ πρότερον παύονται, ἕως ἂν ἢ καταβάλωσιν ἐκεῖνον, ἢ νικηθῶσιν αὐτοί. πρὸς δὲ τούτοις, τὰ μὲν τῶν θρεμμάτων νοσήματα καθέστηκε φανερὰ, κἂν λιμὸς ᾖ, κἂν λοιμὸς, κἂν τραῦμα, κἂν ὁτιδηποτοῦν ἕτερον ἢ τὸ λυποῦν· οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο δύναιτ' ἂν πρὸς τὴν τῶν ἐνοχλούντων ἀπαλλαγήν. ἔστι δέ τι καὶ ἕτερον τούτου C μεῖζον, τὸ ποιοῦν ταχεῖαν τῆς ἀρρωστίας ἐκείνης τὴν λύσιν. τί δὲ τοῦτό ἐστι; μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας καταναγκάζουσι τὰ πρόβατα οἱ ποιμένες δέχεσθαι τὴν ἰατρείαν, ὅτ' ἂν ἑκόντα μὴ ὑπομένῃ. καὶ γὰρ δῆσαι εὔκολον, ὅτ' ἂν καῦσαι δέῃ, καὶ τεμεῖν, καὶ φυλάξαι ἔνδον ἐπὶ χρόνον πολὺν, ἡνίκα ἂν τοῦτο συμφέρῃ· καὶ ἑτέραν δὲ ἀνθ' ἑτέρας προσάγειν τροφὴν, καὶ ἀποκωλῦσαι ναμάτων· καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα, ὅσα περ ἂν δοκιμάσωσι πρὸς τὴν ἐκείνων ὑγίειαν συμ- D βάλλεσθαι, μετὰ πολλῆς προσάγουσι τῆς εὐκολίας. τὰς δὲ τῶν ἀνθρώπων ἀρρωστίας, πρῶτον μὲν οὐκ ἔστιν ἀνθρώπῳ ῥᾴδιον ἰδεῖν. οὐδεὶς γὰρ οἶδεν ἀνθρώπων τὰ τοῦ ἀνθρώπου, εἰ μὴ τὸ πνεῦμα τοῦ ἀνθρώπου τὸ ἐν αὐτῷ. πῶς οὖν τις προσαγάγοι τῆς νόσου τὸ φάρμακον, ἧς τὸν τρόπον οὐκ οἶδε; πολλάκις δὲ μηδὲ εἰ τυγχάνοι νοσῶν δυνάμενος συνιδεῖν. ἐπειδὰν δὲ καὶ καταφανὴς γένηται, τότε πλείονα αὐτῷ παρέχει τὴν δυσκολίαν. οὐ γάρ ἐστι μετὰ τοσαύτης ἐξουσίας ἅπαντας θεραπεύειν ἀνθρώπους, μεθ' ὅσης τὸ E πρόβατον ὁ ποιμήν. ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἐνταῦθα, καὶ δῆσαι, καὶ τροφῆς ἀπεῖρξαι, καὶ καῦσαι, καὶ τεμεῖν. ἀλλ' ἡ ἐξουσία τοῦ δέξασθαι τὴν ἰατρείαν, οὐκ ἐν τῷ προσάγοντι τὸ φάρμακον, ἀλλ' ἐν τῷ κάμνοντι κεῖται.

Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος ἀνὴρ συνειδὼς, Κορινθίοις ἔλεγεν· Οὐχ ὅτι κυριεύομεν ὑμῶν τῆς πίστεως, ἀλλὰ συνεργοί ἐσμεν τῆς χαρᾶς ὑμῶν. Μάλιστα μὲν γὰρ ἁπάντων Χριστιανοῖς οὐκ ἐφίεται πρὸς βίαν ἐπανορθοῦν τὰ τῶν ἁμαρτανόντων πταίσματα. ἀλλ' οἱ μὲν ἔξωθεν δικασταὶ τοὺς κακούργους, ὅταν ὑπὸ τοὺς νόμους λάβωσι, πολλὴν ἐπιδείκνυνται τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἄκοντας τοὺς τρόπους κωλύουσι χρῆσθαι τοῖς αὐτῶν. ἐνταῦθα δὲ οὐ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα δεῖ ποιεῖν ἀμείνω τὸν τοιοῦτον. οὔτε γὰρ ἡμῖν ἐξουσία τοσαύτη παρὰ τῶν νόμων δέδοται πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς ἁμαρτάνοντας· οὔτε, εἰ καὶ ἔδωκαν, εἴχομεν ὅπου χρησόμεθα τῇ δυνάμει, οὐ τοὺς ἀνάγκῃ τῆς κακίας ἀπεχομένους, ἀλλὰ τοὺς προαιρέσει ταύτης ἀπεχομένους στεφανοῦντος τοῦ Θεοῦ. διὰ τοῦτο πολλῆς χρεία τῆς μηχανῆς, ἵνα πεισθῶσιν ἑκόντες ἑαυτοὺς ὑπέχειν ταῖς παρὰ τῶν ἱερέων θεραπείαις οἱ κάμνοντες, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ χάριν εἰδῶσι τῆς ἰατρείας αὐτοῖς. ἄν τε γάρ τις σκιρτήσῃ δεθεὶς, κύριος δέ ἐστι τούτου, χεῖρον εἰργάσατο τὸ δεινόν· ἄν τε τοὺς σιδήρου δίκην τέμνοντας λόγους παραπέμψηται, προσέθηκε διὰ τῆς καταφρονήσεως τραῦμα ἕτερον, καὶ γέγονεν ἡ τῆς θεραπείας πρόφασις, νόσου χαλεπωτέρας ὑπόθεσις. ὁ γὰρ καταναγκάζων καὶ ἄκοντα θεραπεῦσαι δυνάμενος οὐκ ἔστι.

Τί οὖν ἄν τις ποιήσειε; καὶ γὰρ ἂν πρᾳότερον προσενεχθῇς τῷ πολλῆς ἀποτομίας δεομένῳ, καὶ μὴ ὅλως βαθεῖαν τὴν πληγὴν τῷ τοιαύτης χρείαν ἔχοντι· τὸ μὲν περιέκοψας, τὸ δὲ ἀφῆκας τοῦ τραύματος. κἂν ἀφειδῶς τὴν ὀφειλομένην ἐπαγάγῃς τομὴν, πολλάκις ἀπογνοὺς πρὸς τὰς ἀλγηδόνας ἐκεῖνος, ἀθρόως ἅπαντα ῥίψας, καὶ τὸ φάρμακον, καὶ τὸν ἐπίδεσμον, φέρων ἑαυτὸν κατεκρήμνισε, συντρίψας τὸν ζυγὸν, καὶ διαῤῥήξας τὸν δεσμόν. καὶ πολλοὺς ἂν ἔχοιμι λέγειν, τοὺς εἰς ἔσχατα ἐξοκείλαντας κακὰ, διὰ τὸ δίκην ἀπαιτηθῆναι τῶν ἁμαρτημάτων ἀξίαν. οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν παραπτωμάτων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν· ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαιρέσεως· μήποτε ῥάψαι τὸ διεῤῥωγὸς βουλόμενος, χεῖρον τὸ σχίσμα ποιήσῃς· καὶ ἀνορθῶσαι τὸ καταπεπτωκὸς σπουδάζων, μείζονα ἐργάσῃ τὴν πτῶσιν. οἱ γὰρ ἀσθενεῖς καὶ διακεχυμένοι, καὶ τὸ πλέον τῇ τοῦ κόσμου προσδεδεμένοι τρυφῇ· εἰσὶ δὲ καὶ ἐπὶ γένει καὶ δυναστείᾳ μέγα φρονεῖν ἔχοντες· ἠρέμα μὲν καὶ κατὰ μικρὸν, ἐν οἷς ἂν ἁμαρτάνωσιν ἐπιστρεφόμενοι δύναιντ' ἂν, εἰ καὶ μὴ τέλεον, ἀλλ' οὖν ἐκ μέρους τῶν κατεχόντων αὐτοὺς ἀπαλλαγῆναι κακῶν· ἂν δὲ ἀθρόαν τις ἐπαγάγῃ τὴν παιδείαν, καὶ τῆς ἐλάττονος αὐτοὺς ἀποστερήσει διορθώσεως. ψυχὴ γὰρ ἐπειδὰν εἰς ἅπαξ ἀπερυθριάσαι βιασθῇ, εἰς ἀναλγησίαν ἐκπίπτει· καὶ οὔτε προσηνέσιν εἴκει λόγοις λοιπὸν, οὔτε ἀπειλαῖς κάμπτεται, οὐκ εὐεργεσίαις ἐπιστρέφεται· ἀλλὰ γίνεται πολὺ χείρων τῆς πόλεως ἐκείνης, ἣν ὁ προφήτης κακίζων ἔλεγεν· ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναισχύντησας πρὸς πάντας. διὰ τοῦτο πολλῆς δεῖ τῆς συνέσεως τῷ ποιμένι, καὶ μυρίων ὀφθαλμῶν, πρὸς τὸ περισκοπεῖν πάντοθεν τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν. ὥσπερ γὰρ εἰς ἀπόνοιαν αἴρονται πολλοὶ, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν τῆς ἑαυτῶν καταπίπτουσι σωτηρίας, ἀπὸ τοῦ μὴ δυνηθῆναι πικρῶν ἀνασχέσθαι φαρμάκων· οὕτως εἰσί τινες, οἳ, διὰ τὸ μὴ δοῦναι τῶν ἁμαρτημάτων τιμωρίαν ἀντίῤῥοπον, εἰς ὀλιγωρίαν ἐκτρέπονται· καὶ πολλῷ γίνονται χείρους, καὶ πρὸς τὸ μείζονα ἁμαρτάνειν προάγονται. χρὴ τοίνυν μηδὲν τούτων ἀνεξέταστον ἀφεῖναι· ἀλλὰ πάντα διερευνησάμενον ἀκριβῶς, καταλλήλως τὰ παρ' αὐτοῦ προσάγειν τὸν ἱερωμένον, ἵνα μὴ μάταιος αὐτῷ γίνηται ἡ σπουδή. οὐκ ἐν τούτῳ δὲ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τὰ ἀπεῤῥηγμένα τῆς ἐκκλησίας μέλη συνάπτειν, πολλὰ ἴδοι τις ἂν αὐτὸν ἔχοντα πράγματα. ὁ μὲν γὰρ τῶν προβάτων ποιμὴν, ἔχει τὸ ποίμνιον ἑπόμενον, ᾗπερ ἂν ἡγῆται· εἰ δὲ καὶ ἐκτρέποιτό τινα τῆς εὐθείας ὁδοῦ, καὶ τὴν ἀγαθὴν ἀφέντα νομὴν, λεπτόγεα καὶ ἀπόκρημνα βόσκοιτο χωρία, ἀρκεῖ βοήσαντα σφοδρότερον συνελάσαι πάλιν, καὶ εἰς τὴν ποίμνην ἐπαναγαγεῖν τὸ χωρισθέν. εἰ δὲ τῆς εὐθείας ἄνθρωπος ἀποπλανηθείη πίστεως· πολλῆς δεῖ τῷ ποιμένι τῆς πραγματείας, τῆς καρτερίας, τῆς ὑπομονῆς. οὐ γὰρ ἑλκύσαι πρὸς βίαν ἐστὶν, οὐδὲ ἀναγκάσαι φόβῳ· πείσαντα δὲ δεῖ πάλιν πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀγαγεῖν, ὅθεν ἐξέπεσε τὴν ἀρχήν. γενναίας οὖν δεῖ ψυχῆς.

A Hoc enim admirandus ille vir quum intelligeret, ſic Corinthios alloquitur: *Non quod dominemur vobis nomine fidei; ſed adjutores ſumus gaudii veſtri.* (2. Cor. 1, 24.) Chriſtianis enim minimè omnium licet peccantium lapſus vi corrigere. Exteri quidem judices quum facinoroſos homines leges tranſgreſſos fuiſſe deprehenderint, magna ſe præditos autoritate ac poteſtate oſtendunt, eoſdémque vel invitos, ſuos ipſorum mores mutare cogunt. Hic verò non vim afferre; ſed ſuadere tantum oportet, atque hâc ratione meliorem efficere, quem emendandum ſuſceperis. B Neque enim nobis facultas tanta à legibus data ad delinquentes coërcendos: ac ne ſi dediſſent quidem, haberemus ubi vim hujuſmodi potentiámque exercere poſſemus: quum Chriſtus eos æterna corona donet, non qui coacti; ſed qui certo animi propoſito à peccato abſtinent. Quamobrem multa quidem arte opus eſt, ut qui laborant Chriſtiani, ultrò ſibi ipſi perſuadeant ſacerdotum curationibus ſeſe ſubmittere C oportere: neque id ſolùm; ſed ut etiam curationis ac medicinæ nomine gratiam illis habeant. Nam ſive qui vinctus illigatuſque eſt, contumaciter reſtiterit (id autem per ſe ipſe poteſt) malum certè exaſperat, graviuſque reddit: ſive admonentis verba ferri modo ſecantia neglectim tranſmiſerit, nimirum aliud ſibi vulnus contemptu infert: uſque adeò ut curationis illius prætextus, gravioris morbi color fiat: neque enim eſt qui hic vim afferat, nec qui curare invitum poſſit.

Cap. IV. *Multum difficultatis in ſacerdotio eſſe multúmque periculi.*

D Quid igitur facias? Etenim ſi blandius eum tractes, cujus affectum corpus ſectione, eáque magna indiget: ac niſi altam infixeris plagam ei, qui ea opus habet: nimirum fiet ut vulnus ipſum partim ſit reſectum, partim relictum. Rurſum ſi nulla ex parte parcere volens debitam adhibueris ſectionem: fiet ſæpe ut animum ille doloris impatientia deſpondens, atque adeo omnia ſimul detrectans, tum pharmacum, tum vinculum, ſe ipſe præcipitem ferat, contrito jugo, ac confracto la-E queo. Equidem complures recenſere poſſim, quos conſtat in extrema mala adactos, non ob aliud niſi quòd digna ab eis pœna, & quæ peccatis perpetratis par eſſet, exigeretur. Neque enim temerè ad delictorum modum oportet & mulctam ipſam adhibere, ſed tanquam conjecturis quibuſdam explorandus eſt delinquentium animus: ne quà fiat, ut dum conſuere vis quod interruptum eſt, ſciſſuram deteriorem facias: ac dum eum, qui lapſus eſt erigere atque emendare ſtudes, caſus ipſe A major per te reddatur. Nam qui infirmi ſunt ac remiſſi, & magna ex parte mundi hujus deliciis illecebríſque illaqueati, quique iidem à generis claritate, à potentia atque opibus habere ſe putant, unde animos magnopere tollant: ii ſi ſenſim ac paulatim peccatorum correctionem adhibeas, poſſint utique, ſi non penitus, attamen parte aliqua eximere ſe ac liberare malis peccatíſque, quibus occupantur: quos ſi juſta ſtatim animadverſione emendes, fiet ut minori etiam illa cor-B rectione, quam ſuſtinere poterant, prives. Humanus enim animus poſteaquam verecundiæ fines ſemel tranſire coactus eſt, in indolentiam dilabitur, tum autem neque blandis verbis paret, neque minis flectitur, neque beneficiis movetur, malitiam etiam ſuperans civitatis illius, in quam Propheta conviciis hujuſmodi inſurgebat: *Facta eſt tibi meretricia facies, depuduit te adverſus omnes.* (Hier. 3, 3.) Quocirca multa quidem opus eſt paſtori prudentia, ſexcentis etiam, C ut ſic dicam, oculis: ut rectè undique humani animi habitum circumſpicere poſſit. Nam ſicut aliquoties uſuvenit, ut animum plerique deſpondeant, atque in ſuæ ſalutis proruant deſperationem, non ob aliud, niſi quòd ab amaris acerbiſque medicamentis abhorreant: ita nonnullos reperias, qui hoc ipſo quod pœnas peccatis ſuis pares non luerint, in negligentiam, ac contemptum dilabantur, ac longè deteriores facti, majorem peccandi licentiam ſibi ven-D dicent. Itaque nihil horum relinquendum eſt, quod probè non excutiat atque examinet Epiſcopus: quin omnia accuratè ac ſtudioſè perſcrutatum tum demum illum oportet ſua ipſius remedia congruè, aptè, accommodatè afferre: idque ne operam fortè ludat. Cæterùm non in iis ſolùm, quæ dixi, verumetiam in abſciſſis Eccleſiæ membris committendis conjungendiſque multis illum negotiis diſtringi videas. Etenim ovium paſtor gregem habet è veſtigio ſubſe-E quentem, quacunque præierit: quòd ſi quæ de recta via oves deflectant, ac feraci pabulo poſthabito, ſterilia atque abrupta loca depaſcant: ſatis habet paſtor altius aliquantum inclamare, ut palantes ac diſperſas reducat, atque in gregem cogat. Si verò à recto Chriſtianæ fidei tramite aberraverit quis: hic paſtori magnum certè opus incumbit, magnum negotium,

Paſtori neceſſaria prudentia.

magna tolerantia. Neque enim vis illi inferenda, neque terrore ille cogendus: verùm ſuadendus tantùm, ut de integro ad veritatem redeat, unde initio dilapſus eſt. Itaque magnum ac generoſum animum ad eam rem Epiſcopum afferre oportet: ut ne

ut ne animo deficiat ac delaſſetur, ut ne errantium ſalutem de- A ſpondeat ac deſperet: denique ut nunquam non illud ſecum co-
1. Tim. 2. 25. gitet ac dicat: *Si quando det illis Deus veritatis agnitionem, ac reſipiſcant è diaboli laqueo.* Propterea Dominus quum diſcipulos
Matt. 24. 45. alloqueretur, ait: *Quiſnam fidelis ſervus ac prudens?* Etenim qui ſuum unius animum excolit, ſibi duntaxat utilis eſt; at paſtoralis functionis lucrum ad univerſum populum manat: & qui pecuniam indigentibus erogat, aut qui alioqui injuria preſſos ſublevat, is & proximos quidem juvat; ſed tamen id tanto B minus præſtat quam Epiſcopus, quanto diſſident inter ſe intervallo corpus atque anima.
BASIL. CHRYS. Non abs re igitur Dominus paſtoris ſtudium adverſus gregem impenſum, amoris ac charitatis erga ſe ſymbolum eſſe dixit. Tu verò, inquit, Chriſtum non amas? Et amo, inquam, & amare certè nunquam deſiſtam: cæterum vereor ne quem amo, eum irritem.
BASIL. Hoc vero, inquit, ænigmate quodnam aliud obſcurius eſſe queat: ſi Chriſtus illum à quo ametur, oves ſuas paſcere juſſit: tu autem hoc no- C mine nolle paſcere affirmes, quòd eundem illum, qui hoc juſſerit, ames.
CHRYS. Non eſt, inquam ego, ſermo hic ænigma: quinimò valde apertus & ſimplex. Nam ſi par atque idoneus adminiſtrando muneri iſti, juxta id, quòd Chriſto placitum eſt, nihilo ſecus tamen munus ipſum detrectaſſem, hæſitare quidem ad verba mea conveniret: poſtea verò quàm me ad functionis iſtius præſtationem, animi hujus imbecillitas minus idoneum reddidit: quis huic quæſtioni dubitationíve lo- D cus? Etenim vereor ne ſi provinciam ſumpſero regendi Chriſti ovile jam valens ac vegetum, deinde illud idem ſocordia negligentiáque mea depravavero: eum contra me irritem, qui ſic illud ovile dilexit, ut ſe ipſum ob ejus ſalutem ac pretium dederit.
BASIL. Joco hæc, inquit ille, loqueris, nam ſi extra jocum, equidem non video quibuſnam aliis melius argumentis à te demonſtrari potuerit, juſto nos dolore vexari, quàm iſtis tuis verbis: quibus tamen ab animo meo mœſtitiam hanc depellere ſtudioſè ad- E laboraſti. Antea enim quum noviſſem me à te deceptum ac proditum, nunc autem id longè etiam apertius, dum tu objecta tibi crimina diluere aggreſſus es: equidem belliſſimè hinc capio atque intelligo, quò me tandem malorum adegeris. Nam ſi te hoc demum nomine à functione hujuſmodi ſumoviſti, quòd intelligeres animi tui facultates nequaquam pares rei ipſius moli ſuſtinendæ, me ſanè prius exemptum eſſe oportuit, etiam ſi id muneris ſummo ſtudio ambiviſſem, ne dicam hic rei to- A tius conſilium curámque tibi à me fuiſſe commiſſam. Nunc verò tu tuis unius partibus proſpiciens, noſtras planè neglexiſti. Atque utinam neglexiſſes tantum: mecum enim vel hac ratione præclarè actum exiſtimaſſem. At verò & tu quoque autor conſultórque ejus artis fuiſti, qua facilè in hoſtium nos captantium manus incideremus. Neque enim poſſis ad id effugii te conferre, quòd tibi videlicet vulgi opinio ſucum fecerit, atque hinc adductus ſis, ut magna quædam atque admiranda B de nobis conciperes: utpote qui is certe non eſſem, qui inter admirandos, inſignes atque excellentes viros numerari deberem. Neque tamen, ut ſe ita res haberet, vulgi opinionem veritati præpoſitam eſſe oportuit. Nam ſi tibi nunquam antea per nos licuiſſet, ut conſuetudinis noſtræ periculum faceres: haberes certè unde honeſtum ſumeres prætextum in hoc, quòd in ſuffragio iſto ferendo vulgarem famam fueris ſequutus: ſin nemo omnium eſt, qui res noſtras omnes notiores habeat, quàm ipſe C habeas, euſque ut animus hic uni tibi magis ſpectatus perſpectuſque ſit, quàm iis qui me vel genuere, vel educavere: quæ tandem oratio ſic probabilis uſurpari à te poſſit, ut perſuadere ditionibus queas, me abs te ultrò in periculum hoc nequaquam fuiſſe conjectum? Verùm prætermittantur & hæc in præſentia: neque enim cogimus ut tu horum nomine cauſam dicas: tantùm effare quanam defenſione apud eos utamur, qui nos inſimulant.
CHRYS. Ego verò, inquam, non antea ad illa D me convertam, quàm ea diluero quæ ad te ſpectant, etiamſi nos ſexcenties velis criminibus hujuſmodi vacare. Ignorantiam enim dixiſti veniam nobis impetrare poſſe, nóſque nulli prorſus criminationi obnoxios fore, ſi in rerum tuarum omnium ignoratione verſantes, te in præſentem rerum ſtatum deduxerimus. Cæterùm quoniam te non ignoratione prodidimus; ſed quum maximè res omnes tuæ cognitæ nobis eſſent, propterea vis excuſationem omnem, quæ ratione niti ipſa E poſſet, defenſionémque quamlibet juſtam ſublatam prærep támque nobis eſſe. At nobis ſanè contraria ſententia. Hujuſmodi enim res magno admodum, judicio quidem meo, examine indiget: eumq; oportet, qui exhibiturus ſit quem ad ſacerdotii functionem idoneum cenſet, non vulgarem tantùm famam atq; opinionem ſequi, atq; eſſe contentum, ſed eundem item neceſſe eſt unà cum ea, illius vires facultateſq; in primis excutere, atq; ante omnia examinare. Nam quum beatus ille Paulus ea de re diſſerens
1. Tim. 3, 7. ait: *Oportet autem illum & bonum habere ab externis teſtimonium*: nequaquam tollit exactam exploratámq; indagationem: neq; ſanè fidem eam, quæ tibi à vulgi opinione facta ſit, ut præcipuum ſignũ, aut ejuſmodi hominum approbationis totius cardinem eſſe vult:

ἵνα μὴ προκακῇ, ἵνα μὴ ἀπογινώσκῃ τὴν τῶν πλανωμένων σωτηρίαν, ἵνα συνεχῶς ἐκεῖνο καὶ λογίζηται καὶ λέγῃ· μή ποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, καὶ ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος. Διὰ τοῦτο τοῖς μαθηταῖς ὁ κύριος διαλεγόμενος ἔφη· τίς ἄρα ὁ πιστὸς δοῦλος καὶ φρόνιμος; ὁ μὲν γὰρ ἑαυτὸν ἀσκῶν, εἰς ἑαυτὸν μόνον περιΐστησι τὴν ὠφέλειαν· τὸ δὲ τῆς ποιμαντικῆς κέρδος, εἰς ἅπαντα διαβαίνει τὸν λαόν. καὶ ὁ μὲν χρήματα διανέμων τοῖς δεομένοις ἢ καὶ ἑτέρως πῶς ἀδικουμένοις ἀμυνόμενος, ὤνησι μέν τι καὶ οὗτος τοὺς πλησίον· τοσούτῳ δὲ ἔλαττον τοῦ ἱερέως, ὅσῳ τὸ μέσον τοῦ σώματος πρὸς ψυχήν. εἰκότως ἄρα τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης τὴν περὶ τὰ ποίμνια σπουδὴν ὁ κύριος ἔφησεν εἶναι σημεῖον. Σὺ δέ, φησίν, οὐ φιλεῖς τὸν Χριστόν; καὶ φιλῶ, καὶ φιλῶν οὐ παύσομαί ποτε. δέδοικα δὲ μὴ παροξύνω τὸν φιλούμενον ὑπ' ἐμοῦ. καὶ τί τούτου γένοιτ' ἂν αἴνιγμα, φησίν, ἀσαφέστερον; εἰ ὁ μὲν Χριστὸς τὸν φιλοῦντα αὐτὸν ποιμαίνειν προσέταξεν αὐτοῦ τὰ πρόβατα· σὺ δὲ διὰ τοῦτο φῂς οὐ ποιμαίνειν, ἐπειδὴ τὸν τοῦτο προστάξαντα φιλεῖς. οὐκ ἔστιν αἴνιγμα, ἔφην, ὁ λόγος· ἀλλὰ καὶ λίαν σαφὴς καὶ ἁπλοῦς. εἰ μὲν γὰρ ἱκανῶς ἔχων διοικῆσαι τὴν ἀρχὴν ταύτην, καθὼς ὁ Χριστὸς ἤθελεν, εἶτα ἀπέφυγον, ἔδει πρὸς τὸ παρ' ἐμοῦ λεγόμενον ἀπορεῖν· ἐπειδὴ δὲ ἄχρηστόν με πρὸς τὴν διακονίαν ταύτην ἡ τῆς ψυχῆς ἀσθένεια καθίστησι, πῶς ζητήσεως ἄξιον τὸ λεγόμενον; καὶ γὰρ δέδοικα, μὴ τὴν ἀγέλην τοῦ Χριστοῦ σφριγῶσαν καὶ εὐτραφῆ παραλαβών, εἶτα αὐτὴν ἐξ ἀπροσεξίας λυμηνάμενος, παροξύνω κατ' ἐμαυτοῦ τὸν οὕτως αὐτὴν ἀγαπήσαντα Θεόν, ὡς ἑαυτὸν ἐκδοῦναι διὰ τὴν ταύτης σωτηρίαν τε καὶ τιμήν. Παίζων λέγεις ταῦτα, φησίν· εἰ γὰρ σπουδάζων, οὐκ οἶδα, πῶς ἂν ἑτέρως μᾶλλον ἡμᾶς ἐπέδειξας δικαίως ἀλγοῦντας, ἢ διὰ τῶν ῥημάτων τούτων, δι' ὧν ἀποκρούσασθαι τὴν ἀθυμίαν ἐσπούδασας. ἐγὼ γὰρ καὶ πρότερον εἰδώς, ὅτι με ἠπάτησας καὶ προὔδωκας· νῦν δὲ πολλῷ πλέον, ὅτε καὶ τὰ ἐγκλήματα ἀποδύσασθαι ἐπεχείρησας, οὕτω μανθάνω, καὶ συνίημι καλῶς, εἰς τῶν κακῶν με ἤγαγες. εἰ γὰρ διὰ τοῦτο σαυτὸν ὑπεξήγαγες τῆς τοιαύτης λειτουργίας, ὅτι συνεῖδες οὐκ ἀρκοῦσάν σου τὴν ψυχὴν πρὸς τὸν τοῦ πράγματος ὄγκον, ἐμὲ πρότερον ἐξελέσθαι ἐχρῆν. καὶ εἰ πολλὴν πρὸς τοῦτο ἐπιθυμίαν ἔχων ἐτύγχανον, μὴ ὅτι καὶ πᾶσαν τὴν ὑπὲρ τούτων ἐπέτρεψά σοι βουλήν. νῦν δὲ τὸ σαυτοῦ μόνον ἰδών, τὸ ἡμέτερον παρεῖδες. εἴθε μὲν οὖν παρεῖδες, καὶ ἀγαπητὸν ἂν ἦν. σὺ δὲ καὶ ὅπως εὐχείρωτοι γενοίμεθα τοῖς βουλομένοις λαβεῖν, ἐπεβούλευσας. οὐδὲ γὰρ εἰς ἐκεῖνο καταφυγεῖν ἔχοις ἄν, ὅτι ἡ τῶν πολλῶν δόξα ἠπάτησέ σε, καὶ μεγάλα τινὰ καὶ θαυμαστὰ περὶ ἡμῶν ὑποπτεύειν ἔπεισεν. οὔτε γὰρ τῶν θαυμαζομένων καὶ ἐπισήμων ἡμεῖς· οὔτε, εἰ καὶ τοῦτο οὕτως ἔχον ἐτύγχανε, τὴν τῶν πολλῶν δόξαν τῆς ἀληθείας προτιμῆσαι ἐχρῆν. εἰ μὲν γὰρ μηδέ ποτέ σοι πεῖραν τῆς ἡμετέρας ἐδώκαμεν συνουσίας, ἔδοξέ τις εἶναί σοι πρόφασις εὔλογος, ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν φήμης φέροντι τὴν ψῆφον· εἰ δὲ οὐδεὶς οὕτω τὰ ἡμέτερα οἶδεν, ἀλλὰ καὶ τῶν γεγεννηκότων καὶ θρεψαμένων αὐτῶν τὴν ἡμετέραν μᾶλλον ἐπίστασαι ψυχήν· τίς οὕτως ἔσται σοι λόγος πιθανός, ὡς δυνηθῆναι πεῖσαι τοὺς ἀκούοντας, ὅτι οὐχ ἑκὼν ἡμᾶς εἰς τοῦτον ὤσας τὸν κίνδυνον. ἀλλὰ γὰρ ταῦτα ἀφείσθω νῦν· οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ τούτων ἀναγκάζομέν σε κρίνεσθαι· τί πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἀπολογησόμεθα; λέγε. ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς πρότερον, ἔφην, ἐπ' ἐκεῖνα πορεύσομαι, ἕως ἂν διαλύσωμαι τὰ πρὸς σέ, κἂν μυριάκις αὐτὸς ἡμᾶς τῶν ἐγκλημάτων ἐθέλῃς ἀπολύειν. σὺ μὲν γὰρ ἔφης τὴν ἄγνοιαν ἡμῖν φέρειν συγγνώμην, καὶ πάσης ἂν ἡμᾶς ἀφεῖναι κατηγορίας, εἰ μηδὲν τῶν σῶν εἰδότες, εἶτά σε εἰς τὰ παρόντα ἠγάγομεν. ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀγνοοῦντας προδοῦναι, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐπισταμένους τὰ σά, διὰ τοῦτο πᾶσαν ἡμῖν πρόφασιν εὔλογον, καὶ ἀπολογίαν ἀνῃρῆσθαι δικαίαν. ἐγὼ δὲ πᾶν τοὐναντίον φημί. διότι τὰ τοιαῦτα πολλῆς δεῖται τῆς ἐξετάσεως· καὶ τὸν μέλλοντα παραδώσειν τὸν εἰς ἱερωσύνην ἐπιτήδειον, οὐ δεῖ τῇ τῶν πολλῶν ἀρκεῖσθαι φήμῃ μόνον, ἀλλὰ μετ' ἐκείνης καὶ αὐτὸν μάλιστα πάντων, καὶ πρὸ πάντων, ἐξητακέναι τὰ ἐκείνου. καὶ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος εἰπών, δεῖ δὲ αὐτὸν καὶ μαρτυρίαν ἔχειν καλὴν ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, οὐκ ἀναιρεῖ τὴν ἀκριβῆ καὶ βεβασανισμένην ἔρευναν, οὐδ' ὡς προηγούμενον τεκμήριον τοῦτο τίθησι τῆς τῶν τοιούτων δοκιμασίας.

καὶ

καὶ γὰρ πολλὰ πρότερον διαλεχθεὶς, ὕστερον τοῦτο προσέθηκε· δεικνὺς, ὡς οὐκ ἂν αὐτὸ μόνον ἀρκέσαι δεῖ πρὸς τὰς τοιαύτας αἱρέσεις, ἀλλὰ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὸ παραλαμβάνειν χρή. συμβαίνει γὰρ πολλάκις, τὴν τῶν πολλῶν ψεύδεσθαι φήμην· τῆς δὲ ἀκριβοῦς ἐξετάσεως ἡγησαμένης, οὐδένα ἐκ ταύτης κίνδυνόν ἐστιν ὑποπτεῦσαι λοιπόν. διὰ τοῦτο μετὰ τὰ ἄλλα, τὰ παρὰ τῶν ἔξωθεν, αὐτὸ τίθησιν. οὐ γὰρ ἁπλῶς ἔφησε· δεῖ δὲ αὐτὸν μαρτυρίαν ἔχειν καλήν· ἀλλὰ καὶ τὸ, παρὰ τῶν ἔξωθεν, παρενέβαλε, δηλῶσαι βουλόμενος, ὅτι μετὰ τῆς τῶν ἔξωθεν φήμης, πρὸς ἀκρίβειαν αὐτὸν διερευνήσασθαι δεῖ. ἐπεὶ οὖν καὶ αὐτὸς ᾔδειν τὰ σὰ τῶν γεγεννηκότων μᾶλλον, ὡς καὶ αὐτὸς ὡμολόγησας· διὰ τοῦτο δίκαιος ἂν εἴην πάσης ἀφεῖσθαι αἰτίας. δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο, φησὶν, οὐκ ἂν ἔφυγες, εἴ τις σε γράφεσθαι ἤθελεν. ἢ οὐ μέμνησαι καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούσας, καὶ πολλάκις καὶ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν διδαχθεὶς, τὸ τῆς ψυχῆς ἀγεννὲς τῆς ἐμῆς; οὐ διὰ τοῦτο εἰς μικροψυχίαν ἡμᾶς διετέλεις σκώπτων ἀεὶ, ὅτι καὶ ταῖς τυχούσαις φροντίσι καταπίπτομεν εὐκόλως. Μέμνημαι μὲν καὶ ταῦτα πολλάκις, ἔφην, ἀκούσας παρὰ σοῦ τὰ ῥήματα, καὶ οὐκ ἂν ἀρνηθείην. ἐγὼ δέ σε εἴ ποτε ἔσκωπτον παίζων, οὐκ ἀληθεύων, τοῦτο ἐποίουν.

Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ὑπὲρ τούτων φιλονεικῶ νῦν. ἀξιῶ δὲ καὶ αὐτὸν τὴν ἴσην μοι παρασχεῖν εὐγνωμοσύνην, ὅτ' ἂν θελήσω τινὸς ἐπιμνησθῆναι τῶν σοι προσόντων ἀγαθῶν. κἂν γὰρ ἐπιχειρήσῃς ἡμᾶς ἀπελέγξαι ψευδομένους, οὐ φεισόμεθα· ἀλλ' ἀποδείξομεν μετριάζοντά σε μᾶλλον, ἢ πρὸς ἀλήθειαν, ταῦτα φθεγγόμενον· ἑτέρῳ μὲν οὐδενὶ, τοῖς δὲ λόγοις σοῖς, καὶ ταῖς πράξεσι, μάρτυσι κεχρημένοι πρὸς τὴν τῶν λεγομένων ἀλήθειαν. πρῶτον δέ σε ἐκεῖνο ἐρέσθαι βούλομαι· οἶσθα πόση τῆς ἀγάπης ἡ δύναμις; ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς τὰ τεράστια πάντα ἀφεὶς, ἅπερ ἔμελλεν ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τελεῖσθαι· ἐν τούτῳ, φησὶ, γνώσονται οἱ ἄνθρωποι, ὅτι ἐμοί ἐστε μαθηταὶ, ἐὰν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. ὁ δὲ Παῦλος, πλήρωμα τοῦ νόμου φησὶν αὐτὴν εἶναι· καὶ ταύτης ἀπούσης, οὐδὲν τῶν χαρισμάτων ὄφελος. τοῦτο δὴ τὸ ἐξαίρετον ἀγαθὸν, τὸ γνώρισμα τῶν τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν; τὸ τῶν χαρισμάτων ἀνωτέρω κείμενον, οἶδα γενναίως ἐν τῇ σῇ πεφυτευμένον ψυχῇ, καὶ πολλῷ βρύον τῷ καρπῷ. Καὶ ὁ Βασίλειος, ὅτι μὲν πολλή μοί, φησι, τοῦ πράγματος ἡ φροντὶς, καὶ μεγίστην ποιοῦμαι τὴν σπουδὴν ὑπὲρ ταύτης τῆς ἐντολῆς, καὶ αὐτὸς ὁμολογῶ· ὅτι δὲ οὐδὲ ἡμισείας αὐτὴν ἠνύσαμεν, καὶ αὐτὸς ἄν μοι μαρτυρήσειας, εἰ τὸ πρὸς χάριν λέγειν ἀφεὶς, τιμῆσαι τἀληθὲς βουληθείης.

Οὐκοῦν ἐπὶ τοὺς ἐλέγχους τρέψομαι, ἔφην, καὶ ὅπερ ἠπείλησα, ποιήσω νῦν· μετριάζειν μᾶλλον, ἢ ἀληθεύειν βουλόμενον, ἀποδείξας. ἐρῶ δὲ πρᾶγμα ἄρτι συμβεβηκὸς, ἵνα μή τις ὑποπτεύσῃ, τὰ παλαιά με διηγούμενον, τῷ πλήθει τοῦ χρόνου τἀληθὲς ἐπισκιάζειν ἐπιχειρεῖν· τῆς ἀληθείας οὐκ ἀφιείσης ἐπισκῆψαί τι τοῖς πρὸς χάριν λεγομένοις παρ' ἡμῶν. ὅτε γὰρ τῶν ἐπιτηδείων τις τῶν ἡμετέρων, ἐπ' ἐγκλήμασιν ὕβρεως καὶ ἀπονοίας συκοφαντηθεὶς, περὶ τῶν ἐσχάτων ἐκινδύνευσε· τότε οὔτε ἐγκαλοῦντός σοί τινος, οὔτε ἐκείνου τοῦ κινδυνεύειν μέλλοντος δεηθέντος, εἰς μέσους σαυτὸν ἔρριψας τοὺς κινδύνους. καὶ τὸ μὲν ἔργον τοῦτο ἦν· ἵνα δέ σε καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων ἐλέγξωμεν, ἐπειδὴ τὴν προθυμίαν ταύτην οἱ μὲν οὐκ ἀπεδέχοντο, οἱ δὲ ἐπῄνουν καὶ ἐθαύμαζον. καὶ τί πάθω πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἔφης· ἑτέρως γὰρ οὐκ οἶδα φιλεῖν, ἀλλ' ἢ μετὰ τοῦ καὶ τὴν ψυχὴν ἐκδιδόναι τὴν ἐμαυτοῦ, ἡνίκα ἄν τινα τῶν ἐπιτηδείων κινδυνεύοντα διασῶσαι δέῃ· ῥήμασι μὲν ἑτέροις, διανοίᾳ δὲ τῇ αὐτῇ, τὰ τοῦ Χριστοῦ φθεγγόμενος, ἃ πρὸς τοὺς μαθητὰς ἔλεγε, τῆς τελείας ἀγάπης τοὺς ὅρους τιθείς· μείζονα γὰρ ταύτης ἀγάπην οὐδεὶς ἔχει, φησὶν, ἢ ἵνα τις τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θῇ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ. εἰ τοίνυν μείζονα ταύτης οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, ἐπὶ τὸ τέλος αὐτῆς ἔφθασας· καὶ δι' ὧν ἔπραξας, καὶ δι' ὧν εἶπες, τῆς κορυφῆς ἐπέβης αὐτῆς. διὰ τοῦτό σε προὐδώκαμεν, διὰ τοῦτο τὸν δόλον ἐρράψαμεν ἐκεῖνον. ἆρά σε πείθομεν, ὅτι οὔτε ἐκ κακονοίας, οὔτε εἰς κίνδυνον ἐμβαλεῖν βουλόμενοι, ἀλλὰ χρήσιμον ἔσεσθαι εἰδότες, εἰς τὸ στάδιον εἵλκομεν τοῦτο; εἶτα ἀρκεῖν οἴει, φησὶ, πρὸς τὴν τῶν πλησίον διόρθωσιν, τὴν τῆς ἀγάπης δύναμιν; μάλιστα μὲν πολὺ μέρος, ἔφην, πρὸς τοῦτο συμβάλλεσθαι δύναιτ' ἄν. εἰ δὲ βούλει καὶ τῆς φρονήσεως ἡμᾶς τῆς σῆς δείγματα ἐξενεγκεῖν· καὶ ἐπὶ ταύτην βαδιούμεθα· καὶ δείξομεν, συνετὸν ὄντα μᾶλλον ἢ φιλόστοργον.

A quippe multa prius quum diſſeruiſſet, id poſteà adjunxit: oſtendere volens non ſatis hoc eſſe oportere ad hujuſmodi electiones creationeſque faciendas; ſed unà cum aliis & hoc item præſidii à nobis aſſumendum eſſe. Nam ſæpe uſuvenit, ut vulgi opinio falſa ſit: à qua tamen nihil periculi exoriri poſſit, ſi res ipſa tota par ſe prius exactè ac diligenter diſcuſſa atque examinata fuerit. Quocirca poſt alia, illud ipſe de teſtimonio ab externis poſuit. Neq; enim ſimpliciter hoc dicit: Oportet autem illum bonum B habere teſtimonium; ſed illud etiam, ab externis, attexuit planum facere volens, futurum Epiſcopum intrinſecus magna cum diligentia excutiendum atque examinandum antequam ad eam opinionem deſcendas, quam de eo vulgus conceperit. Itaque quòd vita tua ac mores magis mihi, id quod tute profiteris, noti ſpectatique ſint quàm parentibus ipſis tuis, ob id dignus ſim, qui ab omni criminatione liberer. Vel hoc nomine, inquit ille, hoc certè nomine elabi atque evadere nequaquam poſſis, ſi te quis C accuſare, atque in judicium trahere velit. An non ipſe meminiſti à nobis audire, id quod & ſæpenumero reipſa comprobaſti, animus hic quàm parum fortis generoſúſque eſſet? an non perpetuis iſtis cavillis puſillanimitatem nobis objeciſti: quòd videlicet natura noſtra curis etiam levibus facilè ſuccumbamus? Memini, inquam, hujuſmodi quidem ex te verba ſæpenumero audire: neque ibo inficias. Ego vero ſi quando cavillabor, joco, non ſeriò id factitabam.

BASIL.

CHRYS.

D Mihi tamen hic ea de re tecum contendere non eſt animus. Poſtulo autem à te, eandem mihi ut tu æquanimitatem præſtes, bonorum virtutúmque quibus animus iſte præditus eſt, mentionem facere aggredienti. Nam ſi tum conaberis mendacii nos convincere, equidem nihil diſſimulans liquido commonſtrabo, modeſtiæ potius iſtius quàm veritatis cauſâ ſic de te verba facere. Id quod non aliis argumentis comprobaturus ſum, quàm nudis tum verbis, tum factis tuis: quibus ego perinde atque cer- E tiſſimis teſtibus utar ad plenam dictorum meorum fidem faciendam. Atque id ex te primùm quærere volo, Noſtin charitatis vis quanta ſit? Certè Chriſtus reliquis prodigiis ac miraculis poſthabitis, quæ ab Apoſtolis edenda eſſent: *In hoc*, inquit, *cognoſcent homines quod diſcipuli mei ſitis, ſi charitatem inter vos mutuam habueritis.* Quinetiam Paulus *charitatem legis eſſe conſummationem affirmat: ſine qua ipſa dona nulli ſint uſui.* Proinde eximium iſtud bonum idémque Chriſti Apoſtolorum ſignum uni- A cum, ac quod quidem cæteris donis ſuperius excellentiuſque eſt, ſcio in animo tuo generosè admodum ac præclarè inſitum eſſe, copioſóque inibi fructu exuberare. Tum Baſilius: Mihi, inquit, magnæ eam rem curæ ac ſtudio eſſe, ne ipſe quidem inficior: me tamen eandem ne dimidia quidem parte illius numeros impleviſſe, vel tu ad eam rem teſtis mihi optimus fueris, ſiquidem quod verum eſt, ſpectare magis quàm quæ ad gratiam faciunt, loqui, in animum induxeris tuum.

Cap. V. *Nos propter charitatem in Chriſtum hoc miniſterium fugiſſe.*

Joan. 13, 35.

Rom. 13, 10.

1. Cor. 13, 3.

BASIL.

B Ergo ad argumenta ipſa, inquam, me convertam, atque hic certè quòd promiſi, exequar, facta per me fide, te animi iſtius modeſtiam magis quàm rei veritatem ſequi. Proferam autem hiſtoriam admodum recentem, ut ne quis ſuſpicari poſſit, vetera recenſentem, temporis diuturnitate verum ipſum tanquam adumbrare me velle: quum alioqui etiam veritas minimè permittat quicquam nos affingere vel iis ipſis quæ ad gratiam prolata à nobis fuerint. Nam quo tempore unus quidam ex amicis C neceſſariiſque noſtris per calumniam accuſatus contumeliæ ac contumaciæ, de ſalute periclitaretur: hic te ipſe, cum neque is qui periclitaretur, auxilium tuum imploraret, in media ipſa pericula ultrò conjeciſti. At factum quidem tale tuum extitit. Ut autem te verbis etiam tuis convincamus: quum animi tui propenſionem hujuſmodi alii non probaſſent, alii contrà laudaſſent, admiratique fuiſſent: hic tu ad eos qui te accuſarent, dixiſti: Quidnam ipſe facerem? aliter enim amare non didici, niſi ut & D meam animam in diſcrimen adducam, dum periclitantem amicum aliquem ſervare opus eſt: diverſis quidem verbis: ſed ſenſu eodem, ea enuncians, quibus Chriſtus diſcipulos ſuos alloquebatur, poſitis ab eo perfectæ charitatis terminis. *Majoris enim*, inquit, *hac charitatem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis.* Igitur ſi majorem hac invenire non eſt; ad ipſius finem perveniſti: atque adeo tum verbis, tum etiam factis tuis ad ipſius verticem conſcendiſti. Propter quod unum te ipſi, E dolo illo à nobis conſuto, prodidimus. Etiámne igitur tibi perſuaſum eſt, te à nobis in iſtud ſtadium protractum, neque ulla malevolentia erga te noſtra, neque quò te in periculum aliquod conjiceremus? quin potius id à nobis factum, quòd certum nobis eſſet, quàm utile id futurum eſſet. Itane, inquit, charitatis vim ſufficere putas ad proximorum correctionem atque emendationem? Maximè quidem, inquam; ac magna adeo ex parte ad id conferre charitas poſſit. Cæterùm ſi me vis & prudentiæ item iſtius ſpecimina proferre, ad id quoque me accingam: oſtendámque majori te prudentia quàm charitate ac benevolentia præditum.

CHRYS. Cap. VI. *Demonſtratio virtutis Baſilii & quàm vehemens ſit ejus charitas.*

Joan. 15, 13.

BASIL.

CHRYS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BASIL. Ad hæc ille verecundia tactus, ruboréq; ſuffuſus: Quæ ad me, inquit, ſpectant, nunc omittantur: neq; enim jam inde ab initio horum rationem à te exegimus. Tu vero ſi quid habes, quod juſtè aliis opponere poſſis, lubens eos ſermones auſcultabo. Itaque prætermiſſa hac umbratili pugna, edoce quidnam cæteris reſpondere poſſimus: hoc eſt, tum iis, qui nos tali honore dignati ſunt: tum iis, qui vicem illorum tanquam injuria à nobis affectorum dolent.

CHRYS. Cap. VII. *Nos in contumeliam eorum, qui elegerant hoc miniſterium non fugimus.*

Equidem ad id, inquam, jam feſtino: nam quandoquidem tibi jam expedivi facti erga te mei rationem, facilè ad apologiæ iſtius partem me convertam. Quam igitur ſuper hiſce accuſationem, quas illi criminationes afferunt? Gravem ſe videlicet injuriam à nobis accepiſſe queruntur, quod quem nobis illi honorem deferebant, eum deprecati ſimus. Ego vero illud primum dico: Nullam nos rationem habere oportere injuriæ per nos hominibus illatæ, quoties per delatum eis honorē, Dei optimi offenſionem ſubire cogimur: quum iis etiam, qui ſe injuriam hujuſmodi accepiſſe ægrè ferunt, boni eam non conſulentes, hoc certè ipſum, quòd boni ſcilicet non conſulant, ne à periculo quidem alienum ſit, verùm in primis diſpendioſum ac detrimentoſum. Decere enim exiſtimo illorum animos, qui Deo opt. dicati ſunt, quique in illum unum intuentur, tanta religione affici, ut ne id quidem injuriæ loco habeant, etiamſi abs te iidem contumeliis mille affecti ſint. Sed quòd hujuſmodi audacia ne in hujus quidem animi cogitationem deſcenderit, conſtare illinc poteſt. Nam ſi contumacia, faſtu, atque ambitione (ut tute ſæpenumero affirmaſti multos calumniari) ad id deductus ſum: certè nihil prohibeat, quin hominis maximè injurii notam ſubeam, iis ſic per me contemptis, qui præterquam quòd magna atque admirabili virtute clarent, de me quoque ſunt bene meriti. Etenim ſi in eos animadvertere debemus, qui injuriam iis inferunt à quibus nulla ipſi injuria laceſſiti ſunt: quanto, quæſo, honore digni eſſe queant, qui nobis ex ſe ultrò honorem aliquem deferre propoſuerint? Neque enim hoc dicere quis poſſit, illos beneficio à me vel remuni, vel magno affectos, meritorum acceptorum vicem reponere voluiſſe. Quodnam igitur ſupplicium non mereatur, ſi quis contrariis factis repenſet? Sin autem id ne cogitavimus quidem; ſed longè alio conſilio gravem iſtam ſarcinam detrectavimus: quorſum prætermiſſa facti noſtri condonatione ac venia, ſi probare id ipſi factum nolint, criminantur inſimulantes, quòd noſtræ animæ pepercerimus? Tantum enim abeſt, ut ii ullam à me injuriam acceperint, ut eos etiam honore affectos dicere poſſim recuſatione hac noſtra. Neque verò mirum id tibi eſſe debet, quod dixi, perinde quaſi dictum id ſit præter communem hominum ſenſum? nam de eo quoque tibi mox ſatis fecerimus. Tum enim ſi minus omnes, certè qui maledicentia delectantur, potuiſſent pleraque tum ſuſpicari, tum eloqui, partim de me qui ordinatus ſum, partim de illis, qui me elegerunt. Verbi gratia, quòd divitias illi ſolas ſpectent, quòd generis ſplendorem admirentur, quòd à nobis adulatione victi eum nobis honorem demandaſſent. Nam quòd & pecunia adducti corruptique, dicere non habeo, ſi quis & ipſum hoc ſuſpicetur. *Præterea, Chriſtus quidem piſcatores, tabernaculorumque texendorum artifices, itémque publicanos ad hujuſmodi magiſtratum advocavit*: hi autem eos reſpuunt deſpiciuntque, qui ſibi quotidiano opere victum parant: ſin verò quis peregrinas literas, ſtudiáque nihil ad ſcripta Evangelica pertinentia attigerit, atque in otio vitam tranſigat, hunc ipſum admittunt, probant, admirantur. Nam quo nomine eos, qui ſudores propemodum infinitos pertulere, dum Eccleſiæ utiles eſſe ſtudent, contempſerunt: at eum, qui nihil unquam ſudorum illorum guſtavérit, totam verò ætatem in futili atque inutili externorum ſtudiorum labore inſumpſerit, derepente in tam ſublimem honorem traxere? Hæc quæ dixi, atque adeo plura dicere illis licuiſſet, ſi hujuſmodi honos à nobis fuiſſet ſuſceptus: id quod illis nunc in contrarium evenit, ut quibus maledicentiæ occaſio omnis præciſa ſit: neque jam mihi adulationem, neque illis ſordes ac corruptelam objicere poſſunt: niſi ſi qui fortè erunt, qui merè inſanire volent. Nam qui adulatione largitionéve honorem aliquem candidatus ambierit: hic qua ratione eum, tum quum ſuſcipere oporteat, aliis ſuſcipiendum ipſe relinquat? Id enim perinde fuerit: ac ſi quis laboribus multis in excolenda terra impenſis, ut ſegetem copioſam novalia reportent, ac vino lacus exundent, poſt ſudores infinitos, poſt multum pecuniæ ſumptum, cùm meſſis ac vindemiæ tempus appetit, tum aliis fructum illorum proventum fruendum relinquat. Intelligiſne tum calumniari illos volentibus occaſionem haudquaquam fuiſſe defuturam, etiamſi longè à veritate alienam: quòd videlicet facta ab illis de nobis electio, à recto animi judicio nata nequaquam fuiſſet? qui tamen nunc ne hiſcere quidem, aut labra tantum diducere per me poſſunt. Ac tales quidem initio illorum extitiſſent ſermones, ſeu etiam his, quos dixi, plures additi. Cæterùm poſteaquam muneris functionem attigiſſemus, nullæ certè illorum defenſiones criminationibus quotidie exorientibus pares eſſe potuiſſent: etiamſi à nobis omnia inculpatè adminiſtrata fuiſſent:

Math. 4, 19. Act. 18, 3. Luc. 5, 27.

ἐπὶ τούτῳ ἐρυθριάσας ἐκεῖνος, καὶ φοινιχθείς, τὰ μὲν ἡμέτερα, φησί, παρείσθω νῦν· οὐδὲ γὰρ παρὰ τὴν ἀρχήν σε τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον ἀπῄτουν· εἰ δέ τι πρὸς τοὺς ἔξωθεν δίκαιον ἔχεις εἰπεῖν, ἡδέως ἂν τοὺς ὑπὲρ τούτων ἀκούσαιμι λόγους. διὸ τὴν σκιαμαχίαν ταύτην ἀφείς, εἰπέ, τί πρὸς τοὺς λοιποὺς ἀπολογησόμεθα, καὶ τοὺς τετιμηκότας, καὶ τοὺς ὑπὲρ ἐκείνων ὡς ὑβρισμένων ἀλγοῦντας;

Καὶ αὐτὸς λοιπόν, ἔφην, πρὸς τοῦτο ἐπείγομαι. ἐπειδὴ γὰρ ὁ πρὸς σέ μοι διήνυσται λόγος· εὐκόλως καὶ ἐπὶ τοῦτο τρέψομαι τῆς ἀπολογίας τὸ μέρος. τίς οὖν ἡ τούτων κατηγορία, καὶ τίνα τὰ ἐγκλήματα; ὑβρίσθαι φασὶν ὑφ᾽ ἡμῶν, καὶ δεινὰ πεπονθέναι, ὅτι τὴν τιμήν, ἣν τιμῆσαι ἠθέλησαν, οὐκ ἐδεξάμεθα. ἐγὼ δὲ πρῶτον μὲν ἐκεῖνό φημι, ὅτι οὐδένα λόγον ποιεῖσθαι δεῖ τῆς εἰς ἀνθρώπους ὕβρεως, ὅτ᾽ ἂν διὰ τῆς εἰς ἐκείνους τιμῆς, ἀναγκαζώμεθα προσκρούειν Θεῷ. οὐδὲ γὰρ τοῖς ἀγανακτοῦσιν αὐτοῖς, τὸ δυσχεραίνειν ἐπὶ τούτοις ἀκίνδυνον, φαίην ἄν· ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἔχει τὴν ζημίαν. δεῖ γὰρ οἶμαι τοὺς ἀνακειμένους Θεῷ, καὶ πρὸς αὐτὸν βλέποντας μόνον, οὕτω διακεῖσθαι εὐλαβῶς, ὡς μηδὲ ὕβριν τὸ τοιοῦτο ἡγεῖσθαι, κἂν μυριάκις ἠτιμωμένοι τυγχάνωσιν. ὅτι δὲ οὐδὲ μέχρι ἐννοίας τετόλμηταί μοι τοιοῦτον ἢ ἕτερον ἐμοί, δῆλον ἐκεῖθεν. εἰ μὲν γὰρ ἀπονοίᾳ καὶ φιλοδοξίᾳ, ὡς πολλάκις ἔφης τινὰς διαβάλλειν, ἐπὶ τοῦτο ἦλθον ἐγὼ [ψηφίσασθαι τοὺς κατηγόρους] τῶν τὰ μέγιστα ἠδικηκότων ἂν εἴην ἀνδρῶν καταφρονήσας θαυμαστῶν καὶ μεγάλων, καὶ πρὸς τούτοις εὐεργετῶν. εἰ γὰρ τὸ τοὺς μηδὲν ἠδικηκότας ἀδικεῖν, κολάσεως ἄξιον· τοὺς τιμῆσαι προελομένους ἀφ᾽ ἑαυτῶν, πῶς τιμᾶν χρή; οὐδὲ γὰρ οὔτε ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν, ὅτι εὖ παθόντες ἢ μικρὸν ἢ μέγα παρ᾽ ἐμοῦ, τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων ἐξέτισαν τὰς ἀμοιβάς. πόσης οὖν οὐκ ἂν εἴη τιμωρίας ἄξιον, τοῖς ἐναντίοις ἀμείβεσθαι; εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐδὲ εἰς νοῦν ἐβαλόμεθά ποτε, μεθ᾽ ἑτέρας δὲ προαιρέσεως τὸ βαρὺ φορτίον ἐξεκλίναμεν· τί παρέντες συγγινώσκειν, εἴ γε ἀποδέχεσθαι μὴ βούλοιντο, ἐγκαλοῦσιν ὅτι τῆς ἑαυτῶν ἐφεισάμεθα ψυχῆς; ἐγὼ γὰρ τοσοῦτον ἀπέχω εἰς τοὺς ἄνδρας ὑβρίσαι ἐκείνους, ὅτι καὶ τετιμηκέναι αὐτοὺς φαίην ἂν τῇ παραιτήσει. καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ παράδοξον τὸ λεγόμενον. ταχεῖαν γὰρ καὶ τούτου τὴν λύσιν ἐπάξομεν. τότε μὲν γάρ, εἰ καὶ μὴ πάντες, ἀλλ᾽ οἷς τὸ κακῶς ἀγορεύειν ἡδύ, πολλὰ ἂν εἶχον καὶ ὑποπτεῦσαι καὶ εἰπεῖν περί τε τοῦ χειροτονηθέντος ἐμοῦ, περί τε τῶν ἑλομένων ἐκείνων. οἷον ὅτι τε πρὸς πλοῦτον βλέπουσιν, ὅτι λαμπρότητα γένους θαυμάζουσιν, ὅτι κολακευθέντες ὑφ᾽ ἡμῶν εἰς τοῦτο ἡμᾶς παρήγαγον. εἰ δὲ καὶ ὅτι χρήμασι πεισθέντες· οὐκ ἔχω λέγειν, εἴ τις καὶ τοῦτο ὑποπτεύων ἦν. καὶ ὁ μὲν Χριστὸς ἁλιεῖς καὶ σκηνοποιοὺς καὶ τελώνας ἐπὶ ταύτην ἐκάλεσε τὴν ἀρχήν· οὗτοι δὲ τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς ἐργασίας τῆς καθημερινῆς τρεφομένους διαπτύουσιν· εἰ δέ τις λόγων ἅψαιτο τῶν ἔξωθεν καὶ ἐν ἀργίᾳ τρέφοιτο, τοῦτον ἀποδέχονται καὶ θαυμάζουσι. τί γὰρ δήποτε τοὺς μὲν μυρίους ἀναδεξαμένους ἱδρῶτας εἰς τὰς τῆς ἐκκλησίας χρείας, παρεῖδον· τὸν δὲ οὐδέποτε τούτων γευσάμενον πόνων, πᾶσαν δὲ τὴν ἡλικίαν ἐν τῇ τῶν ἔξωθεν λόγων ματαιοπονίᾳ καταναλώσαντα, ἐξαίφνης εἰς ταύτην εἵλκυσαν τὴν τιμήν; ταῦτα καὶ πλείονα τούτων λέγειν εἶχον ἄν, δεξαμένων ἡμῶν τὴν ἀρχήν. ἀλλ᾽ οὐ νῦν· πᾶσα γὰρ αὐτοῖς κατηγορίας ἐκκέκοπται πρόφασις· καὶ οὔτε ἐμὲ κολακείας, οὔτε μισθαρνίας ἐκείνους ἔχουσιν ἐγκαλεῖν, πλὴν εἴ τινες ἁπλῶς μαίνεσθαι βούλοιντο. πῶς γὰρ ὁ κολακεύων, καὶ χρήματα ἀναλίσκων, ἵνα τύχῃ τῆς τιμῆς, ἡνίκα ἔδει τυχεῖν, ἑτέροις ἂν ἀφῆκεν αὐτήν; ὅμοιον γὰρ ἂν εἴη τοῦτο, ὥσπερ ἂν εἴ τις πολλοὺς περὶ τὴν γῆν ἀναδεχόμενος πόνους, ἵνα βρίθηται μὲν αὐτῷ τὸ λήιον πολλῷ τῷ καρπῷ, οἴνῳ δὲ ὑπερβλύζωσιν αἱ ληνοί, μετὰ τοὺς μυρίους ἱδρῶτας καὶ τὴν πολλὴν τῶν χρημάτων δαπάνην, ἡνίκα ἂν καλαμᾶσθαι καὶ τρυγᾶν δέῃ, τηνικαῦτα ἑτέροις τῆς τῶν καρπῶν ἐκσταίη φορᾶς. ὁρᾷς ὅτι τότε μέν, εἰ καὶ πόρρω τῆς ἀληθείας ἦν τὰ λεγόμενα, ἀλλ᾽ ὅμως εἶχον πρόφασιν οἱ βουλόμενοι διαβάλλειν αὐτούς, ὡς οὐκ ὀρθῇ κρίσει λογισμῶν τὴν αἵρεσιν πεποιημένους. ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς νῦν, οὐδὲ χάναι οὐδὲ ἁπλῶς διᾶραι τὸ στόμα συνεχωρήσαμεν. καὶ τὰ μὲν παρὰ τὴν ἀρχὴν λεγόμενα, τοιαῦτα ἂν ἦν, καὶ τούτων πλείονα. μετὰ δὲ τὸ τῆς διακονίας ἅψασθαι, οὐκ ἂν ἤρκεσα καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τοῖς ἐγκαλοῦσιν ἀπολογούμενος, εἰ καὶ πάντα ἡμῖν ἀναμαρτήτως ἐπράχθη·

μὴ ὅτι

μεν ὅτι καὶ πολλὰ διαμαρτεῖν, ὑπό τε τῆς ἀπειρίας καὶ τῆς ἡλικίας ἠναγκάσθημεν ἄν. νῦν δὲ καὶ ταύτης αὐτῆς κατηγορίας ἀπηλλάξαμεν, τότε δὲ μυρίοις ἂν αὐτοὺς περιεβάλομεν ὀνείδεσι. τίς γὰρ οὐκ ἂν εἶπε, παισὶν ἀνοήτοις πράγματα οὕτω θαυμαστὰ καὶ μεγάλα ἐπέτρεψαν; ἐλυμήναντο τοῦ Θεοῦ τὴν ποίμνην, παίγνια καὶ γέλως γέγονε τὰ Χριστιανῶν. „ἀλλὰ νῦν πᾶσα ἀνομία ἐμφράξει τὸ στόμα αὐτῆς. εἰ γὰρ καὶ διὰ σὲ ταῦτα λέγοιεν, ἀλλὰ ταχέως αὐτοὺς διδάξεις διὰ τῶν ἔργων, ὅτι οὐ χρὴ τὴν σύνεσιν ἡλικίᾳ κρίνειν, οὐδὲ τὸν πρεσβύτην ἀπὸ τῆς πολιᾶς δοκιμάζειν, οὐδὲ τὸν νέον πάντως ἀπείργειν τῆς τοιαύτης διακονίας· ἀλλὰ τὸν νεόφυτον. πολὺ δὲ ἀμφοτέρων τὸ μέσον.

ne dicam neceſſariò futurum fuiſſe, ut partim miniſterii imperitia, partim ætatis hujus vitio in multis aberraremus. Nunc verò eiſdem criminationis hujus occaſionem ſuſtulimus: tum autem futurum erat, ut probris ipſos innumeris obnoxios redderemus. Quotuſquiſque enim id non fuiſſet conqueſtus? Pueris inſipientibus res tam miras tamque magnas crediderunt. Depravaverunt Dei optimi gregem. Ludicræ ac jam ridiculæ factæ ſunt res Chriſtianæ. *At verò nunc omnis iniquitas oppilabit os ſuum*; ſi enim propter te iſta protulerint, è veſtigio eos re ipſa edocebis, non oportere prudentiam ætate metiri, neque ſenem canitie probare, neque juvenem arcendum ab hujuſmodi miniſterio; ſed neophytum novitiúmque. Maximum eſt autem inter utrumque diſcrimen. Pſ. 107, 42.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ τῷ γ' λόγῳ.

α'. Ὅτι οἱ ὑπονοήσαντες δι' ἀπόνοιαν παρῃτῆσθαι ἡμᾶς, τὴν ἑαυτῶν ὑπόληψιν ἔβλαψαν.

β'. Ὅτι οὐδὲ διὰ κενοδοξίαν ἐφύγομεν.

γ'. Ὅτι εἰ δόξης ἐπεθυμοῦμεν, ἑλέσθαι μᾶλλον τὸ πρᾶγμα ἐχρῆν.

δ'. Ὅτι φρικτὸν ἡ ἱερωσύνη· καὶ πολὺ τῆς παλαιᾶς λατρείας ἡ καινὴ φρικωδεστέρα.

ε'. Ὅτι πολλὴ τῶν ἱερέων ἡ ἐξουσία καὶ ἡ τιμή.

ς'. Ὅτι τῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ μεγίστων δωρεῶν εἰσιν αἱ διακονίαι.

ζ'. Ὅτι καὶ ὁ Παῦλος περιδεὴς ἦν, πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς ὁρῶν.

η'. Ὅτι πολλάκις ἁμαρτάνειν προσάγεται, εἰς τὸ μέσον ἐλθών, ἂν μὴ σφόδρα γενναῖος ᾖ.

θ'. Ὅτι κενοδοξίᾳ καὶ τοῖς ταύτης ἁλίσκεται δεινοῖς.

ι'. Ὅτι οὐχ ἡ ἱερωσύνη τούτων αἰτία, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα ῥᾳθυμία.

ια'. Ὅτι τὴν ἐπιθυμίαν τῆς φιλαρχίας ἐκβεβλῆσθαι δεῖ ἀπὸ τῆς τοῦ ἱερέως ψυχῆς.

HÆC INSUNT LIBRO TERTIO.

1. *Qui ſuſpicati ſint, nos per ſuperbiam declinaſſe hoc officium, eos ſuam ipſorum æſtimationem vulneraſſe.*
2. *Nos non propter vanam gloriam fugiſſe.*
3. *Quod ſi gloriam concupiſceremus, oportuerit nos tale potius eligere miniſterium.*
4. *Tremendum quid eſſe ſacerdotium; & novum cultum veteri longe magis formidabilem.*
5. *Magnam eſſe poteſtatem & dignitatem ſacerdotum.*
6. *Munerum maximorum Dei eſſe illa miniſteria.*
7. *Ipſum etiam Paulum trepidaſſe, magnitudinem tanti aſpicientem principatus.*
8. *Sæpe ad peccandum adduci, qui in medium progrediatur, niſi perquam fortis animi fuerit.*
9. *Vanagloria ejuſque malis ipſum irretiri.*
10. *Non ipſum ſacerdotium horum malorum cauſam eſſe; ſed noſtram ignaviam.*
11. *Cupiditatem amoris primatus ac dominationis, expellendam eſſe ab animo ſacerdotis.*
12. *Sapientiſſimum oportere eſſe Sacerdotem.*
13. *Præter maximam abſtinentiam, alia quoque ab animo Sacerdotis requiri.*
14. *Nihil tam puritatem & aciem mentis obtundere, ut iracundiam inordinatam.*
15. *Aliam ſpeciem litis plenam periculorum Beatus Joannes Chryſoſtomus oſtendit.* *Hæc in Græcis non leguntur.*
16. *Æſtimatio, quantum eſſe oporteat illum, qui tantis tempeſtatibus opponendus ſit.*
71. *Quantus ſit in gubernatione Virginum timor.*

ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ

ΛΟΓΟΣ Γ'.

ΤΗΣ μὲν οὖν ὕβρεως ἕνεκεν τῆς εἰς τοὺς τετιμηκότας, καὶ ὅτι αὐτοὺς οὐ καταισχῦναι βουλόμενοι ταύτην ἐφύγομεν τὴν τιμήν· ταῦτα ἂν ἔχοιμεν λέγειν, ἅπερ εἰρήκαμεν. ὅτι δὲ οὐδὲ ὑπὸ ἀπονοίας τινὸς φυσηθέντες· καὶ τοῦτο νῦν εἰς δύναμιν τὴν ἐμὴν πειράσομαί σοι ποιῆσαι φανερόν. εἰ μὲν γὰρ στρατηγίας ἡμῖν ἢ βασιλείας αἵρεσις προὔκειτο, εἰ ταύτην εἶχον τὴν γνώμην, εἰκότως ἄν τις τοῦτο ὑπέλαβεν· ἢ τότε μὲν ἀπονοίας οὐδείς, ἀνοίας δὲ πάντες ἂν ἡμᾶς ἔκριναν· ἱερωσύνης δὲ προκειμένης, ἣ τοσοῦτον ἀνωτέρω βασιλείας ἕστηκεν, ὅσον πνεύματος καὶ σαρκὸς τὸ μέσον· τολμήσει τις ἡμᾶς ὑπεροψίας γράφεσθαι; καὶ πῶς οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν τὰ μικρὰ διαπτύοντας, ὡς παραπαίοντας αἰτιᾶσθαι· τοὺς δὲ ἐπὶ τῶν ἄγαν ὑπερεχόντων τοῦτο ποιοῦντας, τῶν μὲν τῆς παραπληξίας ἐγκλημάτων ἐξαιρεῖν, τῇ δὲ τῆς ὑπερηφανίας ὑποβάλλειν αἰτίᾳ; ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν ἀγέλης βοῶν καταφρονοῦντα, καὶ μὴ βουλόμενον εἶναι βουκόλον, εἰς ὑπερηφανίαν μὲν οὐδαμῶς, εἰς δὲ φρενῶν ἔκστασιν αἰτιώμενος, τὸν τῆς ἁπάσης τῆς οἰκουμένης τὴν βασιλείαν, καὶ τὸ γενέσθαι κύριον τῶν ἁπανταχοῦ στρατοπέδων, μὴ δεχόμενον, ἀντὶ τοῦ μαίνεσθαι, τετυφῶσθαι φαίη. ἀλλ' οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν· οὐδὲ ἡμᾶς μᾶλλον, ἢ ἑαυτούς, οἱ ταῦτα λέγοντες διαβάλλουσι. τὸ γὰρ ἐννοῆσαι μόνον, ὅτι δυνατὸν ἀνθρωπείᾳ φύσει τῆς ἀξίας ὑπερφρονῆσαι ἐκείνης, δεῖγμα κατ' αὐτῶν τῶν ἐκφερόντων ἐστί, ἧς ἔχουσι περὶ τοῦ πράγματος δόξης. εἰ γὰρ μὴ τῶν τυχόντων αὐτό, καὶ ὧν οὐ πολὺς ὁ λόγος, ἐνόμιζον εἶναι· οὐδ' ἂν ὑποπτεῦσαι τοῦτο ἐπῆλθεν αὐτοῖς. διὰ τί γὰρ περὶ τῆς τῶν ἀγγέλων ἀξίας, οὐδεὶς ἐτόλμησέ τι τοιοῦτον ὑποπτεῦσαί ποτε, καὶ εἰπεῖν· ὅτι ἐστὶν ἀνθρωπίνη ψυχή, δι' ἀπόνοιαν οὐκ ἂν ἑλομένη ἐπὶ τὸ τῆς φύσεως ἐκείνης ἀξίωμα ἐλθεῖν; μεγάλα γάρ τινα φανταζόμεθα περὶ τῶν δυνάμεων ἐκείνων· καὶ τοῦτο ἡμᾶς οὐκ ἀφίησι πιστεῦσαι, ὅτι δύναται ἄνθρωπος τῆς τιμῆς φρονῆσαί τι μεῖζον ἐκείνης. ὥστε αὐτοὺς μᾶλλον δικαίως ἄν τις γράψαιτο ἀπονοίας, τοὺς ἡμῶν τοῦτο κατηγοροῦντας.

DE SACERDOTIO LIBER III.

Cap. I. *Nos per ſuperbiam hoc officium non declinaſſe.*

IAm quod ad eam injuriam pertinet, qua eos à me affectos fuiſſe dicis, qui me cohoneſtarunt, tum quòd nullo eos dehoneſtandi conſilio ab iſto me honore ſubtraxerim, afferri quidem à nobis ea poſſent, quæ diximus. Cæterum quod nullo etiam faſtidio, nulla contumacia inflati id fecerimus: idipſum quoque nunc pro viribus tibi planum facere adnitar. Etenim ſi nobis vel imperii militaris, vel regni etiam propoſita fuiſſet optio, potuiſſet quis id merito de me ſuſpicari, ſi modo eandem hanc ſententiam ſequutus fuiſſem, quam hic ſecutus ſum: ſeu verius dicam, tum ſanè nos nullus faſtidii ac contumaciæ inſimulaſſet, amentiæ verò ac ſtultitiæ nemo non damnaſſet. Sacerdotii verò optione propoſita (quod quidem regno tanto eſt excellentius, quantum ſpiritus & carnis intervallum eſſe poteſt) ſuſtinebitne quiſquam contemptus ac faſtidii nos arcerſere? Quî porrò id non abſurdum, eos qui provincias puſillas reſpuunt, ut deliros incuſare: eos verò qui hoc idem in maximè excellentibus factitant, liberare quidem amentiæ crimine, inſolentiæ autem ac ſuperbiæ reos agere? perinde quaſi ſi quis eum qui boum armentum deſpiceret, armentarius eſſe recuſans, animi quidem inſolentia nequaquam præditum eſſe, mentis autem alienatione prorſus laborare criminaretur: ei vero, qui orbis univerſi regnum deprecaretur, neque pateretur exercituum ubique terrarum inſtructorum imperium ad ſe deferri, pro amentiæ crimine, faſtus tantum atque inſolentiæ crimen impingeret? Sed non eſt ita, non eſt ita: neque certè nos magis quam ſeipſos incuſant, qui iſta afferunt. Nam vel cogitaſſe tantum, fieri poſſe, ut tanta illa ſacerdotii dignitas ingenio ſit humano deſpicabilis: id verò contra eos ipſos, qui ſermones hujuſmodi uſurpant, indicium argumentúmque eſſe poſſit opinionis ejus, quam iidem de re, qua de agitur, concipiunt: nam niſi ſacerdotium inter res viles modicique pretii ponerent, ne iſta quidem ſuſpicio ſeſe in animos ipſorum inſinuaſſet. Cur enim de angelica dignitate nullus unquam inventus eſt, qui tale aliquid ſuſtineret ſuſpicari, ac pronunciare, humanum ingenium præ faſtu, ac contumacia ad naturæ angelicæ honorem, dignitatémque non aſpirare? Nempe magna quidem ea ſunt, quæ animo concipimus de poteſtatibus illis: atque idipſum vetat, ut credamus licere homini majorem illa dignitatem animo concipere: quo fit ut conſentaneum magis ſit, ſi quis in illos faſtus ac contumaciæ crimem id torqueat, quod in nos impingunt ipſi:

neque enim id de aliis ſuſpicati fuiſſent, niſi rem ipſam prius damnaſſent, ac nihili exiſtimaſſent.

Cap. II. *Nos propter vanam gloriam non fugiſſe.*

Porrò autem ſi id me dicent gloriæ atque ambitionis nomine commiſiſſe, iidem ſibiipſis non conſtare, imò pugnantia ſecum loqui aperte coarguentur. Neque enim video quámnam aliam orationem quæſiviſſent, ſi nos inanis gloriæ criminibus liberare voluiſſent. Nam ſi in animum fortè meum laudis amor hujuſmodi invaſiſſet, amplecti potius munus illud oportuit, quàm averſari: quid ita? Nempe quòd ea res magnæ nobis gloriæ, magno honori futura fuiſſet. Hominem enim hoc ætatis, quique idem haud ita pridem vitæ hujus curis ſe abdicaſſet, derepente in tantam hominum admirationem veniſſe, ut iis etiam, qui in laboribus hujuſmodi omnem ætatem conſumpſiſſent, anteponeretur, & plura illis ſuffragia reportaret: id verò neminem non attraxiſſet in magnam aliquam atque admirandam noſtri opinionem: tum autem nobis paſſim venerationem illuſtrémque nominis hujus gloriam conciliaſſet: ubi me nunc demptis paucis, Eccleſiæ bona pars ne de nomine quidem norunt. Quamobrem ne omnibus quidem innoteſcet, deprecatum me fuiſſe quod offerebatur; ſed paucis quibuſdam, quos paucos ne omnes quidem ipſos rem, ut ſe habet, reſpicere opinor. Conſentaneum enim eſt ex iis etiam complures aut exiſtimare nullam prorſus de nobis electionem factam, aut ab electione nos rejectos fuiſſe, tanquam non ſatis idoneos viſos: non etiam nos ultro id functionis devitaſſe.

BASIL. At verò, inquit, quibus rei comperta eſt veritas, demirabuntur.

CHRYS. Cap. III. *Si gloriam concupiſceremus oportuit tale miniſterium eligere.*

Atqui hos ipſos dixiſti ambitionis nobis atque inſolentiæ crimen impingere; undénam ergo laudem ſperare licet? A multis? ſed neſciunt illi rem, ut ſe habet. at verò à paucioribus? Verùm & hic nobis res in contrarium recidit. Neque enim alio nomine huc introiſti, quàm ut edocereris, qua adverſum illos defenſione uti poſſes. Sed quorſum horum gratia hîc tantopere diſceptamus? Quod enim ſi vel omnibus res ea innotuiſſet, ne ſic quidem aut inſolentes, aut ambitioſi judicandi eſſemus? pauliſper ſuſtineto, idque aperte intelliges: Itemque illud, quòd non iis ſolum qui hoc audentiæ ſibi ſumunt, ſi modo quiſquam exiſtit mortalium talis: nam exiſtere haudquaquam credo; ſed iis etiam qui id de aliis ſuſpicantur, periculum imminet non mediocre. Etenim ſacerdotium ipſum in terra quidem peragitur; ſed in rerum cœleſtium claſſem ordinémque referendum eſt.

Tremendum quid eſſe ſacerdotium, & magis quam in veteri teſtamento.

Atque id perquam merito: quippe non mortalis quiſquam, non Angelus, non Archangelus, non alia quævis creata potentia, ſed ipſe paracletus ordinem hujuſmodi diſpoſuit: qui mortalibus hominibus etiamnum in carne manentibus author fuit, ut Angelorum miniſterium animo conciperent. Idcirco neceſſe eſt ſacerdotem ſic eſſe purum, ut ſi in ipſis cœlis collocatus inter cœleſtes illas virtutes medius ſtaret. Terribilia namque atque horrifica fuiſſe ferunt, quæ gratiæ tempus præceſſerunt: quod

Exod. 28.

genus fuere tintinnabula, mala punica, lapides pectori ſacerdotis, itémque alii ſuperhumerali ejuſdem ſuperpoſiti, mitra, cidaris, veſtis ad pedes uſque demiſſa, lamina aurea, ſancta ſanctorum, ingens intus quies atque ſilentium. At verò ſi quis ea, quæ gratiæ tempus nobis advexit, examinet, terribilia atque horrifica quæ dixi, judicabit eſſe admodum levia, ac quod de lege à Paulo dictum eſt, hic demum verum eſſe comperiet:

2. Cor. 3, 10.

quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quod glorificatum eſt in hac parte, propter eminentem gloriam. Nam dum conſpicis Dominum immolatum, & illic ſitum ſacerdotem ſacrificio incumbentem, ac preces fundentem, tum verò turbam circumfuſam precioſo illo ſanguine intingi ac rubefieri, etiámne te inter mortales verſari, atque in terra conſiſtere cenſes? an non potius è veſtigio in cœlos transferris? an non carnis cogitationem omnem abjiciens, nudo animo, mente pura circumſpicis, quæ in cœlo ſunt? ô miraculum, ô Dei benignitatem: qui cum patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſe tradit volentibus ipſum excipere ac complecti. Fit autem id nullis præſtigiis; ſed apertis ac circumſpicientibus circumſiſtentium omnium oculis. Num tibi iſta contemptu ac deſpectu digna eſſe videntur? aut ejuſmodi, ut

3. Reg. 18.

poſſit quis contra ea attolli atque inſurgere? Viſne & ſanctimoniæ iſtius excellentiam alio miraculo perſpicere? Ponito ob oculos Heliam illum, præterea & infinitam illam turbam circumfuſam, & ſacrificium lapidibus ſuperpoſitum, tum verò reliquos omnes admodum quietos ac taciturnos, ſolum autem Prophetam preces fundentem. ſecundum id flammam derepentè è cœlo delabentem, ſacrificiúmque ipſum lambentem: mira ſunt iſta profectò, ac ſtupore omni plena. Ab illis ergo ſacris ad noſtra iam ſacra te transfer: nec ea mira modo eſſe videbis; ſed etiam omnem ſtuporem excedentia. Adeſt enim ſacerdos, non igneum geſtans; ſed Spiritum ſanctum: is preces diuturnas fundit, non quò flamma cœlitus delapſa, ſacra appoſita abſumat, ſed ut gratia in ſacrificium influens, per illud ipſum omnium animos inflammet, & puriores reddat argento igni excocto purgatóque.

A οὐ γὰρ ἄν ποτε περὶ ἑτέρων τοῦτο ὑπέλαβον, εἰ μὴ πρότερον αὐτοὶ
πράγματος, ὡς οὐδενὸς ὄντος, κατέγνωσαν.

Εἰ δὲ πρὸς δόξαν ὁρῶντάς τοῦτο πεποιηκέναι φασὶν, περιπίπτοντες
ἑαυτοῖς ἐλεγχθήσονται, καὶ μαχόμενοι φανερῶς. οὐδὲ γὰρ οἶδα, ποίους
ἂν ἑτέρους περὶ τούτων ἐζήτησαν λόγους, εἰ τῆς κενοδοξίας ἡμᾶς ἠθέλησαν
ἀπαλλάξαι ἐγκλημάτων. εἰ γὰρ οὗτος μέ ποτε εἰσῆλθεν ὁ ἔρως,
καταδέξασθαι μᾶλλον ἐχρῆν, ἢ φυγεῖν. διὰ τί; ὅτι πολλὴν ἡμῖν τοῦτο
B τὴν δόξαν ἤνεγκεν ἄν. τὸ γὰρ ἐν τούτῳ τῆς ἡλικίας ὄντα, καὶ πρὸ βραχέος
ἀποστάντα τῶν βιωτικῶν φροντίδων, ἐξαίφνης οὕτω δόξαι παρὰ
πᾶσιν εἶναι θαυμαστὸν, ὥστε τῶν τὸν ἅπαντα χρόνον ἐν τοῖς τοιούτοις
ἐξαναλωθέντων πόνοις προτιμηθῆναι, καὶ πλείονας ψήφους πάντων
ἐκείνων λαβεῖν· θαυμαστά τινα καὶ μεγάλα περὶ ἡμῶν πάντας ἂν
ὑποπτεύειν ἔπεισε, καὶ σεμνοὺς ἂν ἡμᾶς καὶ περιβλέπτους κατέστησε.
νῦν δὲ, πλὴν ὀλίγων, τὸ πλέον τῆς ἐκκλησίας μέρος, οὐδὲ ἐξ ὀνόμα-
C τος ἡμᾶς ἴσασιν· ὥστε οὐδὲ ὅτι παρῃτήμεθα πᾶσιν ἔσται φανερὸν,
ἀλλ' ὀλίγοις τισὶν, οὓς οὐδὲ αὐτοὺς οἶμαι τὸ σαφὲς εἰδέναι πάντας.
εἰκὸς δὲ καὶ τούτων πολλοὺς ἢ μηδόλως ἡμᾶς ᾑρῆσθαι νομίσαι· ἢ παρωσθῆναι
μετὰ τὴν αἵρεσιν, ἀνεπιτηδείους εἶναι δόξαντας, οὐχ ἑκόντας φυγεῖν.
Ἀλλ' οἱ τἀληθὲς εἰδότες θαυμάσονται.

Καὶ μὴν τούτους ἔφης, ὡς κενοδόξους καὶ ὑπερηφάνους διαβάλλειν
ἡμᾶς. πόθεν οὖν ἐστιν ἐλπίσαι τὸν ἔπαινον; ἀπὸ τῶν πολλῶν; ἀλλ' οὐκ
D ἴσασι τὸ σαφές. ἀλλ' ἐκ τῶν ὀλίγων; ἀλλὰ κἀνταῦθα ἡμῖν εἰς τοὐναντίον
τὸ πρᾶγμα περιτέτραπται. οὐδὲ γὰρ ἑτέρου τινὸς ἕνεκεν ἐνθάδε εἰσῆλθες
νῦν· ἀλλ' ἵνα μάθῃς, τί πρὸς ἐκείνους ἀπολογήσασθαι δεῖ.
καὶ τί τούτων ἕνεκεν ἀκριβολογοῦμαι νῦν; ὅτι γὰρ, εἰ καὶ μὴ πάντες ᾔδεσαν
τἀληθὲς, οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς ἀπονοίας ἢ φιλοδοξίας ἔδει κρίνειν·
μικρὸν ἀνάμεινον, καὶ τοῦτο εἴσῃ σαφῶς. καὶ πρὸς τούτῳ πάλιν ἐκεῖνο·
ὅτι οὐ τοῖς ταύτην τολμῶσι τὴν τόλμαν μόνον, εἴπερ τίς ἐστιν ἀνθρώ-
E πων, οὐ γὰρ ἔγωγε πείθομαι· ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ ἑτέρων ὑποπτεύουσι,
κίνδυνος ἐπικείσεται οὐ μικρός. Ἡ γὰρ ἱερωσύνη τελεῖται μὲν ἐπὶ τῆς
γῆς, τάξιν δὲ ἐπουρανίων ἔχει πραγμάτων· καὶ μάλα γε εἰκότως. οὐ
γὰρ ἄνθρωπος, οὐκ ἄγγελος, οὐκ ἀρχάγγελος, οὐκ ἄλλη τις κτιστὴ
δύναμις· ἀλλ' αὐτὸς ὁ παράκλητος ταύτην διετάξατο τὴν ἀκολουθίαν,
καὶ ἔτι μένοντας ἐν σαρκὶ τὴν τῶν ἀγγέλων ἔπεισε φαντάζεσθαι διακονίαν·
διὸ χρὴ τὸν ἱερώμενον ὥσπερ ἐν αὐτοῖς ἑστῶτα τοῖς οὐρανοῖς
A μεταξὺ τῶν δυνάμεων ἐκείνων οὕτως εἶναι καθαρόν. Φοβερὰ μὲν γὰρ
καὶ φρικωδέστατα καὶ τὰ πρὸ τῆς χάριτος, οἷον οἱ κώδωνες, οἱ ῥοΐσκοι,
οἱ λίθοι οἱ ἐπὶ τοῦ στήθους, οἱ ἐπὶ τῆς ἐπωμίδος, ἡ μίτρα, ἡ κίδαρις, ὁ ποδήρης,
τὸ πέταλον τὸ χρυσοῦν, τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἡ πολλὴ τῶν ἔνδον ἠρεμία.
ἀλλ' εἴ τις τὰ τῆς χάριτος ἐξετάσειε, μικρὰ ὄντα εὑρήσει τὰ
φοβερὰ καὶ φρικωδέστατα ἐκεῖνα· καὶ τὸ περὶ τοῦ νόμου λεχθὲν, κἀνταῦθα
ἀληθὲς ὄν· ὅτι οὐ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ "
B μέρει, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν κύριον τεθυ- "
μένον, καὶ κείμενον, καὶ τὸν ἱερέα ἐφεστῶτα τῷ θύματι, καὶ ἐπευχόμενον·
καὶ πάντας ἐκείνῳ τῷ τιμίῳ φοινισσομένους αἵματι· ἆρα
ἔτι μετὰ ἀνθρώπων εἶναι νομίζεις, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ἑστάναι; ἀλλ' οὐκ εὐθέως
ἐπὶ τοὺς οὐρανοὺς μετανίστασαι, καὶ πᾶσαν σαρκικὴν διάνοιαν τῆς
ψυχῆς ἐκβαλὼν, γυμνῇ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ νῷ καθαρῷ περιβλέπεις
τὰ ἐν οὐρανοῖς; ὢ τοῦ θαύματος! ὢ τῆς τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας! ὁ μετὰ τοῦ
C πατρὸς ἄνω καθήμενος, κατὰ τὴν ὥραν ἐκείνην ταῖς ἁπάντων κατέχεται
χερσὶ, καὶ δίδωσιν αὐτὸν τοῖς βουλομένοις περιπτύξασθαι καὶ περιλαβεῖν.
ποιοῦσι δὲ τοῦτο πάντες διὰ τῶν ὀφθαλμῶν [τῆς πίστεως.] ἆρά σοι ταῦτα
καταφρονεῖσθαι ταῦτα ἄξια καταφαίνεται; ἢ τοιαῦτα εἶναι, ὡς
δυνηθῆναί τινα ἐπαρθῆναι κατ' αὐτῶν; βούλει καὶ ἐξ ἑτέρου θαύματος
τῆς ἁγιαστείας ταύτης ἰδεῖν τὴν ὑπερβολήν; ὑπόγραψόν μοι τὸν
Ἠλίαν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τὸν ἄπειρον ὄχλον περιεστῶτα, καὶ τὴν θυσίαν
D ἐπὶ τῶν λίθων κειμένην· καὶ πάντας μὲν ἐν ἡσυχίᾳ τοὺς λοιποὺς καὶ πολλῇ
τῇ σιγῇ, μόνον δὲ τὸν Προφήτην εὐχόμενον· εἶτα ἐξαίφνης τὴν φλόγα
ἐκ τῶν οὐρανῶν ἐπὶ τὸ ἱερεῖον ῥιπτομένην· θαυμαστὰ ταῦτα καὶ πάσης
ἐκπλήξεως γέμοντα. μετάβηθι τοίνυν ἐκεῖθεν ἐπὶ τὰ νῦν τελούμενα·
καὶ οὐ θαυμαστὰ ὄψει μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν ἔκπληξιν
ὑπερβαίνοντα. ἕστηκε γὰρ ὁ ἱερεὺς, οὐ πῦρ καταφέρων, ἀλλὰ
τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· καὶ τὴν ἱκετηρίαν ἐπὶ πολὺ ποιεῖται, οὐχ
E ἵνα τις λαμπὰς ἄνωθεν ἀφεθεῖσα καταναλώσῃ τὰ προκείμενα·
ἀλλ' ἵνα ἡ χάρις ἐπιπεσοῦσα τῇ θυσίᾳ, δι' ἐκείνης τὰς ἁπάντων
ἀνάψῃ ψυχὰς, καὶ ἀργυρίου λαμπροτέρας ἀποδείξῃ πεπυρωμένου.

ταύτην

A ταύτης οὖν τῆς φρικωδεστάτης τελετῆς, τίς μὴ σφόδρα μαινόμενος, μηδὲ ἐξεστηκώς, ὑπερφρονῆσαι δυνήσεται; ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι οὐκ ἄν ποτε ἀνθρωπίνη ψυχὴ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τῆς θυσίας ἐβάστασεν, ἀλλ' ἄρδην ἂν ἅπαντες ἠφανίσθησαν, εἰ μὴ πολλὴ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἦν ἡ βοήθεια;

Εἰ γάρ τις ἐννοήσειεν, ὅσον ἐστὶν, ἄνθρωπον ὄντα, καὶ ἔτι σαρκὶ καὶ αἵματι περιπεπλεγμένον, τῆς μακαρίας καὶ ἀκηράτου φύσεως ἐκείνης ἐγγὺς δυνηθῆναι γενέσθαι· τότε ὄψεται καλῶς, ὅσης τοὺς ἱερέας τιμῆς ἡ τοῦ πνεύματος ἠξίωσε χάρις. B διὰ γὰρ ἐκείνων καὶ ταῦτα τελεῖται, καὶ ἕτερα τούτων οὐδὲν ἀποδέοντα, καὶ εἰς ἀξιώματος καὶ εἰς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας λόγον. οἱ γὰρ τὴν γῆν οἰκοῦντες, καὶ ἐν ταύτῃ ποιούμενοι τὴν διατριβὴν, τὰ ἐν οὐρανοῖς διοικεῖν ἐπετράπησαν, καὶ ἐξουσίαν ἔλαβον, ἣν οὔτε ἀγγέλοις οὔτε ἀρχαγγέλοις ἔδωκεν ὁ Θεός. οὐ γὰρ πρὸς ἐκείνους εἴρηται· „ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα καὶ ἐν τῷ „οὐρανῷ· καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τῷ οὐρανῷ. C ἔχουσι μὲν γὰρ καὶ οἱ κρατοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς τὴν τοῦ δεσμοῦ ἐξουσίαν, ἀλλὰ σωμάτων μόνον. οὗτος δὲ ὁ δεσμὸς αὐτῆς ἅπτεται τῆς ψυχῆς, καὶ διαβαίνει τοὺς οὐρανούς. καὶ ἅπερ ἂν ἐργάσωνται κάτω οἱ ἱερεῖς, ταῦτα ὁ Θεὸς ἄνω κυροῖ, καὶ τὴν τῶν δούλων γνώμην ὁ δεσπότης βεβαιοῖ. καὶ τί γὰρ „ἀλλ' ἢ πᾶσαν αὐτοῖς τὴν οὐράνιον ἔδωκεν ἐξουσίαν; ὧν γὰρ δή φησιν „ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται· καὶ ὧν ἂν κρατῆτε, κεκράτηνται. „τίς ἂν γένοιτο ταύτης ἐξουσία μείζων; πᾶσαν τὴν κρίσιν δέδωκεν ὁ „πατὴρ τῷ υἱῷ. ὁρῶ δὲ πᾶσαν αὐτὴν τούτους ἐγχειρισθέντας ὑπὸ τοῦ D υἱοῦ. ὥσπερ γὰρ εἰς οὐρανοὺς ἤδη μετατεθέντες, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν ὑπερβάντες φύσιν, καὶ τῶν ἡμετέρων ἀπαλλαγέντες παθῶν, οὕτως εἰς ταύτην ἤχθησαν τὴν ἀρχήν. εἶτα, ἂν μὲν βασιλεύς τινι τῶν ὑπ' αὐτὸν ὄντων ταύτης μεταδῷ τῆς τιμῆς, ὥστε ἐμβάλλειν εἰς δεσμωτήριον οὓς ἂν ἐθέλῃ, καὶ ἀφιέναι πάλιν, ζηλωτὸς καὶ περίβλεπτος παρὰ πᾶσιν οὗτος. ὁ δὲ παρὰ Θεοῦ τοσούτῳ μείζονα ἐξουσίαν λαβὼν, ὅσῳ γῆς τιμιώτερος ὁ οὐρανὸς, καὶ σωμάτων ψυχαί· οὕτω μικρὰν τισιν ἔδοξεν εἰληφέναι τι- E μὴν, ὡς δυνηθῆναι κἂν ἐννοῆσαι, ὅτι τῶν ταῦτά τις πιστευθέντων καὶ ὑπερφρονήσει τῆς δωρεᾶς. ἄπαγε τῆς μανίας. μανία γὰρ περιφανὴς ὑπερορᾶν τῆς τοσαύτης ἀρχῆς, ἧς ἄνευ οὔτε σωτηρίας ἡμῖν, οὔτε τῶν ἐπηγγελ„μένων τυχεῖν ἐστιν ἀγαθῶν. εἰ γὰρ οὐ δύναταί τις εἰσελθεῖν εἰς τὴν βα„σιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἐὰν μὴ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννηθῇ· καὶ ὁ μὴ τρώγων τὴν σάρκα τοῦ κυρίου, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ πίνων, ἐκβέβληται τῆς αἰωνίου ζωῆς· πάντα δὲ ταῦτα δι' ἑτέρου μὲν οὐδενὸς, μόνον δὲ διὰ A τῶν ἁγίων ἐκείνων ἐπιτελεῖται χειρῶν, τῶν τοῦ ἱερέως λέγω· πῶς ἄν τις τούτων ἐκτὸς, ἢ τὸ τῆς γεέννης ἐκφυγεῖν δυνήσεται πῦρ, ἢ τῶν ἀποκειμένων στεφάνων τυχεῖν; οὗτοι γάρ εἰσιν, οὗτοι, οἱ τὰς πνευματικὰς πιστευθέντες ὠδῖνας, καὶ τὸν διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐπιτραπέντες τόκον· διὰ τούτων ἐνδυόμεθα τὸν Χριστὸν, καὶ συνθαπτόμεθα τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, μέλη γινόμεθα τῆς μακαρίας σαρκὸς ἐκείνης. ὥστε ἡμῖν οὐκ ἀρχόντων μόνον, οὐδὲ βασιλέων φοβερώτεροι, ἀλλὰ καὶ πατέρων τιμιώτεροι δικαίως B „ἂν εἶεν. οἱ μὲν γὰρ ἐξ αἱμάτων καὶ ἐκ θελήματος σαρκὸς ἐγέννησαν· οἱ δὲ τῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ γεννήσεως ἡμῖν εἰσιν αἴτιοι, τῆς μακαρίας παλιγγενεσίας ἐκείνης, τῆς ἐλευθερίας τῆς ἀληθοῦς καὶ τῆς κατὰ χάριν υἱοθεσίας.

Λέπραν σώματος ἀπαλλάττειν, μᾶλλον δὲ ἀπαλλάττειν μὲν οὐδαμῶς, τοὺς δὲ ἀπαλλαγέντας δοκιμάζειν μόνον, εἶχον ἐξουσίαν οἱ τῶν Ἰουδαίων ἱερεῖς· καὶ οἶσθα πῶς περιμάχητον ἦν τὸ τῶν ἱερέων τότε; οὗτοι δὲ οὐ λέπραν σώματος, ἀλλ' ἀκαθαρσίαν ψυχῆς, οὐκ ἀπαλλαγεῖσαν C δοκιμάζειν, ἀλλ' ἀπαλλάττειν παντελῶς ἔλαβον ἐξουσίαν. ὥστε οἱ τούτων ὑπερορῶντες πολλῷ καὶ τῶν περὶ Δαθὰν εἶεν ἐναγέστεροι, καὶ μείζονος ἄξιοι τιμωρίας. οἱ μὲν γὰρ εἰ καὶ μὴ προσηκούσης αὐτοῖς ἀντεποιοῦντο τῆς ἀρχῆς, ἀλλ' ὅμως θαυμαστήν τινα περὶ αὐτῆς εἶχον δόξαν· καὶ τοῦτο τῷ μετὰ πολλῆς ἐφίεσθαι σπουδῆς ἔδειξαν. οὗτοι δὲ ὅτε ἐπὶ τὸ κρεῖττον διεκοσμήθη, καὶ τοσαύτην ἔλαβεν ἐπίδοσιν τὸ πρᾶγμα, τοῖς ἐξ ἐναντίας μὲν ἐκείνοις, πολλῷ δὲ ἐκείνων μείζονα τετολμήκασιν. οὐδὲ γὰρ ἴσον D εἰς καταφρονήσεως λόγον, ἐφίεσθαι μὴ προσηκούσης τιμῆς, καὶ ὑπερορᾶν τοσούτων ἀγαθῶν· ἀλλὰ τοσούτῳ μεῖζον ἐκεῖνο τούτου, ὅσῳ τοῦ διαπτύειν καὶ θαυμάζειν τὸ μέσον ἐστίν. τίς οὖν οὕτως ἀθλία ψυχὴ, ὡς τοσούτων ὑπεριδεῖν ἀγαθῶν, οὐκ ἄν ποτε φαίην ἔγωγε, πλὴν εἴ τις οἶστρον ὑπομείνειε δαιμονικόν. ἀλλὰ γὰρ ἐπάνειμι πάλιν, ὅθεν ἐξέβην· οὐ γὰρ ἐν τῷ κολάζειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ ποιεῖν εὖ, μείζονα τοῖς ἱερεῦσιν δέδωκε δύναμιν τῶν φυσι- E κῶν γονέων ὁ Θεός· καὶ τοσοῦτον ἀμφοτέρων τὸ διάφορον, ὅσον τῆς

A Hoc ergo myſterium omnium maximè horrendum verendumque, quis tandem qui non admodum ſit inſanus, quiq; è poteſtate non exierit, faſtidire ac deſpicere poterit? Ignoras futurum nunquam fuiſſe ut humanus animi captus, ſacrificii ignem illum ſuſtineret; ſed funditus omnes tum fuiſſe interituros, niſi magnum divinæ gratiæ auxilium affuiſſet? Nam ſi quis conſideret, quantum id ſit myſterium, ut is ſcilicet qui homo ipſe ſit, carne ac ſanguine etiamnum conſtans iiſque involutus, beatæ atque B immortali naturæ illi fieri propior queat: tum probe intelliget quanto ſacerdotes honore, quanta dignitate Spiritus ſancti gratia dignata fuerit. Operantibus enim illis, tum ſacra hæc quæ dico, initiantur perficiunturque: tum etiam alia his nihilo inferiora, quæ ipſa ad dignitatis ſalutiſq; noſtræ rationem ſpectant. Etenim qui terram incolunt atque in ea verſantur, iis commiſſum eſt, ut ea, quæ in cœlis ſunt, diſpenſent: iis datum eſt, ut poteſtatem habeant, quam Deus optimus neque Angelis, neque C Archangelis datam eſſe voluit: neque enim ad illos dictum eſt: *Quæcunq; alligaveritis in terra, erunt alligata & in cœlo: & quæcunque ſolveritis in terra, erunt ſoluta & in cœlo.* Habent quidem & terreſtres principes vinculi poteſtatem, verum corporum ſolum. Id autem quod dico ſacerdotum vinculum, ipſam etiam animam contingit, atque ad cœlos uſque pervadit: uſque adeo ut quæcunque infernè ſacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac ſervorum ſententiam Dominus confir- D met. Etenim quidnam hoc aliud eſſe dicas, niſi omnem rerum cœleſtium poteſtatem illis à Deo conceſſam? *Quorumcunque enim*, ait, *peccata remiſeritis, remittuntur ejus, & quorumcunque retinueritis, retenta ſunt.* Quænam, obſecro, poteſtas hac una major eſſe queat? *Pater omne judicium filio dedit:* cæterum video ipſum omne judicium à Deo filio illis traditum. Nam quaſi jam in cœlum tranſlati, ac ſupra humanam naturam poſiti, atq; noſtris ab affectibus exempti, ſic illi ad principatum iſtum per- E ducti ſunt. Quid multa? Rex aliquis ſi cui ex ſubditis ſuis honorem hunc detulerit, ut poteſtatem habeat quoſcunque velit in carcerem conjiciendi, eoſdemque rurſus laxandi, beatus ille & admirandus judicio omnium fuerit: at verò qui à Deo tanto majorem accepit poteſtatem, quanto cœlum terra precioſius eſt, quanto etiam animæ corporibus præſtant, hic vilem euſque dignitatem accepiſſe nonnullis videri debet, ut vel in illorum cogitationem deſcendere queat, reperiri quandoq; poſſe unum A aliquem ex eorum numero, quibus tanta illa, quæ paulò ante dixi, fuerint à Deo concredita, cui ipſi munus ſuum ſordeſcat, quique donum ſibi à Deo datum deſpiciat? Procul, procul hinc faceſſat hujuſmodi inſania. Inſania enim manifeſta eſt, deſpicere tantum iſtum principatum, ſine quo neque ſalutis neque promiſſorum bonorum compotes fieri poſſumus. *Nam ſi non poteſt quis in regnum cœlorum ingredi, niſi per aquam & ſpiritum regeneratus fuerit*: &, *Qui non manducat carnem Domini, &* B *ſanguinem ejus non bibit, æterna vita privatur:* omnia autem hæc haud aliter quàm per ſacroſanctas illas manus perficiuntur, manus, inquam, ſacerdotum: quî fiet, ut citra illarum opem aut gehennæ ignem evitare quis poſſit, aut repoſitæ in cœlo coronæ præmia aſſequi? Hi enim ſunt, hi ſunt inquam, quibus tum concreditæ ſunt ſpirituales parturigines, tum etiam baptiſmatis partus à Deo eſt commiſſus: per hos ipſos Chriſtum induimus, unà cum Dei filio ſepelimur: beati illius capitis membra efficimur: C quo nomine ſacerdotes meritò non modo plus vereri debemus, quàm vel principes vel reges; verum etiam majori honore quàm parentes proprios honeſtare. Hi enim *ex ſanguinibus & voluntate carnis nos genuerunt*; illi verò authores nobis ſunt nativitatis ejus, quam à Deo habemus, beatæ regenerationis illius, libertatis veræ, atque adeo adoptionis ejus, qua nos per gratiam filii Dei ſumus effecti. Corporis lepram purgare, ſeu verius dicam, haud purgare quidem; ſed purgatos probare, Judæorum D ſacerdotibus ſolis licebat: neque neſcis quanta cum ambitione, quanto cum ſtudio ac concertatione ſacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At verò noſtris ſacerdotibus non corporis lepram, verum animæ ſordes, non dico purgatas probare; ſed purgare prorſus conceſſum eſt: Quare judicio quidem meo, qui iſtos deſpiciunt contemnúntque, multo ſceleratiores ac majori ſupplicio digni fuerint, quàm fuerit Dathan unà cum ſuis omnibus. Illi enim tametſi principatum ad ſe non ſpectantem E ſibi vendicabant, tamen miram quandam de eo principatu opinionem animo conceperant: id quod declaravit ingens rei concupitæ ſtudium. Hi autem tum, quum jam ſacerdotalis honos incrementum, ornatum, præſtantiam magnam accepit, contra quam illi; ſed tamen multo majora audent. Neque enim perinde eſt ad deſpicientiæ rationem ſubducendam, honorem aliquem indebitum appetere, & tot tantaque bona faſtidire: verùm facinus hoc tanto eſt illo gravius, quanto inter ſe diſſident intervallo faſtidium & admiratio: quis ergo tam infelici genio natus, ut tot tantáque bona faſtidiat? Equidem neminem exiſtere talem dixerim, niſi ſi quis furiarum œſtro percitus ſit. Sed enim eò jam ſe oratio noſtra referat, unde digreſſa eſt. Neque enim in puniendo ſolum; ſed & in benemerendo majorem Deus poteſtatem ſacerdotibus largitus eſt, quam naturalibus noſtris parentibus: quos inter utroſque tantum eſt ſanè interjectum intervallum, quantum vitam inter præſen-

tem

Cap. V. *Magnam eſſe poteſtatem ſacerdotum.*

Mat. 18, 19. & 18, 18.

Joan. 20, 23.

Ibid. 5, 22.

Joan. 3, 5.

Ibid. 6, 53.

Cap. VI. Levit. 13, 4. *Quam magnorum munerum miniſter ſit ſacerdos.*

Num. 16.

tem & æternam. Parentes enim nos in præſentem, ſacerdotes in vitam æternam generant. Atque illi certè ne corporalem quidem interitum à liberis amoliri poſſunt, neque ingruentem morbum propulſare: quum hi laborantem ac morti jamjam propinquam animam identidem ſervarint: aliis remiſſiorem pœnam reddentes: alios prorſus labi non permittentes, non doctrinæ ſolum atque commonitionis; ſed etiam precum præſidio: neque enim ſolum quum nos regenerant; ſed poſtea etiam condonandorum nobis peccatorum facultatem obtinent.
Jac. 5, 14. *Infirmatur*, inquit, *inter vos aliquis, accerſat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & obſecratio fidei ſalvum reddet laborantem, & eriget eum Dominus: & ſi in peccatis fuerit, remittentur ei.* Jam verò naturales parentes, ſi quos eorum liberi principes magnatéſve offenderint, opem certè illis nullam afferre poſſunt, quum ſacerdotes non principes, non reges; ſed ipſum Deum nobis infenſum ſæpenumero concilient. Nos igitur ſuſtinebitne adhuc quiſquam faſtidii atque arrogantiæ reos agere? Equidem ex iis, quæ à me dicta ſunt, auditorum mentes tanta puto religione occupatas, ut non jam eos, qui fugiunt; ſed eos, qui per ſe accedunt, honorémque iſtum ultro ſibi ambiunt, contumaciæ, temeritatis, atque audaciæ accuſent. Nam ſi uſuvenit ut quibus civitatum magiſtratus crediti ſunt, ii niſi valde prudentes pariter ac vigilantes fuerint, tum civitates ipſas evertant, tum ſeipſos perditum eant: quanta illum virtute non ſua tantum unius; ſed & cœleſti præditum eſſe convenit, cui ſorte obtigit, ut Chriſti ſponſam comat, ornétque? ſi modo peccandi occaſionem vitare is velit.

Cap. VII. *Ipſum etiam Paulum timuiſſe hunc principatum.*

Chriſtum nemo eſt qui Paulo vehementius dilexerit, nemo qui apud Deum gratioſior, quàm Paulus, fuerit: poſt tot tamen à Deo accepta privilegia veretur adhuc ac tremit, principatus iſtius ſubditorúmque ſuorum gratia. *Metuo enim*, inquit, *ne quà fiat, ut quemadmodum ſerpens Evam decepit verſutia ſua; ita corrumpantur ſenſus veſtri à ſimplicitate, quæ erat*
2. Cor. 11, 3. *in vobis erga Chriſtum*, ac rurſus: *In timore ac tremore multo*
Ibid. 2, 3. *vobiſcum verſatus ſum.* Atque *hæc* quidem *dicit* homo *is, cui à*
Ibid. 12, 2. *Deo datum fuit, ut in tertium uſque cælum raperetur, ac divinorum arcanorum particeps fieret, qui idem totidem*, ut ſic dixerim, *mortes pertulit*, quot ipſe dies poſt fidem Chriſto datam vixit: qui item idem ne conceſſa quidem à Deo poteſtate utendum ſibi ubique judicavit, ut ne quis eorum qui fidem ſuam Chriſto obſtrinxiſſent, offenderetur. Si igitur Paulus Dei mandata ſic obſervans, ut majora etiam quàm ipſi à Deo injuncta fuiſſent, præſtaret, nunquam ſuo ipſius; ſed ſubditorum tantum commodo ſtudens, ſic ubique formidavit, magiſtratus ſui molem expendens, quid faciemus ipſi, qui multi ubique ſumus in quærendis, quæ noſtra ſunt, qui Chriſti mandata Pauli exemplo non ſolum non ſuperamus; ſed ea majori quidem ex parte tranſgredimur?
2. Cor. 11, 29. *Quis infirmatur*, inquit ille, *& ego non infirmor? quis offenditur, & ego non uror?* Ejuſcemodi ſanè convenit ſacerdotem eſſe: quinimo non ejuſcemodi tantum, parva enim ſunt iſta, ac certè nulla præ eo, quod ipſe ſum dicturus: hoc
Rom. 9, 3. autem quidnam eſſe poteſt? *Optarim*, inquit, *anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, pro cognatis meis ſecundum carnem.* quòd ſi quis exiſtit, qui vocem hanc obſecrans enunciare poſſit, is demum dignus quidem eſt, qui ſi oblatum Epiſcopi munus detrectet, inſimuletur: ſin à Pauli virtutibus illis pari nobiſcum intervallo diſtat, is nimirum odium ac vituperationem meretur, quum munus idem delatum amplectitur, non quum detrectat. Neque enim, propoſita militaris dignitatis electione, ſi ii quibus provincia ea demandata foret, fabro ærario, aut cerdone, aut quopiam id genus opificum in medium tracto, honorem hujuſmodi ad illum deferrent, laudarent utique miſeri ac ſtolidi illius conſilium, qui oblatum munus non ſtatim detrectaret, nihilque non faceret, ut ne ſe ipſe in præſens conjiceret periculum. Nam ſi id unum ſatis ſit paſtorem ſimpliciter vocari, & provincia iſta utcunque defungi, nec ullum prorſus inde periculum exoriri poſſit: equidem nihil moror quin me, quiſquis volet, inanis gloriæ ſtudioſum appellet: ſin verò rara prudentia, rara item à Deo opt. data gratia, quæ prudentiam etiam ipſam præcedat, præterea ſi morum integritate, ſi vitæ puritate, denique ſi majori quàm pro humano captu virtute præditum eum eſſe oportet, qui adminiſtrationis iſtius curam in ſe ſuſcipit, ne me venia privatum per te velis, ſi fruſtra ac temere vitæ mihi meæ exitium accerſere noluerim. Etenim ſi navem quis agens ampliſſimam, & quæ decem millia pondo ferat, quæque eadem remigibus ſuis ſit inſtructa, ac ſumptuoſarum mercium pondere onerata, me illius gubernaculo præfectum juberet Ægeum Tyrrhenúmve mare trajicere, nimirum fieret, ut ad primam ſtatim auditionem mandatum id detrectarem: ac me ſi quis interrogaret, Quid ita? ne navem ſubmergam, utique reſponderem. Itáne igitur, ubi pecuniæ tantum jactura ſubeſt, nec niſi corporis interitus periclitatur, nemo eſt qui incuſet reprehendátque, ſi quis magna cautione providentiaque hic utatur, ubi autem navem frangentibus, non in hoc vel illud pelagus,

A παρούσης καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς· οἱ μὲν γὰρ εἰς ταύτην, οἱ δὲ εἰς ἐκείνην γεννῶσι. κἀκεῖνοι μὲν οὐδὲ τὸν σωματικὸν αὐτοῖς δύναιντ' ἂν ἀμῦναι θάνατον, οὐ νόσον ἐπενεχθεῖσαν ἀποκρούσασθαι· οὗτοι δὲ καὶ κάμνουσαν καὶ ἀπόλλυσθαι μέλλουσαν τὴν ψυχὴν πολλάκις ἔσωσαν, τοῖς μὲν πρᾳοτέραν τὴν κόλασιν ἐργασάμενοι, τοὺς δὲ οὐδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν ἀφέντες ἐμπεσεῖν· οὐ τῷ διδάσκειν μόνον καὶ νουθετεῖν, ἀλλὰ καὶ τῷ δι' εὐχῶν βοηθεῖν· οὐ γὰρ ὅτ' ἂν ἡμᾶς ἀναγεννῶσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ μετὰ ταῦτα
Vis & aliud tibi pugnæ hujus genus aperiam, periculis mille plenum? Ito hinc jam, ac publica feſta ſpectato: ea dico, in quibus dignitatum eccleſiaſticarum electiones de more fiunt, & tam multis videbis inibi criminationibus lacerari Epiſcopum, quanta eſt tota illa ſubditorum multitudo, quibus eligendi poteſtas conceſſa eſt. Hos omnes tum in multas factiones ſcindi, neq; inter ſe conſentire, neq; cum eo, cui ſorte Epiſcopatus delatus ſit, presbyterorum congregationẽ convenire videas; ſed unuſquiſq; à ſuis partibus ſtat, alius hunc, alius illum eligens. Cujus rei cauſa hæc eſt, quòd id unum non ſpectant, quod ſolùm ſpectandum fuerat, nempe animi virtutem; ſed aliæ ſunt cauſæ, quibus honores conciliantur. Verbi gratia, hic, quòd claro genere natus ſit, in epiſcopatus, inquit, ordinem cooptetur: ille, quòd opibus abundet, neque indigeat alimentis ex Eccleſiæ proventibus quæſitis: alius quod ab adverſariis ad nos transfugerit, alius ſibi propinquum ac neceſſarium: alius adulatorem cæteris anteponere mavult: nemo eſt, qui eum qui idoneus ſit, ſpectare velit, aut animi partes explorare curet. Ego verò tantùm abſum, ut cauſas hujuſmodi ad probandos Sacerdotes idoneas eſſe putem, ut ſi quis etiam magnam perpetua vita religionem, pietatémq; præſtiterit, quæ ipſa tamen non parvum ad id infert præſidium, ne hũc quidem hujus nomine allegere ſtatim audeam, niſi magnam etiam animi prudentiam cum religione hujuſmodi conjunctam habeat. Nam multos ipſe novi, ex iis, qui ſeſe perpetua continentia cohibuiſſent, ac quorũ corpora jejuniis multis exhauſta eſſent, donec ſolitariam vitam agere, ac ſuas duntaxat res curare licebat, Deo maximè acceptos fuiſſe, eoſdémque in dies ſingulos cœptæ illi philoſophiæ auctarium non parvum adjeciſſe: qui iidem poſteaquam in hominum lucem venerunt, vulgi inſcitiam emendare coacti, alii jam à principio tanto muneri adminiſtrando impares fuere, alii in eo ipſo munere perſeverare dum cogerentur, priſtina vitæ cura atque auſteritate procul excuſſa, tum ſibi detrimento maximo tum aliis nulli proſus uſui fuere. Neque verò ſi quis vitæ tempus perpetuum in extrema ſacrarum functionum claſſe perſiſtens conſumpſerit, ac ſic demum ad ultimam uſque ætatem pervenerit, hunc protinus propter ætatis reverentiam ad ſummum honorem perducemus. Quid enim ſi vel ea ætate quum ſit, tamen minus idoneus adhuc reperiatur? quod tamen ſic à me dictum non eſt, quaſi velim canitiem vituperare: vel ſtatuere, lata hîc per me lege, eos qui è monachorũ ſodalitiis prodiere, ab hujuſmodi præfectura arcendos prorſus eſſe: (contingit enim aliquoties, ut ex eo grege complures ad id muneris pertracti, vitæ candore in primis eluceſcerent:) Verùm illud eo nomine dixi, ut oſtendam, ſi neque religio per ſe ipſa, neque ſenectus longæva ſatis eſſe poſſunt, ut eum qui epiſcopatum obtinuerit, munere illo dignum efficiant:

Non omnes qui boni religioſi boni Epiſcopi.

certè vix hocipſum cauſat eas, quas paulò ante commemoravi, A efficere poſſe: quibus cauſis nonnulli etiam abſurdiores alias adjungunt. Etenim alii quoſdam, ut ne adverſariorum partes ſequantur, in cleri ordinem recenſent, alii propter malitiam, ne contempti ſcilicet luculentorum malorum in reliquum tempus authores fiant. Poteſtne quicquam hoc ipſo iniquius eſſe, quum videlicet homines perverſos, malis flagitiiſq; omnibus abundãtes propter hæc coli ab aliis videmus, ob quæ puniri ipſi deberent, eoſdémq; quarum rerum nomine ne Eccleſiæ quidem li- B men introire oporteret, vel ad ſacerdotalem dignitatem aſcendere? Etiámne, obſecro, quæremus divinæ in nos iræ cauſas, quum nos myſteria tam ſancta & tam tremenda hominibus partim flagitioſis, partim nihili labefactanda tradamus? Quum enim alii provinciæ ad ſe minime pertinentis, alii multo etiam majoris quàm propriæ patiantur vires, præfecturam ſortiti fuerint, ii certè efficiunt, ut Eccleſia Dei nihilo ab Euripo differre videatur. Equidem principes externos antea ob id irridebam, C quòd honores præfecturáſq; diſtribuerent non animorum virtutis; ſed pecuniarum rationem habentes: atque ut alii aliis vel annorum multitudine, vel dignitatum gradibus jam antecedant, ita demum eos ulterius promoventes. Poſteaquam verò audivi indignitatem hanc in noſtrum etiam ordinem quodammodo debacchatam irrepſiſſe, facinus hujuſmodi mihi non perinde grave viſum eſt. Quî enim mirum fuerit, homines rerum humanarum cultui deditos, popularem tantum auram venantes, pecu- D niæ cauſa nihil non agentes, in hujuſmodi vitia prolabi, ubi qui ſe puros eſſe ab iis omnibus vitiis ſimulant, illis nihilo ſeſe melius animo affectos oſtendunt: quinimo rerum cœleſtium certamen ſuſcipientes, perinde atq; ſi de terræ jugeribus, aut alia id genus re deliberarent, gregarios quoſdam homines temere aſſumptos, rebus iis præficiunt, quarum nomine & *gloriam ſuam* (Phil.2,7. Mat.26,67.) *exinanire, & homo fieri, & ſervi formam accipere, & conſpui, & colaphis cædi*, & *morte ignominioſiſſima occumbere ſecundum carnẽ*, E *unigenitus Dei filius non deprecatus eſt*? Neq; iſti tamen intra hos fines ſe continent; ſed & alia addunt abſurdiora. Neq; enim immeritos ſolum allegunt; verum & idoneos ejiciunt. Nam quaſi conveniret utrinq; Eccleſiæ firmitudinem labefactari, ac cauſa illa prior non ſufficeret ad divinam iram accendendam; ita illi alteram nihilo deteriorem conjunxerunt. Etenim juxta ego peſtilens eſſe reor, utiles arcere, & inutiles intromittere: id quod ab illis certè fit, ut Chriſtianum ovile nulla ex parte aut conſolatio- A nem invenire, aut reſpirare valeat. Hæc igitur nónne millies Dei fulmen merentur? nónne digna ſunt, quæ gehennæ, non illius quam nobis ſacræ literæ comminantur; ſed longe etiam gravioris igne plectantur? verumtamen mala hujuſmodi ſuſtinet patitúrque, (Ezec.18,23. & 33,11.) *qui peccatoris mortem non vult, ſed ut convertatur ipſe ac vivat*. Cujus in nos benignitatem miram quî ſatis mirabimur? ad cujus miſericordiam quî ſatis obſtupeſcemus? En qui Chriſtiani ſũt, ſævius etiam quàm adverſarii, quàm hoſtes Chriſti opes per- B dunt. At ille etiamnum bonus benignitatẽ ubiq; præfert, ad pœnitentiam invitans. Tibi gloria, tibi, inquam, gloria, Domine: quantæ apud te clementiæ abyſſus, quantæ eſt patientiæ copia? Hem qui nominis tui prætextu ex ignobilibus & obſcuris clari atq; illuſtres effecti ſunt, honore abutuntur contra eum, qui honorem eſt largitus, audentq; non audenda, in ſacro ſancta illa tua myſteria injurii, probos extrudentes ejicientéſq; ut homines malis perditiſq; moribus prædit, magna cum quiete ac ſumma C cum licentia quæcunq; collibuerit invertant atq; conturbent. Cuj' quidem morbi ſi cauſas perdiſcere cupis, iis ipſis, quas paulò ante numeravi, ſimiles comperies: radicem enim, &, ut ſic dicam, matrem unam habent, invidentiam: earum verò non una tantum ſpecies eſt; ſed admodum diverſæ. Hic enim, inquiunt, quandoquidem juvenis eſt, ejiciatur. Ille quandoquidem adulandi neſcius eſt: alius propterea quòd illius cujuſpiam offenſionem incurrit: alius ut ne indoleat ille neſcio quis, ſi quem ipſe D eligendum obtulit, exploſum, hunc verò allectum viderit: alius propterea quòd probitate, benignitate, facilitate, hũanitate prædit': alius propterea quòd delinquentibus aſper ac terribilis: alius alia ſimili de cauſa: neque enim illis cauſæ atq; excuſationes deſunt, quotquot afferre voluerint. Atque adeo dum cauſari aliud non poſſũt, opum divitiarúmq; copiam cauſantur: addentes non oportere quenquam repente ad dignitatem hujuſmodi aſſumi; ſen ſenſim & per gradus quoſdam. Poſſunt & iidem alias qui- E dem atque alias, quotquot illis libitum fuerit, cauſas comminiſci. Ego vero lubens hîc ſciſcitarer, Quidnam igitur Epiſcopus hîc faciet, conflictu illi contra tot ventos propoſito? quónam ille modo adverſum tam multos fluctus unus reſiſtere poterit? quî inſultus impetúſque machinarum hujuſmodi repellet? Etenim ſi rẽ recta ratione ac judicio aggredi volet, inimici protinus atque hoſtes tum eidem, tum electis omnes illi: tum verò omnia ſtatim illi per contentionem,

A σχολῇ γ' ἂν αἱ προειρημέναι προφάσεις τοῦτο ἐργάσαιντο. οἱ δὲ καὶ ἑτέρας προστιθέασιν ἀτοπωτέρας· καὶ γὰρ οἱ μὲν, ἵνα μὴ μετὰ τῶν ἐναντίων τάξωσιν ἑαυτοὺς, εἰς τὴν τοῦ κλήρου καταλέγονται τάξιν· οἱ δὲ, διὰ πονηρίαν, καὶ ἵνα μὴ παροφθέντες, μεγάλα ἐργάσωνται κακά. ἆρα γένοιτ' ἄν τι τούτου παρανομώτερον; ὅτ' ἂν ἄνθρωποι μοχθηροὶ, καὶ μυρίων γέμοντες κακῶν, διὰ ταῦτα θεραπεύωνται, δι' ἃ κολάζεσθαι ἔδει; καὶ ὧν ἕνεκεν μηδὲ τὸν οὐδὸν τῆς ἐκκλησίας ὑπερβαίνειν ἐχρῆν, ὑπὲρ τούτων καὶ εἰς τὴν ἱερατικὴν ἀναβαίνωσιν ἀξίαν; εἶτα οὖν ζητήσομεν, εἰπέ μοι, τοῦ Θεοῦ τῆς ὀργῆς τὴν αἰτίαν, πράγματα οὕτως ἅγια καὶ φρικωδέστατα ἀνθρώποις τοῖς μὲν πονηροῖς, τοῖς δὲ οὐδενὸς ἀξίοις λυμαίνεσθαι παρέχοντες; ὅτ' ἂν γὰρ οἱ μὲν τῶν μηδὲν αὐτοῖς προσηκόντων, οἱ δὲ τῶν πολλῷ μειζόνων τῆς οἰκείας δυνάμεως προστασίαν ἐμπιστευθῶσιν· οὐδὲν Εὐρίπου τὴν ἐκκλησίαν διαφέρειν ποιοῦσιν. ἐγὼ δὲ πρότερον τῶν ἔξωθεν ἀρχόντων κατεγέλων, ὅτι C τὰς τῶν τιμῶν διανομὰς, οὐκ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς τῆς ἐν ταῖς ψυχαῖς, ἀλλ' ἀπὸ τῶν χρημάτων, καὶ πλήθους ἐτῶν καὶ ἀνθρωπίνης ποιοῦνται προστασίας. ἐπεὶ δὲ ἤκουσα, ὅτι αὕτη ἡ ἀλογία καὶ εἰς τὰ ἡμέτερα εἰσεκώμασεν, οὐκέτι ὁμοίως ἐποιούμην τὸ πρᾶγμα δεινόν. τί γὰρ θαυμαστὸν, ἀνθρώπους βιωτικοὺς, καὶ δόξης τῆς παρὰ τῶν πολλῶν ἐρῶντας, καὶ χρημάτων ἕνεκα πάντα πράττοντας, ἁμαρτάνειν τοιαῦτα· ὅπου γε οἱ πάντων ἀπηλλάχθαι προσποιούμενοι τούτων, οὐδὲν ἄ- D μεινον ἐκείνων διάκεινται· ἀλλ' ὑπὲρ τῶν οὐρανίων τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, ὡς περὶ πλέθρων γῆς, ἢ ἑτέρου τινὸς τοιούτου, τῆς βουλῆς αὐτοῖς προκειμένης, ἁπλῶς ἀνθρώπους ἀγελαίους λαβόντες ἐφιστᾶσι πράγμασι τοιούτοις, ὑπὲρ ὧν καὶ τὴν ἑαυτοῦ κενῶσαι δόξαν, καὶ " ἄνθρωπος γενέσθαι, καὶ δούλου μορφὴν λαβεῖν, καὶ ἐμπτυσθῆναι, καὶ " ῥαπισθῆναι, καὶ θάνατον τὸν ἐπονειδιστότατον ἀποθανεῖν διὰ τῆς σαρ- " κὸς, οὐ παρῃτήσατο ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ παῖς. καὶ οὐδὲ μέχρι τού- E των οὗτοι ἵστανται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερα προστιθέασιν ἀτοπώτερα. οὐ γὰρ τοὺς ἀναξίους ἐγκρίνουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπιτηδείους ἐκβάλλουσιν. ὥσπερ γὰρ δέον ἀμφοτέρωθεν λυμήνασθαι τῆς ἐκκλησίας τὴν ἀσφάλειαν, ἢ ὥσπερ οὐκ ἀρκούσης τῆς προτέρας προφάσεως, ἐκκαῦσαι τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργήν· οὕτω τὴν δευτέραν συνῆψαν, οὐχ ἧττον οὖσαν χαλεπήν. καὶ γὰρ ἐξ ἴσης οἶμαι εἶναι δεινὸν, τό, τε τοὺς χρησίμους ἀπείργειν, καὶ τὸ τοὺς ἀχρείους εἰσωθεῖν· καὶ τοῦτο δὲ γίνεται, ἵνα μη- A δαμόθεν παραμυθίαν εὑρεῖν μηδὲ ἀναπνεῦσαι δυνηθῇ τοῦ Χριστοῦ τὸ ποίμνιον. ταῦτα οὖν οὐ μυρίων ἄξια σκηπτῶν; ταῦτα οὐ γεέννης φοβερωτέρας, οὐ ταύτης μόνον τῆς ἠπειλημένης ἡμῖν; ἀλλ' ὅμως ἀνέχεται καὶ φέρει τὰ τοσαῦτα κακὰ, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τοῦ " ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν καὶ ζῆν. καὶ πῶς ἄν τις αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν θαυμάσειε; πῶς ἂν ἐκπλαγείη τὸν ἔλεον; οἱ τοῦ Χριστοῦ τὰ τοῦ Χριστοῦ διαφθείρουσιν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων μᾶλλον. ὁ δὲ B ἀγαθὸς ἔτι χρηστεύεται, καὶ εἰς μετάνοιαν καλεῖ. δόξα σοι κύριε, δόξα σοι· πόσης φιλανθρωπίας ἄβυσσος παρὰ σοί; πόσης ἀνεξικακίας πλοῦτος; οἱ, διὰ τὸ ὄνομα τὸ σὸν, ἐξ εὐτελῶν καὶ ἀτίμων ἔντιμοι, καὶ περίβλεπτοι γεγονότες, τῇ τιμῇ κατὰ τοῦ τετιμηκότος κέχρηνται, καὶ τολμῶσι τὰ ἀτόλμητα, καὶ ἐνυβρίζουσιν εἰς τὰ ἅγια· τοὺς σπουδαίους ἀπωθούμενοι καὶ ἐκβάλλοντες, ἵνα ἐν ἠρεμίᾳ πολλῇ, καὶ μετὰ ἀδείας τῆς ἐσχάτης, οἱ πονηροὶ πάντα, ὅσαπερ ἂν ἐ- C θέλωσιν, ἀνατρέπωσι. καὶ τούτου δὲ τοῦ δεινοῦ τὰς αἰτίας εἰ θέλεις μαθεῖν, ὁμοίας ταῖς προτέραις εὑρήσεις· τὴν μὲν γὰρ ῥίζαν, καὶ ὡς ἄν τις εἴποι, μητέρα μίαν ἔχουσι, τὴν βασκανίαν. αὗται δὲ οὐ μιᾶς εἰσιν ἰδέας, ἀλλὰ διεστήκασιν· ὁ μὲν γὰρ ἐπειδὴ νέος ἐστὶν, ἐκβαλλέσθω, φησίν· ὁ δὲ, ἐπειδὴ κολακεύειν οὐκ οἶδεν· ὁ δὲ, ἐπειδὴ τῷ δεῖνι προσέκρουσεν. καὶ ὁ μὲν, ἵνα μὴ ὁ δεῖνα λυπῆται, τὸν μὲν ὑπ' αὐτοῦ δοθέντα ἀποδοκιμασθέντα, τοῦτον δὲ ἐγκεκριμένον ὁρῶν· ὁ δὲ, ἐπειδὴ χρηστός ἐστι καὶ ἐπιεικής· ὁ δὲ, ἐπειδὴ τοῖς D ἁμαρτάνουσι φοβερός· ὁ δὲ, δι' ἄλλην αἰτίαν τοιαύτην. οὐδὲ γὰρ ἀποροῦσι προφάσεων, ὅσων ἂν ἐθέλωσι. ἀλλὰ καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὄντων ἐστὶν αὐτοῖς αἰτιᾶσθαι, ὅτ' ἂν μηδὲν ἔχωσιν ἕτερον. ἀλλὰ καὶ τὸ, μὴ δεῖν ἀθρόως εἰς ταύτην ἄγεσθαι τὴν τιμὴν, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν· καὶ ἑτέρας, ὅσας ἂν βούλωνται, δύναιντ' ἂν αἰτίας εὑρεῖν, ἐγὼ δὲ ἡδέως ἐνταῦθα ἐρήσομαι, τί οὖν δεῖ τὸν ἐπίσκοπον ποιεῖν. τοσούτοις μαχόμενον πνεύμασι; πῶς πρὸς τοσαῦτα E στήσεται κύματα; πῶς πάσας ταύτας ἀπώσεται τὰς προσβολάς; ἂν μὲν γὰρ ὀρθῷ λογισμῷ τὸ πρᾶγμα διαθῇ· ἐχθροὶ καὶ πολέμιοι καὶ αὐτῷ, καὶ τοῖς αἱρεθεῖσιν, ἅπαντες· καὶ πρὸς φιλονεικίαν τὴν ἐκείνου ἅπαντα πράττουσι, στάσεις καθ'

καθ' ἑκάστην ἐμβάλλοντες τὴν ἡμέραν· καὶ σκώμματα μυρία τοῖς αἱρεθεῖσιν ἐπιτιθέντες· ἕως ἂν ἢ τούτους ἐκβάλωσιν, ἢ τοὺς αὐτῶν εἰσαγάγωσι. καὶ γίγνεται παραπλήσιον, οἷον ἂν εἴ τις κυβερνήτης ἔνδον ἐν τῇ νηῒ τῇ πλεούσῃ πειρατὰς ἔχοι συμπλέοντας καὶ αὐτῷ, καὶ τοῖς ναύταις, καὶ τοῖς ἐπιβάταις, συνεχῶς καὶ καθ' ἑκάστην ἐπιβουλεύοντας ὥραν. ἂν δὲ τὴν πρὸς ἐκείνους χάριν προτιμήσῃ τῆς αὐτοῦ σωτηρίας, δεξάμενος οὓς οὐκ ἔδει· ἕξει μὲν τὸν Θεὸν ἀντ' ἐκείνων ἐχθρόν. οὗ τί γένοιτ' ἂν χαλεπώτερον; καὶ τὰ πρὸς ἐκείνους δὲ αὐτῷ δυσκολώτερον ἢ πρότερον διακείσεται· πάντων συμπραττόντων ἀλλήλοις, καὶ τούτων μᾶλλον ἰσχυρῶν γινομένων. ὥσπερ γὰρ ἀγρίων ἀνέμων ἐξ ἐναντίας προσπεσόντων ἀλλήλοις, τὸ τέως ἡσυχάζον πέλαγος μαίνεται ἐξαίφνης καὶ κορυφοῦται, καὶ τοὺς ἐμπλέοντας ἀπόλλυσιν· οὕτω καὶ ἡ τῆς ἐκκλησίας γαλήνη, δεξαμένη φθόρους ἀνθρώπους, ζάλης καὶ ναυαγίων πληροῦται πολλῶν. Ἐννόησον οὖν, ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ τὸν πρὸς τοσοῦτον μέλλοντα ἀνθέξειν χειμῶνα, καὶ τοσαῦτα κωλύματα τῶν κοινῇ συμφερόντων διαθήσειν καλῶς. καὶ γὰρ καὶ σεμνὸν, καὶ ἄτυφον, καὶ φοβερὸν, καὶ προσηνῆ, καὶ ἀρχικὸν, καὶ κοινωνικὸν, καὶ ἀδέκαστον, καὶ θεραπευτικὸν, καὶ ταπεινὸν, καὶ ἀδούλωτον, καὶ σφοδρὸν, καὶ ἥμερον εἶναι δεῖ· ἵνα πρὸς ἅπαντα ταῦτα εὐκόλως μάχεσθαι δύνηται· καὶ τὸν ἐπιτήδειον μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας, κἂν ἅπαντες ἀντιπίπτωσι, παραγαγεῖν· καὶ τὸν οὐ τοιοῦτον μετὰ τῆς αὐτῆς ἐξουσίας, κἂν ἅπαντες συμπνέωσι, μὴ προσίεσθαι, ἀλλ' εἰς ἓν μόνον ὁρᾶν τὴν ἐκκλησιαστικὴν οἰκοδομήν· καὶ μηδὲν πρὸς ἀπέχθειαν ἢ χάριν ποιεῖν. ἆρά σοι δοκοῦμεν εἰκότως παρῃτῆσθαι τοῦ πράγματος τούτου τὴν διακονίαν; καίτοι γε οὔπω πάντα διῆλθον πρὸς σέ, ἔχω γὰρ καὶ ἕτερα λέγειν. ἀλλὰ μὴ ἀποκάμῃς ἀνδρὸς φίλου καὶ γνησίου, βουλομένου σε πείθειν ὑπὲρ ὧν ἐγκαλεῖς, ἀνεχόμενος. οὐδὲ γὰρ πρὸς τὴν ἀπολογίαν σοι, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν, ταῦτα χρήσιμα ἐστι μόνον· ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν τοῦ πράγματος τὴν διοίκησιν τάχα οὐ μικρὸν συμβάλλεται κέρδος. καὶ γὰρ ἀναγκαῖον, τὸν μέλλοντα ἐπὶ ταύτην ἔρχεσθαι τοῦ βίου τὴν ὁδὸν, πρότερον ἅπαντα διερευνησάμενον καλῶς, οὕτως ἅψασθαι τῆς διακονίας. τί δήποτε; ὅτι, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὸ γοῦν μὴ ξενοπαθεῖν, ἡνίκα ἂν ταῦτα προσπίπτῃ, πεπεῖσθαι τῷ πάντα εἰδότι σαφῶς. Βούλει οὖν ἐπὶ τὴν τῶν χηρῶν προστασίαν ἴωμεν πρότερον, ἢ τὴν τῶν παρθένων κηδεμονίαν, ἢ τοῦ δικαστικοῦ μέρους τὴν δυσχέρειαν; καὶ γὰρ ἐφ' ἑκάστου τούτων, διάφορος ἡ φροντὶς, καὶ τῆς φροντίδος μείζων ὁ φόβος. καὶ πρῶτον, ἵνα ἀπὸ τοῦ τῶν ἄλλων εὐτελεστέρου δοκοῦντος εἶναι ποιησώμεθα τὴν ἀρχὴν, ἡ τῶν χηρῶν θεραπεία, δοκεῖ μὲν μέχρι τοῦ τῶν χρημάτων δαπάνης τοῖς ἐπιμελουμένοις αὐτῶν παρέχειν τὴν φροντίδα. τὸ δὲ οὐ τοιοῦτόν ἐστιν· ἀλλὰ πολλῆς δεῖται κἀνταῦθα τῆς ἐξετάσεως, ὅτ' ἂν αὐτὰς καταλέγειν δέῃ· ὡς τό γε ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν αὐτὰς ἐγγράφεσθαι, μυρία εἰργάσατο δεινά. καὶ γὰρ οἴκους διέφθειραν, καὶ γάμους διέσπασαν, καὶ ἐπὶ κλοπαῖς πολλάκις καὶ ἐπὶ καπηλείαις, καὶ ἑτέροις τοιούτοις ἀσχημονοῦσαι ἑάλωσαν. τὸ δὲ τὰς τοιαύτας ἀπὸ τῶν τῆς ἐκκλησίας τρέφεσθαι χρημάτων, καὶ παρὰ Θεοῦ τιμωρίαν, καὶ παρὰ ἀνθρώπων φέρει τὴν ἐσχάτην κατάγνωσιν, καὶ τοὺς εὖ ποιεῖν βουλομένους, ὀκνηροτέρους καθίστησι. τίς γὰρ ἂν ἕλοιτό ποτε, ἃ τῷ Χριστῷ προσετάχθη δοῦναι χρήματα, ταῦτα ἀναλίσκειν εἰς τοὺς τὸ τοῦ Χριστοῦ διαβάλλοντας ὄνομα; διὰ ταῦτα πολλὴν δεῖ καὶ ἀκριβῆ ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν ὡς μὴ μόνον τὰς εἰρημένας, ἀλλὰ μηδὲ τὰς ἑαυταῖς ἀρκεῖν δυναμένας τὴν τῶν ἀδυνάτων λυμαίνεσθαι τράπεζαν. μετὰ δὲ τὴν ἐξέτασιν ταύτην, ἑτέρα διαδέχεται φροντὶς οὐ μικρά, ἵνα αὐταῖς τὰ τῆς τροφῆς ἀθρόως, ὥσπερ ἐκ πηγῶν, ἐπιῤῥέῃ, καὶ μὴ διαλιμπάνῃ ποτέ. καὶ γὰρ ἀκόρεστόν πως κακὸν ἡ ἀκούσιος πενία, καὶ μεμψίμοιρον, καὶ ἀχάριστον. καὶ δεῖ πολλῆς μὲν τῆς συνέσεως, πολλῆς δὲ τῆς σπουδῆς, ὥστε αὐτῶν ἐμφράττειν τὰ στόματα, πάσας ἐξαιροῦντα κατηγορίας προφάσεις. οἱ μὲν οὖν πολλοὶ, ὅτ' ἂν τινα ἴδωσι χρημάτων κρείττονα, εὐθέως αὐτὸν ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς ταύτην ἀποφαίνονται τὴν οἰκονομίαν. ἐγὼ δὲ οὐχ ἡγοῦμαί ποτε ταύτην αὐτῷ τὴν μεγαλοψυχίαν ἀρκεῖν μόνον, ἀλλὰ δεῖ μὲν αὐτὴν πρὸ τῶν ἄλλων ἔχειν. χωρὶς γὰρ ταύτης λυμεὼν ἂν εἴη μᾶλλον, ἢ προστάτης, καὶ λύκος ἀντὶ ποιμένος. μετὰ δὲ αὐτῆς καὶ ἑτέραν ζητεῖν,

atq; ut Epiſcopo adverſentur, faciunt, præterea & ſimultates ſeditionéſque quotidie concitant, & ſexcentis etiam ſcommatis eorum vitam, qui electi fuerint, inceſſunt, horum nullum finem facientes, donec vel illos ejecerint, vel ſuos candidatos intromiſerint. Deniq; perinde eſſe videas, ut ſi quis gubernator piratas habeat eadem navi vnà ſecum navigantes, qui quidem tum ipſi, tum nautis, tum vectoribus aſſiduè horiſq; ſingulis inſidias ſtruant. Quòd ſi Epiſcopus illorum gratiam ſaluti ſuæ præpoſuerit, admiſſis iis, quos admiſſos eſſe non oportet: fiet profectò ut illorum loco Deum ſibi offenſum habeat: quare quid illi peſtilentius accidere poteſt? Adde quòd Epiſcopo eidem cum illis res erit longe difficilior, moleſtiórque quàm antehac, omnibus inter ſeſe jam conſentientibus, ac multo ètiam fortioribus rei controverſæ contentioſæq; victoria accedente redditis. Nam quemadmodum ſævientibus pugnantibuſq; inter ſeſe aſperrimis ventis, derepentè mare antea quietum ac tranquillum furit atque intumeſcit, eoſque omnes quos tum vela facere contigerit, perdit; ita Eccleſiæ tranquillitas, perditis hominibus admiſſis, turbulentia ac naufragiis permultis infeſtatur. Hic igitur animo expende, qualem eſſe oporteat eum, qui tantæ tempeſtati opponendus, ac tam multa impedimenta rerum ad communem ſalutem ſpectantium probè temperaturus ſit. Nam & gravem illum; ſed minimè faſtuoſum & terrificum; ſed humanum, & viſenda majeſtate principem; ſed omnibus tamen appellandis comem eundémq; integrum, officioſum, humilem; ſed minime ſervilem, acrem quoq; ac vehementem eſſe convenit; ſed tamen & manſuetum, ut nullo ipſe negocio contra illa, quæ dixi, omnia depugnet, tum verò eum, qui idoneus viſus fuerit, magna cum authoritate ac libertate, quanquam omnibus reclamantibus, in medium promovere poſſit: rurſus eum qui alius compertus fuerit, cum eadem illa authoritate ac libertate, ut etiam omnes conſpirent, non admittere: deniq; ut nihil in cujuſquam vel gratiam vel odium facere conatus eccleſiaſticæ unius ædificationis decus, commodumq; tantum ſpectet. Tibine hìc Baſili merito videor negocii iſtius miniſterium deprecatus fuiſſe? atqui nondum omnia tibi percenſui: ſuperſunt enim alia mihi dicenda. Tu verò ne delaſſeris tantiſper dum patienti aure perfers viri amici ac verè germani orationem, tibi perſuadere conantis ſeſe criminum eorum reum haudquaquam eſſe, quorum tute eum inſimulas. Neque enim ipſa hæc tantum conducunt ad defenſionem eam, qua apud alios nomine noſtro uti potes; ſed & ad ipſam muneris ejus, de quo agitur, functionem, lucrum auxiliúmq; non exiguum conferunt. Eum enim oportet, qui ad tentandam vitæ hujuſmodi ſemitam acceſſurus eſt, omnia prius ad unguem perſcrutari, atque ita demum negocio manus admovere. Quamobrem, quandoquidem ut nullum aliud inde naſcatur emolumentum, certè rerum omnium prudenter gnaro lucrum id ſupererit, ut cum id genus procellæ tempeſtatéſque emerſerint, nihil rerum inſolentia ac novitate perturbetur. Vis igitur tibi hìc à me prius expediri præſidium patrociniúmq; id, quòd viduis impendendum eſt, an ſtudium curámque eam, quam Epiſcopus virginibus debet? an potius judicialis partis, cui ab illo maximopere attendendum eſt, difficultatem? Nam unumquodque horum diverſam ſibi curam vendicat, timorémque cura etiam illa longe graviorem. Ac primum, ut ab eo, quòd inter alia leviſſimum eſſe putant, exordiamur, viduarum quidem cultus videtur haud aliam, quàm pecuniæ inſumendæ ſolicitudinem iis præbere, qui illarum tractandarum curandarúmque provinciam ſuſcepere. Id autem longè aliter ſe habet: nam quoties illæ deligendæ, ac tanquam in catalogum referendæ ſunt, & hic quoq; magno admodum examine opus eſt. Id enim ipſum, quòd temerè, & ut caſus tulit, in album referantur, innumera olim mala peperit: nam & familias peſſundedit, & nuptias divellit: præterea hac una de cauſa compertum eſt viduas aliquot tum furando, tum cauponando, atque alia id genus committendo, multa præter dignitatem atque ordinem geſſiſſe. Hujuſmodi verò viduas eccleſiaſtica pecunia ali, præterquam quòd Dei vindictam paratam habet, facit etiam, ut apud homines maxim opere ea res improbetur damneturque, ac multorum quoq; beneficentiam remoretur. Quis enim unquam velit, quas quis Chriſto offerri mandavit facultates, eas iis ſuſtentandis inſumi, quæ Chriſti nomen calumniari non ceſſant? quo nomine multam huc ac diligentem afferre diſcuſſionem convenit: idque, ne quæ ſibi ipſæ vitam ſufficere poſſunt, ne dum illæ de quibus locutus ſum, indigentium menſam abſumant. Porrò diſcuſſionis hujus diligentiam ſequitur cura non mediocris, ut viduis videlicet in album relatis alimenta, quæ præſtanda ſunt, affatim tanquam ex fonte quodam affluant, nec unquam deſint. Fit enim neſcio quo pacto, ut invita paupertas malum ſit inſatiabile, querimonia ſemper atque ingratitudine plenum. Ac multa ſanè prudentia, multo item ſtudio opus eſt, ut qui criminationis cauſas omnes amovere à ſe cupit, ipſarum ora obſtruat. Jam plerique ubi aliquem viderint pecuniæ imperantem, continuo idoneum ad hujuſmodi œconomiam pronunciant. At ego nunquam exiſtimaverim, hanc illi animi magnitudinem ſatis eſſe, quam ipſam præſtandam quidem in primis eſſe, (quippe ſine ea vaſtator potiùs quam antiſtes, & pro paſtore lupus fuerit) verùm & unà cum ea videndum puto,

CAP. XVI

Æſtimatio quantum eſſe oporteat, illum qui tantis tempeſtatibus opponendus ſit.

Qualem Epiſcopum eſſe oporteat.

Viduarum cura, quantum negotii faceſſat Epiſcopo.

1. Tim. 5. 16

num & aliam animi virtutem habeat. Ea eſt autem mortalibus bonorum omnium author patientia atque æquanimitas, hominis animum tanquam in ſerenum quendam portum appellens. *Vidua ſemper querula.* Nam viduarum genus tum paupertatis, tum ætatis, tum ſexus nomine immodicam ſibi libertatem uſurpat, (ſic enim loqui præſtat) vociferanturq; importunè ſemper & abs re conqueruntur & lamentantur, ubi gratia habenda, & incuſant, quod laudandum ac probandum: qua in parte antiſtitem oportet omnia generoſè ac fortiter pati: neq; irritati ſi quando illæ aut intempeſtivè obtundant, aut immerito expoſtulent. Illarum enim infelicitas miſericordiam potius, quàm contumeliam meretur: quarum certè calamitatibus antiſtitem inſultare, & dolori ob paupertatem nato contumeliæ etiam moleſtiam addere, extremæ crudelitatis atq; immanitatis fuerit. Quocirca vir quidam ſapientiſſimus, humani ingenii avaritiam faſtumq; contemplatus, tum intelligens paupertatis vim naturámque tantum poſſe, ut vel generoſiſſimum quemq; animum proſternat, cogatque identidem iiſdem rebus poſtulandis impudentem eſſe, ut ne quis per pauperum efflagitationes ira excandeſceret, tum verò aſſiduò illorum occurſu irritatus illis adverſarius is fieret, qui opem afferre deberet, ipſum inſtruit ad ſeſe mitem ac facilem indigenti præſtandum: *Pauperi*, inquit, *citra animi tui moleſtiam aurem inclina, atque illi pacificè humanéque reſpondeto*, ac miſſum faciens indigentem eundémque irritantem, (quid enim dicere quis ad illum poſſit, qui ſupplex jaceat?) cum eo ſapientiſſimus ille idem verba facit, qui illius infirmitatem ſublevare poteſt, exhortans, ut tum vultus manſuetudine, tum orationis humanitate, antequam ad largitionem deſcendat, illius etiam animum erigat excitétque. Quòd ſi quis deſtinatas viduis facultates non uſurpet quidem: in ipſas autem probra conjiciat infinita, contumeliáque afficiat, atque adeo adverſus eas irritetur: non ſolum liberalitate ſua natum à paupertate dolorem non levat; verùm & malum ipſum conviciis aggravat: coguntur enim perfricta admodum eſſe fronte ob ventris eſurientis neceſſitatem; veruntamen & dolorem etiam ab hujuſmodi vi contumeliáque concipiunt. Proinde cum ob inediæ timorem mendicare, & ob mendicitatem impudentes eſſe cogantur, rurſum cum ob impudentiam contumelia afficiantur, multiformis quædam angoris, mœſtitiæ, doloriſque vis, & quæ caliginem multam afferat, in illarum animum irruit: eúmq; oportet qui illarum curam ſuſcipit, hactenus æquanimem patientémque eſſe, ut non ſolum non ſua deſtomachatione illarum mœſtitiam anxietatémque augeat; ſed & conſolatione ſua dolorem cum magna ex parte ſopiat, qui aliunde enatus illarum animos occupaverit. *Eccl. 4, 8.* Nam quemadmodum neſcio quo pacto fit, ut quem contumelia affeceris, is non ſentiat pecuniarum acceptarum ſubſidium ob inflictam contumeliæ plagam; ſic quem blandè atque humaniter appellaveris, quiq; donum aliquod unà cum ſui conſolatione à te acceperit, exultat magnopere ac lætatur: tum verò donum ipſum donantis vultus geſtúſque conduplicat. Quæ ipſa non ex me pronuncio; ſed ex illius verbis, cujus illa ipſa eſt admonitio, quæ præceſſit. *Eccl. 18, 16* *Fili enim*, inquit, *in bonis ne des querelam, & in quocunque dato ne des triſtitiam verbi: nónne ros ardorem tollet? ſic verbum melius quam datum. Ecce enim verbum ſupra dona ipſa excellens bonum: utrumque autem eſt apud virum gratioſum.* Proinde non humanum ſolum ac patientem qui illarum curam ſuſcipit; verùm nihilo etiam minus œconomicum eſſe oportet: quandoquidem ſi ipſum hoc abfuerit, rurſum pauperum facultates in idem damnum recidunt. Pridem enim quidam, cui adminiſtrationis hujuſmodi provincia demandata fuerat, magnam auri copiam cùm collegiſſet, id ipſe quidem haudquaquam devoravit; ſed neque in indigentium uſum præter pauca quædam inſumpſit: maximam autem pecuniæ illius partem terra obrutam aſſervavit, donec temporis iniquitas ſuperveniens hoſtibus in manum illam totam tradidiſſet. Magna igitur proviſione opus eſt ut Eccleſiæ facultates neque redundent, neque rurſus deſint; ſed quæ Eccleſiæ erogantur, continuò indigentibus ſunt diſpertienda: cæterum in ſubditorum animis ac benevolentia Eccleſiæ theſauri collocandi. Enimvero quanta pecuniarum impenſa opus eſſe exiſtimas tum in excipiendis hoſpitibus, tum in curandis ægrotis? quantam autem tum diligentiam, tum prudentiam ad eam rem afferre debent, qui illi præfecti ſunt? quando hanc ipſam impenſam nequaquam ea, quam dixi, inferiorem, plerumque autem & majorem eſſe oportet: præfectúmque ipſum largitorem eſſe decet circumſpectum, ac prudentem, ut eos qui bonis abundant, animet ad certatim etiam atque hilariter bona ſua eroganda: ne dum conſulit tollendæ ab infirmis inopiæ, largientium animos percellat, offendátque: atque hac quidem parte animi propenſionem, ſtudiúmque multò vehementius præſtare convenit. Sunt enim quodam modo qui ægrotant, moroſi ac torpeſcentes: ac niſi ſummam undique diligentiam curamque adhibeas,

A εἰ κεκτημένος τυγχάνοι. αὕτη δέ ἐστιν ἡ πάντων αἰτία ἀνθρώποις τῶν ἀγαθῶν, ἀνεξικακία, ὥσπερ εἴς τινα εὔδιον λιμένα ὁρμίζουσα καὶ περιπέμπουσα τὴν ψυχήν. τὸ γὰρ τῶν χηρῶν γένος, καὶ διὰ τὴν πενίαν, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ διὰ τὴν φύσιν, ἀμέτρῳ τινὶ κέχρηται παῤῥησίᾳ· οὕτω γὰρ ἄμεινον εἰπεῖν· καὶ βοῶσιν ἀκαίρως, καὶ αἰτιῶνται μάτην, καὶ ἀποδύρονται ὑπὲρ ὧν χάριν εἰδέναι ἐχρῆν· καὶ κατηγοροῦσιν ὑπὲρ ὧν ἀποδέχεσθαι ἔδει. καὶ δεῖ τὸν προεστῶτα ἅπαντα φέρειν B γενναίως, καὶ μήτε πρὸς τὰς ἀκαίρους ἐνοχλήσεις, μήτε πρὸς τὰς ἀλόγους παροξύνεσθαι μέμψεις. ἐλεεῖσθαι γὰρ ἐκεῖνο τὸ γένος, ὑπὲρ ὧν δυστυχοῦσιν, οὐχ ὑβρίζεσθαι, δίκαιον· ὡς τό γε ἐπεμβαίνειν αὐτῶν ταῖς συμφοραῖς, καὶ τῇ διὰ τὴν πενίαν ὀδύνῃ τὴν ἀπὸ τῆς ὕβρεως προστιθέναι, τῆς ἐσχάτης ὠμότητος ἂν εἴη. διὰ τοῦτο καί τις ἀνὴρ σοφώτατος, εἴς τε τὸ φιλοκερδὲς καὶ τὸ ὑπερόπτικον τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀπιδὼν, καὶ τὴν πενίας τὴν φύσιν καταμαθὼν, δεινὴν C οὖσαν καὶ τὴν γενναιοτάτην ψυχὴν καταβαλεῖν, καὶ πεῖσαι περὶ τῶν αὐτῶν ἀναισχυντεῖν πολλάκις· ἵνα μή τις αἰτούμενος παρ' αὐτῶν ὀργίζηται, μηδὲ τῷ συνεχεῖ τῆς ἐντεύξεως παροξυνθεὶς, πολέμιος, ὁ βοηθεῖν ὀφείλων, γένηται· παρασκευάζει προσηνῆ τε αὐτὸν καὶ εὐπρόσιτον εἶναι τῷ δεομένῳ, λέγων· κλῖνον πτωχῷ ἀλύπως τὸ οὖς σου, καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ ἐν πρᾳότητι εἰρηνικά. καὶ τὸν παροξύνοντα ἀφεὶς, [τί γὰρ ἄν τις τῷ κειμένῳ λέγοι;] D τῷ δυναμένῳ τὴν ἐκείνου φέρειν ἀσθένειαν διαλέγεται, παρακαλῶν, τῷ τε ἡμέρῳ τῆς ὄψεως, καὶ τῇ τῶν λόγων πρᾳότητι πρὸ τῆς δόσεως αὐτὸν ἀνορθοῦν. ἂν δέ τις τὰ μὲν ἐκείνων μὴ λαμβάνῃ, μυρίοις δὲ αὐτὰς ὀνείδεσι περιβάλλῃ, καὶ ὑβρίζῃ, καὶ παροξύνηται κατ' αὐτῶν· οὐ μόνον οὐκ ἐπεκούφισε τὴν ἀπὸ τῆς πενίας ἀθυμίαν τῷ δοῦναι, ἀλλὰ καὶ μεῖζον ταῖς λοιδορίαις εἰργάσατο τὸ δεινόν. κἂν γὰρ λίαν ἀναισχυντεῖν βιάζωνται διὰ τὴν E τῆς γαστρὸς ἀνάγκην· ἀλλ' ὅμως ἀλγοῦσιν ἐπὶ τῇ βίᾳ ταύτῃ. ὅτ' ἂν οὖν διὰ μὲν τὸ τοῦ λιμοῦ δέος, προσαιτεῖν ἀναγκάζωνται· διὰ δὲ τὸ προσαιτεῖν, ἀναιδεύεσθαι· διὰ δὲ τὸ ἀναιδεύεσθαι, πάλιν ὑβρίζωνται· ποικίλη τις καὶ πολὺν φέρουσα τὸν ζόφον ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἐκείνων κατασκήπτει τῆς ἀθυμίας ἡ δύναμις. καὶ δεῖ τὸν τούτων ἐπιμελούμενον ἐπὶ τοσοῦτον εἶναι μακρόθυμον, ὡς μὴ μόνον αὐταῖς μὴ πλεονάζειν τὴν ἀθυμίαν ταῖς ἀγανακτήσεσιν, ἀλλὰ A καὶ τὸ οὔσης τὸ πλέον κοιμίζειν διὰ τῆς παρακλήσεως. ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ὁ ὑβρισθεὶς, ἐν πολλῇ περιουσίᾳ οὐκ αἰσθάνεται τῆς ἀπὸ τῶν χρημάτων ὠφελείας, διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ὕβρεως πληγήν· οὕτως οὗτος ὁ προσηνῆ λόγον ἀκούσας, καὶ μετὰ παρακλήσεως τὸ διδόμενον δεξάμενος, γάνυται πλέον καὶ χαίρει, καὶ διπλοῦν αὐτῷ τὸ δοθὲν τῷ τρόπῳ γίνεται. καὶ ταῦτα οὐκ ἀπ' ἐμαυτοῦ, ἀλλ' ἀπ' ἐκείνου, οὗ τὰ πρότερα παρῃνέσαντος, φθέγγομαι. τέκνον, γάρ φη- « B σιν, ἐν ἀγαθοῖς μὴ δῷς μῶμον, καὶ ἐν πάσῃ δόσει λύπην λό- « γων. οὐχὶ καύσωνα ἀναπαύσει δρόσος; οὕτω κρείσσων λόγος « ἢ δόσις. ἰδοὺ γὰρ λόγος ὑπὲρ δόματα ἀγαθόν· καὶ ἀμφότερα « παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ. οὐκ ἐπιεικῆ δὲ μόνον, καὶ ἀνεξίκα- « κον, τὸν τούτων προστάτην, ἀλλὰ καὶ οἰκονομικὸν οὐχ ἧττον εἶναι χρή· ὡς ἐὰν οὗτος ἀπῇ, πάλιν εἰς τὴν ἴσην περιίσταται ζημίαν τὰ τῶν πενήτων χρήματα. ἤδη γάρ τις ταύτην πιστευθεὶς τὴν διακονίαν, καὶ C χρυσὸν συναγαγὼν πολὺν, αὐτὸς μὲν οὐ κατέφαγεν· ἀλλ' οὐδὲ εἰς τοὺς δεομένους, πλὴν ὀλίγων, ἀνάλωσε· τὸ δὲ πλέον κατορύξας ἐφύλαττεν, ἕως ὁ καιρὸς χαλεπὸς ἐπιστὰς παρέδωκεν αὐτὰ τῶν ἐναντίων χερσί. πολλῆς οὖν δεῖ τῆς προμηθείας, ὡς μήτε πλεονάζειν μήτε ἐλλείπειν τῆς ἐκκλησίας τὴν περιουσίαν· ἀλλὰ πάντα μὲν σκορπίζειν ταχέως τοῖς δεομένοις τὰ ποριζόμενα, ἐν δὲ ταῖς τῶν ἀρχομένων προαιρέσεσι συνάγειν D τῆς ἐκκλησίας τοὺς θησαυρούς. τὰς δὲ τῶν ξένων ὑποδοχὰς, καὶ τὰς τῶν ἀσθενούντων θεραπείας, πόσης μὲν οἴει δεῖσθαι χρημάτων δαπάνης, πόσης δὲ τῆς τῶν ἐπιστατούντων ἀκριβείας τε καὶ συνέσεως; καὶ γὰρ τῆς εἰρημένης ἀναλώσεως ταύτην ἥττονα μὲν οὐδαμῶς, πολλάκις δὲ καὶ μείζονα εἶναι ἀνάγκη· καὶ τὸν ἐπιστατοῦντα, πορίστικόν τινα μετ' εὐλαβείας καὶ φρονήσεως· ὡς παρασκευάζειν καὶ φιλοτίμως καὶ ἀλύπως διδόναι E τοὺς κεκτημένους τὰ παρ' αὐτῶν· ἵνα μὴ τῆς τῶν ἀσθενούντων ἀναπαύσεως προνοῶν, τὰς τῶν παρεχόντων πλήττῃ ψυχάς. τὴν δὲ προθυμίαν καὶ τὴν σπουδὴν πολλῷ πλείονα ἐνταῦθα ἐπιδείκνυσθαι δεῖ· δυσάρεστον γάρ πως οἱ νοσοῦντες χρῆμα, καὶ ῥᾴθυμον. κἂν μὴ πολλὴ πανταχόθεν εἰσφέρηται ἀκρίβεια καὶ φροντὶς,

ἀρκεῖ

ἀρκεῖ. καὶ τὸ μικρὸν ἐκεῖνο παροφθὲν μεγάλα ἐργάσασθαι τῷ νοσοῦντι κακά.

Ἐπὶ δὲ τῆς τῶν παρθένων ἐπιμελείας τοσούτῳ μείζων ὁ φόβος, ὅσῳ καὶ τὸ κτῆμα τιμιώτερον, καὶ βασιλικωτέρα αὕτη τῶν ἄλλων ἡ ἀγέλη. ἤδη γὰρ καὶ εἰς τὸν τῶν ἁγίων τούτων χορὸν μυρίαι, μυρίων γέμουσαι κακῶν, εἰσεκώμασαν· μεῖζον δὲ ἐνταῦθα τὸ πένθος. καὶ καθάπερ οὐκ ἴσον, κόρην τε ἐλευθέραν καὶ τὴν ταύτης θεράπαιναν ἁμαρτεῖν· οὕτως οὐδὲ παρθένον καὶ χήραν. ταῖς μὲν γὰρ καὶ ληρεῖν, καὶ λοιδορεῖσθαι πρὸς ἀλλήλας, καὶ κολακεύειν, καὶ ἀναισχυντεῖν, καὶ πανταχοῦ φαίνεσθαι, καὶ τὸ περιιέναι τὴν ἀγορὰν, γέγονεν ἀδιάφορον· ἡ δὲ παρθένος ἐπὶ μείζοσιν ἀπεδύσατο, καὶ τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν ἐζήλωσε, καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν δεῖξαι ἐπὶ τῆς γῆς ἐπαγγέλλεται, καὶ μετὰ τῆς σαρκὸς ταύτης τὰ τῶν ἀσωμάτων αὐτῇ δυνάμεων κατορθῶσαι προσήκει. καὶ [οὐδὲ] οὔτε προόδους περιττὰς ποιεῖσθαι καὶ πολλὰς, οὔτε ῥήματα αὐτὴν φθέγγεσθαι εἰκῇ καὶ μάτην ἐφεῖται. λοιδορίας δὲ καὶ κολακείας οὐδὲ τοὔνομα εἰδέναι χρή. διὰ τοῦτο ἀσφαλεστάτης φυλακῆς, καὶ πλείονος δεῖται τῆς συμμαχίας. ὅ τε γὰρ τῆς ἁγιωσύνης ἐχθρὸς ἀεὶ καὶ μᾶλλον αὐταῖς ἐφέστηκε, καὶ προσεδρεύει, καταπιεῖν ἕτοιμος, εἴ πού τις ἐξολισθήσειε καὶ καταπέσοι· ἀνθρώπων τε οἱ ἐπιβουλεύοντες πολλοί. καὶ μετὰ τούτων ἁπάντων, ἡ τῆς φύσεως μανία. καὶ ἁπλῶς πρὸς διπλοῦν τὸν πόλεμον ἡ παράταξις αὐτῇ, τὸν μὲν ἔξωθεν προσβάλλοντα, τὸν δὲ ἔσωθεν ἐνοχλοῦντα. διὰ ταῦτα γοῦν ἐπιστατοῦντι πολὺς μὲν ὁ φόβος, μείζων δὲ ὁ κίνδυνος, καὶ ἡ ὀδύνη, εἴ ποτέ τι τῶν ἀβουλήτων [ὃ μὴ γένοιτο] συμβαίη ποτέ. εἰ γὰρ πατρὶ θυγάτηρ ἀπόκρυφος ἀγρυπνία, καὶ ἡ μέριμνα αὐτῆς ἀφιστᾷ ὕπνον· ὅπου περὶ τοῦ στειρωθῆναι ἢ παρακμάσαι ἢ μισηθῆναι τοσοῦτον δέος· τί πείσεται ὁ τούτων μὲν οὐδὲν, ἕτερα δὲ τούτων πολλῷ μείζονα μεριμνῶν; οὐ γὰρ ἀνὴρ ἐνταῦθα ὁ ἀθετούμενος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ Χριστός· οὐδὲ μέχρις ὀνειδῶν ἡ στείρωσις, ἀλλ' εἰς ἀπώλειαν ψυχῆς τελευτᾷ τὸ δεινόν. πᾶν γὰρ δένδρον, φησὶ, μὴ ποιοῦν καρπὸν καλὸν, ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται. καὶ μισηθείσῃ δὲ παρὰ τοῦ νυμφίου, οὐκ ἀρκεῖ λαβεῖν ἀποστασίου βιβλίον, καὶ ἀπελθεῖν· ἀλλὰ κόλασιν αἰώνιον τοῦ μίσους δίδωσι τὴν τιμωρίαν. καὶ ὁ μὲν κατὰ σάρκα πατὴρ πολλὰ ἔχει, τὰ ποιοῦντα αὐτῷ τὴν φυλακὴν εὔκολον τῆς θυγατρός. καὶ γὰρ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ τροφὸς, καὶ θεραπαινῶν πλῆθος, καὶ οἰκίας ἀσφάλεια, συναντιλαμβάνεται τῷ γεννησαμένῳ πρὸς τὴν τῆς παρθένου τήρησιν. οὔτε γὰρ εἰς ἀγορὰν αὐτὸν ἐμβάλλειν ἐφίεται συνεχῶς· οὔτε, ἡνίκα ἂν ἐμβάλλῃ, φαίνεσθαί τινι τῶν ἐντυγχανόντων ἀναγκάζεται· τοῦ σκότους τῆς ἑσπέρας οὐχ ἧττον τῶν τῆς οἰκίας τοίχων καλύπτοντος τὴν φαίνεσθαι μὴ βουλομένην. χωρὶς δὲ τούτων, πάσης αἰτίας ἀπήλλακται, ὡς μηδ' ἄν ποτε εἰς ἀνδρῶν ὄψιν βιασθῆναι ἐλθεῖν. οὔτε γὰρ ἡ τῶν ἀναγκαίων φροντὶς, οὔτε αἱ τῶν ἀδικούντων ἐπήρειαι, οὐδ' ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν, εἰς ἀνάγκην αὐτὴν τοιαύτης συντυχίας καθίστησιν, ἀντὶ πάντων αὐτῇ γινομένου τοῦ πατρός. αὐτὴ δὲ μίαν ἔχει φροντίδα μόνον, τὸ μηδὲν ἀνάξιον μήτε πρᾶξαι μήτε εἰπεῖν τῆς αὐτῇ προσηκούσης κοσμιότητος. ἐνταῦθα δὲ πολλὰ τὰ ποιοῦντα τῷ πατρὶ δύσκολον, μᾶλλον δὲ καὶ ἀδύνατον, τὴν φυλακήν. οὔτε γὰρ ἔνδον ἔχειν αὐτὴν μεθ' ἑαυτοῦ δύναιτ' ἄν. οὔτε εὔσχημον, οὔτε ἀκίνδυνος ἡ τοιαύτη συνοίκησις. κἂν γὰρ μηδὲν αὐτοὶ ζημιωθῶσιν, ἀλλ' ἀκεραίαν μείνωσι τὴν ἁγιωσύνην φυλάττοντες· οὐκ ἐλάττονα δώσουσι λόγον, ὑπὲρ ὧν ἐσκανδάλισαν ψυχῶν, ἢ εἰ εἰς ἀλλήλους ἁμαρτάνοντες ἔτυχον. τούτου δὲ οὐκ ὄντος δυνατοῦ, οὔτε τὰ κινήματα τῆς ψυχῆς καταμαθεῖν εὔπορον· καὶ τὰ μὲν ἀτάκτως φερόμενα περικόψαι, τὰ δὲ ἐν τάξει καὶ ῥυθμῷ μᾶλλον ἀσκῆσαι, καὶ ἐπὶ τὸ βέλτιον ἀγαγεῖν. οὔτε τὰς ἐξόδους περιεργάζεσθαι ῥᾴδιον. ἡ γὰρ πενία, καὶ τὸ ἀπροστάτευτον, οὐκ ἀφίησιν αὐτὸν ἀκριβῆ τῆς ἐκείνῃ προσηκούσης εὐσχημοσύνης γενέσθαι ἐξεταστήν. ὅταν γὰρ ἑαυτῇ πάντα διακονεῖν ἀναγκάζηται· πολλὰς, εἴ γε βούλοιτο μὴ σωφρονεῖν, τῶν προόδων τὰς προφάσεις ἔχει. καὶ δεῖ τὸν κελεύοντα διαπαντὸς οἴκοι μένειν, καὶ ταύτας περικόψαι τὰς προφάσεις, καὶ τὴν τῶν ἀναγκαίων αὐτάρκειαν παρέχοντα, καὶ τὴν πρὸς ταῦτα διακονησαμένην αὐτῇ. δεῖ δὲ καὶ ἐκφορῶν καὶ παννυχίδων ἀπείργειν. οἶδε γὰρ, οἶδεν ὁ πολυμήχανος ὄφις ἐκεῖνος, καὶ διὰ χρηστῶν πράξεων τὸν αὐτοῦ παρασπείρειν ἰόν. καὶ χρὴ τὴν παρθένον πανταχόθεν τετειχίσθαι, καὶ ὀλιγάκις τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ προβαίνειν τῆς οἰκίας, ὅτ' ἂν ἀπαραίτητοι καὶ ἀναγκαῖαι κατεπείγωσι προφάσεις. εἰ δὲ λέγοι τις, οὐδὲν εἶναι

vel tantillum, quod quidem à te fuerit neglectum, ejuſmodi eſt, ægrotanti mali plurimum afferre poſſit.

Cap. XVII. *Quantus ſit in gubernatione virginum timor.*

Sed quod ad virginum curam ſpectat, tanto certè major inibi timor ineſt, quanto virginitatis donum precioſius: quanto virginalis grex cæteris regalior. Pridem enim factum eſt, ut & in ſanctarum virginum chorum infinitæ eædémque vitiis refertæ infinitis invaſerint, debacchatæque fuerint: quæ res & luctum multò acerbiſſimũ parit. Ac quemadmodum non ex æquo ſe res habet, puelláne liberalis, an illius ancilla peccet; ſic paria inter ſe non ſunt virginis ac viduæ delicta. Viduis enim impunè eſt & nugari, & conviciis inter ſe depugnare, & adulari, & frontè perfricta eſſe, & nuſquam non apparere, & in foro frequentes eſſe: At virgo ad majora ſeſe accinxit certamina, utpote quæ cœleſtis illius philoſophiæ æmulatrix, profitetur ſe angelicam vitam in terris referre: cui item propoſitum eſt illa eadem præſtare, quæ cæleſtes illæ atq; incorporeæ virtutes præſtant: quam ipſam non convenit neque frequentes ac ſupervacaneas inambulationes agere, neque verba temerè atque inconſultè effutire: convicii verò atque adulationis ne nomen quidem agnoſcere: propterea tutiſſima cuſtodia, ac majori præſidio indiget: nam ſanctimoniæ adverſarius aſſiduè aſtat iiſque in primis inſidiatur, devorare paratus, ſicubi virgo aliqua cadat, labaturque. Propterea ex hominibus inſidiantur permulti, cumque his omnibus naturæ inſania: denique ſuus ille ordo, in quem ſe adſcribi voluit, bellum conduplicat, tum quod extrinſecus ingruat, tum quod intrinſecus obturbet. His igitur de cauſis efficitur, ut ei qui regendis virginibus præfectus ſit, magnus timor immineat; ſed majus tamen periculum, major animi dolor, ſi quid fortè præter animi ſententiam (quòd Deus avertat) eveniat. Nam ſi patri filia occultam in animo vigilantiam affert; ſi item cura de ea ſuſcepta, ſomnum à paternis oculis excutit, ubi timoris illi tantum incumbit, ne vel filia ſterilis evadat, vel nubilem ætatem domi paternæ tranſigat, vel inviſa aliis negligatur: quid facturum putamus eum, cujus animum nulla harum rerum, quas dixi, cura tangat; ſed qui de aliis quibuſdam longè gravioribus ſolicitus ſit? Neque enim hic agitur de mariti; ſed de Chriſti neglectu ac contemptu: neque ipſa ſterilitas probrum ignominiamque tantum; ſed & animæ tandem internecionem parit. *Omnis enim arbor*, inquit, *fructum non faciens bonum, exciditur, & in ignem mittitur.* Matt. 3. 10 Jam virgini quam ſponſus Chriſtus oderit, non ſatis eſt accepto repudii libello abire; ſed odii illius pœnas luit, ſupplicium æternum. Ac pater quidem ſecundum carnem multa habet præſidia, quibus proclive illi ſit filiam aſſervare: ad cujus virginis cuſtodiam opitulantur, tum mater, tum nutrix, tum famularum turba, tum domus tutela. Neque enim licet ei frequenter in forum deſcendere: neque ſi quando ea deſcenderit, occurrentium oculis conſpicua eſſe cogitur: cum non minus quam domus parietibus veſperæ tenebris occultetur ea, quæ conſpicua eſſe noluerit. Præter hæc autem culpæ omnis atque criminationis expers eſt, quòd nunquam cogatur in virorum prodire conſpectum. Neque enim rerum neceſſariarum cura, neque injurioſorum hominum improbæ moleſtiæ, neque id genus aliud hominum occurſum congreſſúmque neceſſarium illi efficit, cùm illi pater pro omnibus ſit, ipſa autem unam duntaxat curam habeat, ut nihil ſcilicet vel faciat, vel loquatur, quod virginalem honeſtatem dedeceat. At ſi Epiſcopi partes ſpectes, multa certè ſunt, quæ illi virginis cuſtodiam difficilem ſeu potius omni arte ſuperiorem efficiunt. Neque enim illam ſecum domi habere poſſit, neque illud ſanè contubernium decens, aut periculo vacans fuerit: etenim ut nullum vel hinc detrimentum ipſi patiantur; ſed ſinceram conſtantémque ſanctimoniam ſervent: nihilo tamen minus rationem reddituri ſunt pro iis animabus, quas offenderint, ac prava aliqua ſuſpicione aſperſerint, quàm ſi inter ſe peccaſſe eos contigerit. Porrò cum Epiſcopo non liceat virginum contubernio uti, relinquitur, ut facilè illi non ſit virginalis animi motus perſpicere, & quæ nimis exuberant, ordinémque excedunt, circumcidere: quæ autem intra ordinem ac numerum conſiſtunt, magis ac magis excolere, atque in meliorem profectum perducere: tum verò eidem non perinde proclive erit perſcrutari curioſéque indagare, ſi quando virgines domo egreſſæ foras eant, vagentúrque. Nam quòd virgo inops ſit, atque imperio ſoluta, idipſum certè efficit, ut Epiſcopus haud ita magnam diligentiam præſtet in examinanda illius honeſtate: quippe cum ipſa ſibi omnia adminiſtrare cogatur: complures intemperatè vivere volenti egreſſuum vagationúmque tituli ac prætextus: quos quidem impedire eum oportet, qui illam juſſerit domi aſſiduè commorari, rebus neceſſariis ſuppeditatis, ac data pediſſequa, quæ illi adminiſtret. Jam & virgini oportet funebres pompas, ac publica pervigilia interdicta eſſe. Novit enim, novit ingenioſiſſimus ſerpens ille, vel per bona opera ſuum virus diſſeminare: propterea virginem oportet undique tanquam muro circumſeptam eſſe, ac toto anno perrarò domo egredi: idque demum cum inexcuſabiles ac neceſſariæ urgebunt cauſæ. Quòd ſi quis dicat Epiſcopo opus non eſſe,

Virginibus prodire foras ſæpius non licere.

ur res hujuſmodi pertractet: noverit is ſingulas virginalis ſtudii curas, atque adeo criminationes omnes, quas in virgines conjici contigerit, in illum recidere: qua ex re utilius multò fuerit, ſi ipſe rem per ſe adminiſtrans ab iis cauſis vacet, quas illum per aliorũ delicta ſuſtinere oportet, quã adminiſtratione ea rejecta rationis reddendæ judicium reformidare, eorum delictorũ, quæ alii commiſerint. Adde, quòd qui per ſe ipſe hoc munus exequitur, magna cum facilitate omnia tranſigit: qui autem neceſſe habet vicaria aliorum opera defungi, præterquam quòd magnum illi adeſt negotium, ut omnium animos ad id munus gerendum ſibi perſuaſos reddat: certè laboris remiſſionem tantam non habet ex functionis illius abſtinentia, quanta negotia, quantóſq; turbines ſuſtinet ab iis, qui reſiſtunt, atque ipſius ſententiæ ac judicio repugnant. Sed virium noſtrarum non fuerit eas omneis curas ſolicitudinéſque percenſere, quas ſibi ſtudium virginibus impendendum vendicat: quæ ipſæ cùm in album referendæ ſunt, mirum dictu eſt, quanta illi negotia faceſſant, cui provinciam hanc credideris.

Caput XVIII. *Quòd multas habeat judiciaria poteſtas moleſtias.*

Jam pars illa, quam Epiſcopum tractare in judiciis convenit, infinita certè odia, infinitas offenſiones parit: quæ quidem præterquam quòd negotiis permultis plena eſt, tam multas etiam difficultates affert, quã multas ne forenſes quidem judices ſubeunt. Nam cum juſtum ipſum invenire labor eſt, tum eo invento id non labefactare laborioſum. Neq; verò hic negotium tantum ac difficultas; ſed & periculum nõ mediocre ineſt. Pridem enim ex infirmioribus quidam, moleſtiis cum premerentur, neque haberent quorũ defenſione ac patrocinio ſublevarentur, fidei naufragium fecerunt. Fit autem, neſcio quomodo, ut qui injuria afficiuntur, nihilominus eos oderint, à quibus non adjuvantur, quàm eos qui injuriam inferunt, ac neq; negotiorum diſtractionis, neq; temporum inclementiæ, neq; epiſcopalis magnitudinis, neq; alterius id genus rei cujuſquam rationem ullam habere volunt: quinimò judices ſe ipſi præſtant inexorabiles, defenſionem unam prætendentes, malorum ſe prementium defunctionem: quam quidem qui præſtare non potuerit, quamvis mille etiam cauſas afferat, nunquam effecerit, quominus eos condemnationem ſubeat. Et quoniam nos in patrocinii mentionem incidimus, age hic & aliam quandam querelarum ſpeciem cauſámq; tibi patefaciam. Nam niſi quotidie Epiſcopus omnium domos circumierit, in hac parte vel eos ſuperans, quibus nullum aliud ſtudium eſt, quàm in foro verſandi deambulandiq;: hinc omnino offenſiones infinitæ emergent. Neque enim ii ſolum, qui ægrotant; ſed & qui ſani ſunt, inviſi ſe volunt: id quod nõ religionis ac pietatis, ſed honoris dignitatiſque potius nomine plurimi ſibi vendicant: ac ſiquem fortè contigerit ex ditioribus potentioribúſq; Chriſtianis, Eccleſiæ uſu lucróq; communi ita urgente, ab Epiſcopo frequentius inviſi, hic protinus Epiſcopus palpatoris atq; adulatoris notam ſibi inurit. Sed quid attinet patrocinandi, inviſendíq; partes hic perſequi, cum & ſolæ appellationes, ſalutationéſque, quibus Epiſcopũ uti oportet, tam magnum etiam criminationũ pondus afferant, ut & ille pondere ferendo incurvetur, atq; adeo præ animi mœſtitia plerumq; ſuccumbat? ut nihil hic agam, quòd & ob oculos illò potius quàm illò conjectos, ad calculos vocare illum volunt. Quæ enim ab Epiſcopis temere ac ſimpliciter fiunt, pleriq; accuratè ac diligẽter excutiunt, penſitata etiam vocis menſura, aſpectus habitu, ac riſus quantitate. Illi enim, inquiunt, effusè arriſit, eundémq; tum hilari vultu, tum voce liberali ſalutavit: me verò longe parcius, & perfunctoriè, ac niſi multis uno in loco ſimul ſedentibus quoquoverſus oculos ille circumtulerit, omnes appellans, idipſum contumeliam eſſe vulgus dictitant. Quis igitur qui idem non ſit admodum fortis, tam multis accuſatoribus ſufficere poterit: ut vel ab illis prorſus non accuſetur, vel accuſatus crimen effugiat? Oportet enim primum ne reum quidem eſſe, accuſatoreſq; habere: deinde ſi id præſtare nequaquam potes, diluenda ſunt crimina, quæ illi objecerint. Quod ſive iſtud quidem facile erit; ſed delectabunt quoſdam temerariæ, ac nulla cauſa ſubſiſtentes criminationes, tum demum generosè ac fortiter animi doloribus hujuſmodi occurrendum, reſiſtendúmque. Etenim qui merito incuſatur, facile tulerit eum, à quo incuſatur: quippe cum accuſator nullus ſit infeſtior quàm ipſa conſcientia, efficitur, ut quoties ab ea, quæ omnium moleſtiſſima eſt, deprehenſi, convictiq; prius fuerimus, accuſatores extraneos tanquam manſuetiores facilè poſtea patiamur. Porrò qui nullius ſibi culpæ conſcius eſt, dum injuſtè accuſatur, continuo ad iram propenſus fertur, necnon animum facile deſpondet: niſi idem ſic ſe prius animo comparaverit præparaveritque, ut multorum inſipientiam patientiſſimè ferat. Fieri enim vix poteſt, ut qui ſe temere calumniam pati, atq; iniq; damnari intelligit, nõ aliquo modo adverſus tantam hominum iniquitatem atq; abſurditatem commoveatur. Quorſum autẽ hic enumerare attinet reliquas illas moleſtias, dolorēſque, quas tolerare Epiſcopũ oportet, dum neceſſe eſt amovere aliquẽ ab Eccleſiæ cœtu: quæ atrocitas utinam intra moleſtiam doloremq; conſiſtat, ac non etiam perniciem

2. Cor. 2, 7. non mediocrè afferat. Timendum enim eſt, ne ille fortè ad injuſtius ſuppliciũ adactus, *dolore immodico*, quod B. Paulus ait, *abſorbeatur*.

Alia querelarum occaſio.

A τούτων ἔργον τῷ ἐπισκόπῳ μεταχειρίζειν. εὖ ἴσθι, ὅτι τῶν ἐφ' ἑκάστῳ γινομένων αἱ φροντίδες, καὶ αἱ αἰτίαι, εἰς ἐκεῖνον ἔχουσι τὴν ἀναφοράν. πολλῷ δὲ λυσιτελέστερον αὐτὸν ἅπαντα διοικούμενον ἀπηλλάχθαι ἐγκλημάτων, ἃ διὰ τὰς τῶν ἑτέρων ἁμαρτίας ὑπομένειν ἀνάγκη· ἢ τῆς διακονίας ἀφιέμενον τὰς ὑπὲρ ὧν ἔπραξαν ἕτεροι τρέμειν εὐθύνας. πρὸς δὲ τούτοις, ὁ μὲν δι' ἑαυτοῦ ταῦτα πράττων, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας ἅπαντα διεξέρχεται· ὁ δὲ ἀναγκαζόμενος, μετὰ B τοῦ πείθειν τὰς ἁπάντων γνώμας, οὕτω ποιεῖν, οὐ τοσαύτην ἔχει τὴν ἄνεσιν ἐκ τοῦ τῆς αὐτουργίας ἀφεῖσθαι, ὅσα πράγματα καὶ θορύβους διὰ τοὺς ἀντιπίπτοντας, καὶ ταῖς αὐτοῦ κρίσεσι μαχομένους. ἀλλὰ πάσας μὲν οὐκ ἂν δυναίμην καταλέγειν τὰς ὑπὲρ τῶν παρθένων φροντίδας. καὶ γὰρ καὶ ὅτ' ἂν αὐτὰς ἐγγράφεσθαι δέοι, οὐ τὰ τυχόντα παρέχουσι πράγματα τῷ ταύτην πεπιστευμένῳ τὴν οἰκονομίαν.

Τὸ τῶν κρίσεων μέρος, μυρίας μὲν ἔχει τὰς ἐπαχθείας. C πολλὴν δὲ τὴν ἀσχολίαν καὶ δυσκολίας τοσαύτας, ὅσας οὐδὲ οἱ τοὺς ἔξωθεν δικάζοντες καθήμενοι φέρουσι. καὶ γὰρ εὑρεῖν αὐτὸ τὸ δίκαιον, ἔργον· καὶ εὑρόντα μὴ διαφθεῖραι χαλεπόν· οὐκ ἀσχολία δὲ μόνον καὶ δυσκολία, ἀλλὰ καὶ κίνδυνος πρόσεστιν οὐ μικρός. ἤδη γάρ τινες τῶν ἀσθενεστέρων πράγμασιν ἐμπεσόντες, ἐπειδὴ προστασίας οὐκ ἔτυχον, ἐναυάγησαν περὶ τὴν πίστιν. πολλοὶ γὰρ τῶν ἠδικημένων, οὐχ ἧττον τῶν ἠδικηκότων, τοὺς μὴ βοηθοῦντας μισοῦσι· καὶ D οὔτε πραγμάτων διαστροφήν, οὔτε καιρῶν χαλεπότητα, οὔτε ἱερατικῆς δυναστείας μέτρον, οὔτε ἄλλο τοιοῦτον οὐδὲν λογίζεσθαι βούλονται· ἀλλ' εἰσὶν ἀσύγγνωστοι δικασταί, μίαν ἀπολογίαν εἰδότες, τὴν τῶν συνεχόντων αὐτοὺς κακῶν ἀπαλλαγήν. ὁ δὲ μὴ δυνάμενος ταύτην παρασχεῖν, κἂν μυρίας λέγῃ προφάσεις, οὐδέποτε τὴν κατάγνωσιν φεύξεται τὴν παρ' ἐκείνων. ἐπειδὴ δὲ προστασίας ἐμνήσθην, φέρε σοι καὶ ἑτέραν μέμψεως ἀποκαλύψω πρόφασιν. εἰ γὰρ E μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν μᾶλλον τῶν ἀγοραίων περινοστεῖ τὰς οἰκίας ὁ τὴν ἐπισκοπὴν ἔχων· προσκρούσματα ἐντεῦθεν ἀμύθητα. οὐδὲ γὰρ ἀῤῥωστοῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑγιαίνοντες ἐπισκοπεῖσθαι βούλονται· οὐ τῆς εὐλαβείας αὐτοὺς ἐπὶ τοῦτο προσκαλουμένης, τιμῆς δὲ καὶ ἀξιώματος οἱ πολλοὶ ἀντιποιούμενοι μᾶλλον· εἰ δέ ποτε συμβαίη, ἵνα τῶν πλουσιωτέρων καὶ δυνατωτέρων, χρείας τινὸς κατεπειγούσης, εἰς τὸ κοινὸν τῆς ἐκκλησίας κέρδος, συνεχέστερον ἰδεῖν, εὐθέως ἐν- A τεῦθεν θωπείας καὶ κολακείας προσετρίψατο δόξαν. καὶ τί λέγω προστασίας, καὶ ἐπισκέψεις; ἀπὸ γὰρ τῶν προσρήσεων μόνον τοσοῦτο φέρουσιν ἐγκλημάτων ἄχθος, ὡς καὶ βαρύνεσθαι, καὶ καταπίπτειν ὑπὸ τῆς ἀθυμίας πολλάκις. ἤδη δὲ καὶ βλέμματος εὐθύνας ὑπέχουσι. τὰ γὰρ ἁπλῶς παρ' αὐτῶν γινόμενα βασανίζουσιν ἀκριβῶς οἱ πολλοί, καὶ μέτρον φωνῆς ἐξετάζοντες, καὶ διάθεσιν ὄψεως, καὶ ποσότητα γέλωτος. τὸν δεῖνα, φησί, δαψιλῶς ἐπεγέλασε, καὶ φαιδρῷ τῷ προσώπῳ, καὶ B μεγάλῃ προσεῖπε τῇ φωνῇ· ἐμὲ δὲ ἔλαττον καὶ ὡς ἔτυχε. κἂν, πολλῶν συγκαθημένων, μὴ πανταχοῦ περιφέρῃ τοὺς ὀφθαλμοὺς διαλεγόμενος, ὕβριν τὸ πρᾶγμά φασιν οἱ πολλοί. τίς οὖν μὴ λίαν ἰσχυρὸς ὢν τοσούτοις ἂν ἀρκέσειε κατηγόροις, ἢ πρὸς τὸ μηδ' ὅλως γραφῆναι παρ' αὐτῶν, ἢ πρὸς τὸ διαφυγεῖν μετὰ τὴν γραφήν; δεῖ μὲν γὰρ μηδένα ἔχειν κατηγόρους· εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἀπολύεσθαι τὰ παρ' ἐκείνων ἐγκλήματα. εἰ δὲ οὐδὲ τοῦ- C το εὔπορον· ἀλλὰ τέρπονταί τινες εἰκῇ καὶ ἁπλῶς αἰτιώμενοι· γενναίως πρὸς τὴν τῶν μέμψεων τούτων ἀθυμίαν ἵστασθαι. ὁ μὲν γὰρ δικαίως ἐγκαλούμενος, κἂν ἐνέγκῃ τὸν ἐγκαλοῦντα ῥᾳδίως. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔστι πικρότερός τις τοῦ συνειδότος κατήγορος. διὰ τοῦτο, ὅτ' ἂν ὑπ' ἐκείνου τοῦ χαλεπωτάτου πρότερον ἁλῶμεν, τοὺς ἔξωθεν ἡμερωτέρους ὄντας εὐκόλως φέρομεν. ὁ δὲ οὐδὲν ἑαυτῷ συνειδέναι πονηρὸν ἔχων· ὅτ' ἂν ἐγκαλῆται μάτην, καὶ πρὸς D ὀργὴν ἐκφέρεται ταχέως, καὶ πρὸς ἀθυμίαν καταπίπτει ῥᾳδίως, ἂν μὴ πρότερον ᾖ τῇ ψυχῇ μεμελετηκὼς τὰς τῶν πολλῶν φέρειν ἀνοίας. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι συκοφαντούμενον εἰκῇ, καὶ καταδικαζόμενον, μὴ ταράττεσθαι, καὶ πάσχειν τι πρὸς τὴν τοσαύτην ἀλογίαν. τί ἄν τις λέγοι τὰς λύπας, ἃς ὑπομένουσιν, ἡνίκα ἂν δέῃ τινὰ τοῦ τῆς ἐκκλησίας περικόψαι πληρώματος; εἴθε μὲν οὖν μέχρι λύπης ἵστατο τὸ δεινόν· νῦν δὲ καὶ ὄλεθρος οὐ μικρός. δέος γάρ, E μή ποτε πέρα τοῦ δέοντος κολασθεὶς ἐκεῖνος, πάθῃ τοῦτο δὴ τὸ ὑπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου λεχθέν, καὶ ὑπὸ τῆς περισσοτέρας λύπης καταποθῇ.

πλείστης οὖν κἀνταῦθα δεῖ τῆς ἀκριβείας, ὥστε μὴ τῆς τοῦ ὠφελείας ὑπόθεσιν, μείζονος αὐτῷ γενέσθαι ζημίας ἀφορμήν. ὧν γὰρ ἂν ἁμάρτῃ μετὰ τὴν τοιαύτην θεραπείαν ἐκεῖνος, κοινωνεῖ τῆς ἐφ᾽ ἑκάστῳ τούτων ὀργῆς, ὁ μὴ καλῶς τὸ τραῦμα τεμὼν ἰατρός. πόσας οὖν χρὴ προσδοκᾶν τιμωρίας, ὅτ᾽ ἂν μὴ μόνον, ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἕκαστος ἐπλημμέλησεν, ἀπαιτῆται λόγον· ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἑτέροις ἁμαρτηθέντων εἰς ἔσχατον καθίσηται κίνδυνον; εἰ γὰρ τῶν οἰκείων πλημμελημάτων εὐθύνας ὑπέχοντες φρίττομεν, ὡς οὐ δυνησόμενοι τὸ πῦρ ἐκφυγεῖν ἐκεῖνο· τί χρὴ πείσεσθαι προσδοκᾶν, τὸν ὑπὲρ τοσούτων ἀπολογεῖσθαι μέλλοντα; ὅτι γὰρ τοῦτο ἐστιν ἀληθές· ἄκουσον τοῦ μακαρίου λέγοντος Παύλου· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐκείνου, ἀλλὰ τοῦ ἐν αὐτῷ λαλοῦντος Χριστοῦ· πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· ὅτι αὐτοὶ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες. ἆρα μικρὸς οὗτος ὁ τῆς ἀπειλῆς φόβος; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. ἀλλὰ καὶ τοὺς σφόδρα ἀπειθεῖς καὶ σκληροὺς ἱκανὰ ταῦτα πάντα πεῖσαι, ὡς οὔτε ἀπονοίᾳ οὔτε φιλοδοξίᾳ ἁλόντες, ὑπὲρ δὲ ἑαυτῶν δεδοικότες μόνον, καὶ εἰς τὸν τοῦ πράγματος ὄγκον ἀποβλέψαντες, ταύτην ἐφυγόμεθα τὴν φυγήν.

Τὰ δὲ ἔνεστιν ἐν τῷ δ΄. λόγῳ.

ά. Ὅτι οὐ μόνον οἱ σπουδάζοντες ἐπὶ κλῆρον ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ οἱ ἀνάγκην ὑπομείναντες, ἐν οἷς ἂν ἁμάρτωσι σφόδρα κολάζονται.

β΄. Ὅτι οἱ χειροτονοῦντες ἀναξίους, τῆς αὐτῆς αὐτοῖς εἰσιν ὑπεύθυνοι τιμωρίας, κἂν ἀγνοῶσι τοὺς χειροτονουμένους.

γ΄. Ὅτι πολλῆς τῆς ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως χρεία τῷ ἱερεῖ.

δ΄. Ὅτι πρὸς τὰς ἁπάντων μάχας καὶ Ἑλλήνων, καὶ Ἰουδαίων, καὶ αἱρετικῶν παρεσκευάσθαι χρή.

ε΄. Ὅτι σφόδρα ἔμπειρον εἶναι δεῖ τῆς διαλεκτικῆς.

ς΄. Ὅτι τῷ μακαρίῳ Παύλῳ μάλιστα τοῦτο κατώρθωτο.

ζ΄. Ὅτι οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων μόνον λαμπρὸς ἐγένετο, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ λέγειν.

ή. Ὅτι καὶ ἡμᾶς τοῦτο βούλεται κατορθοῦν.

θ΄. Ὅτι τούτου μὴ παρόντος τῷ ἱερεῖ, πολλὴν ἀνάγκη τοὺς ἀρχομένους ζημίαν ὑφίστασθαι.

Περὶ ἱερωσύνης λόγος δ΄.

Ταῦτα ὁ Βασίλειος ἀκούσας, καὶ μικρὸν ἐπισχών. ἀλλ᾽ εἰ μὲν αὐτὸς ἐσπούδασας, φησι, ταύτην κτήσασθαι τὴν ἀρχὴν, εἶχεν ἂν σοι λόγον οὗτος ὁ φόβος. τὸν γὰρ ὁμολογήσαντα ἐπιτήδειον εἶναι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος διοίκησιν, τῷ σπουδάσαι λαβεῖν, οὐκ ἔστι μετὰ τὸ πιστευθῆναι ἐν οἷς ἂν σφάλληται καταφεύγειν εἰς ἀπειρίαν. προλαβὼν γὰρ αὐτὸς ἑαυτῷ ταύτην ἀφείλετο τὴν ἀπολογίαν, τῷ προσδραμεῖν, καὶ ἁρπάσαι τὴν διακονίαν, καὶ οὐκ ἔτι ἂν δύναιτο λέγειν, ὁ ἑκὼν καὶ ἐθελοντὴς ἐπὶ τοῦτο ἐλθὼν, ὅτι ἄκων τὸ δεῖνα ἥμαρτον, καὶ ἄκων τὸν δεῖνα διέφθειρα. ἐρεῖ γὰρ πρὸς αὐτὸν ὁ ταύτην αὐτῷ τότε δικάζων τὴν δίκην, καὶ τί δήποτε τοσαύτην σεαυτῷ συνειδὼς ἀπειρίαν; καὶ πῶς οὐκ ἔχων διάνοιαν ἱκανὴν πρὸς τὸ μεταχειρίσαι τὴν τέχνην ταύτην ἀναμαρτήτως, ἔσπευσας, καὶ ἐτόλμησας μείζονα τῆς οἰκείας δυνάμεως ἀναδέξασθαι πράγματα; τίς ὁ καταναγκάσας; τίς ὁ πρὸς βίαν ἑλκύσας ἀποπηδῶντα καὶ φεύγοντα; ἀλλ᾽ οὐ σύ γε τούτων οὐδὲν ἀκούσῃ ποτέ· οὔτε αὐτὸς γὰρ ἔχοις τοιοῦτόν τι σαυτοῦ καταγνῶναι. καὶ πᾶσίν ἐστι καταφανὲς, ὅτι οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν ὑπὲρ ταύτης ἐσπούδασας τῆς τιμῆς, ἀλλ᾽ ἑτέρων γέγονε τὸ κατόρθωμα. καὶ ὅπερ ἐκείνους ἐν τοῖς ἁμαρτήμασιν οὐκ ἀφίησιν ἔχειν συγγνώμην, τοῦτό σοι πολλὴν παρέχει πρὸς ἀπολογίαν ὑπόθεσιν. πρὸς ταῦτα ἐγὼ κινήσας τὴν κεφαλὴν, καὶ μειδιάσας ἠρέμα, ἐθαύμαζόν τε αὐτὸν τῆς ἁπλότητος, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγον· ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς ταῦτα οὕτως ἔχειν, ὡς ἔφης, ὦ πάντων ἀγαθώτατε σύ, οὐχ ἵνα δέξασθαι δυνηθῶ τοῦτο, ὅπερ ἔφυγον νῦν. εἰ γὰρ καὶ μηδεμία μοι πρόκειτο κόλασις, ὡς ἔτυχε καὶ ἀπείρως ἐπιμελουμένῳ τῆς ποίμνης τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ᾽ ἐμοὶ πάσης τιμωρίας χαλεπώτερον ἦν αὐτὸ, τὸ πιστευθέντα πράγματα οὕτω μεγάλα περὶ τὸν πιστεύσαντα οὕτω φανῆναι κακόν. τίνος οὖν ἕνεκεν ηὐχόμην τὴν δόξαν σου ταύτην μὴ διαπεσεῖν; ἵνα τοῖς ἀθλίοις καὶ ταλαιπώροις [οὕτω γὰρ δεῖ καλεῖν τοὺς οὐχ εὑρόντας καλῶς ταύτης προστῆναι τῆς πραγματείας, κἂν μυριάκις αὐτοὺς πρὸς ἀνάγκην ἤχθαι λέγῃς, καὶ ἀγνοοῦντας ἁμαρτεῖν] ἵνα τούτοις διαφυγεῖν γένηται τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ ἄσβεστον, καὶ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, καὶ τὸν σκώληκα τὸν ἀτελεύτητον, καὶ τὸ διχοτομηθῆναι, καὶ τὸ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν ἀπολέσθαι. ἀλλὰ τί σοι πάθω; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. καὶ, εἰ βούλει γε, ἀπὸ τῆς βασιλείας πρῶτον, ἧς οὐ τοσοῦτος, ὅσος τῆς ἱερωσύνης τῷ Θεῷ λόγος, παρέξω σοι τούτων, ὧν εἶπον, τὴν πίστιν. ὁ Σαοὺλ ἐκεῖνος, ὁ τοῦ Κεῖς υἱὸς, οὐκ αὐτὸς σπουδάσας ἐγένετο βασιλεύς· ἀλλ᾽ ἀπῆλθε μὲν ἐπὶ τὴν τῶν ὄνων ζήτησιν. καὶ ὑπὲρ τούτων ἐρωτήσων τὸν προφήτην ἤρχετο.

Magna ergo diligentia hic opus eſt, ne dum prodeſſe illi cupis, majoris damni author ſis: nam quæcunque ille poſt hujuſmodi curationem peccata commiſerit, futurum eſt ut horum ſingulorum pœna cum medico illo communis ſit, qui vulnus probe non inciderit. Quàm multa igitur ſupplicia Epiſcopos manent, cum ex iis unuſquiſq; non ſolum rationem redditurus ſit ſuorum delictorum; ſed eorum item omnium, quæ alii commiſerint, ad extremum illos venire oporteat periculum? Nam ſi horremus, dum judicium id nobis ſubeundum eſt, in quo peccatorum propriorum rationem reddituri ſumus: ut qui ſentiamus, nos ignem illum æternum effugere nequaquam poſſe: quid illi expectandum eſt, qui tam multorum nomine cauſas ſit dicturus? Quòd autem hoc verum ſit, audi beatum Paulum, ſeu potius non Paulum; ſed Chriſtum Pauli ore loquentem: *Parete iis, qui præſunt vobis, & ſubjacete: nam illi vigilant pro animabus veſtris tanquam rationem reddituri.* Heb. 13, 17. Hiccine exiguus tibi videtur comminationis terror? equidem illum quantus ſit, verbis exprimere non poſſum. Uſq; adeo ut qui admodum etiam animo duri ſint, ac qui ſe facile aliorum oratione perſuaderi non patiantur, quæ dixi abundè ſufficiant, ut perſuaſum illis ſit, nos neque faſtu, atque contumacia, neque inani gloria adductos; ſed tum nobis ipſis tantum timentes, tum rei ipſius magnitudinem emenſos, fugæ genus hoc quæſiviſſe.

HÆC INSUNT LIBRO QUARTO.

I. *Non eos tantum qui ad Clerum pervenire ſtudeant, verum etiam qui eò vi pertrahantur, ob peccata graviter puniri.*

II. *Qui indignis manus imponunt, idem quod hi ſupplicium experturos eſſe, licet hos non norint.*

III. *Sacerdoti neceſſariam eſſe expeditam dicendi facultatem.*

IV. *Ad quorumvis concertationes, & Græcorum, & Judæorum, & hæreticorum eum paratum eſſe oportere.*

V. *Perquam peritum Dialecticæ eſſe oportere.*

VI. *D. Paulum præcipuum in hoc fuiſſe.*

VII. *Eundem non ſignis & miraculis ſolùm inclaruiſſe, ſed etiam arte dicendi.*

VIII. *Id à nobis quoque velle exerceri.*

IX. *Quo niſi præditus ſit Epiſcopus, ſubditos non leve damnum neceſſariò ſubire.*

DE SACERDOTIO LIBER QUARTUS.

BASIL. Cap. I. *Non eos tantum qui ad Clerum pervenire ſtudeant, &c.*

Hæc Baſilius cum audiſſet, paululum cunctatus: Tu verò, inquit, ſi ad hujuſmodi dignitatem acquirendam ſtudium intendiſſes tuum: nimirum animi tui formido iſta ratione aliqua niteretur. Nam qui ſe idoneum ad muneris alicujus functionem ſemel profeſſus eſt, hoc ipſo, quòd functionem eam ſtudioſè arripuerit, hic certè ſi quid poſt creditam ſibi muneris adminiſtrandi provinciam aberraverit, haudquaquam ad inſcitiæ prætextum confugere poſſit, ut qui antevertens, ſibi ipſe defenſionem ademerit, vel ob id quod accurrerit, quódq; adminiſtrationem eam ſibi rapuerit: in tantum, ut qui ſponte ac volens eò acceſſerit, jam non ſermonem hunc uſurpare poſſit: invitus illud peccavi, invitus illud perdidi. Dicet enim ad eum, qui tum illi hac in cauſa judex futurus eſt: Et quo tandem nomine, cum animi conſiliique tui vires pares non eſſent functioni hujuſmodi inculpatè pertractandæ, advolaſti, auſuſq; es provinciam humeris iſtis minimè parem ſubire? quiſnam, obſecro, te ad id coëgit? quiſnam vi te attraxit detrectantem fugientémq;? Tu verò nihil tale unquam auditurus es: neque enim poſſis delicti cujuſquam hujuſmodi teipſum damnare, eſtque omnibus jam ſpectatum, te ne tantillum quidem laboraviſſe, ut honorem hunc aſſequereris; ſed aliorum potius officium beneficiumque id honoris tibi detuliſſe. Atq; adeo quod illos delictorum veniam impetrare non patitur, hoc certè abundans tibi apologiæ argumentum ſuppeditat. Ad hos ſermones caput cum moviſſem, lenſimq; arriſiſſem, hominis facilitatem ſimplicitatémq; demiratus, hac ego ad ipſum oratione uſus ſum: CHRYS. Equidem optarim, vir omnium optime, hæc ita ſe habere ut dixiſti: ídque non ut id muneris amplectar, quod jam detrectavi. Nam ut mihi etiam nullum propoſitum ſit ſupplicium perfunctoriè atq; adeo imperitè Chriſtiani gregis adminiſtrationem gerenti, tamen omni ſupplicio gravius fuerit, ſi conſtaret, me, cui tam excellens credita fuiſſet functio, pro ejus dignitate qui credidiſſet, ſuſtinere eam non poſſe. Quamobrem igitur optarim tuam iſtam opinionẽ nequaquam falſam; ſed potius veram eſſe? Nempe ut miſeris calamitoſiſq; (neq; enim alio nomine ii digni ſunt, qui rectè non aſpirarunt ad muneris iſtius præfecturam, ut millies tute eos dicas vi pertractos fuiſſe, atque ignorantia peccaſſe) ut miſeris, inquã, illis effugere liceat ignem illum æternum, exteriores tenebras, ac vermem nunquã emoriturũ: poſtremo ut ne diſſecentur, ac perditi cum hypocritis partẽ habeant. Verũ quid facias? certè longe aliter ſeſe res habet. Ac, ſi placet, à regno primum, cujus quidem ſtudium apud Deum tanti non eſt, quanti eſt ſacerdotii, verborũ meorum fidem tibi faciam. Saul ille, qui patrem Cis habuit, non ſuo ipſe ſtudio rex factus eſt, ut 1. Reg. 9.

qui cum abiiſſet aſinas perveſtigatum, Prophetam ſuper iis ro-
gare cœpit. At ille cum eo de regno collocutus eſt. Porrò Saul ne
auditis quidem Prophetæ verbis, ad regni adminiſtrationem ſu-
ſcipiendam occurrendũ ſibi putavit, quinimò tergiverſatus de-
precatúſq; eſt, cum diceret: Quiſnam ego ſum? quænam item pa-
tris mei domus? Quid tandem? Saul ne poſteaquam nõ rectè ho-
nore ſibi à Deo delato uſus eſt, potuere verba iſta eximere ab ejus
ira, à quo rex creatus ipſe fuerat? Atqui licebat illi adverſum Sa-
muelem increpantem inſimulantémque, verbis his uti: Num ad
regnum ipſe adminiſtrandum accurri? Num ad hujus poteſtatis
regimen proſilii, atq; advolavi? Equidem in animo habui priva-
tam vitã vivere, quietam illam quidem, ac moleſtiis vacantem:
tu vero ad hoc me dignitatis authoritatiſq; pertraxiſti. In illa er-
go vitæ humilitate, atq; obſcuritate verſatus, facilè offenſiones
hujuſmodi devitaſſem. Nam ſi ex vulgarium atq; ignobilium ho-
minum numero unus fuiſſem, mihi adverſus Amalechitas bellũ
Deus non crediſiſſet, quo mihi nõ credito peccatum hujuſmodi
nunquam perpetraſſem. Verùm hæc, quæ dixi, omnia ad defen-
ſionem ſunt infirma, neq; infirma tantum; ſed etiam uſque adeo
periculoſa, ut Dei iram magis irritent. Eum enim, qui magiſtra-
tum meritis ſuis majorem aſſecutus eſt, ut errata ipſe ſua tueatur,
defendátque, magiſtratus magnitudinem prætendere non opor-
tet: quinimò in majorem virtutis profectum magna illa Dei erga
ſe benevolentia uti. Qui verò ob id peccandi licentiam ſibi per-
mittit, quòd præſtantiori dignitate ornatus ſit, certè nihil aliud
quàm Dei benignitatem peccatorũ ſuorum authorem facere co-
natur: id quod ſolenne quidem eſt impiis hominibus, iiſque, quo-
rum vita in ignavia ac ſocordia verſatur. Nos autẽ ſic animatos
haudquaquam eſſe convenit: neque in parem cum illis inſaniam
prolabi; ſed omni ex parte operam dare, ut vigilantiam noſtram
omnem pro virili exhibeamus, bene ubique de Deo ominantes,
1. Reg. 4, 18. nunciantes, cogitantes. Neque enim Heli (ut miſſo regno ad
ſacerdotium, de quo nobis ſermo, veniamus) ſtudioſè, ambitio-
ſève dignitatem eam ſibi paravit. Hoc ipſum igitur quid illi poſt
delictum profuit? Et quid dico paravit? cum illi quidem id mu-
neris detrectare per legis neceſſitatem fas fuerit: ut qui unus eſ-
ſet ex tribu Levi, ac quem ipſum oporteret dignitatem eam ad ſe
jam à majorum ſuorum retro origine deſcendentem ſuſcipere:
qui idem tamen liberorum ſuorum petulantiæ non mediocres
pœnas dedit. Jam quid dicas de primo illo Judæorũ ſacerdote, de
Exod. 32, 10. quo tam multa cum Moſe Deus verba fecit? nónne hic poſtea-
quã unus non potuit tanti populi inſaniæ reſiſtere, parum abfuit
quin periret, niſi fratris patrocinium Dei iram avertiſſet? Poſtea-
quam verò Moſis mentionem intulimus, conſentaneum eſt, ex
iis quæ illi obvenere, orationis noſtræ veritatem demonſtrare.
Exod. 4, 13. Hic quippe Moſes vir verè beatus, tantum abfuit à rapienda Ju-
dæorum præfectura, ut & oblatam recuſaret, & Deum etiam,
quòd illi id jubenti nõ auſcultaret, contra ſe irritaret. Quod qui-
dem non ſolum id temporis fecit; verum & poſtea, cum jam præ-
fecturam eam adminiſtraret: qua ut explicaretur, lubens è vivis
Num. 11, 15. deceſſiſſet. Quid igitur poſteaquã ad aquam peccavit, potueréne
aſſiduæ illæ recuſationes illum tutari, ac Deo perſuadere, ut ve-
Ibid. 20, 12. niam ei concederet? Quanam alia, quæſo, de cauſa terra illa pro-
miſſa privatus eſt? certè non alia (quod quidẽ omnibus nobis no-
tum eſt) quã ex peccato hujuſmodi, propter quod viro illi admi-
rando haudquaquam licuit rebus iiſdem potiri, quibus ſubditi
ejus potiti ſunt. Quinimò poſt diuturnum tempus inſumptum,
poſt multas afflictiones, poſt immenſum illum errorẽ, poſt bella
ac tropæa permulta, procul ab ea terra mortuus eſt, cujus gratia
tot tantóſq; labores ſuſtinuerat: ac qui pelagi mala atq; incom-
moda graviſſima perpeſſus fuerat, portus tamen fructus nullos
capere potuit. Vides ut jam nulla peccatorum excuſatio relicta
ſit non ſolum iis qui rapiunt; ſed ne iis quidem qui alieno ſtudio
huc evehuntur? Nam ubi qui vel Deo decernente, eligentéq; ſæ-
penumero honorem ipſum recuſavere, tantas tamen pœnas lue-
runt, ac nihil quicquam à periculo hujuſmodi eximere potuit,
Num. 12, 3. neq; Aaron, neq; Heli, neq; virum illum perbeatum, ſanctum,
Exod. 33, 11. Prophetam admirandum, mortalium omnium humaniſſimum,
eundémq; quaſi amicum quendam cum Deo colloquentem: ni-
mirum vix nobis, qui ab illius virtute tantum abſumus, ſatis eſſe
ad defenſionem poterit, conſcios eſſe nobiſipſis, quòd ad hono-
rem ejuſmodi nullo ipſi ſtudio, nulla ambitione aſpiraverimus:
idque eò etiam magis, quòd ex his ipſis electionibus pleraſque
humano ſtudio acceptas referre non oportet, Judam Deus ele-
git, eundémque in ſacroſanctum illud cooptavit collegium, di-
Joan. 12, 6. gnitate Apoſtolica unà cum aliis ornatum, cui etiam majus quid-
dam quàm aliis dedit, pecuniarum diſpenſationem. Quid igi-
tur? Num poſteaquam duabus illis prærogativis contra quàm
debuit uſus eſt, tum eo quem prædicandum ſuſceperat prodito, tum pecuniis (illi hoc nomine creditis, ut rectè eas adminiſtraret)
male impenſis, impunitate donatus abiit? Certè hoc potiſſimum nomine gravius ſibi accerſivit ſupplicium: idque perquam meritò.

ὁ δὲ αὐτῷ περὶ τῆς βασιλείας διελέγετο. καὶ οὐδὲ οὕτως ἐπείθετο, καίτοι παρὰ ἀνδρὸς ἀκούων προφήτου· ἀλλὰ καὶ ᾐδεῖτο, καὶ παρῃτεῖτο, λέγων· τίς εἰμι ἐγώ, καὶ τίς ὁ οἶκος τοῦ πατρός μου; τί οὖν; ἐπειδὴ κακῶς ἐχρήσατο τῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ δοθείσῃ τιμῇ, ἴσχυσεν αὐτὸν ἐξελέσθαι ταῦτα τὰ ῥήματα τῆς τοῦ βασιλεύσαντος αὐτὸν ὀργῆς; καίτοι γε ἐξῆν λέγειν πρὸς τὸν Σαμουὴλ ἐγκαλοῦντα αὐτῷ· μὴ γὰρ αὐτὸς ἐπέδραμον τῇ βασιλείᾳ; μὴ γὰρ ἐπεπήδησα ταύτῃ τῇ δυναστείᾳ; ἐγὼ τὸν τῶν ἰδιωτῶν ἐβουλόμην βίον ζῆν, τὸν ἀπράγμονα καὶ ἡσύχιον· σὺ δέ με ἐπὶ τοῦτο εἵλκυσας τὸ ἀξίωμα. ἐν ἐκείνῃ μένων τῇ ταπεινότητι, εὐκόλως ἂν ταῦτα ἐξέκλινα τὰ προσκρούσματα. οὐ γὰρ δήπου τῶν πολλῶν εἷς ὢν καὶ ἀσήμων, ἐπὶ τοῦτο ἂν ἐξεπέμφθην τὸ ἔργον· οὐδ᾽ ἂν ἐμοὶ τὸν πρὸς τοὺς Ἀμαληκίτας πόλεμον ἐνεχείρισεν ὁ Θεός· μὴ ἐγχειρισθεὶς δέ, οὐκ ἄν ποτε ταύτην ἥμαρτον τὴν ἁμαρτίαν. ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀσθενῆ πρὸς ἀπολογίαν· οὐκ ἀσθενῆ δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπικίνδυνα, καὶ μᾶλλον ἐκκαίει τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργήν. τὸν γὰρ ὑπὲρ τὴν ἀξίαν τιμηθέντα οὐκ εἰς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀπολογίαν χρὴ προβάλλεσθαι τῆς τιμῆς τὸ μέγεθος, ἀλλ᾽ εἰς μείζονα βελτιώσεως προκοπὴν κεχρῆσθαι τῇ πολλῇ περὶ αὐτὸν τοῦ Θεοῦ σπουδῇ· ὁ δὲ διότι κρείττονος ἔτυχεν ἀξιώματος, διὰ τοῦτο ἁμαρτάνειν αὐτῷ νομίζων ἐξεῖναι, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν αἰτίαν τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων ἐπιδεῖξαι ἐσπούδασεν· ὅπερ τοῖς ἀσεβέσι καὶ ῥαθύμως τὸν ἑαυτῶν διοικοῦσι βίον λέγειν ἔθος ἀεί. ἀλλ᾽ οὐχ ἡμᾶς οὕτω διακεῖσθαι χρή, οὐδὲ εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἐκπίπτειν μανίαν· ἀλλὰ πανταχοῦ σπουδάζειν τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν εἰσφέρειν εἰς δύναμιν τὴν ἡμετέραν, καὶ εὔφημον καὶ γλῶτταν καὶ διάνοιαν ἔχειν. οὐδὲ γὰρ ὁ Ἠλὶ [ἵνα τὴν βασιλείαν ἀφέντες, ἐπὶ τὴν ἱερωσύνην, περὶ ἧς ἡμῖν ὁ λόγος, ἔλθωμεν νῦν] ἐσπούδασε κτήσασθαι τὴν ἀρχήν. ἀλλ᾽ οὖν αὐτὸν τοῦτο, ἡνίκα ἥμαρτεν, ὤνησεν; καὶ τί λέγω κτήσασθαι; οὐδὲ διαφυγεῖν μὲν οὖν, εἴπερ ἤθελε, δυνατὸν ἦν αὐτῷ, διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ νόμου· καὶ γὰρ ἦν τῆς Λευὶ φυλῆς, καὶ τὴν ἀρχὴν διὰ τοῦ γένους ἄνωθεν καταβαίνουσαν ἔδει δέξασθαι· ἀλλ᾽ ὅμως καὶ οὗτος τῆς τῶν παίδων παροινίας ἔδωκε δίκην οὐ μικράν. τί δὲ αὐτὸς ὁ πρῶτος γενόμενος τῶν Ἰουδαίων ἱερεύς, περὶ οὗ τοσαῦτα διελέχθη ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ; ἐπειδὴ μὴ ἴσχυσε μόνος πρὸς τοσούτου πλήθους στῆναι μανίαν, οὐ παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἀπολέσθαι, εἰ μὴ ἡ τοῦ ἀδελφοῦ προστασία ἔλυσε τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργήν. ἐπειδὴ δὲ Μωϋσέως ἐμνήσθημεν, καλόν, καὶ ἐκ τῶν ἐκείνῳ συμβεβηκότων δεῖξαι τοῦ λόγου τὴν ἀλήθειαν. αὐτὸς γὰρ οὗτος ὁ μακάριος Μωϋσῆς τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ τὴν προστασίαν ἁρπάσαι τῶν Ἰουδαίων, ὡς καὶ διδομένην παραιτήσασθαι, καὶ Θεοῦ κελεύοντος ἀνανεῦσαι, καὶ παροξῦναι τὸν προστάττοντα. καὶ οὐ τότε μόνον· ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα γενόμενος ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, ὑπὲρ τοῦ ταύτης ἀπαλλαγῆναι ἡδέως ἀπέθνησκεν. ἀπόκτεινον γάρ με, φησίν, εἰ οὕτω μοι μέλλεις ποιεῖν. τί οὖν, ἐπειδὴ ἥμαρτεν ἐπὶ τοῦ ὕδατος, ἴσχυσαν αἱ συνεχεῖς αὗται παραιτήσεις ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ πεῖσαι τὸν Θεὸν δοῦναι συγγνώμην; καὶ πόθεν ἄλλοθεν τῆς ἐπηγγελμένης ἀπεστερεῖτο γῆς; οὐδαμόθεν ἄλλοθεν, ὡς ἅπαντες ἴσμεν, ἀλλ᾽ ἢ διὰ τὴν ἁμαρτίαν ταύτην, δι᾽ ἣν ὁ θαυμαστὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ οὐκ ἴσχυσε τῶν αὐτῶν τοῖς ἀρχομένοις τυχεῖν. ἀλλὰ μετὰ τοὺς πολλοὺς χρόνους καὶ τὰς ταλαιπωρίας, μετὰ τὴν πλάνην ἐκείνην τὴν ἄφατον, καὶ τοὺς πολέμους καὶ τὰ τρόπαια, ἔξω τῆς γῆς ἀπέθνησκεν, ὑπὲρ ἧς τοσαῦτα ἐμόχθησε· καὶ τὰ τοῦ πελάγους ὑπομείνας κακά, τῶν τοῦ λιμένος οὐκ ἀπήλαυσεν ἀγαθῶν. ὁρᾷς ὡς οὐ τοῖς ἁρπάζουσι μόνον, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς ἐκ τῆς τῶν ἑτέρων σπουδῆς ἐπὶ τοῦτο ἐρχομένοις, λείπεταί τις ἐν οἷς ἂν πταίσωσιν ἀπολογία. ὅπου γὰρ οἱ τοῦ Θεοῦ χειροτονοῦντος παραιτησάμενοι πολλάκις, τοσαύτην ἔδωκαν δίκην· καὶ οὐδὲν ἴσχυσεν ἐξελέσθαι τοῦ κινδύνου τούτου, οὔτε τὸν Ἀαρών, οὔτε τὸν Ἠλί, οὔτε τὸν μακάριον ἐκεῖνον ἄνδρα, τὸν ἅγιον, τὸν προφήτην, τὸν θαυμαστόν, τὸν πρᾶον μάλιστα πάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, τὸν ὡς φίλον λαλοῦντα τῷ Θεῷ· σχολῇ γε ἡμῖν, τοῖς τοσοῦτον ἀποδέουσι τῆς ἀρετῆς τῆς ἐκείνου, δυνήσεται πρὸς ἀπολογίαν ἀρκέσαι τὸ συνειδέναι ἑαυτοῖς μηδὲν ὑπὲρ ταύτης ἐσπουδακόσι τῆς ἀρχῆς. καὶ μάλιστα ὅτι πολλαὶ τούτων τῶν χειροτονιῶν οὐκ ἀπὸ τῆς θείας γίγνονται χάριτος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἀνθρώπων σπουδῆς. τὸν Ἰούδαν ὁ Θεὸς ἐξελέξατο, καὶ εἰς τὸν ἅγιον ἐκεῖνον κατέλεξε χορόν, καὶ τὴν ἀποστολικὴν ἀξίαν μετὰ τῶν λοιπῶν ἐνεχείρισεν. ἔδωκε δέ τι καὶ τῶν ἄλλων πλέον αὐτῷ, τὴν τῶν χρημάτων οἰκονομίαν. τί οὖν; ἐπειδὴ τούτοις ἀμφοτέροις ἐναντίως ἐχρήσατο καὶ ὃν ἐπιστεύθη κηρύττειν, προὔδωκε, καὶ ἃ καλῶς διοικεῖν ἐνεχειρίσθη, ταῦτα ἀνήλωσε κακῶς, ἐξέφυγε τὴν τιμωρίαν; διὰ αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο καὶ χαλεπωτέραν ἑαυτῷ τὴν δίκην εἰργάσατο. καὶ μάλα γε εἰκότως.

οὐ γὰρ εἰς τὸ τῷ Θεῷ προσκρούειν δεῖ καταχρῆσθαι τῇ παρὰ Θεοῦ διδομέναις τιμαῖς· ἀλλ' εἰς τὸ μᾶλλον ἀρέσκειν αὐτῷ. ὁ δὲ, ἐπειδὴ πλέον τετίμηται, διὰ τοῦτο ἀξιῶν ἀποφυγεῖν, ἐν οἷς ἂν κολάζεσθαι δέῃ· παραπλήσιον ποιεῖ, ὥσπερ ἂν, εἴ τις καὶ τῶν ἀπίστων Ἰουδαίων ἀκούσας τοῦ Χριστοῦ λέγοντος, ὅτι εἰ μὴ ἦλθον, καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· καὶ εἰ μὴ τὰ σημεῖα ἐποίουν ἐν αὐτοῖς, ἃ μηδεὶς ἄλλος ἐποίησεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· ἐγκαλοίη τῷ σωτῆρι καὶ εὐεργέτῃ, λέγων· τί γὰρ ἦλθες καὶ ἐλάλησας; τί δὲ ἐποίεις σημεῖα, ἵνα μειζόνως ἡμᾶς κολάσῃς; ἀλλὰ μανίας τὰ ῥήματα ταῦτα, καὶ τῆς ἐσχάτης παραπληξίας. ὁ γὰρ ἰατρὸς οὐχ ἵνα σε κατακρίνῃ, μᾶλλον ἦλθε θεραπεύσων· οὐχ ἵνα σε νοσοῦντα παρίδῃ, ἀλλ' ἵνα σε ἀπαλλάξῃ τῆς νόσου τέλεον. σὺ δὲ σαυτὸν ἑκὼν ἀπεστέρησας τῶν ἐκείνου χειρῶν· δέχου τοίνυν χαλεπωτέραν τὴν τιμωρίαν. ὥσπερ γὰρ εἰ εἶξας τῇ θεραπείᾳ, καὶ τῶν προτέρων ἂν ἀπηλλάγης κακῶν· οὕτως ἐπειδὴ παραγινόμενον ἰδὼν ἔφυγες, οὐκ ἔτι ἀπονίψασθαι ταῦτα δυνήσῃ. μὴ δυνάμενος δὲ, καὶ τούτων δώσεις τὴν τιμωρίαν. καὶ ἀνθ' ὧν αὐτοῦ ματαίαν τὴν σπουδὴν ἐποίησας, τόγε μέρος τὸ σόν· διὰ ταῦτα οὐκ ἴσην πρὸ τοῦ τιμηθῆναι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ μετὰ τὰς τιμὰς τὴν βάσανον ὑπομενοῦμεν, ἀλλὰ πολλῷ σφοδροτέραν ὕστερον.

Ὁ γὰρ μὴ τῷ παθεῖν εὖ γενόμενος ἀγαθὸς, πικροτέρως δίκαιος ἂν εἴη κολάζεσθαι. ἐπεὶ οὖν ἀσθενὴς ἡμῖν αὕτη ἡ ἀπολογία δέδεικται, καὶ οὐ μόνον οὐ σώζει τοὺς εἰς αὐτὴν καταφεύγοντας, ἀλλὰ καὶ προδίδωσι πλέον· ἑτέραν ἡμῖν ποριστέον ἀσφάλειαν. Ποίαν δὴ ταύτην, ὁ Βασίλειος ἔφη; ὡς ἔγωγε οὐδὲ ἐν ἐμαυτῷ δύναμαι εἶναι νῦν, οὕτω με ἔμφοβον καὶ ἔντρομον τοῖς ῥήμασι κατέστησας τούτοις. μὴ, δέομαι [ἔφην] καὶ ἀντιβολῶ, μὴ τοσοῦτον καταβάλῃς σαυτόν. ἔστι γὰρ, ἔστιν ἀσφάλεια· τοῖς μὲν ἀσθενέσιν ἡμῖν, τὸ μηδέ ποτε ἐμπεσεῖν· ὑμῖν δὲ τοῖς ἰσχυροῖς, τὸ τὰς ἐλπίδας τῆς σωτηρίας εἰς ἕτερον μὲν ἀνηρτῆσθαι μηδὲν μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, ἀλλ' ἢ εἰς τὸ μηδὲν ἀνάξιον πράττειν τῆς δωρεᾶς ταύτης καὶ τοῦ δεδωκότος αὐτὴν Θεοῦ. μεγίστης μὲν γὰρ ἂν εἶεν κολάσεως ἄξιοι, εἰ μετὰ τὸ δι' οἰκείας σπουδῆς ταύτης ἐπιτυχεῖν τῆς ἀρχῆς, ἢ διὰ ῥᾳθυμίαν ἢ διὰ πονηρίαν ἢ καὶ δι' ἀπειρίαν κακῶς κεχρημένοι τῷ πράγματι. οὐ μὴν διὰ τοῦτο τοῖς οὐκ ἐσπουδακόσι καταλείπεταί τις συγγνώμη. ἀλλὰ καὶ οὗτοι πάσης ἀπολογίας ἐστέρηνται. δεῖ γὰρ, οἶμαι, κἂν μυρίοι καλῶσι καὶ καταναγκάζωσι, μὴ πρὸς ἐκείνους ὁρᾷν· ἀλλὰ πρότερον τὴν ἑαυτοῦ βασανίσαντα ψυχὴν, καὶ πάντα διερευνησάμενον ἀκριβῶς, οὕτως εἶξαι τοῖς βιαζομένοις. νῦν δὲ οἰκίαν μὲν οἰκοδομήσασθαι οὐδεὶς ἂν ὑποσχέσθαι τολμήσειε, τῶν οὐκ ὄντων οἰκοδομικῶν· οὐδὲ σωμάτων ἅψασθαι νενοσηκότων ἐπιχειρήσειεν ἄν τις τῶν ἰατρεύειν οὐκ εἰδότων· ἀλλὰ κἂν πολλοὶ, οἱ πρὸς βίαν ὠθοῦντες, ὦσιν· παραιτήσεται, καὶ οὐκ ἐρυθριάσει τὴν ἄγνοιαν. ψυχῶν δὲ ἐπιμέλειαν μέλλων πιστεύεσθαι τοσούτων, οὐκ ἐξετάσει πρότερον ἑαυτόν· ἀλλὰ, κἂν ἁπάντων ἀπειρότατος ᾖ, δέξεται τὴν διακονίαν· ἐπειδὴ ὁ δεῖνα κελεύει, καὶ ὁ δεῖνα βιάζεται, καὶ ἵνα μὴ προσκρούσῃ τῷ δεῖνι; καὶ πῶς οὐκ εἰς προῦπτον ἑαυτὸν μετ' ἐκείνων ἐμβαλεῖ κακόν; ἐξὸν γὰρ αὐτῷ σώζεσθαι καθ' ἑαυτὸν, νῦν καὶ ἑτέρους προσαπόλλυσι μεθ' ἑαυτοῦ. πόθεν γάρ ἐστιν ἐλπίσαι σωτηρίαν; πόθεν συγγνώμης τυχεῖν; τίνες ἡμᾶς ἐξαιτήσονται τότε; οἱ βιαζόμενοι νῦν ἴσως καὶ πρὸς ἀνάγκην ἕλκοντες; αὐτοὺς δὲ τούτους τίς κατ' ἐκεῖνον διασώσει τὸν καιρόν; καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ προσδέονται ἑτέρων, ἵνα διαφύγωσι τὸ πῦρ. ὅτι δέ σε οὐ δεδιττόμενος ταῦτα λέγω νῦν, ἀλλ' ὡς ἔχει τὸ πρᾶγμα ἀληθείας· ἄκουε τί τῷ μαθητῇ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος Τιμοθέῳ, τῷ γνησίῳ τέκνῳ καὶ ἀγαπητῷ· χεῖρας ταχέως μηδενὶ ἐπιτίθει, μηδὲ κοινώνει ἁμαρτίαις ἀλλοτρίαις. εἶδες ὅσης τοὺς μέλλοντας ἡμᾶς ἐπὶ τοῦτο προάγειν, οὐ μέμψεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τιμωρίας, τόγε ἡμέτερον ἀπηλλάξαμεν μέρος; ὥσπερ γὰρ τοῖς αἱρεθεῖσιν οὐκ αὐτάρκης πρὸς ἀπολογίαν, τὸ λέγειν· οὐκ αὐτόκλητοι ἦλθον, οὐδὲ προϊδόντες οὐκ ἀπέφυγον· οὕτως οὐδὲ τοὺς χειροτονοῦντας ὠφελῆσαί τι δύναται, εἰ λέγοιεν τὸν χειροτονηθέντα ἀγνοεῖν. ἀλλὰ διὰ τοῦτο καὶ μεῖζον τὸ ἔγκλημα γίνεται, ὅτι ὃν ἠγνόουν παρήγαγον· καὶ ἡ δοκοῦσα εἶναι ἀπολογία αὔξει τὴν κατηγορίαν. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, ἀνδράποδον μὲν πρίασθαι βουλομένους, καὶ ἰατροῖς ἐπιδεικνῦναι, καὶ τῆς πράσεως ἐγγυητὰς ἀπαιτεῖν, καὶ γειτόνων πυνθάνεσθαι· καὶ μετὰ ταῦτα πάντα μηδέπω θαρρεῖν, ἀλλὰ καὶ χρόνον πολὺν πρὸς δοκιμασίαν αἰτεῖν· εἰς δὲ τοσαύτην λειτουργίαν μέλλοντάς τινα ἐγγράφειν, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, ἂν τῷ δεῖνι δόξῃ, πρὸς χάριν ἢ πρὸς ἀπέχθειαν ἑτέρων, μαρτυρῆσαι ἐγκρίνειν, μηδεμίαν ποιουμένους ἑτέραν ἐξέτασιν.

Neque enim prærogativis à Deo acceptis ſic abuti decet, ut per eas Deum offendas: quinimò ut magis ac magis Deo acceptus fias. Cæterum qui hoc nomine quòd alios honore aliquo excellat, pro delictis pœnam commerentibus venia dignum ſe eſſe cenſet: perinde facit, ut ſi quis ex infidelibus Judæis Chriſtum audiens ſic loquentem, *Niſi veniſſem, eiſque locutus fuiſſem, peccatum non haberent*: ipſum ſervatorem optimè de humano genere meritum, his verbis increpet inſimuletque: Tu verò cur veniſti, ac locutus es? cur & ſigna feciſti, ut gravioribus in nos ſuppliciis animadverteres? At verò dementiæ ac ſummæ adeo inſaniæ verba hæc: neque enim medicus, ut te magis condemnaret, curatum acceſſit; ſed ut prorſus à morbo liberaret. Te autem ultro ipſe ab illius manibus ſummoviſti. Igitur & gravius ſupplicium ſuſtineto: nam quemadmodum ſi curationi paruiſſes, futurum erat, ut à priſtinis morbis peccatiſque liberareris: ſic quandoquidem medicum, quem præſentem habuiſti, averſatus es, jam non peccata illa abſtergere potes. Quòd autem id nequaquam poſſis, propterea horum certe pœnas dabis. Idque eo magis, quòd medicus, quod quidem ad te ſpectat, ſtudium operamque ſuam perdiderit: quibus de cauſis efficitur, ut non pares communeſque pœnæ eæ ſint, quas ante dignitatem à Deo acceptam damus, cum iis quas dignitate jam accepta luere cogimur. Hic enim longè gravius, quàm illic plectimur.

Dei donis non abutendum. — *Joann. 15.*

Etenim quem beneficia accepta meliorem non reddunt, is certè etiam gravius ſupplicium commeretur. Itaque cum defenſio hujuſmodi jam non ſatis firma eſſe videatur, ac non ſolùm eos non tueatur qui ad eam confugiunt; ſed magis etiam prodat: nimirum aliud nobis præſidium inveniendum, quo nos tueamur ipſi. Qualénam, quæſo, futurum hoc eſt præſidium (Baſilius inquit) quandoquidem apud me jam eſſe ipſe non poſſum: tantum mihi terroris ac formidinis tua iſtæc verba incuſſerunt? Ne te, inquam, obſecro atque obteſtor, ne te ipſe eò uſque dejicias: eſt enim, eſt certe præſidium: ſi qui ſcilicet infirmi ſumus, eò nunquam deſcendamus. Rurſum ſi qui firmi ac valentes eſtis, ſalutis veſtræ ſpes non alibi ſitas habeatis poſt gratiam à Deo acceptam, quàm ut nihil committatis, quod indignum eſſe poſſit tum munere, tum Deo muneris ipſius largitore. Maximè autem puniendi illi fuerint, qui poſt eum honorem ſtudio atque ambitione adeptum, vel per ignaviam, vel per malitiam, vel per imperitiam re ipſa non rectè utuntur. Neque verò propterea paratam veniam eſſe dixerim iis qui nulla ſua ambitione dignitatem eam obtinuerint: nam ne illis quidem quiſquam relictus eſt excuſationis defenſioniſque locus. Decere enim arbitror vel ſi te eò ſexcenti vocent, atque adeo cogant, non illos ſpectare; verùm animi tui dotes prius examinare, vireſque tuas omnes exactè perſcrutari: atque ita demum cogentibus cedere. Jam domum ſe aliquam ædificaturum polliceri nemo audeat, qui idem architectus non ſit: neque ægrotantia contingere corpora quiſquam aggrediatur, qui medicinam non didicerit: quinimò vel pluribus vim afferentibus deprecabitur, neque eum ſuæ pudebit ignorantiæ. Cui autem tam multarum animarum cura credenda ſit, is non prius ſe ipſum examinabit, quin potius vel omnium imperitiſſimus munus ipſum ſuſcipiet, poſteaquam vel ille jubet, vel ille cogit, atq; adeo ut ne illum offendat? Et quonam ille pacto ſeſe una cum illis in præſentaneum non conjicit periculum? Nam cum illi liceat ut ſe ipſe per ſe ſervet, nimirum & alios unà ſecum perdit. Unde enim ſperanda ſalus? Unde venia expectanda? quinam tum nobis internuncii, deprecatoreſque exiſtent? illi ipſi fortaſſe, qui nunc nos cogunt, & ad neceſſitatem adigunt? Hoſce verò quis per id tempus ſervaturus eſt? ſiquidem ipſi deprecatoribus indigent, ut ignis æterni ſupplicium devitent. Quòd porrò hoc dicam, non quò terream; ſed ut rem ita, ut verè ſe habeat, edoceam, auſculta quid beatus Paulus ad Timotheum dilectum ac verè germanum filium ſcribat: *Manus citò ne cui imponas, neque communices cum peccatis alienis.* Intelligiſne quanto non crimine modò; ſed & ſupplicio (quod quidem in nobis fuit) eos liberaverimus, qui nos eò honoris perducturi fuerant? Nam ſicuti iis, qui ad id dignitatis electi ab aliis fuerint, non ſatis eſt defenſionem hanc afferre: voluntarius ipſe ad hujuſmodi munus adminiſtrandum non acceſſi: atque ideo ſanè non aufugi, quòd non præſciſſem fore ut eligerer: ſic neque eos qui ordinarint, ſublevare quicquam poterit, ſi dixerint ignoraſſe ſe eum, quem ordinarunt. Verùm vel hoc ipſo crimen gravius efficitur, quòd quem ignoravere, perduxerint: ac certè quæ illis videtur excuſatio accuſationem auget. Nam qui id abſurdum non ſit, eos qui mancipium aliquod empturiunt, id tum medicis oſtendere, tum emptionis ſponſores poſtulare, tum vicinos interrogare, ac ne tum quidem adhuc confidere, quinimò & diuturnum aliquod tempus poſcere, intra quod probare illud poſſint: eos verò qui quempiam ad epiſcopale munus hujuſmodi cooptaturi ſunt, ſi cui placitum ſit, ad aliorum vel gratiam, vel invidiam teſtimonium ſuum accomodare; ita eum temerè atq; ut caſus tulit allegere nulla prorſus alia diſcuſſione facta?

Cap. II. Qui indignis manus imponunt, quale ſupplicium. — BASIL. — CHRYS. — 1.Tim. 5. 22.

De cautione in ordinationibus adhibenda.

Quis igitur nos tum depoſcet, atque à noxa eximet: cum præſertim qui patrocinari nobis debent, patronis ipſi indigeant? Proinde illum oportet, qui aliquem ordinaturus ſit, rem diligenter admodum expendere; ſed multo etiam diligentius eum qui ordinandus proponitur. Tametſi enim illi peccatorum ſuorum ſupplicium commune eſt cum iis à quibus ordinatus eſt, tamen ne ipſe quidem hac ratione ſupplicium evadit: quod quidem & gravius feret, niſi ſi electores rem confecerint morbo aliquo humano victi, reclamante etiam ipſorum conſcientia, neque ſecuti quod ſint illa dictabat honeſtius eſſe. Nam ſi in ejuſmodi delicto deprehenſi illi fuerint, & quem indignum eſſe certo ſcirent, per cauſam tamen aliquam elegerint: utrique illi pari digni ſunt ſupplicio. Fortaſſe autem & majus ſupplicium illum manet qui ſponte conſtituerit minime idoneum. Qui enim poteſtatem facit volenti Eccleſiam corrumpere, is certè author fuerit eorum omnium quæ perdita illius audacia turbaverit. Qui ſi nulli rei earum, quas dixi, obnoxius fuerit, ſibi verò à vulgi opinione fucum fuiſſe factum dicat, ne ſic quidem impune tulerit; ſed paulò tamen leviores pœnas dabit, quam daturus ſit, qui ab ipſo ordinatus eſt. Quid ita? Nempe quòd veriſimile videri poteſt, eos qui elegere, à falſa aliqua opinione deceptos ad danda ſuffragia deſcendiſſe: qui verò electus eſt, dicere utique non queat, ſe ſibi ut & aliis fuiſſe incognitum. Igitur ſicut graviori puniendus eſt ſupplicio, quàm illi à quibus aſcitus productuſque eſt; ita deber ſui ipſe periculum accuratiùs quàm illi facere; ac ſi quidem eum illi ignorantes traxerint, illis obviam ire, docereque diligenter cauſas eas, per quas tum illi ab errore deſiſtant, tum ſe ipſe functione illa indignum cum oſtenderit, tantarum rerum molem effugiat. Quamobrem enim fit, ut de militia, de mercatura, de agricultura, cæterarumque ad humanum victum pertinentium rerum ratione deliberatio ineunda cum ſit, neque agricola navigationem, neque miles agriculturam, neque gubernator militiam ſuſcipiat, etiam ſi mortem illis millies commineris? Nempe propterea quòd illorum unuſquiſque proſpicit fore, ut periculum ſibi ab imperitia artis incognitæ immineat. Itáne ergo, ubi modicis in rebus periclitamur, tanta ipſi utemur providentia, neque cogentium nos violentiæ parendum eſſe putabimus: ubi verò æternum illos manet ſupplicium, qui epiſcopatus adminiſtrationem juſtè præſtare neſcierint, temere atque ut caſus tulerit in tantum nos conjiciemus periculum alienæ violentiæ cauſam opponentes? Atqui rationem hujuſmodi admiſſurus haudquaquam eſt, qui cauſæ iſtius noſtræ judicem aget. Decebat enim multo majorem cautionem ac proviſionem ſpiritualium rerum, quàm carnalium præſtare: jam verò ne parem quidem nos exhibere conſtat. Etenim quæro ex te, ſi quem ſuſpicamur fabrum eſſe, qui non ſit, ad opus vocemus, ſequatúrque ipſe: deinde manus admovens materiæ ad ædificium paratæ, ligna itémque & lapides diſſipet, opus autem ſic coagmentet, ſic domum ædificet, ut ſtatim collapſura ea ſit, num ille ſeſe abunde hac defenſione tutaturus eſt, ſi dixerit, ab aliis ſe coactum, non etiam ultro ad ædificandum acceſſiſſe? Certè nequaquam, ídque jure optimo: oportebat enim vel aliis ad id vocantibus pedem referre ac tergiverſari. Itáne verò qui ligna ac lapides diſſipat faber, huic nullus prorſus ſuffugii locus, quo minus pœnas pendat: qui verò animas negligenter ædificans perdiderit, hiccine alienam vim abundans ſibi ſuffugium, præſidiumque putabit? & quo id pacto non valdè ineptum atque abſurdum? nondum enim adjicio, nolentem à nemine compelli poſſe; ſed & ipſum volo vim fuiſſe immodicam perpeſſum, artibuſque variis circumſeptum, ut in retia caderet: hoccine igitur illum ſupplicio eximet? ne obſecro, ne eò uſque nobis imponamus, neque ſimulemus ignorare nos ea, quæ vel admodum pueris nota eſſe poſſunt: revera enim cum rationis reddendæ tempus aderit, ignorantiæ ſimulatio hæc nihil nobis allatura eſt præſidii.

Ignorantiæ ſimulatio non excuſat præſulem.

Principatum hujuſmodi non ipſe ambiviſti, imbecillitatis tuæ conſcius? Probè id ac rectè. Oportebat ergo cum eodem hoc conſilio vocantibus etiam aliis tergiverſari. An ne cùm te nullus vocaret, imbecillus tu, ac minimè idoneus eras: ubi primùm verò comperti ſunt, qui honorem ad te deferrent, derepente in valentem atque idoneum evaſiſti? Certè hujuſmodi res deridicula prorſus ac nugatoria eſt, eadémque extremo etiam ſupplicio digna. Nam hac una de cauſa Dominus admonet, *ne qui turrim ædificaturus eſt, fundamentum prius jaciat, quàm ſuas vires expendat*: ne qui illac tranſituri ſunt, iis infiniti ludibrii ac riſus anſam in ſe præbeat. Atqui illius mulcta ſeſe intra deriſum continet, cùm hîc ſupplicium ſit *ignis æternus, vermis nunquam emoriturus, dentium ſtridor, extremæ tenebræ, diſſecari, atque in hypocritarum ordinem cogi*: quorum tamen omnium nihil ii expendere volunt, qui factum noſtrum accuſant. Id quod ſi facerent, profecto ceſſaturos tandem putaverim ab eo accuſando, qui ſe temere ac nulla cauſa perire noluerit. Nobis quidem haudquaquam nunc res eſt de frumento hordeóve diſpenſando, de bobus ovibuſve paſcendis, aut aliis id genus rebus diſtrahendis; ſed de ipſomet corpore Jeſu curando. *Chriſti enim Eccleſia*, ex beati Pauli verbis, *Chriſti corpus eſt*.

Luc 14.28. Eſai.66.24 Mat.25,30.

Col. 1,18.

τίς οὖν ἡμᾶς ἐξαιτήσεται τότε, τῶν ὀφειλόντων προστῆναι καὶ αὐτῶν προστατῶν δεομένων; δεῖ μὲν οὖν καὶ τὸν χειροτονεῖν μέλλοντα, πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν ἔρευναν· πολλῷ δὲ πλείονα τούτου τὸν χειροτονούμενον. εἰ γὰρ καὶ κοινωνοὺς ἔχει τῆς κολάσεως τοὺς ἑλομένους, ἐν οἷς ἂν ἁμάρτῃ· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ αὐτὸς ἀπήλλακται τῆς τιμωρίας, ἀλλὰ καὶ μείζονα δίδωσι. μόνον εἰ μὴ διά τινα ἀνθρωπίνην αἰτίαν, παρὰ τὸ φανὲν αὐτοῖς εὔκολον ἔπραξαν οἱ ἑλόμενοι. εἰ γὰρ ἐν τούτῳ φωραθεῖεν, καὶ τὸν ἀνάξιον εἰδότες διά τινα πρόφασιν αὐτὸν παρήγαγον· ἐξ ἴσης τὰ τῆς κολάσεως αὐτοῖς, τάχα δὲ καὶ μείζονα τῷ τὸν οὐκ ἐπιτήδειον καταστήσαντι. ὁ γὰρ τὴν ἐξουσίαν παρέχων τῷ βουλομένῳ διαφθεῖραι τὴν ἐκκλησίαν, οὗτος ἂν εἴη τῶν ὑπ' ἐκείνου τολμηθέντων αἴτιος. εἰ δὲ τούτων μὲν οὐδενὶ γένοιτο ὑπεύθυνος, ἀπὸ δὲ τῆς τῶν πολλῶν ὑπολήψεως ἠπατῆσθαι λέγοι· ἀτιμώρητος μὲν οὐδὲ οὕτω μένει, ὀλίγῳ δὲ ἐλάττονα τοῦ χειροτονηθέντος δίδωσι δίκην. τί δήποτε; ὅτι τοὺς μὲν ἑλομένους εἰκὸς ὑπὸ δόξης ψευδοῦς ἀπατηθέντας, ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν· ὁ δὲ αἱρεθεὶς οὐκ ἔτι ἂν δύναιτο λέγειν, ὅτι ἠγνόουν ἐμαυτὸν, καθάπερ αὐτὸν ἕτεροι. ὡς οὖν βαρύτερον μέλλοντα κολάζεσθαι τῶν παραγόντων, οὕτως ἀκριβέστερον αὐτῶν χρὴ ποιεῖσθαι τὴν ἑαυτοῦ δοκιμασίαν· κἂν ἀγνοοῦντες ἕλκωσιν ἐκεῖνοι, προσιόντα διδάσκειν ἀκριβῶς τὰς αἰτίας, δι' ὧν ἠπατημένους παύσει, καὶ ἀνάξιον ἑαυτὸν τῆς δοκιμασίας ἀποδείξας, ἐκφεύξεται τοσούτων πραγμάτων ὄγκον. διὰ τί γὰρ περὶ στρατείας καὶ ἐμπορίας καὶ γεωργίας, καὶ τῶν ἄλλων τῶν βιωτικῶν, βουλῆς προκειμένης, οὔτε ὁ γεωργὸς ἕλοιτ' ἂν πλεῖν, οὔτε ὁ στρατιώτης γεωργεῖν, οὔτε ὁ κυβερνήτης στρατεύεσθαι, κἂν μυρίους τις ἀπειλῇ θανάτους; ἢ δῆλον, ὅτι τὸν ἐκ τῆς ἀπειρίας προορώμενοι κίνδυνον ἕκαστος; εἶτα, ὅπου μὲν ἡ ζημία περὶ μικρῶν, τοσαύτῃ χρησόμεθα προνοίᾳ, καὶ οὐκ εἴξομεν τῇ τῶν βιαζομένων ἀνάγκῃ· ὅπου δὲ ἡ κόλασις αἰώνιος τοῖς οὐκ εἰδόσι μεταχειρίζειν ἱερωσύνην, ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε τοσοῦτον ἀναδεξόμεθα κίνδυνον, τὴν ἑτέρων προβαλλόμενοι βίαν; ἀλλ' οὐκ ἀνέξεται ταῦτα ὁ τότε κρίνων ἡμᾶς. ἔδει μὲν γὰρ καὶ πολλῷ πλείω τῶν σαρκικῶν περὶ τὰ πνευματικὰ τὴν ἀσφάλειαν ἐπιδείξασθαι· νῦν δὲ οὐδὲ ἴσην εὑρισκόμεθα παρεχόμενοι. εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τινα ὑποπτεύσαντες ἄνδρα εἶναι τεκτονικὸν οὐκ ὄντα τεκτονικὸν πρὸς τὴν ἐργασίαν καλοῖμεν, αὐτὸς δὲ ἕποιτο· εἶτα ἁψάμενος τῆς πρὸς τὴν οἰκοδομὴν παρεσκευασμένης ὕλης, ἀφανίζοι μὲν ξύλα, ἀφανίζοι δὲ λίθους, ἐργάζοιτο δὲ τὴν οἰκίαν οὕτως, ὡς εὐθέως καταπεσεῖν· ἆρα ἀρκέσει πρὸς ἀπολογίαν αὐτῷ, τὸ παρ' ἑτέρων ἠναγκάσθαι, καὶ μὴ αὐτεπάγγελτον ἥκειν; οὐδαμῶς· καὶ μάλα γε εἰκότως καὶ δικαίως. ἐχρῆν γὰρ, καὶ ἑτέρων καλούντων, ἀποπηδᾶν. εἶτα τῷ μὲν ξύλα ἀφανίζοντι, καὶ λίθους, οὐδεμία ἔσται καταφυγὴ πρὸς τὸ μὴ δοῦναι δίκην· ὁ δὲ τὰς ψυχὰς ἀπολλὺς, καὶ οἰκοδομῶν ἀμελῶς, τὴν ἑτέρων ἀνάγκην ἀποχρῆν αὐτῷ πρὸς τὸ μὴ διαφυγεῖν οἴεται; καὶ πῶς οὐ λίαν εὔηθες; οὔπω γὰρ προστίθημι, ὅτι τὸν μὴ βουλόμενον οὐδεὶς ἀναγκάσαι δυνήσεται. ἀλλ' ἔστω μυρίαν αὐτὸν ὑπομεμενηκέναι βίαν, καὶ μηχανὰς πολυτρόπους, ὥστε ἐμπεσεῖν· ἆρ' οὖν αὐτὸν ἐξαιρήσεται τῆς κολάσεως; μὴ, παρακαλῶ, μὴ ἐπὶ τοσοῦτον ἀπατῶμεν ἑαυτούς· μηδὲ ὑποκρινώμεθα ἀγνοεῖν, τὰ καὶ τοῖς ἄγαν παισὶ φανερά. οὐ γὰρ δήπου καὶ ἐπὶ τῶν εὐθυνῶν αὕτη τῆς ἀγνοίας ἡ προσποίησις ἡμᾶς ὠφελῆσαι δυνήσεται. οὐκ ἐσπούδασας αὐτὸς ταύτην δέξασθαι τὴν ἀρχὴν, ἀσθένειαν σεαυτῷ συνειδώς; εὖ καὶ καλῶς. ἐχρῆν οὖν μετὰ τῆς αὐτῆς προαιρέσεως, καὶ ἑτέρων καλούντων, ἀποπηδᾶν. ἢ ὅτε μὲν οὐδεὶς ἐκάλει, ἀσθενὴς σὺ καὶ οὐκ ἐπιτήδειος· ἐπειδὴ δὲ εὑρέθησαν οἱ δώσοντες τὴν τιμὴν, γέγονας ἐξαίφνης ἰσχυρός; γέλως, ταῦτα, καὶ λῆρος, καὶ τῆς ἐσχάτης ἄξια τιμωρίας. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ ὁ κύριος παραινεῖ, μὴ πρότερον βάλλεσθαι θεμέλιον, τὸν βουλόμενον πύργον οἰκοδομεῖν, πρὶν ἢ τῆς οἰκίας ἀναλογίσασθαι δύναμιν· ἵνα μὴ δῷ τοῖς παριοῦσι μυρίας ἀφορμὰς χλευασίας τῆς εἰς αὐτόν. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν μέχρι τοῦ γέλωτος ἡ ζημία· ἐνταῦθα δὲ ἡ κόλασις πῦρ ἄσβεστον, καὶ σκώληξ ἀτελεύτητος, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων, καὶ σκότος ἐξώτερον, καὶ τὸ διχοτομηθῆναι, καὶ τὸ ταγῆναι μετὰ τῶν ὑποκριτῶν. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐθέλουσιν ἰδεῖν οἱ κατηγοροῦντες ἡμῶν· ἢ γὰρ ἂν ἐπαύσαντο μεμφόμενοι τὸν οὐκ ἐθέλοντα ἀπολέσθαι μάτην. οὐκ ἔστιν ἡμῖν περὶ οἰκονομίας πυρῶν καὶ κριθῶν, οὐδὲ βοῶν καὶ προβάτων, οὐδὲ περὶ τοιούτων ἄλλων ἡ σκέψις ἡ προκειμένη νῦν· ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ σώματος τοῦ Ἰησοῦ. ἡ γὰρ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, σῶμά ἐστι τοῦ Χριστοῦ·

καὶ

καὶ δεῖ τὸν τοῦτο πεπιστευμένον, εἰς εὐεξίαν αὐτὸ πολλὴν, καὶ κάλλος A ἀμήχανον ἐξασκεῖν, πανταχοῦ περισκοποῦντα, μή που σπίλος, ἢ ῥυτὶς, ἤ τις ἄλλος μῶμος τοιοῦτος, τὴν ὥραν ἢ καὶ τὴν εὐπρέπειαν λυμαινόμενος ἐκείνην. καὶ τί γὰρ ἄλλ', ἢ τῆς ἐπικειμένης αὐτῷ κεφαλῆς, τῆς ἀκηράτου καὶ μακαρίας, ἄξιον αὐτὸ κατὰ δύναμιν τὴν ἀνθρωπείαν ἀποφαίνειν; εἰ γὰρ τοῖς περὶ τὴν ἀθλητικὴν εὐεξίαν ἐσπουδακόσι, καὶ ἰατρῶν χρεία, καὶ παιδοτριβῶν, καὶ διαίτης ἠκριβωμένης, καὶ ἀσκήσεως συνεχοῦς, καὶ μυρίας παρατηρήσεως ἑτέρας· καὶ γὰρ καὶ τὸ τυ- B χὸν ἐν αὐτοῖς παροφθὲν, πάντα ἀνέτρεψε καὶ κατέβαλεν· οἱ τὸ σῶμα τοῦτο θεραπεύειν λαχόντες, τὸ τὴν ἄθλησιν οὐ πρὸς σώματα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀοράτους δυνάμεις ἔχον· πῶς αὐτὸ δυνήσονται φυλάττειν ἀκέραιον καὶ ὑγιὲς, μὴ πολὺ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνοντες ἀρετὴν, καὶ πᾶσαν ψυχῇ πρόσφορον ἐπιστάμενοι θεραπείαν;

Ἢ ἀγνοεῖς, ὅτι καὶ πλείοσι τῆς ἡμετέρας σαρκὸς καὶ νόσοις καὶ ἐπι- C βουλαῖς τοῦτο ὑπόκειται τὸ σῶμα· καὶ θᾶττον αὐτῆς φθείρεται, καὶ σχολαιότερον ὑγιαίνει; καὶ τοῖς μὲν ἐκεῖνα θεραπεύουσι τὰ σώματα, καὶ φαρμάκων ἐξεύρηται ποικιλία, καὶ ὀργάνων διάφοροι κατασκευαὶ, καὶ τροφαὶ τοῖς νοσοῦσι κατάλληλοι, καὶ φύσις δὲ ἀέρων πολλάκις ἤρκεσε μόνη, πρὸς τὴν τοῦ κάμνοντος ὑγίειαν. ἔστι δὲ ὅπου καὶ ὕπνος προσπεσὼν εἰς καιρὸν, παντὸς πόνου ἀπήλλαξε τὸν ἰατρόν. ἐνταῦθα δὲ οὐδὲν τούτων ἐπινοῆσαί ἐστιν· ἀλλὰ μία τις μετὰ τὰ ἔργα δέδοται μη- D χανὴ καὶ θεραπείας ὁδὸς, ἡ διὰ τοῦ λόγου διδασκαλία. τοῦτο ὄργανον, τοῦτο τροφὴ, τοῦτο ἀέρων κρᾶσις ἀρίστη· τοῦτο ἀντὶ φαρμάκου, τοῦτο ἀντὶ πυρὸς, τοῦτο ἀντὶ σιδήρου· κἂν καῦσαι δέῃ καὶ τεμεῖν, τούτῳ χρήσασθαι ἀνάγκη· κἂν τοῦτο μηδὲν ἰσχύσῃ, πάντα οἴχεται τὰ λοιπά. τούτῳ καὶ κειμένην ἐγείρομεν, καὶ φλεγμαίνουσαν καταστέλλομεν τὴν ψυχὴν, καὶ τὰ περιττὰ περικόπτομεν, καὶ τὰ λείποντα πληροῦμεν, καὶ τὰ ἄλλα ἅπαντα ἐργαζόμεθα, ὅσα εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ὑγίειαν ἡμῖν συντελεῖ. E πρὸς μὲν γὰρ βίου κατάστασιν ἀρίστην, βίος ἕτερος εἰς τὸν ἴσον ἂν ἐναγάγοι ζῆλον. ὅτ' ἂν δὲ περὶ δόγματα νοσῇ ἡ ψυχὴ τὰ νόθα, πολλὴ τοῦ λόγου ἐνταῦθα ἡ χρεία, οὐ πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἀσφάλειαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ἔξωθεν πολέμους. εἰ μὲν γάρ τις ἔχοι τὴν μάχαιραν τοῦ πνεύματος, καὶ θυρεὸν πίστεως τοσοῦτον, ὡς δύνασθαι θαυματουργεῖν, καὶ διὰ τῆς τερασίας τὰ τῶν ἀναισχύντων ἐμφράττειν στόματα· οὐδὲν ἂν δέοιτο τῆς ἀπὸ τοῦ λόγου βοηθείας· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τότε ἄχρηστος A ἡ τούτου φύσις, ἀλλὰ καὶ λίαν ἀναγκαία· καὶ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος αὐτὸν μετεχειρίσατο, καίτοι γε ἀπὸ τῶν σημείων πανταχοῦ θαυμαζόμενος. καὶ ἕτερός τις τῶν ἀπ' ἐκείνου τοῦ χοροῦ, παραινεῖ ταύτης ἐπιμελεῖσθαι τῆς δυνάμεως, λέγων· ἕτοιμοι γίνεσθε πρὸς ἀπολογίαν παντὶ τῷ αἰτοῦντι ὑμᾶς λόγον περὶ τῆς ἐν ὑμῖν ἐλπίδος. καὶ πάντες δὲ ὁμοῦ τότε δι' οὐδὲν ἕτερον τοῖς περὶ Στέφανον τὴν τῶν χηρῶν ἐπέτρεψαν οἰκονομίαν, ἀλλ' ἢ ἵνα αὐτοὶ τῇ τοῦ λόγου σχολάζωσι διακονίᾳ. πλὴν B ἀλλ' οὐδὲ παρὰ πλησίως αὐτὸν ἐπιζητήσομεν, τὴν ἀπὸ τῶν σημείων ἔχοντες ἰσχύν. εἰ δὲ τῆς μὲν δυνάμεως ἐκείνης οὐδὲ ἴχνος ὑπολέλειπται, πολλοὶ δὲ πανταχόθεν ἐφεστήκασιν οἱ πολέμιοι καὶ συνεχεῖς· τούτῳ λοιπὸν ἡμᾶς ἀνάγκη φράττεσθαι, καὶ ἵνα μὴ βαλλώμεθα τοῖς τῶν ἐχθρῶν βέλεσι, καὶ ἵνα [μᾶλλον] βάλλωμεν ἐκείνους·

Διὸ πολλὴν χρὴ ποιεῖσθαι τὴν σπουδὴν, ὥστε τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ ἐν ἡμῖν ἐνοικεῖν πλουσίως. οὐ γὰρ πρὸς ἓν εἶδος ἡμῖν μάχης ἡ παρασκευή· C ἀλλὰ ποικίλος οὗτος ὁ πόλεμος, καὶ ἐκ διαφόρων συγκροτούμενος τῶν ἐχθρῶν. οὔτε γὰρ ὅπλοις ἅπαντες χρῶνται τοῖς αὐτοῖς, οὔτε ἑνὶ προσβάλλειν ἡμῖν μεμελετήκασι τρόπῳ. καὶ δεῖ τὸν μέλλοντα τὴν πρὸς πάντας ἀναδέχεσθαι μάχην, τὰς ἁπάντων εἰδέναι τέχνας· καὶ τὸν αὐτὸν τοξότην τε εἶναι καὶ σφενδονήτην, καὶ ταξίαρχον, καὶ λοχαγὸν, καὶ στρατιώτην, καὶ στρατηγὸν, καὶ πεζὸν καὶ ἱππέα, καὶ ναυμάχον καὶ τειχομάχον. D ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν στρατιωτικῶν πολέμων, οἷον ἕκαστος ἂν ἔργον ἀπολάβῃ, τούτῳ τοὺς ἐπιόντας ἀμύνεται· ἐνταῦθα δὲ τοῦτο οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἂν μὴ πάσας ἐπιστάμενος ᾖ τῆς τέχνης τὰς ἰδέας ὁ μέλλων νικᾶν· οἶδεν ὁ διάβολος καὶ δι' ἑνὸς μέρους, ὅτ' ἂν ἠμελημένον τύχῃ, τοὺς πειρατὰς εἰσαγαγὼν τοὺς αὐτοῦ, διαρπάσαι τὰ πρόβατα· ἀλλ' οὐχ, ὅτ' ἂν διὰ πάσης ἥκοντα τῆς ἐπιστήμης τὸν ποιμένα αἴσθηται, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς αὐτοῦ καλῶς ἐπιστάμενον ἁπάσας. διὸ χρὴ καλῶς ἐξ ὅλων φράττεσθαι τῶν μερῶν. καὶ γὰρ πόλις, E ἕως μὲν ἂν πανταχόθεν περιβεβλημένη τυγχάνῃ, καταγελᾷ τῶν πολιορκούντων αὐτὴν, ἐν ἀσφαλείᾳ μένουσα πολλῇ·

A At certè eum convenit cui creditum corpus id fuerit, ipſum illud tum ad multam honeſtatem, tum ad pulchritudinem incredibilem perpolire, undique circumſpicientem *ne ubi macula, aut ruga, aut nævus, vitiumve aliquod hujuſmodi pulchritudinem honeſtatémque illam labefactet.* Et quidnam aliud præſtare oportet, quàm ut capite illo immortali ac beato, quod ipſi ſuperpoſitum eſt, corpus ipſum pro humanarum virium captu dignum efficiat? Nam ſi qui ſuum corpus ad athleticam habitudinem cura B adhibita componunt, iis neceſſarius eſt uſus & medicorum, & pædotribarum, & temperatæ diætæ, & exercitationis aſſiduæ, & infinitæ adeo obſervationis (etenim minimus quiſque rerum illarum contemptus labefactare omnia atque evertere poteſt) quibus forte obtigit Chriſti corpus hoc quod dico curandum (cujus quidem exercitatio non corpora ipſa; ſed inviſibiles potentias ſpectat) ii quibuſnam artibus conſervare illud ſincerum atque incolume poterunt, niſi omnifariam animæ curationem C congruam, convenientem, atque humana virtute longè ſuperiorem calluerint?

Ephe.5, 27.

An ignoras corpus id, quod dico, pluribus tum morbis, tum inſidiis obnoxium eſſe, quàm caro noſtra hæc obnoxia ſit. Itémque & celerius corrumpi, & ægrius ſanari? Certè humana corpora curantibus, diverſa ſuppetunt medicamenta. Itémque & inſtrumentorum apparatus varii, & cibi ægrotantibus congrui: plerumque autem & ſola aëris natura ſatis fuerit ad ſanitatem D laboranti reſtituendam: aliàs etiam ſomnus qui opportunè obrepſerit, medicum ipſum labore omni levat liberátque. At verò hic nihil hujuſmodi comminiſci licet; ſed una quædam poſt operum præſtationem ars ac curationis via tenenda ſequendáque eſt: nempe per ſermonem evangelicum doctrina. Siquidem hoc demum inſtrumentum eſt, hoc cibus, hoc aëris temperamentum optimum, hoc medicamenti inſtar, hoc ignis loco, hoc ferri vice: ac ſi vel urere, vel ſecare opus, hoc ipſo uti E neceſſe: atque hoc ſi nihil profuerit, reliqua omnia evanida pereant oportet. Hoc & jacentem animam ſuſcitamus, & tumeſcentem compeſcimus: hoc & ſupervacanea amputamus, & quæ deſunt ſupplemus, cæteráque omnia conficimus, quæ ad animi conferunt incolumitatem. Ac ſanè ut vitam quam optimè conſtituas, alterius hominis vita te ad idem exemplum æmulationémque parem pertrahere poſſit. At cum humanus animus decretorum minimè verorum, ſententiarumque à fide abhor- A rentium morbis laboraverit, hic demum evangelici ſermonis uſus magnopere neceſſarius, non ſolum ut qui tibi domeſtici ſunt, robores atque confirmes: verumetiam ut cum externis bellum geras, ac manus conferas. Nam ſi quis armatus foret tum ſpiritus gladio tum fidei ſcuto, eo uſque ut miracula ederet, ut per miraculorum editionem, impudentium maledicorumque hominum ora obturare poſſet, huic certè evangelici ſermonis præſidiis nihil opus fuerit: quin potius ne tum quidem ſermo- B nis uſus inutilis eſt; ſed admodum neceſſarius: quando & beatus Paulus ab eo non abhorruit, tametſi à ſignis editis ubique in admiratione habitus. Et alius quidam ex Apoſtolis unus hortatur, ut hujuſmodi ſermonis vim ſtudioſè amplectamur, inquiens: *Parati ſemper ſitis ad reſpondendum cuilibet petenti, ut loquamini de ea quæ in vobis eſt ſpe.* Atque adeo univerſi Apoſtoli, cum unà eſſent, nullo alio nomine Stephano ejuſque collegis viduas regendas commiſere, niſi ut *in ejuſdem ſermonis miniſterio* C *verſarentur.* Veruntamen ſi contigerit nos aliquid poſſe in ſignis per nos edendis, ſermonis hujus ſtudio non æque erit nobis invigilandum. Sin ne ullum quidem virtutis illius veſtigium in nobis relictum eſt, ac multi undique aſſiduè imminent adverſarii, ſupereſt neceſſario ut nos hoc ſermone armemus muniamúſque, ſimul, ut ne adverſariorum telis feriamur, ſimul ut illos magis feriamus.

Cap. III. Sacerdoti neceſſariam eſſe expeditam dicendi facultatem. Curatio animarum laborioſior quam corporum.

1. Pet. 3, 15. Act. 6, 2.

Quapropter ingens adhibere ſtudium oportet, ut *Chriſti* D *ſermo in nobis largiter inhabitet:* neque enim nobis pugnæ ſpecies una parata eſt; ſed bellum nobis varium ac multiplex propoſitum, variis multiplicibúſque adverſariis conſtans atque inſtructum, qui ipſi neque iiſdem armis utuntur omnes, neque uno eodémque nos artificio adoriri meditantur, eumque oportet, qui cum illis omnibus prælio decertaturus ſit, omnium artes notas habere, eundémque & ſagittarium, & funditorem, & centurionem, & manipuli ductorem, & militem, & ducem, & pedi- E tem, & equitem, & navalis & muralis pugnæ peritum eſſe. Etenim in militaribus præliis quod quiſque opus peragendum ſuſceperit, hoc adorientes hoſtes defendit. At hic haudquaquam ſic ſe res habet: niſi enim qui victoriam reportaturus eſt, dimicandi artes ad unam omnes ſigillatim percalluerit, novit diabolus vel parte una aliqua, ſi ea fortè neglecta fuerit, piratis prædonibuſque ſuis introductis pecudes diripere. At non ita uſuvenit cum paſtorem ille ſenſerit omni ſcientia eſſe præditum atque inſtructum, inſidiarumque omnium ſuarum probè gnarum. Qua de cauſa omnibus nos ex partibus munitiſſimos eſſe oportet. Nam & civitas quandiu muro undique cincta eſt, eos irridet à quibus obſidetur, præſidio illo tutiſſima, ubi

Cap. IV. Ad quorlibet vis concertationem paratum Epiſcopum eſſe oportere. Col. 3, 16.

A ubi verò quis murum diruerit ad portulæ tantùm magnitudinem, tum nihil proderit illi ſepti præſidium, etiamſi firmum in reliquis partibus ac tutum illud maneat. Haud aliter igitur & Dei civitas, dum ipſam undique pro muro paſtoris ſolertia atque prudentia cingit, adverſariis ſuæ omnes machinæ, artéſque in opprobrium riſumque cedunt: evaduntque, qui eam incolunt, indemnes atque illæſi: ſi autem eam parte aliqua demoliri quis poſſit, ut univerſam non diruerit, à parte totum, ut ſic dicam, labefactatur. B Quid enim profuerit adverſus Gentiles viriliter aliquem dimicare, ſi illum populentur Judæi? Quid item de ambobus his victoriam reportare, ſi Manichæi illum deprædentur? Atque adeo vel his ſuperatis, ſi qui dicunt fato omnia regi, pecudes intus jugulent? Et quid hic opus eſt omnes diaboli hæreſes ſectáſque connumerare? certè niſi omnes eas paſtor rectè noverit propulſare, poterit lupus vel per unam ex eis tantùm, bonam pecudum partem devorare. Jam in bellis militaribus, ab iis qui ſtant ac depugnant, fore cum victoriam, C tum cladem expectandum ſemper eſt: hic verò res longè in contrarium cedit: perſæpè enim uſuvenit, ut pugna adverſus alios cœpta, ad eos, qui prorſus non congreſſi fuerint, quique nihilomnino pulveris bellici hanſerint, quieſcentes ſedentéſque victoriam deferat: tum, ut qui in iis non magnopere exercitatus fuerit, proprio ipſe gladio confoſſus & amicis & hoſtibus ludibrio ſit: Verbi gratia (periclitabor enim tibi id exemplo planum facere, quod dico.) D Legem quam Moſes à Deo accepit, qui Valentini ac Marcionis inſanum dogma tanquam per manus traditum accepere, atque adeo quicunque eadem cum illis ſentiunt, de ſacrorum ſcriptorum catalogo delent. Rurſus illa eadem Judæis tam ſacroſancta eſt, ut contendant, tempore etiam id jam vetante, nihil in ea eſſe quod obſervari non debeat, præter divinum etiam placitum. At Dei Eccleſia utrorumque intemperantiam vitans, mediam viam ſecuta eſt: E quæ neque cenſet collum illius jugo ſubmittendum, neque patitur, ut illam calumnieris; ſed vel exoletam laudat, quòd ea ſcilicet olim ad tempus uſum atque utilitatem pepererit. Oportere igitur puto eum, qui adverſus utroslibet depugnaturus ſit, modum hujuſmodi adhibere. Nam ſi Judæos docere volens, intempeſtivè nunc veteris legis ceremoniis impediri, acriter increpitare atque incuſare illam cœperit, nimirum hæreticis oblatrare volentibus anſam non mediocrem dederit: qui ſi hujuſmodi A hæreticorum ora obturare volens, veterem legem laudibus extulerit immodicis, eam tanquam hodie quoque neceſſariam commendans, fiet ut Judæis ora laxet. Rurſus qui Sabellii inſaniam inſaniunt, ac quos Arii rabies invaſit, ii quòd modum minimè ſervarint, à ſana utrique fide prolapſi ſunt: qui iidem Chriſtianum etiam nomen obtinent. At ſi dogmata examines, alteros invenies Judæis nihilo meliores ſanioréſve, niſi quatenus appellatione tantum inter ſe differunt: alteros maxime B convenire cum Pauli Samoſatenſis hæreſi: cæterum utroſque longe à veritatis tramite aberrare. Magnum igitur hic periculum, arctáque & anguſta via, præcipitiis utrinque intercepta: verendúmque maximè, ne alterum dum ferire vis, ab altero vulnus accipias. Etenim ſi quis deitatem unam poſuerit, hic Sabellius continuo debacchabitur, vocem hanc ad ſuam inſaniam impietatémque pertracturus; ſin verò diviſione quis facta alium Patrem, alium Filium, alium eſſe Spiritum ſanctum dixerit, C hic inſtabit Arius, in diverſitatem eſſentiæ, perſonarum differentiam trahens. Fugienda verò averſandáque eſt tum illius impia confuſio, tum hujus inſana diviſio; ita ut Patris, Filii, ac Spiritus ſancti deitatem unam fateamur, perſonas quas vocant hypoſtaſeis, tres addentes. Hac enim ratione utrorumque incurſiones, quaſi vallo objecto impedire poterimus. Sunt item & alii congreſſus inſultúſque permulti, quos hic colligere poſſemus, adverſum quos niſi diligenter fortique animo decertaveris, fiet ut pugna decedas vulneribus confoſſus innumeris. D

Valentinianorum & Marcioniſtarum hæreſis.

Iudæis nihilo meliores hæretici.

Cap. V. *Peritum eſſe Dialecticæ illum oportere.*

Jam quis numerare queat domeſticorum nugas atq; contentiones? quæ quidem externis inſultibus inferiores cum non ſint, majorem etiam ei qui docere illos velit, ſudorem pariunt. Sunt enim alii, quibus præ curioſitatis ſtudio temerè ac nullo cum conſilio ſolicite indagare ac ſcrutari ea placet, quæ neque facile diſci poſſunt, neque iis utilia eſſe, qui ita edocti fuerint. Alii rurſus judiciorum divinorum rationes ab eo poſtulant, conati E abyſſum illam magnam dimetiri. *Judicia enim tua* (inquit ille) *abyſſus multa.* (Pſal.35,6.) Item fidei, ac vitæ inſtitutionis paucos admodum invenias ſtudioſos: plures autem curioſè ea indagantes exquirentéſque, quæ nequaquam invenire queas, quorum item exquiſitio Deum etiam irritat: nam quoties, quæ ille noluit nos ſcire, ediſcere conamur, ea ipſi neque ſciemus, (qui enim Deo id nolente?) & periculum vel ex ipſa tantum indagatione ad extremum reportabimus.

A ἐὰν δέ τις πυλίδος μόνον μέτρον διακόψῃ τὸ τεῖχος, οὐδὲν αὐτῇ λοιπὸν ὄφελος τοῦ περιβόλου γίνεται, καίτοι γε τοῦ λοιποῦ παντὸς ἀσφαλῶς ἑστηκότος. οὕτως οὖν καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ πόλις, ὅτ᾽ ἂν μὲν αὐτὴν πανταχόθεν ἀντὶ τείχους ἡ τοῦ ποιμένος ἀγχίνοιά τε καὶ σύνεσις περιβάλλῃ, πάντα εἰς αἰσχύνην καὶ γέλωτα τοῖς ἐχθροῖς τὰ μηχανήματα τελευτᾷ, καὶ μένουσιν οἱ κατοικοῦντες ἔνδον ἀσινεῖς· ὅταν δέ τις αὐτὴν ἐκ μέρους καταλῦσαι δυνηθῇ, κἂν μὴ πᾶσαν καταβάλῃ, διὰ τοῦ B μέρους ἅπασαν [ὡς εἰπεῖν] λυμαίνεται τὸ λοιπόν. τί γὰρ ὄφελος, ἂν πρὸς Ἕλληνας μὲν ἀγωνίζηται καλῶς, συλῶσι δὲ αὐτὸν Ἰουδαῖοι; ἢ τούτων μὲν ἀμφοτέρων κρατῇ, ἁρπάζωσι δὲ Μανιχαῖοι· μετὰ δὲ τὸ περιγενέσθαι καὶ τούτων, οἱ τὴν εἱμαρμένην εἰσάγοντες ἔνδον ἐσώτατα τὰ πρόβατα σφάττωσι; καὶ τί δεῖ πάσας καταλέγειν τοῦ διαβόλου τὰς αἱρέσεις; ἃς ἂν μὴ πάσας ἀποκρούσασθαι καλῶς ὁ ποιμὴν εἰδῇ· δύναιτ᾽ ἂν καὶ διὰ μιᾶς τὰ πλείονα τῶν προβάτων καταφαγεῖν ὁ λύκος. καὶ C ἐπὶ μὲν τῶν στρατιωτῶν ἀπὸ τῶν ἑστώτων καὶ μαχομένων καὶ τὴν νίκην ἐστάσθαι καὶ τὴν ἧτταν προσδοκᾶν ἀεὶ χρή· ἐνταῦθα δὲ πολὺ τοὐναντίον. πολλάκις γὰρ ἡ πρὸς ἑτέρους μάχη, τοὺς οὐδὲ τὴν ἀρχὴν συμβαλόντας, οὐδὲ πονήσαντας ὅλως, ἡσυχάζοντας δὲ καὶ καθημένους, νικῆσαι πεποίηκε. καὶ τῷ οἰκείῳ ξίφει περιπαρείς, ὁ μὴ πολλὴν περὶ ταῦτα τὴν ἐμπειρίαν ἔχων, τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πολεμίοις καταγέλαστος γίνεται. οἷον, [πειράσομαι γάρ σοι καὶ ἐπὶ παραδείγματος, ὃ λέγω, D ποιῆσαι φανερόν] τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δοθέντα τῷ Μωϋσῇ νόμον οἱ τὴν Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος διαδεξάμενοι φρενοβλάβειαν, καὶ ὅσοι τὰ αὐτὰ νοσοῦσιν ἐκείνοις, τοῦ καταλόγου τῶν θείων ἐκβάλλουσι γραφῶν· Ἰουδαῖοι δὲ αὐτὸν οὕτω τιμῶσιν, ὡς καὶ τοῦ καιροῦ κωλύοντος φιλονεικεῖν ἅπαντα φυλάττειν, παρὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν. ἡ δὲ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ τὴν ἀμφοτέρων ἀμετρίαν φεύγουσα, μέσην ἐβάδισεν· καὶ οὔτε ὑποκύψασθαι αὐτοῦ τῷ ζυγῷ πείθεται, οὔτε διαβάλλειν αὐτὸν ἀνέχεται· E ἀλλὰ καὶ πεπαυμένον ἐπαινεῖ, διὰ τὸ χρησιμεῦσαί ποτε εἰς καιρόν. δεῖ δὴ τὸν μέλλοντα πρὸς ἀμφοτέρους μάχεσθαι, τὴν συμμετρίαν εἰδέναι ταύτην. ἄν τε γὰρ Ἰουδαίους διδάξαι βουλόμενος, ὡς οὐκ ἐν καιρῷ τῆς παλαιᾶς ἔχονται νομοθεσίας, ἄρξηται κατηγορεῖν αὐτῆς ἀφειδῶς· ἔδωκε τοῖς διασύρειν βουλομένοις τῶν αἱρετικῶν λαβὴν οὐ μικράν· ἄν τε τούτους ἐπιστομίσαι σπουδάζων, ἀμέτρως αὐτὸν ἐπαίρῃ, καὶ ὡς ἀναγκαῖον ἐν τῷ παρόντι τυγχάνοντα θαυμάζῃ, τὰ A τῶν Ἰουδαίων ἀνέῳξε στόματα. πάλιν οἱ τῇ Σαβελλίου μανίᾳ μαινόμενοι μανίαν, καὶ οἱ τὰ Ἀρείου λυττῶντες, ἐξ ἀμετρίας ἀμφότεροι τῆς ὑγιοῦς ἐξέπεσον πίστεως· καὶ τὸ μὲν ὄνομα Χριστιανῶν ἀμφοτέροις ἐπίκειται. εἰ δέ τις τὰ δόγματα ἐξετάσειε· τοὺς μὲν οὐδὲν ἄμεινον Ἰουδαίων διακειμένους εὑρήσει, πλὴν ὅσον ὑπὲρ ὀνομάτων διαφέρεσθαι μόνον· τοὺς δὲ πολλὴν τὴν ἐμφέρειαν πρὸς τὴν αἵρεσιν Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἔχοντας· ἀμφοτέρους δὲ τῆς ἀληθείας ἐκτός. πολὺς οὖν κἀνταῦθα ὁ B κίνδυνος, καὶ στενὴ καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδός, ἡ ὑπὸ κρημνῶν ἀμφοτέρωθεν ἀπειλημμένη· καὶ δέος οὐ μικρόν, μὴ τὸν ἕτερον τις θέλων βαλεῖν, ὑπὸ θατέρου πληγῇ. ἄν τε γὰρ μίαν τις εἴπῃ θεότητα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ παράνοιαν εὐθέως εἵλκυσε τὴν φωνὴν ὁ Σαβέλλιος· ἄν τε διέλῃ πάλιν, ἕτερον μὲν τὸν πατέρα, ἕτερον δὲ τὸν υἱόν, καὶ τὸ πνεῦμα δὲ τὸ ἅγιον ἕτερον εἶναι λέγων· ἐφέστηκεν Ἄρειος, εἰς παραλλαγὴν οὐσίας ἕλκων τὴν ἐν τοῖς προσώποις διαφοράν. δεῖ δὲ καὶ τὴν ἀσεβῆ σύγχυσιν ἐκείνου, καὶ τὴν μανιώδη τούτου διαίρεσιν C ἀποστρέφεσθαι καὶ φεύγειν, τὴν μὲν θεότητα πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου πνεύματος μίαν ὁμολογοῦντας· προστιθέντας δὲ τὰς τρεῖς ὑποστάσεις. οὕτω γὰρ ἀποτειχίσαι δυνησόμεθα τὰς ἀμφοτέρων ἐφόδους. πολλὰς δὲ καὶ ἑτέρας ἔνι συλλέγειν συμπλοκάς· πρὸς ἃς ἂν μὴ γενναίως τις καὶ ἀκριβῶς μάχηται, μυρία λαβὼν ἄπεισι τραύματα.

Τί ἄν τις λέγοι τὰς τῶν οἰκείων ἐρεσχελίας; οὐ γάρ εἰσιν ἐλάττους αὗται τῶν ἔξωθεν προσβολῶν, ἀλλὰ καὶ πλείονα τῷ διδάσκοντι παρέχουσι τὸν ἱδρῶτα. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ πολυπραγμοσύνης, ἁπλῶς καὶ εἰκῆ περιεργάζεσθαι θέλουσιν, ἃ μήτε μαθόντας ἔστι κερδᾶναι, μήτε E μαθεῖν δυνατόν. ἕτεροι πάλιν τῶν τοῦ Θεοῦ κριμάτων εὐθύνας αὐτὸν ἀπαιτοῦσι, καὶ τὴν ἄβυσσον τὴν πολλὴν ἀναμετρεῖν βιάζονται· τὰ γὰρ κρίματά σου, φησίν, ἄβυσσος πολλή. καὶ πίστεως μὲν πέρι, καὶ πολιτείας ὀλίγους ἂν εὕροις σπουδάζοντας· τοὺς δὲ πλείους ταῦτα περιεργαζομένους, καὶ ζητοῦντας, ἃ μήτε εὑρεῖν δυνατόν, καὶ τὸν Θεὸν παροξύνει ζητούμενα. ὅτ᾽ ἂν γάρ, ἅπερ αὐτὸς ἡμᾶς οὐκ ἠθέλησεν εἰδέναι, ταῦτα βιαζώμεθα μανθάνειν, οὔτε εἰσόμεθα· πῶς γάρ, τοῦ Θεοῦ μὴ βουλομένου; καὶ τὸ κινδυνεύειν ἡμῖν ἐκ τοῦ ζητεῖν περιέσται μόνον

ἀλλ᾽

ἀλλ᾽ ὅμως καὶ τούτων τοιούτων ὄντων, ὅτ᾽ ἄν τις μετ᾽ αὐθεντίας ἐπιστομίζῃ τοὺς τὰ ἄπορα ταῦτα ἐρωτῶντας, ἀπονοίας τε καὶ ἀμαθίας ἑαυτῷ προσετρίψατο δόξαν. διὸ χρὴ κἀνταῦθα πολλῇ κεχρῆσθαι τῇ συνέσει, ὡς καὶ ἀπάγειν αὐτοὺς τῶν ἀτόπων ἐρωτήσεων τοὺς προσιόντας, καὶ τὰς εἰρημένας ἐκφεύγειν αἰτίας. πρὸς ἅπαντα δὲ ταῦτα ἕτερον μὲν οὐδέν, ἡ δὲ τοῦ λόγου βοήθεια δέδοται μόνη. κἂν τις ταύτης ἀπεστερημένος ᾖ τῆς δυνάμεως, οὐδὲν ἄμεινον τῶν χειμαζομένων πλοίων διηνεκῶς, αἱ ψυχαὶ τῶν ὑπ᾽ αὐτῷ τεταγμένων ἀνδρῶν διακείσονται· τῶν ἀσθενεστέρων καὶ περιεργοτέρων λέγω. διὸ χρὴ τὸν ἱερέα πάντα ποιεῖν ὑπὲρ τοῦ ταύτην κτήσασθαι τὴν ἰσχύν.

Καὶ ὁ Βασίλειος· Τί οὖν ὁ Παῦλος, φησίν, οὐκ ἐσπούδασε ταύτην κατορθῶσαι τὴν ἀρετήν· οὐδὲ ἐγκαλύπτεται ἐπὶ τῇ τοῦ λόγου πενίᾳ, ἀλλὰ καὶ διαρρήδην ὁμολογεῖ ἰδιώτην ἑαυτὸν εἶναι· καὶ ταῦτα Κορινθίοις ἐπιστέλλων, τοῖς ἀπὸ τοῦ λέγειν θαυμαζομένοις, καὶ μέγα ἐπὶ τούτῳ φρονοῦσι; τοῦτο γὰρ ἐκεῖνο, τοῦτό ἐστιν, ὃ τοὺς πολλοὺς ἀπώλεσε, καὶ ῥαθυμοτέρους περὶ τὴν ἀληθῆ διδασκαλίαν ἐποίησε. μὴ γὰρ δυνηθέντες ἀκριβῶς ἐξετάσαι τῶν ἀποστολικῶν φρενῶν τὸ βάθος, μηδὲ συνεῖναι τῶν ῥημάτων τὴν διάνοιαν· διετέλεσαν τὸν ἅπαντα χρόνον νυστάζοντες, καὶ χασμώμενοι, καὶ τὴν ἀμαθίαν τιμῶντες ταύτην, οὐχ ἣν ὁ Παῦλος φησιν εἶναι ἀμαθής, ἀλλ᾽ ἧς τοσοῦτον ἀπεῖχεν, ὅσον οὐδὲ ἄλλος τις τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τοῦτον ἀνθρώπων. ἀλλ᾽ οὗτος μὲν ἡμᾶς εἰς καιρὸν ὁ λόγος μενέτω. τέως δὲ ἐκεῖνό φημι· θῶμεν αὐτὸν εἶναι ἰδιώτην κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, ὅπερ αὐτοὶ βούλονται· τί οὖν πρὸς τοὺς ἄνδρας τοὺς νῦν; ἐκεῖνος μὲν γὰρ εἶχεν ἰσχὺν πολλῷ τοῦ λόγου μείζονα, καὶ πλείονα δυναμένην κατορθοῦν· φαινόμενος μὲν γὰρ μόνον, καὶ σιγῶν, τοῖς δαίμοσιν ἦν φοβερός· οἱ δὲ νῦν πάντες ὁμοῦ συνελθόντες μετὰ μυρίων εὐχῶν καὶ δακρύων, οὐκ ἂν δυνηθεῖεν ὅσα ἴσχυσε τὰ σιμικίνθια Παύλου ποτέ. καὶ Παῦλος μὲν εὐχόμενος νεκροὺς ἀνίστη, καὶ ἄλλα ἐθαυματούργει τοιαῦτα, ὡς καὶ Θεὸς νομισθῆναι παρὰ τοῖς ἔξωθεν· καὶ πρὶν ἢ τοῦ βίου „μεταστῆναι τούτου, κατηξιώθη ἁρπαγῆναι ἕως τρίτου οὐρανοῦ, καὶ ῥημάτων μετασχεῖν, ὧν οὐ θέμις ἀνθρωπείαν ἀκοῦσαι φύσιν. οἱ δὲ νῦν ὄντες [ἀλλ᾽ οὐδὲν δύναμαι δυσχερὲς εἰπεῖν, οὐδὲ βαρύ· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα οὐκ ἐπεμβαίνων αὐτοῖς λέγω νῦν, ἀλλὰ θαυμάζων,] πῶς οὐ φρίττουσιν, ἀνδρὶ τηλικούτῳ παραβάλλοντες ἑαυτούς; εἰ γὰρ καὶ τὰ θαύματα ἀφέντες, ἐπὶ τὸν βίον ἔλθοιμεν τοῦ μακαρίου· καὶ τὴν πολιτείαν ἐξετάσαιμεν αὐτοῦ τὴν ἀγγελικήν· καὶ ἐν ταύτῃ μᾶλλον, ἢ ἐν τοῖς σημείοις, ὄψει νικῶντα τὸν ἀθλητὴν τοῦ Χριστοῦ. τί γὰρ ἄν τις εἴποι, τὸν ζῆλον, τὴν ἐπιείκειαν, τοὺς συνεχεῖς κινδύνους, τὰς ἐπαλλήλους φροντίδας, τὰς ἀδιαλείπτους ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν ἀθυμίας, τὸ πρὸς τοὺς ἀσθενεῖς συμπαθές, τὰς πολλὰς θλίψεις, τοὺς καινοτέρους διωγμούς, τοὺς καθημερινοὺς θανάτους; τίς γὰρ τόπος τῆς οἰκουμένης, ποία ἤπειρος, ποία θάλαττα τοῦ δικαίου τούτου τοὺς ἄθλους ἠγνόησεν; ἐκεῖνον καὶ ἡ ἀοίκητος ἔγνω, κινδυνεύοντα δεξαμένη πολλάκις. πᾶν γὰρ εἶδος ὑπέμεινεν ἐπιβουλῆς, καὶ πάντα τρόπον ἐπῆλθε νίκης· καὶ οὔτε ἀγωνιζόμενος, οὔτε στεφανούμενος διέλιπέ ποτε. ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς τὸν ἄνδρα προήχθην ὑβρίζειν· τὰ γὰρ κατορθώματα αὐτοῦ, πάντα μὲν ὑπερβαίνει λόγον· τὸν δὲ ἡμέτερον, τοσοῦτον, ὅσον καὶ ἡμᾶς οἱ λέγειν εἰδότες· πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως [οὐδὲ γὰρ ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς προαιρέσεως ἡμᾶς ὁ μακάριος κρινεῖ] οὐκ ἀποστήσομαι, ἕως ἂν εἴπω τοῦτο· ὃ τοσοῦτο τῶν εἰρημένων κρεῖττόν ἐστιν, ὅσον ἁπάντων ἀνθρώπων ἐκεῖνος. τί οὖν τοῦτό ἐστιν; ὁ μετὰ τοσαῦτα κατορθώματα, μετὰ τοὺς μυρίους στεφάνους, ηὔξατο εἰς γέενναν ἀπελθεῖν, καὶ αἰωνίῳ παραδοθῆναι κολάσει, ὑπὲρ τοῦ τοὺς πολλάκις αὐτὸν καὶ λιθάσαντας, καὶ ἀνελόντας, τό γε αὐτῶν μέρος, Ἰουδαίους σωθῆναι, καὶ τῷ Χριστῷ προσελθεῖν. τίς οὕτως ἐπόθησε τὸν Χριστόν; εἴ γε πόθον αὐτὸν δεῖ καλεῖν, ἀλλ᾽ οὐχ ἕτερόν τι τοῦ πόθου πλέον. ἔτι οὖν ἑαυτοὺς ἐκείνῳ παραβαλοῦμεν, μετὰ τὴν τοσαύτην χάριν, ἣν ἔλαβεν ἄνωθεν, μετὰ τὴν τοσαύτην ἀρετήν, ἣν οἴκοθεν ἐπεδείξατο; καὶ τί τούτου γένοιτ᾽ ἂν τολμηρότερον; ὅτι δὲ οὐδὲ οὕτως ἦν ἰδιώτης, ὡς οὗτοι νομίζουσι, καὶ τοῦτο λοιπὸν ἀποδεῖξαι πειράσομαι. οὗτοι μὲν γὰρ οὐ μόνον τὸν οὐκ ἠσκημένον τὴν τῶν ἔξωθεν λόγων τερθρείαν ἰδιώτην καλοῦσιν· ἀλλὰ καὶ τὸν οὐκ εἰδότα μάχεσθαι ὑπὲρ τῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων. καὶ καλῶς νομίζουσιν. ὁ δὲ Παῦλος οὐκ ἐν ἀμφοτέροις ἔφησεν ἰδιώτης εἶναι, ἀλλ᾽ ἐν θατέρῳ μόνον. καὶ τοῦτο ἀσφαλιζόμενος, τὸν διορισμὸν ἀκρι„βῶς πεποίηται, λέγων· τῷ λόγῳ ἰδιώτης εἶναι, ἀλλ᾽ οὐ τῇ γνώσει,

A Atque hæc cum ita ſint, tamen cum quis authoritate interpoſita hujuſmodi curioſorum hominum ora obſtruxerit: is ſibi tum arrogantiæ, tum inſcitiæ notam inurit. Qua de cauſa antiſtitem magnam huc adhibere prudentiam oportet, ut tum illos ab hujuſmodi abſurdis quæſtionibus abducat, tum eas, quas dixi, criminationes à ſe amoliatur. Cæterum adverſus hæc omnia nullum aliud quàm Evangelici ſermonis ſuppetit auxilium: qua facultate ſi antiſtes ſpoliatus fuerit ſiet, ut eorum animæ, qui illi B ſubditi fuerint (de iis loquor, qui infirmiores curioſioreſque ſunt) nihilo melius ſeſe habeant, quam naves eæ, quas aſſidua maris tempeſtas exagitat. Quamobrem Epiſcopum oportet nihil non agere, ut ſibi facultatem hanc comparet.

Atque hic Baſilius: Quid igitur, inquit, Paulus ille facultatis hujus ſibi parandæ ſtudioſus nequaquam fuit? qui ne eloquentiæ quidem inopiam diſſimulat, ſed apertè idiotam ſe eſſe profitetur, idque tum maximè cum ad Corinthios ſcribit viros eloquentia, C in qua magnopere ſibi placerent, claros atque illuſtres? Hoc ipſum, inquam, hoc ipſum certè eſt, quod pleroſque perdidit, remiſſioreſque ad veræ doctrinæ ſtudium reddidit. Etenim cum non poſſent illi Apoſtolicæ mentis altitudinem exactè rimari, neque verborum ſenſum capere: totius ætatis tempus conſumpſere in ſomnolentia atque oſcitantia, inſcitiam eam amplexati non quam ſibi ipſe Paulus tribuit, verùm à qua tanto ille abfuit intervallo, quanto non alius quiſquam eorum omnium hominum, qui D ſub cœlo hoc vivunt, abeſſe poteſt. Cæterum propoſitum hoc aliquantiſper à nobis intermittatur: interim autem illud dicam: Sit nobis Paulus ex ea quidem parte idiota, quatenus illi iidem eum faciunt. Quid tum, ſi illum contuleris cum noſtræ ætatis hominibus? Etenim facultatem ille obtinuit orationis facultate multo præſtantiorem, ac longe potentiorem. Oſtendens enim ſeſe tantum, ac tacens, dæmonibus formidabilis erat. Noſtri omnes ſi unum in locum ſimul convenerint cum infinitis tum pre- E cibus, tum lachrymis, nunquam certè tantum poſſint, quantum olim Pauli ſemicinctia potuere. Paulus quidem precibus mortuos ſuſcitavit, præterea miracula alia edidit tam multa, ut apud externos pro Deo haberetur: atque antequam vitam cum morte commutâſſet, *dignus habitus eſt, qui uſque ad tertium cælum raperetur, verborumque particeps fieret, quæ humanam naturam audire nequaquam fas eſt.* At qui hodie vivunt homines: ſed nihil ego eloqui poſſum, quod moleſtum invidioſumque ſit; neque A enim hæc dico, quò memoriæ noſtræ hominibus inſultem; ſed quod admirer: quo pacto non perhorreſcant, dum ſe cum tali viro conferunt. Nam ſi miraculis omiſſis ad illius vitam deſcenderimus, ejuſdémque mores ac ſtudium verè angelicum excuſſerimus, per hoc demum Chriſti athletam magis quàm per miracula victoriam reportare videbis. Quorſum enim dicere attinet zelum, manſuetudinem, continentia pericula, frequentes curas, perpetuas animi ſollicitudines, Eccleſiarum cauſa ſuſ- B ceptas, commiſerationem affectumq; in languentes ægrotantéſq;, afflictiones permultas, alias atq; alias perſecutiones quotidianas mortes? Quis enim locus, locus orbis univerſi, quæ continens, quod mare juſti illius certamina ignoravit? Illum vel deſerta atque inhoſpita tellus cognovit, atque adeo periclitantem identidem hoſpitio excepit. Nam & inſidiarum genera omnia pertulit, & nullum non victoriæ modum expertus eſt, ut in decertando indeſeſſus, ita & in reportanda victoriæ corona C continuus. Sed enim neſcio quo pacto eò ipſe perductus ſum, ut tanti viri laudes oratione mea elevarem magis quàm exornarem. Eximia enim illius facinora ut omnium orationem excedunt; ita noſtram tantum ſuperant, quantum ab iis relinquimur, qui dicendi facultate inprimis excellunt. Atqui ne ſic quidem (neque enim eventu; ſed animo potius conſilium noſtrum ille metitur) ſuperſedebo, donec elocutus id fuero, quod tanto eſt iis, quæ dixi, præſtantius, quanto ille mortali- D bus omnibus excellentior. Hoc igitur quid eſt? Certè poſt tam multa egregia facinora, poſt innumeras coronas, in gehennam detrudi, & æterno tradi ſupplicio optavit ut Judæos qui ipſum crebro tum lapidarant, tum etiam, quantum in ipſis erat, interfecerant, ſervaret, & Chriſto lucrifaceret: quis mortalium ſic Chriſtum adamavit, ſi modo amor ille appellandus eſt, ac non potius aliud quiddam amore majus? Etiamne igitur noſipſos cum illo conferemus? idque poſt tantam gratiam quam partim cœlitus E accepit, partim ex ſe ipſe præſtitit? Hoc vero quidnam eſſe queat audacius, ac temerarium magis? Atqui quod unum reliquum eſt, Paulum ſic idiotam nequaquam fuiſſe, ut iſti exiſtimant, id jam commonſtrare aggrediar. Iſti enim non eum modo qui in peregrinæ ac profanæ eloquentiæ præſtigiis tyrocinium non poſuerit; ſed etiam eum, qui pro tuendo veritais dogmate depugnare neſciat, idiotam appellant: & rectè id quidem. At Paulus non utrobique idiotam ſe profitetur; ſed in horum altero duntaxat. Id quod dum confirmaret, rem diligenter admodum definivit: *oratione non etiam cognitione idiotam ſe appellitans.*

BASIL. CAP. VI. S. Paulum in hoc præcipuum [illegible]. 2.Cor. 11. 6. CHRYS.

Act 19, 12. & 20, 9.

2. Cor. 12, 2.

2. Cor. 11, 26. 1 Cor. 9, 22.

Rom. 9, 3.

2.Cor. 11, 6

Et certe ſi hîc exigere vellemus Iſocratis terſum lævorem, Demoſthenis amplam ſublimitatem, Thucydidis verendam majeſtatem, Platonis excellentem dignitatem, Pauli teſtimonium hoc adductum eſſe oporteret. Nunc vero, ſi placet, omnia illa prætermittentes, ac peregrinæ eloquentiæ ornatum ut ſupervacaneum ducentes, dictionem enuntiationemque negligamus: ac nobis orationis paupertatem ſic permittamus, ut rerum verborumque compoſitio nuda nobis ac ſimplex ſit: modo ne quis in cognitione, atque adeo in dogmatibus diligenter excutiendis idiotam ſe præſtet: neque quo ſuam ipſius ignaviam protegat, Paulum illum beatum ornatu ſuo maximo, tum laude, quæ in eo ſumma eſt, diſpoliet.

CAP. VII. Paulum non miraculis ſolum inclaruiſſe, ſed etiam arte dicendi.

Undenam enim, obſecro, Judæos eos, qui Damaſcum incolerent, confudit, ſignis miraculiſque ab eo nondum cœptis? Unde Græcos idem ſupplantavit? Quamobrem autem Tarſum miſſus eſt? nonne id factum eſt, poſteaquam vi dicendi victor ille evaſit: ſic, ut cum victos ſe illi ferre non poſſent, ad illius cædem inflammati ferrentur? Nondum enim miracula edere cœperat. Neque verò dicere quiſpiam poſſit, Paulum ab editorum miraculorum gloria, apud multitudinem in admiratione habitum: eoſque qui cum eo congrederentur, ab ipſius fuiſſe exiſtimatione oppreſſos. Ad id enim uſque tempus non niſi ab eloquentia victoriam de adverſariis reportabat. Adverſus eos autem, qui Judaiſmum ſequi in Antiochia cœpiſſent, quibus auxiliis pugnavit diſputavitque? Rurſus Areopagita ille ſuperſtitioſiſſimæ civitatis illius civis, nonne unà cum uxore, audita tantum Pauli concione, illum ſecutus eſt? Eutychus verò quomodo de feneſtra delapſus eſt? nonne poſteaquam uſque ad multam noctem Pauli docentis orationi intentus operam dedit? Quid verò Theſſalonicæ atque Corinthi, quin Epheſi & in ipſa Roma, nonne totos dies totaſque noctes inſumpſit, dum divinas ſcripturas ordine exponeret? Jam quorſum percenſere opus eſt diſputationes eas, quas cum Epicureis Stoïciſque palàm habuit? Nam ſi hîc omnia referre velim, profectò noſter ſermo in magnam ſeſe longitudinem producat. Cùm igitur Paulum conſtet tum ante miraculorum editionem, tum in mediis ipſis miraculis magnam adhibuiſſe eloquentiam: qua fronte jam ſuſtinebunt idiotam illum vocare, cujus magna fuit apud omnes quà diſputantis quà concionantis admiratio? Quamobrem enim Lycaones ipſum Mercurium eſſe ſuſpicati ſunt? Nam quòd Barnabam ac Paulum Deos eſſe crederent, id à ſignis editis fiebat. Quòd autem Paulum Mercurium eſſe vellent, id jam non à ſignis, ſed ab eloquentia naſcebatur. Quânam autem re prærogativam ille verè beatus vir inter cæteros Apoſtolos obtinuit? Unde item per univerſum terrarum orbem multus in omnium mortalium ore verſatur? Unde non apud nos modo; ſed etiam apud Judæos, ac Gentiles in primis admirationi eſt? nonne ab epiſtolarum facultate ac virtute: per quam non eos tantum, qui id temporis in Chriſtum crederent; ſed eos quoque qui ab eo tempore in hunc uſque diem crediderunt, ac qui poſtea crediturí ſunt (tantiſper dum ille de unoquoque judicaturus advenerit) adjuvit, adjuturuſque eſt, id quod facere nunquam ceſſabit, donec mortale genus duraturum eſt: Cujus certè ſcripta inſtar muri ex adamante conſtructi omnes orbis univerſi Eccleſias quovis in loco poſitas circumvallant. Idemq. ille fortiſſimi ac generoſiſſimi bellatoris exemplo medius etiam nunc ſtat, *captivam ducens omnem cogitationem ad obediendum Chriſto: itemq; & conſilia celſitudinemque omnem adverſus Dei cognitionem ſeſe extollentem demoliens*: quæ omnia ille perfecit per illas ipſas quas nobis reliquit, epiſtolas admirabiles, eaſdemque divina ſapientia refertas. Sunt autem Pauli ſcripta nobis accômoda, non ſolum ut notha atq; adulterina à nobis dogmata amoliamur, veriſque ac germanis muniamus; ſed etiam ad benè beatéque vivendum maximoperè conducentia. Horum enim antiſtites etiam hodierni uſu ac præſidio *caſtam virginem, quam ille Chriſto adaptavit, deſpondítque, ad ſpiritualem venuſtatem pulchritudinemque perducunt.* His item ſimul irruentes in illam morbos propulſant, ſimul præſentem conſervant incolumitatem. Talia ſunt ea ipſa medicamina, quæ nobis idiota ille reliquit: ac tantas certè illa vires obtinēt: quorum quidem experientiam probe admodum norunt, qui aſſiduum eorum uſum adhibent. Atque ex his quidem liquido conſtat, Paulum non mediocrem his in ſtudiis operam collocaſſe.

Act. 9, 22. & 9. 29. Gal. 2, 11. Act. 17, 34. Act. 17, 18. Act. 14, 12. 2. Cor. 10, 5. Laus epiſtolarum B. Pauli. 2. Cor. 11, 2.

Cap. VIII. Paulum id à nobis quoque velle exerceri.

Tu verò audi præterea, quibus ille verbis diſcipulum ſuum hortetur: *Lectioni*, inquit, *operam dato, exhortationi, doctrinæ*: quarum rerum & fructum addit, quum ait: *Nam ſi id feceris, teipſum ſervabis, & eos, qui te audierint.* Ac rurſus: *Servum Domini non oportet pugnare; ſed placidum eſſe erga omnes, propenſum ad docendum, tolerantem malos cum manſuetudine.* Ac progreſſus ait: *At tu perſiſtito in iis, quæ didiciſti, & quæ tibi concredita ſunt, ſciens à quo didiceris, & quòd à puero ſacras litteras noveris, quæ te poſſunt eruditum reddere.* Ac rurſus: *Omnis ſcriptura divinitus inſpirata, eſt utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in juſtitia:*

1. Tim. 4, 13. 16. 2. Tim. 2, 24. Ibid. 3. 14. 2. Tim. 3, 16.

A ἐγὼ δὲ εἰ μὲν τὴν λειότητα Ἰσοκράτους ἀπῄτουν, καὶ τὸν Δημοσθένους ὄγκον, καὶ τὴν Θουκυδίδου σεμνότητα, καὶ τὸ Πλάτωνος ὕψος· ἔδει φέρειν εἰς μέσον ταύτην τοῦ Παύλου τὴν μαρτυρίαν. νῦν δὲ ἐκεῖνα μὲν πάντα ἀφίημι, καὶ τὸν περίεργον τὸν ἔξωθεν καλλωπισμόν· καὶ οὐδέν μοι φράσεως οὐδὲ ἀπαγγελίας μέλει. ἀλλ' ἔξεστω καὶ τῇ λέξει πτωχεύειν, καὶ τὴν συνθήκην τῶν ὀνομάτων ἁπλῆν τινα εἶναι καὶ ἀφελῆ. μόνον μὴ τῇ γνώσει τις, καὶ τῇ τῶν δογμάτων ἀκριβείᾳ ἰδιώτης ἔστω·
B μηδ' ἵνα τὴν οἰκείαν ῥᾳθυμίαν ἐπικαλύψῃ, τὸν μακάριον ἐκεῖνον ἀφαιρείσθω τὸ μέγιστον τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὸ τῶν ἐγκωμίων κεφάλαιον.

Πόθεν γὰρ, εἰπέ μοι, τοὺς Ἰουδαίους συνέχεε τοὺς ἐν Δαμασκῷ κατοικοῦντας, οὐδέπω τῶν σημείων ἀρξάμενος; πόθεν τοὺς Ἑλληνιστὰς κατεπάλαισε; διὰ τί δὲ εἰς Ταρσὸν ἐξεπέμπετο; ἐπειδὴ κατὰ κράτος ἐνίκα τῷ λόγῳ· καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς ἤλαυνεν, ὡς
C καὶ εἰς φόνον παροξυνθῆναι, μὴ φέροντας τὴν ἧτταν. ἐνταῦθα γὰρ οὐδέπω τοῦ θαυματουργεῖν ἤρξατο. οὐδ' ἂν ἔχοι τις εἰπεῖν, ὅτι ἀπὸ τῆς περὶ τὰ τεράστια δόξης, θαυμαστὸν αὐτὸν ἦγον οἱ πολλοὶ, καὶ οἱ μαχόμενοι πρὸς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὑπολήψεως ἐπηρεάζοντο τοῦ ἀνδρός. τέως γὰρ ἀπὸ τοῦ λέγειν μόνον ἐκράτει. πρὸς δὲ τοὺς Ἰουδαΐζειν ἐπιχειροῦντας ἐν Ἀντιοχείᾳ, πόθεν ἠγωνίζετο καὶ συνεζήτει; ὁ δὲ Ἀρεοπαγίτης ἐκεῖνος, ὁ τῆς δεισιδαιμονεστάτης πόλεως ἐκείνης,
D οὐκ ἀπὸ δημηγορίας μόνης ἠκολούθησεν αὐτῷ μετὰ τῆς γυναικός; ὁ δὲ Εὔτυχος πῶς κατέπεσεν ἀπὸ τῆς θυρίδος· οὐκ ἐπειδὴ μέχρι βαθείας νυκτὸς εἰς τὴν τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ ἀπησχολεῖτο λόγον; τί δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ, καὶ ἐν Κορίνθῳ· τί δὲ ἐν Ἐφέσῳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ· οὐχ ὅλας ἡμέρας καὶ νύκτας ἀνήλισκεν ἐφεξῆς εἰς ἐξήγησιν τῶν γραφῶν; τί ἄν τις λέγοι τὰς πρὸς τοὺς Ἐπικουρείους διαλέξεις καὶ Στωϊκούς; εἰ γὰρ ἅπαντα θέλοιμεν καταλέγειν, εἰς μακρὸν ἐκπε-
E σεῖται μῆκος ὁ λόγος. ὅτ' ἂν οὖν καὶ πρὸ τῶν σημείων καὶ ἐν μέσοις αὐτοῖς φαίνηται πολλῷ κεχρημένος τῷ λόγῳ· πῶς ἔτι τολμήσουσιν ἰδιώτην εἰπεῖν, τὸν ἀπὸ τοῦ διαλέγεσθαι καὶ δημηγορεῖν μάλιστα θαυμασθέντα παρὰ πᾶσι; διὰ τί γὰρ Λυκάονες αὐτὸν ὑπέλαβον εἶναι Ἑρμῆν; τὸ μὲν γὰρ θεοὺς αὐτοὺς νομισθῆναι, ἀπὸ τῶν σημείων ἐγένετο· τὸ δὲ τοῦτον Ἑρμῆν· οὐκ ἔτι ἀπ' ἐκείνων ἐγένετο, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ λόγου. τίνι δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων ἐπλεονέκτησεν ὁ μακάριος
A οὗτος; καὶ πόθεν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν πολὺς ἐν τοῖς ἁπάντων ἐστὶ στόμασιν, πόθεν οὐ παρ' ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι μάλιστα πάντων θαυμάζεται; οὐκ ἀπὸ τῆς τῶν ἐπιστολῶν ἀρετῆς, δι' ἧς οὐ τοὺς τότε μόνον πιστοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς σήμερον γινομένους, καὶ τοὺς μέλλοντας δὲ ἔσεσθαι μέχρι τῆς ἐσχάτης τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ὠφέλησέ τε καὶ ὠφελήσει· καὶ οὐ παύσεται τοῦτο ποιῶν, ἕως ἂν τὸ τῶν ἀνθρώπων διαμένῃ γένος; ὥσπερ γὰρ τεῖχος ἐξ ἀδάμαντος κατασκευασθὲν, οὕτω τὰς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίας, τὰ τούτου τειχίζει γράμματα. καὶ κα-
B θάπερ τις ἀριστεὺς γενναιότατος ἕστηκε καὶ νῦν μέσος, αἰχμαλωτίζων πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ καθαιρῶν λογισμοὺς καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. ταῦτα δὲ πάντα ἐργάζεται, δι' ὧν ἡμῖν κατέλιπεν ἐπιστολῶν τῶν θαυμασίων, καὶ τῆς θείας πεπληρωμένων σοφίας. οὐ πρὸς δογμάτων δὲ μόνον, νόθων τε ἀνατροπὴν, καὶ γνησίων ἀσφάλειαν, ἐπιτήδεια
C ἡμῖν αὐτοῦ τὰ γράμματα· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ βιοῦν εὖ, οὐκ ἐλάχιστον ἡμῖν συντελεῖ μέρος. τούτοις γὰρ ἔτι καὶ νῦν, οἱ τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτες χρώμενοι, τὴν ἁγνὴν παρθένον, ἣν ἡρμόσατο τῷ Χριστῷ, ῥυθμίζουσί τε καὶ πλάττουσι, καὶ πρὸς τὸ πνευματικὸν ἄγουσι κάλλος. τούτοις καὶ τὰ ἐπισκήπτοντα αὐτῇ νοσήματα ἀποκρούονται, καὶ τὴν προσγινομένην διατηροῦσιν ὑγείαν. τοιαῦτα ἡμῖν ὁ ἰδιώτης κατέλιπε φάρμακα, τοσαύτην ἔχοντα δύναμιν, ὧν ἴσασιν τὴν πεῖραν καλῶς, οἱ χρώμενοι συνεχῶς· καὶ ὅτι μὲν πολλὴν αὐτὸς
D ἐποιεῖτο τοῦ μέρους τούτου σπουδὴν, ἐκ τούτων δῆλον.

Ἄκουε δὲ καὶ τῷ μαθητῇ τί φησιν ἐπιστέλλων· πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, τῇ παρακλήσει, τῇ διδασκαλίᾳ. καὶ τὸν ἀπὸ τούτου καρπὸν προστίθησι, λέγων· τοῦτο γὰρ ποιῶν, καὶ σεαυτὸν σώσεις καὶ τοὺς ἀκούοντάς σου· καὶ πάλιν· δοῦλον δὲ κυρίου οὐ δεῖ μάχεσθαι, ἀλλ' ἤπιον εἶναι πρὸς πάντας, διδακτικὸν, ἀνεξίκακον. καὶ προϊών δέ φησι·
E σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης, εἰδὼς παρὰ τίνος ἔμαθες, καὶ ὅτι ἀπὸ βρέφους τὰ ἱερὰ γράμματα οἶδας, τὰ δυνάμενά σε σοφίσαι εἰς σωτηρίαν. καὶ πάλιν· πᾶσα γραφὴ, θεόπνευστος [φησι] καὶ ὠφέλιμος πρὸς διδασκαλίαν, πρὸς ἔλεγχον, πρὸς ἐπανόρθωσιν, πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ· ἵνα

ἵνα ἄρτιος ᾖ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. ἄκουε δὲ καὶ τῷ Τίτῳ, περὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων καταστάσεως διαλεγόμενος, τί προστίθησι· δεῖ γάρ φησιν εἶναι τὸν ἐπίσκοπον ἀντεχόμενον τοῦ κατὰ τὴν διδαχὴν πιστοῦ λόγου, ἵνα δυνατὸς ᾖ καὶ τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν. πῶς οὖν ἰδιώτης τις ὤν, ὡς οὗτοί φασι, τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν δυνήσεται καὶ ἐπιστομίζειν; τίς δὲ χρεία, προσέχειν τῇ ἀναγνώσει καὶ ταῖς γραφαῖς, εἰ ταύτην δεῖ τὴν ἰδιωτείαν ἀσπάζεσθαι; σκήψεις ταῦτα καὶ προφάσεις, καὶ ῥαθυμίας καὶ ὄκνου προσχήματα. ἀλλὰ τοῖς ἱερεῦσί, φησι, ταῦτα διατάττεται· καὶ γὰρ περὶ ἱερέων ἡμῖν ὁ λόγος νῦν. ὅτι δὲ καὶ τοῖς ἀρχομένοις, ἄκουε τί πάλιν ἑτέροις ἐν ἑτέρᾳ ἐπιστολῇ παραινεῖ· ὁ λόγος τοῦ Χριστοῦ ἐνοικείτω ἐν ὑμῖν πλουσίως ἐν πάσῃ σοφίᾳ. καὶ πάλιν· ὁ λόγος ὑμῶν πάντοτε ἐν χάριτι, ἅλατι ἠρτυμένος, εἰδέναι πῶς δεῖ ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποκρίνεσθαι. καὶ τό, πρὸς ἀπολογίαν ἑτοίμους εἶναι, ἅπασιν εἴρηται. Θεσσαλονικεῦσι δὲ ἐπιστέλλων, οἰκοδομεῖτε, φησιν, εἷς τὸν ἕνα, καθὼς καὶ ποιεῖτε. ὅταν δὲ περὶ ἱερέων διαλέγηται, οἱ καλῶς προεστῶτες πρεσβύτεροι διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν, μάλιστα οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ. καὶ γὰρ οὗτος ὁ τελεώτατος τῆς διδασκαλίας ὅρος, ὅταν καὶ δι' ὧν πράττουσι, καὶ δι' ὧν λέγουσι, τοὺς μαθητευομένους ἐνάγωσι πρὸς τὸν μακάριον βίον, ὃν ὁ Χριστὸς διετάξατο· οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ ποιεῖν πρὸς τὸ διδάσκειν· καὶ οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος. ὃς γὰρ ἄν, φησι, ποιήσῃ καὶ διδάξῃ, οὗτος μέγας κληθήσεται. εἰ δὲ τὸ ποιῆσαι, διδάξαι ἦν· περιττῶς τὸ δεύτερον ἔκειτο. καὶ γὰρ ἤρκει εἰπεῖν, ὃς ἂν ποιήσῃ μόνον. νῦν δὲ τῷ διελεῖν ἀμφότερα, δείκνυσιν, ὅτι τὸ μὲν τῶν ἔργων ἐστί, τὸ δὲ τοῦ λόγου, καὶ ἀλλήλων δεῖται ἑκάτερα πρὸς τελείαν οἰκοδομήν. ἢ οὐκ ἀκούεις, τί φησι τοῖς πρεσβυτέροις Ἐφεσίων, τὸ τοῦ Χριστοῦ σκεῦος τὸ ἐκλεκτόν· διὸ γρηγορεῖτε, μνημονεύοντες, ὅτι τριετίαν νύκτα καὶ ἡμέραν οὐκ ἐπαυσάμην μετὰ δακρύων νουθετῶν ἕνα ἕκαστον ὑμῶν. τίς γὰρ χρεία τῶν δακρύων, ἢ τῆς διὰ τῶν λόγων νουθεσίας, τοῦ βίου οὕτως αὐτῷ λάμποντος τοῦ ἀποστολικοῦ; ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν τῶν ἐντολῶν ἐργασίαν, δύναιτ' ἂν ἡμῖν οὗτος πολὺ συμβάλλεσθαι μέρος· [οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ μόνον αὐτὸν τὸ πᾶν κατορθοῦν φαίην ἄν.]

Ὅταν δὲ ὑπὲρ δογμάτων ἀγὼν κινῆται, καὶ πάντες ἀπὸ τῶν αὐτῶν μάχωνται γραφῶν, ποίαν ἰσχὺν ὁ βίος ἐνταῦθα ἐπιδείξασθαι δυνήσεται; τί τῶν πολλῶν ὄφελος ἱδρώτων, ὅταν μετὰ τοὺς μόχθους ἐκείνους, ἀπὸ τῆς πολλῆς τις ἀπειρίας εἰς αἵρεσιν ἐκπεσὼν ἀποσχισθῇ τοῦ σώματος τῆς ἐκκλησίας; ὅπερ οἶδα πολλοὺς παθόντας ἐγώ. ποῖον αὐτῷ κέρδος τῆς καρτερίας; οὐδέν· ὥσπερ οὖν οὐδὲ ὑγιοῦς πίστεως, τῆς πολιτείας διεφθαρμένης. διὰ δὴ ταῦτα μάλιστα πάντων ἔμπειρον εἶναι δεῖ τῶν τοιούτων ἀγώνων, τὸν διδάσκειν τοὺς ἄλλους λαχόντα. εἰ γὰρ καὶ αὐτὸς ἕστηκεν ἐν ἀσφαλείᾳ, μηδὲν ὑπὸ τῶν ἀντιλεγόντων βλαπτόμενος, ἀλλὰ τὸ τῶν ἀφελεστέρων πλῆθος, τὸ τεταγμένον ὑπ' ἐκείνῳ, ὅταν ἴδῃ τὸν ἡγούμενον ἡττηθέντα, καὶ οὐδὲν ἔχοντα πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας εἰπεῖν· οὐ τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου τῆς ἥττης, ἀλλὰ τὴν τοῦ δόγματος αἰτιῶνται σαθρότητα. καὶ διὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἀπειρίαν, ὁ πολὺς λεὼς εἰς ἔσχατον ὄλεθρον καταφέρεται. κἂν γὰρ μὴ πάντη γίνωνται τῶν ἐναντίων· ἀλλ' ὅμως, ὑπὲρ ὧν θαῤῥεῖν εἶχον, ἀμφιβάλλειν ἀναγκάζονται· καὶ οἷς μετὰ πίστεως προσῄεσαν ἀκλινοῦς, οὐκ ἔτι μετὰ τῆς αὐτῆς δύνανται προσέχειν στεῤῥότητος· ἀλλὰ τοσαύτη ζάλη τῶν ἐκείνων εἰσοικίζεται ψυχαῖς, ἀπὸ τῆς ἥττης τοῦ διδασκάλου· ὡς καὶ εἰς ναυάγιον τελευτῆσαι τὸ κακόν. ὅσος δὲ ὄλεθρος, καὶ ὅσον συνάγεται πῦρ εἰς τὴν ἀθλίαν κεφαλὴν ἐκείνου, καθ' ἕκαστον τῶν ἀπολλυμένων τούτων· οὐδὲν δεήσῃ παρ' ἐμοῦ μαθεῖν, ἅπαντα αὐτὸς εἰδὼς ἀκριβῶς. τοῦτο οὖν ἀπονοίας, τοῦτο κενοδοξίας, τὸ μὴ θελῆσαι τοσούτοις ἀπωλείας αἴτιον γενέσθαι; μηδὲ ἐμαυτῷ μείζονα προξενῆσαι τιμωρίαν τῆς νῦν ἀποκειμένης ἐκεῖ; καὶ τίς ἂν ταῦτα φήσειεν; οὐδείς, πλὴν εἰ μή τις μάτην μέμφεσθαι βούλοιτο, καὶ ἐν ταῖς ἀλλοτρίαις φιλοσοφεῖν συμφοραῖς.

A *ut integer ſit Dei homo ad omne opus bonum paratus.* Audi autem, quæ ille addat, dum cum Tito de Epiſcoporum conſtitutione diſſerit: *Oportet enim*, inquit, *Epiſcopum tenacem eſſe ejus, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelis ſermonis, ut potens ſit etiam exhortari per doctrinam ſanam, ac contradicentes convincere.* (Tit. 1.) Quo igitur modo, qui ſic idiota erit, ut hi eſſe volunt, contradicentes convincere, eorumque ora obturare poterit? Quorſum verò opus eſt operam navare lectioni, ac ſcripturis, ſi ea nobis imperitia B amplexanda eſt? Crede mihi, nihil aliud eſſe omnia iſta poſſunt, quàm excuſationes quædam, quàm ſocordiæ atque pigritiei tituli ac prætextus. At verò, inquies, Epiſcopis hæc Paulus præcipit. Et nobis ſanè de Epiſcopis ſermo habetur. Quòd autem ea etiam ſubditis præcepta ſint, audi rurſus quid Paulus in alia quadam epiſtola alios commonefaciat: *Sermo Chriſti inhabitet in vobis opulenter cum omni ſapientia.* (Col. 3, 16.) Ac rurſus: *Sermo veſter ſemper cum gratia ſit ſale conditus, ut ſciatis quomodo oporteat vos* (Ibid. 4, 6.) C *unicuique reſpondere.* Jam id, quod Petrus vult, *ut parati ſcilicet ſimus ad reſpondendum*, omnibus quidem præceptum eſt. (1. Pet. 3, 15.) Paulus item ad Theſſalonicenſes ſcribens: *Ædificetis*, inquit, *ſinguli ſingulos, ſicut & facitis.* (1. Theſ. 5, 11.) Quum autem de ſacerdotibus verba facit: *Qui bene præſunt*, inquit, *Presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè ii, qui laborant in ſermone ac doctrina.* (1. Tim. 5, 17.) Hic demum doctrinæ terminus conſummatiſſimus, quum ſacerdotes tum factis, tum verbis eos, quos erudiunt, ad beatam vitam D à Chriſto inſtitutam conducunt. Neque enim nuda facta ſatis ſunt ad hoc, ut alios edoceas, niſi & cum his verba accedant: quæ vox non mea eſt; ſed Servatoris noſtri Jeſu. *Quiſquis enim*, inquit, *fecerit ſimul ac docuerit, hic magnus vocabitur*: (Matt. 5, 19.) quòd ſi is, qui facit, idem & doceret, ſupervacaneum certè id foret, quod ſecundum additum eſt: dixiſſe enim ſatis erat, quiſquis fecerit tantum. Itaque quòd utraque illa diſtinxerit, oſtendit alias eſſe operum partes, alias ſermonis, atque utrumque E alterius ſubſidio indigere ad conſummatam ædificationem. An non audis quid Epheſiorum Presbyteris ſcribat Chriſti organum illud electum? (Act. 20, 31.) *Propter quòd vigilate*, inquit, *memores, quòd per triennium nocte ac die non ceſſaverim cum lachrymis monere unumquemque veſtrûm.* Quis enim vel lachrymarum, vel commonefactionis per verba præſtitæ uſus, vita in eo apoſtolica ſic radiante? Certè ut mandata obſerves, poſſit vita hujuſmodi magna ex parte conferre; neque enim illi, quicquid belle ac præ- A clare geſtum fuerit, continuò ſoli acceptum retulerim.

CAP. IX. Hac niſi præditus ſit Epiſcopus, ſubditos non leve damnum neceſſario ſubire.

Quum autem de dogmatibus exortum fuerit certamen, depugnéntque omnes ab iiſdem ſcripturis, quamnam hic vitæ exemplum facultatem præſtare, quamnam vim exhibere poterit: quidnam verò utilitatis ſudores permulti allaturi ſunt, quum vel poſt labores illos exhauſtos, à craſſa quadam inſcitia in hæreſim quis delapſus, ab Eccleſiæ corpore abſciſſus avulſuſque fuerit? B quod quidem ſcio multis uſu veniſſe. Quod tandem illi tum fuerit tolerantiæ commodum? certè nullum. Sicut neque fidei integræ neque incolumis uſus fuerit ullus, ſi perditè alioqui ac corruptè vixeris. Quibus de cauſis eum oportet, qui docendorum aliorum munus ſortitus eſt, in primis hujuſmodi certaminum peritia valere. Nam tametſi tutus ipſe perſtat, nihilque prorſus ab adverſariis læditur, tamen ſimpliciorum hominum multitudo illi ſubjecta, ubi animadverterit ducem victum eſſe, ac nihil fa- C cere, quo ſe contra adverſarios tueatur, jam non victi infirmitatem; ſed dogmatis potius imbecillitatem vitiumque cauſantur. Atque ita demum ob unius hominis imperitiam, multus populus in extremam perniciem præceps rapitur, qui quanquam haud ſeſe penitus cum fidei adverſariis conjungunt, tamen de iis ambigere coguntur, de quibus confidere ipſi poterant, & ad quos ſeſe cum fide inconcuſſa contulerant, jam non illis cum eadem conſtantia attenti eſſe poſſunt; verum tantus æſtus, tanta tem- D peſtas illorum animas infeſtat ſuperato præceptore, ut malum ipſum in naufragium tandem erumpat. Quanta autem pernicies, quantus item ignis in infelix miſerumque illius caput aggregetur, ſingulis quibuſque ex ſubditorum numero pereuntibus, nihil opus eſt, ut te doceam, qui per te hæc ipſe omnia ad unguem noviſti. Hoccine igitur eſt arrogantiæ, hoccine inanis gloriæ facinus, quod mihi impingitur? quod ſcilicet recuſaverim tam multarum animarum interitus author fieri ac mihi E majus ſupplicium accerſere, quàm præparatum alioquin deſtinatumque poſt obitum eſſet? Quiſnam verò id mihi vitio verterit? certe nullus niſi ſi quis inſanire, ac nulla cum ratione expoſtulare, inque alienis calamitatibus philoſophum agere volet.

HÆC INSUNT LIBRO QUINTO.

I. *Sermones Sacerdotis, quos ad populum habeat, & labore & ſtudio elaboratos eſſe oportere.*

II. *Ordinatum ad hoc, negligere vulgi levia encomia, & honores publicos, nec ad docendum ineptum eſſe debere.*

III. *Niſi utroque ſit præditus, inutilem populo Miniſtrum fore.*

IV. *Præfracto debere eſſe animo adverſus invidentiam.*

V. *Erudito plus ſtudii & diligentiæ opus eſſe, quàm inerudito.*

VI. *Judicium multitudinis imperitæ, neque penitus contemnendum, neque omni ex parte curandum eſſe.*

VII. *Sermones omnes eò, ut Deo tantùm placeant, dirigendos eſſe.*

VIII. *Qui non ſit laudis contẽptor, ei multa gravia eſſe ſuſtinenda.*

DE SACERDOTIO LIBER QUINTUS.

CAP. I. Sermones ſacerdotis ad populum elaborati ſint.

QUantum experientiæ atque exercitationis Epiſcopum ad agendas veritatis tuendæ cauſas afferre oporteat, ſatis ſuperque demonſtratum nobis puto: dicendum autem aliud quiddam ſupereſt, cujus cauſa infinita alia exiſtunt pericula, ſeu, ut verius dicam, non ejus certè cauſa, ſed iis potius authoribus, qui eodem rectè uti neſciunt. Quandoquidem res ipſa & ſalutis, & plurimorum bonorum conciliatrix eſt, ſi illius adminiſtratio in ſtudioſorum ac proborum virorum manus ceciderit. Id igitur quid eſt? Nempe labor ingens concionibus diſputationibusque publicè ad populum habendis impenſus. Primum enim bona ſubditorum pars nolunt ſe ad concionantes Epiſcopos ſic accommodare, ut ſe ipſi ad præceptores audiendos accommodant; ſed diſcipulorum ordinem conditionemque ſupergreſſi ſpectatorum eorum conditionem uſurpant, qui in profanis theatris ſtadiisve certamina ſpectaturi otioſè ſedent. In quibus quemadmodum ſolenne eſſe videmus, ut multitudo in cõtraria ſcindatur ſtudia, aliis huic, aliis illi applaudentibus; ita ſanè & hac in parte diſciſſi, alii cum hoc, alii cum illo ſeſe conjungunt, aliàs ad gratiam, aliàs ad invidiam dicenti aures accommodantes. Neq; verò id ſolum moleſtum eſt; ſed & aliud quiddam, hoc ipſo nequaquã inferius. Nam ſi quem fortè ex concionatoribus contigerit partem aliquam eorum, quæ ab aliis elaborata fuerint, ſuis ipſius concionibus intertexere, certè pluribus opprobriis obnoxium ſe reddit, quàm qui alienas opes ſuffurantur: quum alioqui etiam ſæpe fiat, ut concionator ne aliunde quidem mutuatus quicquam; ſed ea de re tantum ſuſpectus inſtar furis alicujus in ipſo furto deprehenſi habeatur. Et quid dico, eorum quæ ab aliis elaborata fuerint? Certè ne illi quidem licet ſuis propriis inventis aſſiduè uti. Aures enim ſuas vulgus aſſuefecere, non ut ad utilitatem, ſed ad voluptatem potius audiant, quod faciunt qui vel de tragœdis, vel de citharœdis judicaturi ſedent: atque adeo dicendi vis illa, quam haud ita dudum explodebamus, hac in parte tantum ſui deſiderium præbet ut ne in rhetoribus quidem ipſis, quum illi inter ſe concertant, tanta requiratur. Hic ergo generoſo opus eſt animo, eoque qui longe exiguitatem hanc ſuperet, ut multitudinis voluptatem illam immoderatã infructuoſamq; compeſcat, poſſitq; illorum auditionẽ ad id quod utilius futurum ſit transferre, hac ratione ut populũ ſe ſequentem, ac ſibi obſecundantem habeat, non etiã ut ipſe à populi deſideriis agatur. Id quod præſtare nemo poteſt, niſi idem ſimul popularem auram aſpernetur, ſimul dicendi vim obtineat.

CAP. II. Encomia & honores negligi debere. Coloſ. 4, 6.

Quorum utrumque niſi adfuerit, certè alterum alterius auxilio deſtitutum nulli uſui eſſe poſſit. Nam ſi is laudum titillationem forti animo contemnens, tamen non exhibuerit doctrinam ſale ac gratia conditam, fiet ut à multis deſpicabilis habeatur, nullo prorſus lucro commodove ab animi magnitudine illa accepto. Rurſum ſi dicendi partem optime præſtare quum poſſit, à plauſu atque aura populari vincatur, tum ipſi, tum multitudini, quæ audit, damnum detrimentumque idem propoſitum, hoc ipſo quòd laudum ille ſuarum deſiderio captus ad auditorum gratiam magis quam utilitatem dicendi vim exercet. Ac quemadmodum neſcio quo pacto fit, ut qui nulla ex parte popularibus laudibus capitur, quique idem dicendi eſt imperitus, is neque obſecundare multitudinis voluptatibus poſſit, neque rurſus auditoribus magno admodum uſui adjumentoque eſſe, propterea quòd nullis eloquentiæ doctrinæve præſidiis inſtructus eſt; ſic qui laudum deſiderio trahitur, is quum doctrina eloquentiaque ſua multitudinem reddere meliorem poſſit, mavult certè, dum laudes eas quas à multitudine accepit, compenſare cupit, ea in medium afferre, quæ auditores delectare poſſunt, his ipſis populares plauſus clamoreſque captans.

CAP. III. Niſi utroque ſit præditus inutilem populo fore.

Eum igitur qui optimus populi ductor futurus ſit, utraque illa dote præditum eſſe convenit, ut ne altera ſi abfuerit, alteram ſubvertat. Quum enim in medio exurgens oransque populo, ea loquutus fuerit, quæ otioſorum hominum ignaviam atque ſocordiam perſtringere poſſunt, ac deinde labatur & intercidat illius oratio, tum verò præ dicendi inopia erubeſcere ille cogatur: diſſluit continuo, atque evaneſcit omnium eorum, quæ dixerit, lucrum. Nam qui ab eo perſtricti fuerint, illius verbis ſuccenſi, dum alia rependere non poſſunt, ignorantiæ ſcommatis eum laceſſunt, his arbitrati ſua ipſorum opprobria adumbrare. Propterea oportere Epiſcopum puto aurigæ optimi exemplo utraſque illas virtutes diligenter attemperare, ut ipſi liceat illas ſimul rite atque ordine pertractare:

ΤΑ ΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ε΄. λόγῳ.

α΄. Ὅτι πολλοῦ πόνου καὶ σπουδῆς αἱ ἐν τῷ κοινῷ ὁμιλίαι δέονται.

β΄. Ὅτι τὸν εἰς τοῦτο τεταγμένον καὶ ἐγκωμίων ὑπερορᾷν χρὴ, καὶ δύνασθαι λέγειν.

γ΄. Ὅτι ἂν μὴ ἀμφότερα ἔχῃ, ἄχρηστος ἔσται τῷ πλήθει.

δ΄. Ὅτι μάλιστα βασκανίας τοῦτον δεῖ καταφρονεῖν.

ε΄. Ὅτι ὁ λόγους εἰδὼς, πλείονος δεῖται σπουδῆς, ἢ ὁ ἀμαθής.

ς΄. Ὅτι τῆς ἀλόγου τῶν πολλῶν ψήφου, οὔτε πάντη καταφρονεῖν, οὔτε πάντη φροντίζειν δεῖ.

ζ΄. Ὅτι πρὸς τὸ τῷ Θεῷ ἀρέσκον μόνον δεῖ τοὺς λόγους ῥυθμίζειν.

η΄. Ὅτι ὁ μὴ καταφρονῶν ἐπαίνων, πολλὰ ὑποστήσεται δεινά.

ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ λόγος Ε΄.

ΟΣης μὲν ἐμπειρίας τῷ διδασκάλῳ δεῖ, πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγῶνας, ἱκανῶς ἡμῖν ἀποδέδεικται· ἔχω δέ τι καὶ πρὸς τούτοις ἕτερον μυρίων αἴτιον κινδύνων εἰπεῖν. μᾶλλον δὲ οὐκ ἐκεῖνο εἴποιμι ἂν αἴτιον ἔγωγε, ἀλλὰ τοὺς οὐκ εἰδότας αὐτῷ χρῆσθαι καλῶς· ἐπεὶ τό γε πρᾶγμα αὐτὸ σωτηρίας τε καὶ πολλῶν γίνεται πρόξενον ἀγαθῶν, ὅτ' ἂν τοὺς διακονουμένους εὕρῃ, σπουδαίους τε ἄνδρας καὶ ἀγαθούς. τί οὖν τοῦτό ἐστιν; ὁ πολὺς πόνος ὁ περὶ τὰς διαλέξεις τὰς κοινῇ πρὸς τὸν λαὸν γινομένας ἀναλισκόμενος. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ πλέον τῶν ἀρχομένων οὐκ ἐθέλουσιν ὡς πρὸς διδασκάλους διακεῖσθαι τοὺς λέγοντας· ἀλλὰ τὴν τῶν μαθητῶν τάξιν ὑπερβάντες, ἀντιλαμβάνουσι τὴν τῶν θεατῶν τῶν ἐν τοῖς ἔξωθεν καθεζομένων ἀγῶσι. καὶ καθάπερ ἐκεῖ τὸ πλῆθος μερίζεται, καὶ οἱ μὲν τούτῳ, οἱ δὲ ἐκείνῳ προσνέμουσιν ἑαυτούς· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα διαιρεθέντες, οἱ μὲν μετὰ τούτου, οἱ δὲ μεθ' ἐκείνου γίνονται, πρὸς χάριν καὶ πρὸς ἀπέχθειαν ἀκούοντες τῶν λεγομένων. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ χαλεπόν· ἀλλὰ καὶ ἕτερον, οὐδὲν ἔλαττον τούτου. ἐὰν γάρ τινα συμβῇ τῶν λεγόντων μέρος τι τῶν ἑτέροις πονηθέντων ἐνυφῆναι τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ, πλείονα τῶν τὰ χρήματα κλεπτόντων ὑφίσταται ὀνείδη. πολλάκις δὲ οὐδὲ λαβὼν παρ' οὐδενὸς οὐδὲν, ἀλλ' ὑποπτευθεὶς μόνον, τὰ τῶν ἑαλωκότων ἔπαθεν. καὶ τί λέγω τὰ ἑτέροις πεπονημένα; αὐτὸν τοῖς εὑρήμασι τοῖς ἑαυτοῦ συνεχῶς χρήσασθαι οὐκ ἔνι. οὐ γὰρ πρὸς ὠφέλειαν, ἀλλὰ πρὸς τέρψιν, ἀκούειν εἰθίσθησαν οἱ πολλοί· καθάπερ τραγῳδῶν ἢ κιθαρῳδῶν καθήμενοι δικασταί. καὶ ἡ τοῦ λόγου δύναμις, ἣν ἐξεβάλομεν νῦν, οὕτως ἐνταῦθα γίνεται ποθεινὴ, ὡς οὐδὲ τοῖς σοφισταῖς, ὅτ' ἂν πρὸς ἀλλήλους ἀγωνίζεσθαι ἀναγκάζωνται. γενναίας οὖν δεῖ κἀνταῦθα ψυχῆς, καὶ πολὺ ἡμετέραν ὑπερβαινούσης μικρότητα· ἵνα τὴν ἄτακτον καὶ ἀνωφελῆ τοῦ πλήθους ἡδονὴν κολάζῃ, καὶ πρὸς τὴν ὠφελιμωτέραν μετάγειν δύνηται τὴν ἀκρόασιν· ὥστε αὐτῷ τὸν λαὸν ἕπεσθαι καὶ εἴκειν, ἀλλὰ μὴ αὐτὸν ταῖς ἐκείνων ἄγεσθαι ἐπιθυμίαις.

Τοῦτο δὲ οὐδαμῶς ἐστιν ἐπιτυχεῖν, ἀλλ' ἢ διὰ τούτοιν τοῖν δυοῖν, τῆς τε τῶν ἐπαίνων ὑπεροψίας, καὶ τῆς ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως. κἂν γὰρ τὸ ἕτερον ἀπῇ, τὸ λειπόμενον ἄχρηστον γίνεται τῇ διαζεύξει θατέρου. ἄν τε γὰρ ἐπαίνων ὑπερορῶν μὴ προσφέρῃ διδασκαλίαν τὴν ἐν χάριτι καὶ ἅλατι ἠρτυμένην· εὐκαταφρόνητος ὑπὸ τῶν πολλῶν γίνεται, οὐδὲν ἀπὸ τῆς μεγαλοψυχίας κερδάνας ἐκείνης· ἄν τε τοῦτο καλῶς κατορθώσας τὸ μέρος, τῆς ἀπὸ τῶν κρότων δόξης ἡττώμενος τύχῃ, εἰς ταὐτὸν πάλιν περιίσταται τὰ τῆς ζημίας αὐτῷ τε καὶ τοῖς πολλοῖς, πρὸς χάριν τῶν ἀκουόντων μᾶλλον, ἢ πρὸς ὠφέλειαν λέγειν μελετῶντι, διὰ τὴν τῶν ἐπαίνων ἐπιθυμίαν. καὶ καθάπερ ὁ μήτε πάσχων τι πρὸς τὰς εὐφημίας, μήτε λέγειν εἰδὼς· οὔτε εἴκειν ταῖς τοῦ πλήθους ἡδοναῖς, οὔτε ὠφελεῖν ἀξιόλογόν τινα δύναται ὠφέλειαν, τῷ μηδὲν ἔχειν εἰπεῖν· οὕτω καὶ ὁ τῷ πόθῳ τῶν ἐγκωμίων ἑλκόμενος, ἔχων ἀφ' ὧν ἀμείνους ἐργάσασθαι δυνήσεται τοὺς πολλοὺς, ἀντὶ τούτων παρέχῃ τὰ τέρψαι δυνάμενα μᾶλλον τούτων, τοὺς ἐν τοῖς κρότοις θορύβους ὠνούμενος.

Ἀμφοτέρωθεν οὖν ἰσχυρὸν εἶναι τὸν ἄριστον ἄρχοντα δεῖ, ἵνα μὴ θατέρῳ θάτερον ἀνατρέπηται. ὅταν γὰρ ἀναστὰς ἐν τῷ μέσῳ, λέγῃ τὰ τοὺς ῥαθύμως ζῶντας ἐπιστύψαι δυνάμενα· εἶτα προσπταίῃ καὶ διακόπτηται, καὶ ὑπὸ τῆς ἐνδείας ἐρυθριᾶν ἀναγκάζηται· διερρύη τὸ κέρδος τῶν λεχθέντων εὐθέως. οἱ γὰρ ἐπιτιμηθέντες, ἀλγοῦντες τοῖς εἰρημένοις, καὶ οὐκ ἔχοντες αὐτὸν ἑτέρως ἀμύνασθαι, τοῖς τῆς ἀμαθίας αὐτὸν βάλλουσι σκώμμασι, τούτοις οἰόμενοι τὰ ἑαυτῶν συσκιάζειν ὀνείδη. διὸ χρὴ, καθάπερ τινὰ ἡνίοχον ἄριστον, εἰς ἀκρίβειαν τούτων ἀμφοτέρων ἥκειν τῶν καλῶν, ἵνα ἀμφότερα πρὸς τὸ δέον αὐτῷ μεταχειρίζειν ἐξῇ. καὶ γὰρ

καὶ γὰρ ὅτ' ἂν αὐτὸς ἀνεπίληπτος ἅπασι γένηται, τότε δυνήσεται μεθ' ὅσης βούλεται ἐξουσίας καὶ κολάζειν καὶ ἀνιέναι τοὺς ὑπ' αὐτοῦ ταττομένους ἅπαντας. πρὸ δὲ τούτου οὐκ εὐμαρὲς ταῦτα ποιεῖν. τὴν δὲ μεγαλοψυχίαν οὐ μέχρι τοῦ τῶν ἐπαίνων ὑπεροψίας δείκνυσθαι χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω προάγειν, ἵνα μὴ πάλιν ἀτελὲς ᾖ τὸ κέρδος.

Τίνος οὖν δεῖται καὶ ἑτέρου καταφρονεῖν; βασκανίας καὶ φθόνου. τὰς δὲ ἀκαίρους κατηγορίας [καὶ γὰρ ἀνάγκη τὸν προεστῶτα μέμψεις ὑπομένειν ἀλόγους·] οὔτε ἀμέτρως δεδοικέναι καὶ τρέμειν, οὔτε ἁπλῶς παρορᾶν καλόν· ἀλλὰ χρὴ κἂν ψευδεῖς τυγχάνωσιν οὖσαι, κἂν παρὰ τῶν τυχόντων ἡμῖν ἐπάγωνται, πειρᾶσθαι σβεννύναι ταχέως αὐτάς. οὐδὲν γὰρ οὕτως αὔξει φήμην πονηράν τε καὶ ἀγαθήν, ὡς τὸ πλῆθος τὸ ἄτακτον· ἀβασανίστως γὰρ καὶ ἀκούειν καὶ ἐκλαλεῖν εἰωθός, ἁπλῶς τὸ ἐπελθὸν ἅπαν φθέγγεται, τῆς ἀληθείας οὐδένα ποιούμενον λόγον. διὰ ταῦτα οὐ δεῖ τῶν πολλῶν καταφρονεῖν· ἀλλὰ ἀρχομένας εὐθέως ἐκκόπτειν τὰς ὑποψίας τὰς πονηράς, πείθοντα τοὺς ἐγκαλοῦντας, κἂν ἀλογώτατοι πάντων εἶεν· καὶ μηδὲν ὅλως ἐλλείπειν τῶν ἀφανίσαι δυναμένων δόξαν οὐκ ἀγαθήν. ἐὰν δὲ, πάντα ποιούντων ἡμῶν, μὴ θέλωσιν οἱ μεμφόμενοι πείθεσθαι· τὸ τηνικαῦτα καταφρονεῖν. ὡς ἐὰν φθάσῃ τις ταπεινωθῆναι τοῖς συμπτώμασι τούτοις, οὐ δυνήσεταί ποτε γενναῖόν τι καὶ θαυμαστὸν ἀποτεκεῖν. ἡ γὰρ ἀθυμία, καὶ αἱ συνεχεῖς φροντίδες, δειναὶ καταβαλεῖν ψυχῆς δύναμιν, καὶ εἰς ἀσθένειαν καταγαγεῖν τὴν ἐσχάτην. οὕτως οὖν χρὴ τὸν ἱερέα διακεῖσθαι πρὸς τοὺς ἀρχομένους, ὥσπερ ἂν εἰ πατὴρ πρὸς παῖδας ἄγαν νηπίους διέκειτο. καὶ καθάπερ ἐκείνων οὔτε ὑβριζόντων, οὔτε πληττόντων, οὔτε ὀδυρομένων ἐπιστρεφόμεθα· ἀλλ' οὐδὲ, ἡνίκα ἂν γελῶσι καὶ προσχαίρωσιν ἡμῖν, μέγα ἐπὶ τούτῳ φρονοῦμέν ποτε· οὕτω καὶ τούτων μήτε τοῖς ἐπαίνοις ἐξογκοῦσθαι, μήτε καταπίπτειν τοῖς ψόγοις δεῖ, ὅτ' ἂν ἀκαίρως γίνωνται παρ' αὐτῶν. χαλεπὸν δὲ τοῦτο, ὦ μακάριε, τάχα δὲ οἶμαι, ὅτι καὶ ἀδύνατον, τὸ γὰρ μὴ χαίρειν ἐπαινούμενον, οὐκ οἶδα εἴ τινι ἀνθρώπων ποτὲ κατώρθωται. τὸν δὲ χαίροντα, εἰκὸς καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ ἀπολαύειν αὐτῶν· τὸν δὲ ἀπολαύειν ἐπιθυμοῦντα, πάντως καὶ ἐν τῇ τούτων ἀποτυχίᾳ λυπεῖσθαι, καὶ ἐκκλίνειν, καὶ ἀνιᾶσθαι, καὶ ἀλγεῖν ἀνάγκη. ὥσπερ γὰρ οἱ γαννύμενοι τῷ πλουτεῖν, ἡνίκα ἂν καταπέσωσιν εἰς πενίαν, ἄχθονται· καὶ οἱ τρυφᾶν εἰωθότες, οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο ζῆν εὐτελῶς. οὕτω καὶ οἱ τῶν ἐγκωμίων ἐρῶντες, οὐχ ὅτ' ἂν ψέγωνται μόνον εἰκῆ, ἀλλὰ καὶ ὅτ' ἂν μὴ ἐπαινῶνται συνεχῶς, καθάπερ λιμῷ τινι διαφθείρονται τὴν ψυχήν· καὶ μάλιστα ὅτ' ἂν αὐτοῖς ἐντραφέντες τύχωσιν, ἢ καὶ ἑτέρους ἐπαινουμένους ἀκούωσι. τὸν δὲ μετὰ ταύτης τῆς ἐπιθυμίας εἰς τὸν τῆς διδασκαλίας ἀγῶνα παρελθόντα, πόσα πράγματα καὶ πόσας ἔχειν οἴει τὰς ἀλγηδόνας; οὔτε τὴν θάλατταν ἐστὶ κυμάτων ἐκτὸς εἶναί ποτε, οὔτε τὴν ἐκείνου ψυχὴν φροντίδων καὶ λύπης.

Καὶ γὰρ ὅτ' ἂν πολλὴν ἐν τῷ λέγειν δύναμιν ἔχῃ [τοῦτο δὲ ἐν ὀλίγοις εὕροι τις ἂν] οὐδὲ οὕτω τοῦ πονεῖσθαι διηνεκῶς ἀπήλλακται. ἐπειδὴ γὰρ οὐ φύσεως, ἀλλὰ μαθήσεως τὸ λέγειν, κἂν εἰς ἄκρον αὐτοῦ τις ἀφίκηται, τότε αὐτὸν ἀφίησιν ἔρημον, ἂν μὴ συνεχεῖ σπουδῇ καὶ γυμνασίᾳ ταύτην θεραπεύῃ τὴν δύναμιν. ὥστε τοῖς σοφωτέροις μᾶλλον, ἢ τοῖς ἀμαθεστέροις, μείζων ὁ πόνος. οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἡ ζημία, ἀμελοῦσι τούτοις κἀκείνοις· ἀλλὰ τοσοῦτον αὕτη πλείων, ὅσον καὶ τῆς κτήσεως ἑκατέρας τὸ μέσον. κἀκείνοις μὲν οὐδ' ἂν ἐγκαλέσειέ τις, μηδὲν ἄξιον λόγου παρέχουσιν· οὗτοι δὲ, εἰ μὴ μείζονα τῆς δόξης, ἧς ἅπαντες ἔχουσι περὶ αὐτῶν, ἀεὶ προφέροιεν, πολλὰ παρὰ ἁπάντων ἕπεται τὰ ἐγκλήματα. πρὸς δὲ τούτοις ἐκεῖνοι μὲν καὶ ἐπὶ μικροῖς μεγάλων ἂν τύχοιεν τῶν ἐπαίνων, τὰ δὲ τούτων, ἂν μὴ λίαν ᾖ θαυμαστὰ καὶ ἐκπληκτικά, οὐ μόνον ἐγκωμίων ἐστέρηται, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεμφομένους ἔχει πολλούς. οὐ γὰρ τοῖς λεγομένοις, ὡς τῇ τῶν λεγόντων δόξῃ, κάθηνται δικάζοντες ἀκροαταί. ὥστε ὅταν κρατῇ τις ἁπάντων ἐν τῷ λέγειν, τότε μάλιστα πάντων αὐτῷ δεῖ πεπονημένης σπουδῆς· οὐδὲ γὰρ τοῦτο, ὃ κοινὸν τῆς ἀνθρωπείας φύσεώς ἐστι, τὸ μὴ πάντα ἐπιτυγχάνειν, ἔξεστιν ἐκείνῳ παθεῖν· ἀλλ', ἂν μὴ δι' ὅλου συμφωνῇ τῷ μεγέθει τῆς ὑπολήψεως αὐτοῦ τὰ λεγόμενα, σκώμματα μυρία καὶ μέμψεις λαβὼν ἄπεισι παρὰ τῶν πολλῶν. καὶ οὐδεὶς ἐκεῖνο λογίζεται πρὸς αὐτὸν, ὅτι καὶ ἀθυμία προσπεσοῦσα, καὶ ἀγωνία, καὶ φροντὶς, πολλάκις δὲ καὶ θυμὸς ἐπεσκότησε τῷ τῆς διανοίας καθαρῷ, καὶ τὰ τικτόμενα οὐκ ἀφῆκεν προελθεῖν εἰλικρινῆ·

A quum enim talem ſe præſtiterit, ut à nemine reprehendi poſſit, tum poterit, eum quanta voluerit, libertate ſubditorum ſuorum omnium delicta aliàs caſtigare, aliàs remittere: prius autem hoc illi haud facile factu fuerit. Porrò animi magnitudinem ſic eum præſtare oportet, ut illam non ſolum intra popularium laudum contemptionem contineat; ſed & ulterius promoveat, ut ne rurſum lucrum id quod captat, imperfectum maneat.

CAP. IV. Livorem & invidiam contemnere oportet.

Quidnam igitur aliud contemnere illum convenit? livorem, B atque invidiam. Intempeſtivas autem inſimulationes (quippe antiſtitem neceſſe eſt abſurdas etiam devorare criminationes) neque præter modum vereri, ac formidare: neque rurſus leviter deſpicere convenit; ſed te oportet, ut falſæ etiam exiſtant, ut à plebejis ac contemptis hominibus in te contorqueantur, contendere, ut eas ſtatim extinguas. Nulla enim res alia magis famam auget, vel bonam, vel malam, quàm vulgus incompoſitum: ut C quod citra omnem delectum ac judicium & audire, & eloqui quum aſſueverit, id omne, quicquid occurrerit, temere proloquatur, nulla prorſus veritatis ratione habita. Quamobrem te non oportet vulgus ipſum contemnere, quin potius ſuſpiciones pravas ſtatim atque exortæ illæ fuerint intercidere, blandè item appellare eos, qui te inſimulaverint, ut illi etiam iniquiſſimi ſint: ac nihil prorſus omittere rerum earum, quæ pravam de te opinionem delere poſſint. Sin verò omnia quum præſtiterimus, noluerint qui nos accuſant, quieſcere, tum demum contemnere eos D licebit: quandoquidem ſi quis ob populi dicta hujuſmodi, animo ſtatim dejici cœperit, næ is nihil unquam quod generoſum admirandumque ſit, parere poterit. Siquidem mœſtitia, itemque curæ ac ſollicitudines perpetuæ, animi vim maximè poſſunt proſternere, eundemque ad ſummam etiam imbecillitatem, perducere. Oportet igitur ſimiliter Epiſcopum erga ſubditos affici, ut ſi pater erga liberos ſuos admodum infantes afficeretur. Ac quemadmodum illis neque inſoleſcentibus, neque cædentibus, E neque lugentibus admodum laboramus, ac ne quum nobis quidem arriſerint, criſtas tollimus: ſic nos oportet neque vulgatibus laudibus intumeſcere, neque probris animum deſpondere, ſi quando ea intempeſtivè erumpere videas. Id verò, ò bone, difficile admodum, ac fortaſſe tale, ut præſtari à nemine poſſit; ſuis enim laudibus audiendis nihil inde delectari, neſcio an cuiquam unquam mortalium obtigerit. Porrò conſentaneum quidem eſt, ut qui laudibus delectetur, idem illis etiam A frui appetit, omnino neceſſarium eſt mœſtitia ac dolore affici, quoties illas non poteſt aſſequi. Nam quemadmodum quos divites eſſe juvat, ſi quando in paupertatem inciderint, mœrore afficiuntur, & qui deliciis aſſuevere, tenuem ac ſimplicem victum tolerare nunquam poſſint; ita qui laudum amore capti ſunt, non ſolum quum injuſte vituperantur; ſed etiam quum ab aliis aſſidue non laudantur, quaſi fame quadam animum conficiunt. Idque maximè, ſi in ipſis laudibus educati fuerint: B aut ſi alios apud ſe laudari audierint. Qui verò eum laudum appetentia hujuſmodi in docendi certamen prodierit, quàm multis illum negociis, quàm multis animi doloribus obnoxium putas? Certè neque mare unquam poteſt undis carere, neque illius animus curis atque anguſtia.

CAP. V. Erudito plus ſtudii & diligentiæ opus eſſe, quam inerudito.

Nam ſi is fortè fuerit magna dicendi vi prædItus (hoc autem paucorum quidem eſt hominum) ne ſic quidem ab aſſiduo labore expedire ſe poteſt. Etenim quandoquidem non natura; C ſed diſciplina eloquentiam parit, quum ad illius etiam faſtigium quis pervenerit, tum certè ab ea ipſe deſtituetur, niſi continenti ſtudio atque exercitatione vim hujuſmodi excoluerit: quo fit, ut qui peritiores jam ſunt, iis major quàm imperitioribus labor ſit propoſitus. Neque enim par atque eadem jactura hos & illos manet, ſi rem uterque neglexerint. Verùm tanto ea major eſt jactura quanto inter ſe intervallo poſſeſſio utraque, hoc eſt & peritia & imperitia, diſſident. Imperitos quidem nullus in jus vocet, ſi nihil illi attulerint, quod eruditum atque eloquens ſit. D At periti niſi ſemper è penu ſua ubetiora quædam, & quæ eloquentiæ opinione, quam vulgo jam receptam habent, majora ſint protulerint, nimirum auditorum omnium criminationibus obnoxii ſunt. Adde quòd illi vel à mediocri eloquentia magnas etiam laudes aſſequi poſſint: quum horum ſermo niſi apprime admirabilis atque adeo ſtupendus fuerit, tantum abeſt, ut laudatores inveniat, ut etiam accuſatores permultos conciE liet. Neque enim auditorum conſeſſus magis ex præjudicata jam dicentium exiſtimatione opinionéque, quàm ex iis quæ dicuntur, judicium prolaturus eſt. Quapropter quum quis cæteris eloquentia præſtiterit, tum demum illi in primis ſtudio ac labore opus eſt: neque enim prætendere poteſt id excuſationis genus, quod naturæ humanæ commune eſt: fieri ſcilicet non poſſe, ut omnibus horis ſapiat: verùm niſi ubique dicta illius omnia exiſtimationis ipſius magnitudini reſponderint, infinitis certè cum ſcommatis ac criminationibus à populo acceptis domum ſe recipiet. Quum interim nemo exiſtat qui ſecum reputet, vel triſtitiam aliquam, vel angorem, vel ſollicitudinem nonnunquam, item & iram quæ in animum irruerit, ſolere mentis aciei tenebras offundere, neque ſinere ipſos animi fœtus puros ſincerosque evadere:

præter ea fieri omnino nequaquã poſſe, ut qui homo ipſe ſit, ubiq; eundem ſe præſtet: ac quicquid tentaverit, id omne proſpere illi ſuccedat. At conſentaneum quidem eſſe, ut & nonnunquam aberret ac ſe ipſe inferior appareat: quarum rerum omnium nullam illi, quod jam dixi, conſiderare volunt, quin imò ſic in illum crimina impingunt, ut ſi angelo judices eſſent. Quum alioqui etiam natura comparatum videamus, ut alterius facinora atq; officia quantumvis licet multa ac magna deſpiciamus: ſin vel leve quippiam in eo deſideretur, isq; vel à longo jam tempore aberraverit, id plebs ſtatim præſentit, prompte mordet, atque ubiq; meminit. Atque hoc ipſum parvum licet ac tenue, multorum eorumque magnorum facinorum gloriam identidem elevavit.

CAP. VI. Judicium multitudinis imperitæ nō eſſe contemnendum.

Vides, ô bone, majori opus eſſe ſtudio ei potiſſimum, qui dicendi præſtantia valeat, ac præter ſtudium tanta item tolerantia, quanta ne illis quidem omnibus, quos tibi prius nominavi, opus fuit. Etenim illum permulti temerè ac nullo conſilio identidem adoriuntur, qui ipſi aliud habent nihil quod incuſent, niſi quòd illum ægrè ferunt apud omnes inclareſcere: quo magis illorum fortiter ac generoſe ferenda eſt invidia. Cujusmodi odium execrabile, quod temerè illi collegere, occultare, ac diſſimulare quum ipſi non poſſint, clàm conviciantur, incuſant, calumniantur; malitiæ etiam ſuæ virus palam diffundunt. Animus autem is qui ad illa ſingula dolorem aliquem concipere, atque inde irritari cœperit, non poteſt quin eo ſtatim dolore arrodatur, atque conficiatur: neque enim illum per ſeſe ipſi ulciſcuntur tantum; ſed id etiam aliorum opera aggrediuntur: ac ſæpe fit, ut unum aliquem ex eorum numero, qui dicendi facultate minime valeant, eligant: eundémque laudibus in cœlum extollentes, ſupra dignitatem admirentur: alios ad id inſcitia, alios inſcitia ſimul & invidentia impellente: non quidem ut illius eloquentiã admirabilem reddant, quæ talis etiam ipſa non ſit; ſed ut hujus gloriam elevent atque extinguant. Neque verò cum hujuſmodi adverſariis athletæ illi certamen modò propoſitum eſt; ſed & ſæpenumero cum univerſi populi imperitia. Nam quandoquidem ex elegantibus eloquentibusque viris auditorum in unum coëuntium conſeſſus haudquaquã conflatur: verùm bona concionis totius pars ex imperitis conſtat: ſunt autem reliqui & ipſi illis quidẽ prudentiores, iidem tamen tanto iis inferiores, qui de dicendi facultate judicium ferre poſſunt, quanto iisdem reliqui omnes: ſed quoniam unus tantum aut alter in concione aſſidet, qui dicendi virtutem hujuſmodi obtineat: fit neceſſariò, ut qui doctius atque eloquentius dixerit, minus plauſus reportet: aliquoties autem, ne laudatus quidem diſcedat, ac certè neceſſe eſſe puto animum contra hujuſmodi ineptias atque abſurditates generoſè præſtare, iisq; ignoſcere, qui inſcitia peccant: eos verò qui invidia adducti hoc facere ſuſtinent, ut infelices ac miſerabiles deplorare: neutro autem horum exiſtimare Epiſcopus debet, de ſua dicendi facultate quicquam detractum. Neq; enim ſi pictor, qui optimus quidẽ ſit, quiq; omnes pingendi arte præcellat, imaginẽ accuratiſſimè à ſe expreſſã ab imperitis artificii illius vellicari videat, cõvenire putaverim, ut animum ſtatim deſpondeat, picturamq; ab imperitorum judicio ineptam cenſeat: quemadmodum ne eam quidẽ quæ verè inepta ſit, ob eorum ſtuporem, qui pingendi rudes ignarique ſunt, admiratione, amore, atq; amplexibus dignã cenſere debet.

CAP. VII. Sermones omnes eò, ut Deo tantum placeant, dingendos eſſe.

Sit enim optimus opifex ſuorum quisque operum judex, atq; is qui opera ea quæ facit, hac ratione vel venuſta, vel inepta judicet, quum mens atque ingenium, cujus induſtria opera ipſa deformata fuerint, tale de illis ſuffragium judiciumq; tulerit: aliorum autem opinionem errantem, atq; arte carentẽ ſic rejiciat, ut ne in animi quidem cogitationẽ deſcendere permittat. Haud aliter ſane, qui aliorum edocendorum provinciã ſuſceperit, is ne de aliorum laudibus dependeat, neve ab iis animum deſpondeat. Quin orationes hoc conſilio meditatus, ut Deo optimo gratæ atque acceptæ ſint, hunc unum ſibi ſtatuat canonem, ac terminum optimi illarum opificii, non etiam plauſus ac laudationes. Laudatur is ab hominibus, laudes ne rejiciat. Laudes ab auditoribus illi negantur: eas ne ambiat, neu negatis indoleat. Abundans enim illi fuerit laborum ſolatium, idq; omniũ certè maximum, ſi ſibi ipſe conſcius eſſe potuerit, ad hanc ſe rationem, doctrinam, eloquentiamq; ſuã compoſuiſſe atque adaptaſſe, ut Deo illa placens acceptaque fiat.

Cap. VIII. Qui non ſit laudis contemptor, ei multa gravia ſuſtinenda.

Etenim ſi illius animum iniquarum laudum appetentia prius occupaverit, ei certè nihil ſudores laboresque illi improbi, nihil dicendi vis illa ac facultas profuerit. Humanus enim animus is qui temeraria ac cæca vulgi judicia ferre minime poteſt, ſtatim fatiſcit, ſtudiumque ipſum literarum abjicit. Quamobrem in primis erudiendus is eſt in laudum contemptu ac deſpicientia: neq; enim ſatis eſt eloquentia præditum eſſe ad dicendi facultatẽ hanc conſervandã, niſi hic ipſe, quem dico, laudum contemptus adfuerit. Quòd ſi quis rem ad calculos exactè exigere velit, & illi quoq; qui facultate iſta caret, comperiet nihilominus opus eſſe contemptu iſto laudũ, quàm ei qui admodũ eloquens ſit. Nam ſi à popularis auræ illecebris vinci ſe ille patietur, neceſſario fiet ut multis in rebus delinquat, ut qui quum non poſſit claros illuſtresque illos dicendo æquare,

A καὶ ὅλως ἄνθρωπον ὄντα, οὐκ ἔστι διὰ παντὸς εἶναι τὸν αὐτὸν, οὐδὲ ἐν ἅπασιν εὐημερεῖν· ἀλλ' εἰκός ποτε καὶ διαμαρτεῖν, καὶ ἐλάττονα τῆς οἰκείας δειχθῆναι δυνάμεως. τούτων οὐδὲν, ὅπερ ἔφην, ἐννοῆσαι βούλονται· ἀλλ' ὥσπερ ἀγγέλῳ δικάζοντες, ἐπάγουσι τὰς αἰτίας. καὶ ἄλλως δὲ πέφυκεν ἄνθρωπος τὰ μὲν κατορθώματα τοῦ πλησίον, κἂν πολλὰ ὄντα καὶ μεγάλα παρορᾶν· ἂν δὲ ἐλάττωμά που φανῇ, κἂν τὸ τυχὸν ᾖ, κἂν διὰ πολλοῦ συμβεβηκὸς, καὶ ἐπαι- B σθάνεται ταχέως, καὶ ἐπιλαμβάνεται προχείρως, καὶ μέμνηται διαπαντός. καὶ τὸ μικρὸν τοῦτο καὶ εὐτελὲς, τὴν τῶν πολλῶν καὶ μεγάλων ἠλάττωσε δόξαν πολλάκις.

Ὁρᾷς, ὦ γενναῖε, ὅτι μάλιστα τῷ λέγειν δυναμένῳ πλείονος δεῖ τῆς σπουδῆς. πρὸς δὲ τῇ σπουδῇ καὶ ἀνεξικακίας τοσαύτης, ὅσης οὐδὲ ἅπαντες, ὅσους πρότερόν σοι διῆλθον, ἐδέοντο. πολλοὶ γὰρ αὐτῷ συνεχῶς ἐπιφύονται μάτην καὶ εἰκῇ· καὶ οὐδὲν ἔχοντες ἐγκαλεῖν, C πλὴν τοῦ παρὰ πᾶσιν εὐδοκιμεῖν, ἀπεχθάνονται. καὶ δεῖ γενναίως φέρειν τὴν πικρὰν τούτων βασκανίαν. τὸ γὰρ ἐπάρατον τοῦτο μῖσος, ὅπερ εἰκῇ συλλέγουσιν, οὐ στέγοντες κρύπτειν· καὶ λοιδοροῦνται, καὶ μέμφονται, καὶ διαβάλλουσι λάθρα, καὶ πονηρεύονται φανερῶς. ψυχὴ δὲ ἀρξαμένη καθ' ἕκαστον τούτων ἀλγεῖν καὶ παροξύνεσθαι, οὐκ ἂν φθάσειε διαφθαρεῖσα τῇ λύπῃ. καὶ γὰρ οὐ δι' ἑαυτῶν αὐτὸν ἀμύνονται μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἑτέρων τοῦτο ποιεῖν ἐπιχειροῦσι. καὶ πολλάκις ἕνα τινὰ τῶν οὐδὲν δυ- D ναμένων εἰπεῖν ἐκλεξάμενοι, τοῖς ἐπαίνοις ἐπαίρουσι, καὶ θαυμάζουσιν ὑπὲρ τὴν ἀξίαν. οἱ μὲν ἀμαθίᾳ, οἱ δὲ καὶ ἀμαθίᾳ καὶ φθόνῳ τοῦτο ποιοῦντες· ἵνα τὴν δόξαν τούτου καθέλωσιν, οὐχ ἵνα δείξωσι θαυμαστὸν, τὸν οὐκ ὄντα τοιοῦτον. οὐ πρὸς τούτους δὲ μόνον ἐκείνῳ τῷ γενναίῳ ὁ ἀγών· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀπειρίαν ὅλου δήμου πολλάκις. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔνεστιν ἐξ ἐλλογίμων ἀνδρῶν συλλέγεσθαι τοὺς συνερχομένους ἅπαντας, ἀλλὰ τὸ πλέον τῆς ἐκκλησίας μέρος ἐξ ἰδιωτῶν συγκεῖσθαι E συμβαίνει· τοὺς δὲ λοιποὺς καὶ αὐτοὺς ἐκείνων μὲν εἶναι συνετωτέρους, τῶν δὲ λόγους κρῖναι δυναμένων λείπεσθαι πολλῷ πλέον, ἢ ὅσον ἐκείνων οἱ λοιποὶ πάντες· ἕνα δὲ μόνον, ἢ δεύτερον καθῆσθαι, τὸν ταύτην κεκτημένον τὴν ἀρετήν· ἀνάγκη τὸν ἄμεινον εἰπόντα, ἐλάττονας ἀπενέγκασθαι κρότους· ἔστι δὲ ὅτε μηδὲ ἐπαινεθέντα ἀπελθεῖν. καὶ δεῖ πρὸς ταύτας γενναίως παρεσκευάσθαι τὰς ἀνωμαλίας· καὶ τοῖς μὲν δι' ἀμαθίαν ταῦτα πάσχουσι συγγινώσκειν· τοὺς δὲ διὰ φθόνον τοῦτο A ὑπομένοντας δακρύειν, ὡς ἀθλίους ὄντας καὶ ἐλεεινούς· μηδ' ἑτέρῳ δὲ τούτων ἐλάττω τὴν αὐτοῦ νομίζειν γεγενῆσθαι δύναμιν. οὐδὲ γὰρ, εἰ ζωγράφος ὢν ἄριστος, καὶ πάντων κατὰ τὴν τέχνην κρατῶν, τὴν μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας ἀναγεγραμμένην εἰκόνα ὑπὸ τῶν τῆς τέχνης ἀπείρων σκωπτομένην ἑώρα, ἔδει καταπεσεῖν, καὶ τῇ κρίσει τῶν οὐκ εἰδότων φαύλην ἡγεῖσθαι τὴν γραφήν· ὥσπερ οὐδὲ τὴν ὄντως φαύλην, θαυμαστὴν εἶναι καὶ ἐπέραστον, ἀπὸ τῆς τῶν ἀτέχνων ἐκπλήξεως.

Ὁ γὰρ ἄριστος δημιουργὸς, αὐτὸς ἔστω καὶ κριτὴς τῶν αὐτοῦ τεχνη- B μάτων· καὶ καλὰ καὶ φαῦλα ταύτῃ τιθέσθω τὰ γινόμενα, ὅτ' ἂν ὁ τεχνησάμενος αὐτὰ νοῦς, ταύτας φέρῃ τὰς ψήφους· τὴν δὲ τὴν ἔξωθεν δόξαν, τὴν πεπλανημένην καὶ ἄτεχνον, μηδὲ εἰς νοῦν βαλλέσθω ποτέ. μὴ τοίνυν μηδὲ ὁ τῆς διδασκαλίας ἀναδεξάμενος τὸν ἀγῶνα, ταῖς τῶν ἔξωθεν εὐφημίαις προσεχέτω· μηδὲ ὑπὸ τούτων τὴν ἑαυτοῦ καταβαλλέτω ψυχήν· ἀλλ' ἐργαζόμενος τοὺς λόγους, ὡς ἂν ἀρέσκῃ τῷ Θεῷ, [οὗτος γὰρ αὐτῷ κανὼν καὶ ὅρος ἔστω μόνος τῆς ἀρίστης δημι- C ουργίας ἐκείνων· μὴ κρότοι, μηδὲ εὐφημίαι] εἰ μὲν ἐπαινεῖται καὶ παρὰ τῶν ἀνθρώπων, μὴ διακρουέσθω τὰ ἐγκώμια· μὴ παρεχόντων δὲ αὐτὰ τῶν ἀκροατῶν, μὴ ζητείτω, μηδὲ ἀλγείτω. ἱκανὴ γὰρ αὐτῷ παραμυθία τῶν πόνων, καὶ πάντων μείζων, ὅτ' ἂν ἑαυτῷ συνειδέναι δύνηται, πρὸς ἀρέσκειαν τοῦ Θεοῦ συντιθεὶς καὶ ῥυθμίζων τὴν διδασκαλίαν.

D Καὶ γὰρ ἂν φθάσῃ τῇ τῶν ἀλόγων ἐπαίνων ἐπιθυμίᾳ ἁλῶναι· οὐδὲν αὐτῷ τῶν πολλῶν πόνων ὄφελος, οὐδὲ τῆς ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως. τὰς γὰρ ἀνοήτους τῶν πολλῶν καταγνώσεις μὴ δυναμένη φέρειν ψυχὴ, ἐκλύεται, καὶ τὴν περὶ τὸ λέγειν ῥίπτει σπουδήν. διὰ τοῦτο χρὴ μάλιστα πάντων πεπαιδεῦσθαι ἐπαίνων ὑπερορᾶν. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ λέγειν εἰδέναι πρὸς τὴν ταύτης τῆς δυνάμεως φυλακὴν, ἂν μὴ καὶ τοῦτο προσῇ. εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάζειν ἐθέλοι, καὶ τὸν ἐν οὐδενίᾳ καθεστῶτα ταύτης τῆς ἀρετῆς, εὑρήσει δεόμενον οὐ τῶν ἐπαίνων κατα- E φρονεῖν, οὐχ ἧττον, ἢ τοῦτον· καὶ γὰρ πολλὰ ἁμαρτάνειν ἀναγκασθήσεται, τῆς τῶν πολλῶν δόξης ἥττων γενόμενος. ἀτονῶν γὰρ ἐξισωθῆναι τοῖς εὐδοκιμοῦσι κατὰ τὴν τοῦ λέγειν ἀρετήν· ἐπιβου-

ἐπιβουλεύειν τε καὶ διαφθονεῖσθαι αὐτοῖς, καὶ μέμφεσθαι μάτην, καὶ πολλὰ τοιαῦτα ἀσχημονεῖν οὐ παραιτήσεται· ἀλλὰ πάντα τολμήσει, κἂν τὴν ψυχὴν ἀπολέσαι δέῃ, ὑπὲρ τοῦ τὴν ἐκείνων δόξαν εἰς τὴν τῆς ἰδίας εὐτελείας καταγαγεῖν ταπεινότητα. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τῶν ἱδρώτων ἀποστήσεται τῶν περὶ τὸ πονεῖν, νάρκης ὥσπερ τινὸς καταςκεδασθείσης αὐτοῦ τῇ ψυχῇ. τὸ γὰρ πολλὰ μοχθοῦντα, ἐλάττονα καρποῦσθαι ἐγκώμια, ἱκανὸν καταβαλεῖν, καὶ τρέψαι πρὸς ὕπνον βαθύν, τὸν οὐ δυνάμενον ἐγκωμίων καταφρονεῖν. ἐπεὶ καὶ γεωργός, ὅτ᾽ ἂν εἰς λεπτόγεων κάμνῃ χωρίον, καὶ πέτρας ἀναγκάζηται γεωργεῖν· ταχέως ἀφίσταται τοῦ πονεῖν, ἂν μὴ πολλὴν περὶ τὸ πρᾶγμα κεκτημένος ᾖ τὴν προθυμίαν, ἢ λιμοῦ δέος ἐπικείμενον ἔχῃ. εἰ γὰρ οἱ μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας δυνάμενοι λέγειν, τοσαύτης δέονται τῆς γυμνασίας πρὸς τὴν τῆς κτήσεως φυλακήν· ὁ μηδὲν ὅλως συναγαγών, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἀναγκαζόμενος μελετᾶν, πόσην ὑποστήσεται τὴν δυσχέρειαν, πόσον θόρυβον, πόσην ταραχήν, ἵνα πολλῷ τῷ μόχθῳ μικρόν τι συναγαγεῖν δυνηθῇ; ἐὰν δέ τις καὶ τῶν μετ᾽ αὐτὸν τεταγμένων, καὶ τὴν ἐλάττω τάξιν λαχόντων, ἐν τῷ μέρει τούτῳ μᾶλλον ἐκείνου διαφαίνεσθαι δυνηθῇ· θείας τινὸς δεῖ ψυχῆς ἐνταῦθα, ὥστε μὴ ἁλῶναι βασκανίᾳ, μηδὲ ὑπὸ ἀθυμίας καταπεσεῖν. τὸ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων παρευδοκιμεῖσθαι αὐτὸν ἐν ἀξιώματι καθεστῶτα μείζονι, καὶ φέρειν γενναίως· οὐ τῆς τυχούσης, οὐδὲ τῆς ἡμετέρας, ἀλλά τινος ἀδαμαντίνης ἂν εἴη ψυχῆς. κἂν μὲν ἐπιεικὴς ᾖ, καὶ μέτριος ἄγαν, ὁ παρευδοκιμῶν, φορητὸν ἐπωσοῦν γίνεται τὸ πάθος· ἂν δὲ καὶ θρασύς, καὶ ἀλαζών, καὶ φιλόδοξος· θάνατον ἐκείνῳ καθ᾽ ἑκάστην εὐκτέον ἡμέραν, οὕτως αὐτοῦ πικρὰν καταστήσει τὴν ζωήν, ὑπερβαίνων φανερῶς, καταμωκώμενος λάθρα, τῆς ἐξουσίας πολλὰ παρασπῶν τῆς ἐκείνου, πάντα αὐτὸς εἶναι βουλόμενος. μεγίστην δὲ ἐν ἅπασι τούτοις τὴν ἀσφάλειαν, τὴν ἐν τῷ λέγειν κέκτηται παρρησίαν, καὶ τὴν τοῦ πλήθους περὶ αὐτὸν σπουδήν, καὶ τὸ φιλεῖσθαι παρὰ τῶν ἀρχομένων ἁπάντων. ἢ οὐκ οἶδας, ὅσος τὰς τῶν Χριστιανῶν ψυχὰς λόγων ἔρως εἰσεκώμασε νῦν; καὶ ὅτι μάλιστα πάντων οἱ τούτους ἀσκοῦντες ἐν τιμῇ, οὐ παρὰ τοῖς ἔξωθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς τῆς πίστεως οἰκείοις; πῶς οὖν ἄν τις ἐνέγκοι τοσαύτην αἰσχύνην, ὅτ᾽ ἂν αὐτοῦ μὲν φθεγγομένου πάντες σιγῶσι, καὶ διενοχλεῖσθαι νομίζουσι, καὶ τοῦ λόγου τὸ τέλος, ὥσπερ τινὰ πόνων ἀνάπαυσιν, περιμένουσι; θατέρου δὲ καὶ μακρὰ λέγοντος μετὰ μακροθυμίας ἀκούωσι· καὶ παύσεσθαι μέλλοντος, δυσχεραίνωσι· καὶ σιγᾶν βουλομένου, παροξύνωνται. ταῦτα γὰρ εἰ καὶ μικρά σοι δοκεῖ νῦν εἶναι, καὶ εὐκαταφρόνητα, διὰ τὸ ἀπείρατον· ἀλλ᾽ ἱκανά γέ ἐστι προθυμίαν σβέσαι, καὶ ψυχῆς παραλῦσαι δύναμιν, ἢν μὴ πάντων τις ἑαυτὸν τῶν ἀνθρωπίνων ἀνασπάσας παθῶν, ὁμοίως ταῖς ἀσωμάτοις μελετήσῃ διακεῖσθαι δυνάμεσιν, αἳ μήτε φθόνῳ, μήτε δόξης ἔρωτι, μήτε ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ θηρῶνται νοσήματι. εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν ἀνθρώπων τοιοῦτος, ὡς δύνασθαι τὸ δυσθήρατον τοῦτο καὶ ἀκαταγώνιστον καὶ ἀνήμερον θηρίον, τὴν τῶν πολλῶν δόξαν, καταπατεῖν, καὶ τὰς πολλὰς αὐτῆς ἐκτεμεῖν κεφαλάς, μᾶλλον δὲ μηδὲ φῦναι τὴν ἀρχὴν συγχωρεῖν· δυνήσεται εὐκόλως καὶ τὰς πολλὰς ταύτας ἀποκρούεσθαι προσβολάς, καὶ εὐδίου τινὸς ἀπολαύειν λιμένος. ταύτης δὲ οὐκ ἀπηλλαγμένος, πόλεμόν τινα πολυειδῆ, καὶ θόρυβον συνεχῆ, καὶ ἀθυμίας, καὶ τῶν λοιπῶν παθῶν τὸν ὄχλον κατασκευάζει τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ. τί δεῖ τὰς λοιπὰς καταλέγειν δυσκολίας, ἃς οὔτε εἰπεῖν, οὔτε μαθεῖν δυνήσεταί τις, μὴ ἐπὶ τῶν πραγμάτων γινόμενος αὐτῶν;

non recuſabit aliàs illis inſidias parare, aliàs invidere, aliàs injuſte detrahere, multaque alia id genus præter decorum committere: quinimo nihil non audebit, vel usque ad animæ exitium, ut illorum gloriam ad ſuæ tenuitatis humilitatem deducat. Adde quòd à ſtudiorum ſudoribus laboribusque abſtinebit, tanquam torpedine quadam illius animo circumfuſa. Quisquis enim poſt immenſos labores ſuſceptos, laudis fructum inferiorem reportat, is niſi ſe prius ad laudum contemptum gnaviter compoſuerit, nimirum animum ſtatim deſpondere, eundemque ad altam quandam ſomnolentiam convertere ſolet: quando agricoladum in ſterilium locorum cultu ac labore verſatur, ac lapidoſam novalem arare cogitur, ſtatim labore ſuperſedet, niſi illum vel agricolationis ſtudium vehemens, vel famis timor ingruentis urgeat. Etenim ſi quibus dicendi facultas magna ineſt, ut donum illud conſervent, tanta opus eſt exercitatione: qui facultatis illius nihil comparaverit; ſed in mediis dicendi certaminibus, in ipſo concionum agendarum ſtadio meditari cogitur: is quantum, quæſo, ſubiturus eſt difficultatis, quantum tumultus, quantum turbulentiæ, ut magno ſuo labore tantillum auræ popularis ſibi conciliet? ſin verò quis exiſtet qui vel inferiorem Epiſcopo dignitatem atque ordinem ſortitus, hac ſane in parte plus quàm ille clareſcere poſſit, huic demum divino quodam animo opus eſt, ut ne vel invidia vincatur, vel animi deſperatione opprimatur. Ab inferioribus enim dicendi gloria vinci eum qui dignitate præcellat, remque fortiter ac generosè perpeti: id verò non cujuslibet, neque noſtri ſanè fuerit; ſed adamantini potius cujusdam animi. Porrò qui ſic excellit, hic ſi humano forte ac modeſto animo præditus fuerit, malum utique utcunque tolerandum. Sin & audaculus, & arrogans, & gloriolæ ſitiens, nimirum mors adverſario quotidie optanda: usque adeo amarulentam ei vitam rivalis reddit, in propatulo exuperans, clam ſubſannans, pleraque de ipſius authoritate identidem vellicans, omnia ipſe eſſe cupiens: quatum rerum omnium maximum ſibi præſidium facit tum eam quam in dicendo uſurpat libertatem, tum multitudinis in ſe ſtudium, tum ſubditorum erga ſe omnium dilectionem. Ignoras quantus jam ornate copioſéque dicendi amor, quantum ſtudium in Chriſtianorum animos invadat, ac tanquam debacchetur? quantoque jam in pretio habeantur, qui ſtudium id excolunt, non apud externos tantum; ſed etiam apud eos qui Chriſtianæ pietatis partes ſequuntur? Quî igitur tantum dedecus quis ferat: quum ipſo ſcilicet dicente taceant omnes, ac ſibi moleſtiam exhiberi cenſeant: tum verò orationis finem, quaſi laborum requiem quandam expectent: alterum autem vel diu admodum orantem patienter auſcultent, & dicendi finem facere volentem ægerrimè ferant: denique quo jam ſilere volente irritentur, commoveanturque? Hæc enim etiamſi tenuia tibi ac deſpicabilia inexperto videantur, tamen ejusmodi ſunt quæ poſſunt tum alacritatem extinguere, tum animum enervare atque diſſolvere: niſi quis à perturbationibus humanis omnibus ſeſe aſſerens ad incorporeatum poteſtatum exemplum animum ipſe ſuum compoſuerit: quæ quidem neque invidiæ, neque gloriæ ſtudio, neque alteri id genus morbo obnoxiæ ſunt. Proinde ſi quisquam eſt mortalium omnium talis, qui beſtiam hanc captu difficilem, indomitam, ac truculentam, auram dico popularem, conculcare, ac multiplicia illius capita excidere poſſit: imò vero ſi quis eſt, qui illam nullo enaſci modo permittat, hic ſanè facilè poterit complures inſultus iſtos à ſe depellere, ac tranquillo quodam portu tandem frui: qui ſi ab ea ſeſe non aſſeruerit, idem hic multiplex bellum, tumultum perpetuum, denique deſponſionis animi reliquorumque morborum turbam adverſum ſe depugnaturam præparabit. Quorſum attinet reliquas difficultates perſequi, quas quidem nemo neque docere, neque diſcere poterit, niſi qui in rem præſentem venerit, rerumque ipſarum adminiſtrationem ſubierit?

Eloquentia apud Christianos in pretio.

ΤΑ ΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ϛ΄. λόγῳ.

α΄. Ὅτι καὶ τὰς εὐθύνας τῶν ἑτέροις ἁμαρτανομένων ὑπόκεινται οἱ ἱερεῖς.
β΄. Ὅτι τῶν μοναζόντων ἀκριβείας δέονται πλείονος.
γ΄. Ὅτι πλείονος εὐκολίας ἀπολαύει μονάζων, παρὰ τὸν ἐκκλησίας προεστῶτα.
δ΄. Ὅτι τῆς οἰκουμένης τὴν προστασίαν ἐμπεπίστευται ὁ ἱερεύς, καὶ ἕτερα πράγματα φρικτά.
ε΄. Ὅτι πρὸς πάντα ἐπιτήδειον εἶναι χρὴ τὸν ἱερέα.
ϛ΄. Ὅτι οὐχ οὕτω τὸ μονάζειν, ὡς τὸ πλήθους προεστάναι καλῶς, καρτερίας σημεῖον.
ζ΄. Ὅτι οὐχ ὑπὲρ τῶν αὐτῶν, τῷ τε καθ᾽ ἑαυτὸν ὄντι, καὶ τῷ ἐν μέσῳ στρεφομένῳ, ἡ ἄσκησις ἐστίν.
η΄. Ὅτι εὐκολώτερον τὴν ἀρετὴν οἱ καθ᾽ ἑαυτοὺς ὄντες, ἢ οἱ πολλῶν φροντίζοντες, κατορθοῦσιν.
θ΄. Ὅτι οὐ χρὴ καταφρονεῖν τῶν τῶν πολλῶν ὑπολήψεων, κἂν ψευδεῖς οὖσαι τύχωσι.
ι΄. Ὅτι οὐ μέγα σῶσαι ἑαυτόν
ια΄. Ὅτι πολλῷ χαλεπωτέρας μένει τιμωρίας τὰ τῶν ἱερέων ἁμαρτήματα, ἢ τὰ τῶν ἰδιωτῶν.
ιβ΄. Ἐκ παραδειγμάτων παράστασις καὶ τῆς ὀδύνης, τῆς διὰ τὴν προσδοκίαν τῆς ἱερωσύνης γενομένης, καὶ τοῦ φόβου.
ιγ΄. Ὅτι παντὸς πολέμου χαλεπώτερος ὁ τοῦ διαβόλου πειρασμός.

HÆC INSUNT Libro ſexto.

I. *Pœnas dare ſacerdotes etiam pro populi delictis.*
II. *Plus vitam & mores curaturos eſſe, quam ſolitariè viventes.*
III. *Faciliorem eſſe rationem ſibi viventium, quàm Eccleſiam gubernantium.*
IV. *Sacerdotem terrarum orbi, ac aliis rebus tremendis præpoſitum eſſe.*
V. *Debere ſacerdotem eſſe aptum ad omnia.*
VI. *Non ita, monachum agere, ut multitudinis curam habere, probitatis ſignum eſſe.*
VII. *Non eadem ratione ſolitarium, qua publicus Eccleſiæ Miniſter, vitam inſtituere.*
VIII. *Facilius eos qui ſibi & ſolitariè vivant, Virtutem exercere poſſe, quàm qui multorum curam gerant.*
IX *Non eſſe contemnendas vulgi ſuſpiciones quamvis manifeſtè falſas.*
X. *Non magni eſſe negocii ſeipſum ſervare.*
XI. *Longè graviorem pœnā manere Sacerdotum peccata, quàm idiotarū.*
XII. *Ab exemplis probatio & doloris, qui oritur propter Sacerdotii expectationem, & timoris.*
XIII. *Omni pugnā vehementiorem eſſe aſſultum in nos Diaboli.*

DE

DE SACERDOTIO LIBER SEXTUS.

CAP. I. Pœna dare ſacerdotes etiam pro populi delictis.

ET certè hoc in orbe dum vivitur, hujuſmodi res exiſtunt, cujuſmodi ex me audiviſti: vita verò defunctis quemnam quæſo in modum ea à nobis ferentur, quæ tum ſtanda erunt, quum nos videlicet pro iis ſigillatim omnibus, qui nobis concrediti fuerint, rationem reddere cogemur? neque enim dedecoris tantum atque ignominiæ pœna; ſed etiam æterni ſupplicii multa nos illic expectat. Illud enim: *Parete iis qui præſunt vobis, & ſubjacete: nam illi vigilant pro animabus veſtris tanquam rationem reddituri*: tametſi prius jam à me dictum eſt, tamen ne nunc quidem reticebo. Hujus enim comminationis terror animum mihi aſſiduè concutit. *Nam ſi ei, qui unum aliquē duntaxat offenderit, expedit, ut mola aſinaria ſuſpendatur à collo ipſius, ac demergatur in profundū maris*: Item *qui fratrum ſuorum conſcientiam offendunt, ii omnes in ipſum Chriſtum peccant*: qui non unū, non duos, non tres tantum, ſed tam multos etiam populos perdiderint, illis quid tandem fiet? ac quamnam illi pœnam ſunt penſuri? neque enim licet imperitiam excuſare, neque ad ignorantiam confugere, neque aut neceſſitatis, aut violentiæ ſpeciem obtendere; verùm ſubditus potius aliquis, ſi modo id liceat, ſuis ipſius, quàm antiſtes aliorum peccatis excuſandis, ſuffugio hoc uti poſſit. Quamobrem? quandoquidem qui delegatus eſt ut alienam emendet ignorantiam, tum verò diabolicum inſtare bellum denunciet, is profectò ignorantiam prætendere minime poterit, neque vocem hanc uſurpare: Tubam non exaudivi, bellum non prævidi. Quippe in hoc ſedet ille, ut Ezechiel ait, ut aliis ſignum tuba canens det, & quæ futura ſunt incommoda prænunciet. Quo nomine ſupplicium nulla excuſatione depellere poterit, quamvis unius duntaxat animæ jactura acciderit. *Si enim cum romphæa imminet, populo tuba ſignum non dederit, neque prænunciarit, inquit ille, ſpeculator, ac gladius animam invaſerit: ipſa quidem anima ſua iniquitate capta fuerit, ſanguinem autem ipſius ex ſpeculatoris manu exquiram.*

Heb. 13, 17. Matt. 18, 6. 1. Cor. 8, 12. Ezec. 33, 3. 6.

CAP. II. Major perfectio in Epiſc. quam in monachis requiritur.

Deſine ergo nos obtrudere in ſic inevitabilis judicii aleam. Neque enim nobis hic res eſt de ducendis militibus, aut de regno gubernando, ſed de functione, quæ angelica virtute indiget. Etenim ſacerdotis animum ſolaribus radiis puriorem eſſe oportet: ut ne quando Spiritus ſanctus deſolatum illum relinquat, ut dicere illi liceat: *Vivo equidem non amplius ego, vivit autem in me Chriſtus.* Nam ſi qui eremum inhabitant, quique procul tum à foro, tum à tumultibus illinc enaſcentibus ſecuri liberique vivunt, denique qui perpetua portus tranquillitate perfruuntur, toto vitæ illius præſidio fidere nolunt, quinimò infinitas quoque alias addunt cuſtodias, undique ſeipſos circumſepientes, magna adeo cum diligentia & dicere & facere allaborantes, ut cum libertate ac puritate quadam ſincera, quantum humanus captus ferre poteſt, ad Dei conſpectum accedere poſſint: quantam putas ſacerdotem præſtare debere tum vim, tum potentiam, ut animam ſuam ab omni vindicet fœditate, ut ſpiritualem pulchritudinem illæſam atque incolumem ſervet? Etenim multo major vitæ integritas quàm illis neceſſaria eſt. Cui porrò integritas major neceſſaria eſt, hic certè pluribus quàm illi iidem caſibus obnoxius eſſe cogitur, qui eum conſpurcare poſſunt, niſi continentem ſobrietatem, ac vehemens admodum ſtudium adhibens, animum impervium impenetrabilemque præſtiterit. Nam & oris decor & motuum exquiſita mollities, & inceſſus affectatum ſtudium, & vocis confractio, & oculorum & malarum pigmenta, & cincinnorū compoſitiones, & capillitii tinctura, & veſtium ſumptuoſarum auratarumque diverſitas, & gemmarum pulchritudo, & unguentorum fragrantia, & cætera omnia, quæ muliebre genus affectare ſolet: talia ſunt quæ animum commovere poſſint, niſi is continentiæ auſteritate occalluerit. Proinde ab iis quæ dixi commoveri mirum nequaquam eſt: at per alia quædam, quæ his contraria ſint, diabolum ferire; humanaſque animas miſſo velut telo configere poſſe, id vero admirationis ac dubitationis plenum eſt.

Gal. 2, 20.

CAP. III. Faciliorem eſſe monachorum vitæ rationem quam præſulum.

Pridem enim nonnulli, qui retia illa, quæ dixi, evaſerant, à longe diverſiſſimis capti ſunt. Nam & neglecta oris facies, & ſqualida coma, & ſordida veſtis & habitus incompoſitus, & morum ſimplicitas, & ſermo ſimplex, & inceſſus inaffectatus, & vox minimè figurata, & paupertatis contubernium, & contemptus, & auxilii penuria, & libera item ſolitudo ad miſericordiam primum pellexerunt eum, qui ea cerneret, poſt autem eundem ad extremam perduxere perniciem: permultique inventi ſunt, qui priora illa retia quum effugiſſent, retia, inquam, ex auro, ex unguentis, ex veſtibus ſumptuoſis, cæteriſque, quę connumeravi, contexta, in hæc longe ab illis diverſa facilè inciderunt, hiſque perditi tandem fuerint. Quum ergo & per paupertatem, & per opulentiam, & per habitus elegantiam, ejuſdemque negligentiam,

A

ΠΕΡΙ ΙΕΡΩΣΥΝΗΣ λόγος ϛ'.

ΚΑΙ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα, οἷάπερ ἤκουσας· τὰ δὲ ἐκεῖ πῶς οἰσόμεθα, ὅτ' ἂν καθ' ἕκαστον τῶν πιστευθέντων ἀναγκαζώμεθα τὰς εὐθύνας ὑπέχειν; οὐ γὰρ μέχρις αἰσχύνης ἡ ζημία, ἀλλὰ καὶ B αἰώνιος ἐκδέχεται κόλασις. τὸ γὰρ, Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν, καὶ ὑπείκετε· ὅτι αὐτοὶ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες· εἰ καὶ πρότερον εἶπον, ἀλλ' οὐδὲ νῦν σιωπήσομαι. ὁ γὰρ φόβος ταύτης τῆς ἀπειλῆς συνεχῶς κατασείει μου τὴν ψυχήν. εἰ γὰρ τῷ μόνον ἕνα σκανδαλίζοντι καὶ ἐλάχιστον συμφέρει, ἵνα μύλος ὀνικὸς κρεμασθῇ εἰς τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ πάντες οἱ τὴν συνείδησιν τῶν ἀδελφῶν C τύπτοντες, εἰς αὐτὸν ἁμαρτάνουσι τὸν Χριστόν· οἱ μὴ μόνον ἕνα, καὶ δύο καὶ τρεῖς, ἀλλὰ πλήθη τοσαῦτα ἀπολλύντες, τί ποτε ἄρα πείσονται; καὶ ποίαν δώσουσι δίκην; οὐδὲ γὰρ ἀπειρίαν ἐστὶν αἰτιάσασθαι, οὐδὲ εἰς ἄγνοιαν καταφυγεῖν, οὐδὲ ἀνάγκην προβαλέσθαι καὶ βίαν· ἀλλὰ θᾶττον ἄν τις τῶν ἀρχομένων, εἴγε ἐνῆν, ἐν τοῖς οἰκείοις ἁμαρτήμασιν ἐχρήσατο ταύτῃ τῇ καταφυγῇ, ἢ ἐν τοῖς ἑτέρων οἱ προεστῶτες. τί δή ποτε; ὅτι ὁ ταχθεὶς τὴν τῶν ἄλλων ἀγνοίας ἐπανορθοῦν, καὶ τὸν διαβολι- D κὸν πόλεμον προμηνύειν ἐρχόμενον· οὐ δυνήσεται προβαλέσθαι τὴν ἄγνοιαν, οὐδὲ εἰπεῖν, οὐκ ἤκουσα τῆς σάλπιγγος, οὐ προσεῖδον τὸν πόλεμον. ἐπὶ τοῦτο γὰρ ἐκάθισεν, ὡς ὁ Ἰεζεκιὴλ φησιν, ἵνα καὶ τοῖς ἄλλοις σαλπίζῃ, καὶ προμηνύῃ τὰ μέλλοντα δυσχερῆ. καὶ διὰ τοῦτο ἀπαραίτητος ἡ κόλασις, κἂν εἷς ὢν ὁ ἀπολωλὼς τύχῃ. ἐὰν γὰρ τῆς ῥομφαίας ἐρχομένης, μὴ σαλπίσῃ τῷ λαῷ, μηδὲ σημάνῃ [φησὶν] ὁ σκοπὸς, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ ψυχὴν· αὐτὴ μὲν E διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῆς ἐλήφθη, τὸ δὲ αἷμα αὐτῆς ἐκ χειρὸς τοῦ σκοποῦ ἐκζητήσω.

Παῦσαι τοίνυν ἡμᾶς ὠθῶν εἰς οὕτως ἄφυκτον δίκην. οὐ γὰρ ὑπὲρ στρατηγίας, οὐδὲ βασιλείας ἡμῖν ὁ λόγος, ἀλλ' ὑπὲρ πράγματος ἀγγελικῆς ἀρετῆς δεομένου. καὶ γὰρ τῶν ἀκτίνων αὐτῶν καθαρωτέραν τῷ ἱερεῖ τὴν ψυχὴν εἶναι δεῖ· ἵνα μηδέ ποτε ἔρημον αὐτὸν καταλιμπάνῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἵνα δύνηται λέγειν, A Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός. εἰ γὰρ οἱ τὴν ἔρημον οἰκοῦντες, καὶ πόλεως καὶ ἀγορᾶς καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἀπηλλαγμένοι θορύβων, καὶ διαπαντὸς λιμένων καὶ γαλήνης ἀπολαύοντες, οὐκ ἐθέλουσι θαῤῥεῖν τῇ τῆς διαίτης ἐκείνης ἀσφαλείᾳ· ἀλλὰ μυρίας ἑτέρας προστιθέασι φυλακὰς, πάντοθεν ἑαυτοὺς περιφράττοντες, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας καὶ λέγειν ἅπαντα καὶ πράττειν σπουδάζοντες, ἵνα μετὰ παῤῥησίας καὶ καθαρότητος εἰλικρινοῦς, ὅσον εἰς ἀν- B θρωπίνην ἥκει δύναμιν, προσιέναι τῷ Θεῷ δύνωνται· πόσης οἴει δεῖν τῷ ἱερωμένῳ καὶ δυνάμεως καὶ βίας, ὥστε δυνηθῆναι παντὸς ἐξαρπάσαι μολυσμοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ ἀσινὲς τὸ πνευματικὸν τηρῆσαι κάλλος; καὶ γὰρ πολλῷ μείζονος δεῖ αὐτῷ δεῖ καθαρότητος, ἢ ἐκείνοις. καὶ ὁ μείζονος δεόμενος, οὗτος πλείοσιν ἀνάγκαις ἐκείνων ὑπόκειται, τῶν δυναμένων αὐτὸν ῥυπᾶν, ἂν μὴ τὴν συνεχῆ νῆψιν, καὶ τὸν πολὺν τόνον χρησάμενος, ἄβατον αὐταῖς ἐργάζηται τὴν C ψυχήν. καὶ γὰρ προσώπων εὐμορφία, καὶ κινημάτων διάθρυψις, καὶ βαδίσεως ἐπιτήδευσις, καὶ φωνῆς διάκλασις, καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφαὶ, καὶ παρειῶν ἐπιγραφαὶ, καὶ πλεγμάτων συνθέσεις, καὶ τριχῶν βαφαὶ, καὶ ἱματίων πολυτέλεια, καὶ χρυσίων ποικιλία, καὶ λίθων κάλλος, καὶ μύρων εὐωδία, τἆλλά τε πάντα, ἃ τὸ γυναικεῖον ἐπιτηδεύει γένος, ἱκανὰ θορυβῆσαι ψυχὴν, ἂν μὴ πολλῇ τῇ τῆς σωφροσύνης αὐστηρότητι ἀπεσκληκυῖα τύχῃ. ἀλλὰ τὸ μὲν ὑπὸ D τούτων ταράττεσθαι, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ καὶ διὰ τῶν τούτοις ἐναντίων δύνασθαι βάλλειν τὸν διάβολον καὶ κατατοξεύειν τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς, τοῦτό ἐστι πολλῆς ἐκπλήξεως καὶ ἀπορίας μεστόν.

Ἤδη γάρ τινες ταῦτα ἐκφυγόντες τὰ θήρατρα, τοῖς πολὺ τούτων ἀφεστηκόσιν ἑάλωσαν. καὶ γὰρ καὶ ἡ ἠμελημένη ὄψις, καὶ αὐχμῶσα κόμη, καὶ ῥυπῶσα στολὴ, καὶ σχῆμα ἀνεπίπλαστον, καὶ ἦθος ἁπλοῦν, καὶ ῥῆμα ἀφελὲς, καὶ βάδισις ἀνεπιτήδευτος, καὶ ἀσχημάτιστος E φωνὴ, καὶ τὸ πενίᾳ συζῆν, καὶ καταφρονεῖσθαι, καὶ τὸ ἀπροστάτευτον, καὶ ἡ μόνωσις, πρῶτον μὲν εἰς ἔλεον τὸν ὁρῶντα, ἀπ' ἐκείνου δὲ εἰς τὸν ἔσχατον ἤγαγεν ὄλεθρον. καὶ πολλοὶ τὰ πρότερα ἐκφυγόντες δίκτυα, τὰ διὰ τὸν χρυσίον, καὶ τῶν μύρων, καὶ τῶν ἱματίων, καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν εἶπον συγκείμενα· τούτοις, τοῖς τοσοῦτον αὐτῶν ἀφεστηκόσιν, εὐκόλως ἐνέπεσον καὶ ἀπώλοντο. ὅτ' ἂν οὖν καὶ διὰ πενίας καὶ διὰ πλούτου, καὶ διὰ καλλωπισμοῦ, καὶ διὰ σχήματος εἰκῇ κειμένου,

καὶ

καὶ διὰ τρόπων τῶν τε ἐπιτηδεύτων καὶ τῶν ἀπλάστων, καὶ ἁπάντων ἁπλῶς, ἃ ἀπηριθμησάμην, ὁ πόλεμος ἀναῤῥιπίζεται τῇ τοῦ θεωμένου ψυχῇ, καὶ τὰ μηχανήματα αὐτὸν περιτειχίζει πανταχόθεν· πόθεν ἀναπνεῦσαι δυνήσεται, τοσούτων κύκλῳ πεπηγμένων παγίδων; ποίαν κατάδυσιν εὑρεῖν, οὐ λέγω πρὸς τὸ μὴ κατὰ κράτος ἁλῶναι [τοῦτο μὲν γὰρ οὐ πάνυ χαλεπόν] ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ ἀτάραχον τῶν μιαρῶν λογισμῶν τὴν ἑαυτοῦ φυλάξαι ψυχήν; καὶ παρίημι τὰς τιμὰς, τὰς τῶν μυρίων αἰτίας κακῶν. αἱ μὲν γὰρ παρὰ τῶν γυναικῶν γινόμεναι, τῷ τῆς σωφροσύνης λυμαίνονται τόνῳ· καὶ καταβάλλουσι δὲ πολλάκις, ὅταν τις μὴ διαπαντὸς ἀγρυπνεῖν εἰδῇ πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιβουλάς· τὰς δὲ παρὰ τῶν ἀνδρῶν εἰ μὴ μετὰ πολλῆς τις δέξηται τῆς μεγαλοψυχίας, δύο τοῖς ἐναντίοις ἁλίσκεται πάθεσι, τῇ τε τῆς θωπείας δουλοπρεπείᾳ, καὶ τῇ τῆς ἀλαζονείας ἀνοίᾳ· τοῖς μὲν θεραπεύουσιν αὐτὸν ὑποκύπτειν ἀναγκαζόμενος διὰ δὲ τὰς παρ᾽ ἐκείνων τιμὰς, κατὰ τῶν ἐλαττόνων ἐξογκούμενος, καὶ εἰς τὸ τῆς ἀπονοίας ὠθούμενος βάραθρον. ταῦτα εἴρηται μὲν παρ᾽ ἡμῶν· ὅσην δὲ ἔχει τὴν βλάβην οὐκ ἄν τις ἄνευ τῆς πείρας μάθοι καλῶς. οὐ γὰρ δὴ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τούτων πολλῷ πλείονα καὶ σφαλερώτερα, τῷ ἐν μέσῳ στρεφομένῳ συμπίπτειν, ἀνάγκη γένοιτ᾽ ἄν. ὁ δὲ τὴν ἐρημίαν στέργων, πάντων μὲν ἔχει τὴν ἀτέλειαν· εἰ δέ ποτε αὐτῷ καὶ λογισμὸς ἄτοπος ὑπογράψειέ τι τοιοῦτον ἀλλ᾽ ἀσθενὴς ἡ φαντασία, καὶ ταχέως σβεσθῆναι δυναμένη, διὰ τὸ μὴ προσκεῖσθαι ἔξωθεν τὴν ἀπὸ τῆς θεωρίας ὕλην τῇ φλογί. καὶ ὁ μὲν μοναχὸς ὑπὲρ ἑαυτοῦ μόνου δέδοικεν· εἰ δὲ καὶ ἑτέρων φροντίζειν ἀναγκασθείη, ἀλλ᾽ εὐαρίθμητοι λίαν. εἰ δὲ καὶ πλείονες εἶεν· ἀλλὰ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐλάττους τέ εἰσι, καὶ τὰς ὑπὲρ ἑαυτῶν φροντίδας πολλῷ κουφοτέρας παρέχουσι τῷ προεστῶτι οὐ διὰ τὴν ὀλιγότητα μόνον, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ πάντες τῶν κοσμικῶν εἰσιν ἀπηλλαγμένοι πραγμάτων καὶ οὔτε παῖδας, οὔτε γυναῖκα, οὔτε ἄλλο οὐδὲν μεριμνᾷν ἔχουσι τοιοῦτο. τοῦτο δὲ αὐτοὺς λίαν τε εἶναι εὐπειθεῖς τοῖς ἡγουμένοις, καὶ τὸ κοινὴν τὴν οἴκησιν ἔχειν ἐποίησεν, ὡς δύνασθαι αὐτῶν τὰ πταίσματα ἀκριβῶς συνορᾶν τε καὶ ἐπανορθοῦν, ὅπερ οὐ μικρὸν πρὸς ἀρετῆς ἐπίδοσιν, ἐπιστασία διδασκάλου διηνεκής.

Τῶν δὲ ὑπὸ τῷ ἱερεῖ τεταγμένων τὸ πλέον βιωτικαῖς πεπέδηται φροντίσι, καὶ τοῦτο αὐτοὺς ἀργοτέρους πρὸς τὴν τῶν πνευματικῶν ἐργασίαν καθίστησιν. ὅθεν ἀνάγκη τῷ διδασκάλῳ σπείρειν καθ᾽ ἑκάστην [ὡς εἰπεῖν] ἡμέραν, ἵνα τῇ γοῦν συνηθείᾳ δυνηθῇ κρατηθῆναι παρὰ τοῖς ἀκούουσι τῆς διδασκαλίας ὁ λόγος. καὶ γὰρ πλοῦτος ὑπέρογκος, καὶ δυναστείας μέγεθος, καὶ ῥαθυμία ἀπὸ τρυφῆς προσγινομένη, καὶ πολλὰ ἕτερα πρὸς τούτοις, συμπνίγει τὰ καταβαλλόμενα σπέρματα· πολλάκις δὲ ἡ τῶν ἀκανθῶν πυκνότης, οὐδὲ μέχρι τῆς ἐπιφανείας ἀφίησι τὸν σπειρόμενον πεσεῖν. ἤδη δὲ καὶ θλίψεως ὑπερβολὴ, καὶ πενίας ἀνάγκη, καὶ ἐπήρειαι συνεχεῖς, καὶ ἄλλα τοιαῦτα τοῖς προτέροις ἐναντία, ἀπάγει τῆς περὶ τὰ θεῖα σπουδῆς· τῶν δὲ ἁμαρτημάτων οὐδὲ τὸ πολλοστὸν αὐτοῖς μέρος δυνατὸν γενέσθαι καταφανές. πῶς γὰρ, ὧν τοὺς πλείονας οὐδὲ ἐκ προσώπου ἴσασι; καὶ τὰ μὲν πρὸς τὸν λαὸν αὐτῷ τοσαύτην ἔχει τὴν ἀμηχανίαν· εἰ δέ τις τὰ πρὸς τὸν θεὸν ἐξετάσειεν· οὐδὲν ὄντα εὑρήσει ταῦτα, οὕτω μείζονος καὶ ἀκριβεστέρας ἐκεῖνα δεῖται τῆς σπουδῆς. τὸν γὰρ ὑπὲρ ὅλης τῆς πόλεως· καὶ τί λέγω πόλεως; πάσης μὲν οὖν τῆς οἰκουμένης πρεσβεύοντα, καὶ δεόμενον ταῖς ἁπάντων ἁμαρτίαις ἵλεων γενέσθαι τὸν θεὸν, οὐ τῶν ζώντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπελθόντων, ὁποῖόν τινα εἶναι χρή; ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ τὴν Μωϋσέως καὶ τὴν Ἠλίου παῤῥησίαν, οὐδέπω πρὸς τὴν τοσαύτην ἱκετηρίαν ἀρκεῖν ἡγοῦμαι. καὶ γὰρ ὥσπερ τὸν ἅπαντα κόσμον πεπιστευμένος, καὶ αὐτὸς ὢν ἁπάντων πατὴρ, οὕτω πρόσεισι τῷ θεῷ· δεόμενος τοὺς ἁπανταχοῦ πολέμους σβεσθῆναι, λυθῆναι τὰς ταραχάς· εἰρήνην, εὐετηρίαν, πάντων τῶν ἑκάστῳ κακῶν ἐπικειμένων, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ταχεῖαν αἰτῶν ἀπαλλαγήν. δεῖ δὲ πάντων αὐτὸν, ὑπὲρ ὧν δεῖται, τοσοῦτον διαφέρειν ἐν ἅπασιν, ὅσον τὸν προεστῶτα τῶν προστατουμένων εἰκός. ὅταν δὲ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καλῇ, καὶ τὴν φρικωδεστάτην ἐπιτελῇ θυσίαν, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων συνεχῶς ἐφάπτηται δεσπότου· ποῦ τάξομεν αὐτὸν, εἰπέ μοι; πόσην δὲ αὐτὸν ἀπαιτήσομεν καθαρότητα, καὶ πόσην εὐλάβειαν; ἐννόησον γὰρ ὁποίας τὰς ταῦτα διακονουμένας χεῖρας εἶναι χρὴ, ὁποίαν τὴν γλῶτταν τὴν ἐκεῖνα προχέουσαν τὰ ῥήματα. τίνος δὲ οὐ καθαρωτέραν καὶ ἁγιωτέραν, τὴν τοσοῦτον πνεῦμα ὑποδεξαμένην ψυχήν; τότε καὶ ἄγγελοι παρεστήκασι τῷ ἱερεῖ, καὶ οὐρανίων δυνάμεων ἅπαν τὸ τάγμα βοᾷ·

& per mores tum compoſitos, tum incompoſitos, uno verbo, quum per ea quæ dixi omnia in ſpectantis animo prælium accenditur, illumq; doli, fraudes, artificia undique circumſiſtunt, unde illi, quæſo, reſpirare dabitur inter tot laqueos medio? quaſnam porrò latebras nanciſci poterit, non dico ne vi ipſe captus ſuccumbat; (hoc enim non admodum difficile) ſed ut ſuum ipſius animum à fœdis cogitationibus inconcuſſum aſſerat? Et quidem nihil hic loquor de honoribus, malorum infinitorum authoribus. Honores enim ii, qui à mulieribus deferuntur, temperantiæ contentionem enervant, ac peſſundant ſæpenumero, quoties quis aſſiduam vigilantiam adverſus hujuſmodi inſidias afferre neſcierit. Rurſus honores eos, quos viri largiuntur, niſi quis magna cum animi conſtantia admiſerit, morbis duobus contrariis capitur, quorum alter eſt adulationis ſervitus, alter arrogantiæ amentia: dum hinc ſui palpatoribus, adulatoribusq; ſeſe ſummittere, hinc propter honores illos, quos illi deferunt, adverſus tenuiores criſtas tollere atq; adeò in faſtidii ac contumaciæ barathrum præceps ferri cogitur. Dicta quidem à nobis ſint hæc; ſed quàm detrimentoſa ipſa ſint, nullus planè, niſi qui expertus ſit, rectè noverit. Neq; enim ſolum hæc; verùm longè his tum majora, tum periculoſiora ſubire illum neceſſe eſt, qui ipſe medius inter homines verſetur. At qui ſolitudine delectatur, is omnium horum im̃unitatem conſequitur: cui ſi quando abſurda quæpiam animi cogitatio ſimile quid oculis repræſentaverit, infirma tamen imbecilláq; eſt imaginatio hujuſmodi, ac talis, ut ſtatim extingui atque interimi poſſit, propterea quòd extrinſecus materia nulla ſubeſt, qua cogitationis flamma illa caleſcere poſſit. Ac monachus quidem ſibi uni tantum timet: qui ſi quando aliorum curam ſuſcipere cogitur, certè pauciſſimi illi ſunt. Illi autem ſi fortè plures erunt, tamen pauciores iis futuri ſunt, qui in Eccleſiis vivunt: iidem ſuiipſorum curas ſolicitudinéſq; leviores, ac minus moleſtas præfecto ſuo exhibentes, non tam propter paucitatem, quàm quòd omnes illi mundanarum rerum ſecuti vivunt, ac neq; liberos, neque uxorem, neq; aliud quicquam id genus animo verſare poſſunt: quæ ſanè res facit, ut qui illis præfectus ſit, eos ſibi facile parentes, ac com̃uni ſecum contubernio utentes habeat: in tantum ut illorum lapſus exactè tum intueri, tum emendare poſſit. Affert autem non modicum ad virtutis ſtudia incrementum, aſſidua magiſtrorum cura.

Cap. IV. Sacerdotum onera eorum esse, qui praeſunt.

Eorum verò hominum, qui Epiſcopo ſubditi ſunt, bona pars vitæ humanæ curis vincti diſtringuntur: id quod pigriores ignavioréſq; illos reddit ad ſpiritus opera peragenda. Unde & Epiſcopum neceſſe eſt in ſingulos propemodum dies ſementem facere: ut ipſa ſaltem aſſuetudine doctrinæ ſermonem auditorum animi retinere poſſint. Nam & opulentia ingens, & potentiæ amplitudo, & languor à delitiis exoriens, itémque & multa alia his addita ſemina ſemel jacta ſuffocant: nonunquam autem & ſpinarum denſitas ne ad terræ quidem ſuperficiem ſementem ipſam decidere patitur. Adde quòd afflictionis magnitudo, & paupertatis vis, & moleſtiæ aſſiduæ, & alia id genus prioribus illis contraria humanos animos à divinarum rerum ſtudio abducunt. Peccatorum autem quæ ſubditorum quiſq; com̃iſerit, Epiſcopo ne minima quidem pars nota eſſe poteſt. Qui enim nota foret, quum illorum complures ne de facie quidem ille noverit? Ac talem quidem, tantámq; Epiſcopo populi regendi cura moleſtiam difficultatémq; affert. Quòd ſi examinare ea quis volet, quæ illum præſtare erga Deum oportet: quæ dixi, præ illis nihil prorſus eſſe comperiet, tam ingens, tam ſolicitum, tam exactum ea ſtudium requirunt. Eum enim qui pro civitate tota, quid dico civitate? imò vero pro univerſo terrarum orbe legatus intercedit, deprecatórq; eſt apud Deum, ut hominum omnium, non viventium modo; ſed etiam mortuorum peccatis propitius fiat: qualem quæſo eſſe oportet? Equidem neq; Moſis, neq; Heliæ fiduciam fore unquam ſatis putaverim ad ſupplicationem hujuſmodi peragendam: quandoquidem quaſi mundus illi univerſus concreditus, atq; adeo omnium ſit pater; ſic ad Deum ipſe accedit, deprecans quicquid ubique bellorum eſt extingui, turbas ſolvi, atque in horum locum pacem ac felicem rerum ſtatum ſuccedere: denique celerem malorum unicuiq; im̃inentium qua privatim qua publice defunctionem poſtulans. Porrò illum ipſum oportet tanto omnibus in rebus iis præſtare, pro quibus intercedit, quanto par eſt ut ſubditos præfectus excellat. Quum autem ille & Spiritum ſanctum invocaverit, ſacrificiúmq; illud horrore ac reverentia pleniſſimum perfecerit, com̃uni omnium Domino manibus aſſiduè pertractato: quæro ex te: quoto illum in ordine collocabimus? quantam autem ab eo integritatem exigemus? quantam religionem? conſidera enim quales manus hæc adminiſtrantes eſſe oporteat: qualem linguam, quæ verba illa effundat, qua deniq; re non puriorem ſanctiorémve eſſe conveniat animam, quæ tantum illum támq; dignum ſpiritum receperit? Per id tempus & angeli ſacerdoti aſſident, & cœleſtium poteſtatum univerſus ordo clamores excitat,

Invocatio Spiritus ſancti & ſacrificium Miſſarum.

Historia apparitionis angelorum.

& locus altari vicinus in illius honorem, qui im̃olatur, Angelo- A
rum choris plenus eſt. Id quod credere abunde licet vel ex tanto
illo ſacrificio, quod tũ peragitur. Ego verò & com̃emorantem
olim quendã audivi, cum diceret ſenem quendam virum admi-
rabilem, ac cui revelationum myſteria multa divinitus fuiſſent
detecta, ſibi narraſſe, ſe tali olim viſione dignum habitum à
Deo eſſe, ac per illud quidem tempus derepente Angelorum
multitudinem conſpexiſſe (quatenus aſpectus humanus ferre
poterat) candidis veſtibus indutorum, altare ipſum circumdan- B
tium: deniq; ſic capite inclinatorum, ut ſi quis milites præſente
rege ſtantes videat. id quod facile mihi ipſe perſuadeo. Item &
alius quidam mihi narravit, non ille quidem ab alio edoctus; ſed
dignus habitus, qui id & vidiſſet ipſe, & audiſſet, quòd qui de vi-
ta hac emigraturi ſunt, ſi myſteriorum hujuſmodi cum pura ac
munda conſcientia fuerint participes ſpiritum afflaturi, ab An-
gelis illorum corpora ſatellitum more ſtipantibus, propter aſ-
ſumptum illud ſacrum hinc rectà in cœlum abducuntur. Tu C
verò nondum exhorreſcis talem hanc animam in tam ſacroſan-
ctum introducens myſterium, *eúmq; qui ſordidas veſtes induerit,*

Mat. 22, 13.

in ſacerdotum dignitatem collegiumq; cooptans, quem tamen
à reliquo convivarum choro Chriſtus expulit? Luminis inſtar
univerſum orbem illuſtrantis ſacerdotis animum ſplendeſcere
oportet: noſter autem tantum habet tenebrarum ex prava con-
ſcientia circumfuſarum, ut vereatur ac reformidet, fixis inten-
tíſque oculis cum fiducia Dominum ſuum obtueri. *Sacerdotes* D

Matt. 5, 13.

terræ ſunt ſales: noſtram autem inſipientiam omnibuſq; in re-
bus imperitiam quotuſquiſq; eſt, facili patientiq; animo ferat,
extra voſipſos qui me nimia quadam amoris abundantia pro-
ſequi conſueviſtis? Neque enim ſolum, ſicut dixi, purum mun-
dumq; ſacerdotẽ eſſe oportet, ut qui tali miniſterio dignus habi-
tus ſit; ſed etiam in primis prudentem, atq; adeò multarum re-
rum experientia inſtructum ornatumque, in tantum ut ſecularia
mundanáq; omnia nihilo minus noſcat, quàm norunt ii qui in E
media hominum turba verſantur? rurſus rerum omniũ munda-
narum ſecurior vivat, quàm monachi ii, qui montes ipſos habi-
tandos occuparunt. Nam cum illum neceſſe ſit eorum hominum
conſuetudine ac congreſſione uti, qui & uxores habent, & libe-
ros alunt, & ſervos poſſident: quíq; & divites admodum ſunt &
publicè negotiantur, & potentia pollent, certè variũ eſſe conve-
nit. Varium autem dico, non ſubdolum, non adulatorem, non
diſſimulatorem; ſed magna tum libertate, tum fiducia plenum, A
ac qui ex re ſeſe ſum̃ittere, atq; obſecundare ſciat, quoties nego-
tiorum uſus poſtulat, quíq; idem benignus ſit & auſterus. Neq;
enim unum duntaxat in modum ſubditis omnibus uti debet,
quando neq; medicis convenire videmus, ut eos omnes qui mor-
bo laborant, uno eodémq; modo tractent, neq; gubernatori ut
unam tantum artem calleat, qua adverſus ventos depugnet, Et-
enim ſacerdotii navem aſſiduæ tempeſtates circumſiſtunt. Hu-
juſmodi autem tempeſtates non ſolum extrinſecus adoriuntur; B
ſed etiã intrinſecus enaſcuntur: quo fit ut ſacerdos diligenter ac-
cōmodare ſeſe ad multos, ac de jure ſuo quodam̃odo concedere
debeat: quæ omnia vel inter ſe pugnantia ad unum hunc finem
ſpectant, nimirum ad Dei optimi laudem, atq; Eccleſiæ ædifica-
tionem. Monachorum certamen ingens, ac labor multus eſt.

Cap. V. Sacerdotẽ ad omnia paratum eſſe debere.

Verùm ſi conferre quis volet inſtituti illius ſudores, cũ rectè
adminiſtrato ſacerdotio, certè tantũ eſſe inter illa duo diſcrimen
comperiet, quantum eſt privatum inter & regem intervallum. C
Nam illic quidem magnopere laborandum, tamen labor con-
certatióque hujuſmodi, corporis atque animi communis eſt,
ſeu, ut verius dicam, labor hujuſmodi majori quidem ex
parte corporis conſtitutione abſolvitur. Quod quidem ni-
ſi valens fuerit, animi promptitudo in ſe ipſa vertitur, ac vel-
uti ſolivaga & jejuna manet, non habens quemadmodum in o-
pus exeat. Quippe contento ſtudio jejunare, humi decubare, ad-
vigilare, illoto eſſe corpore, multum ſudare, & cætera id genus, D
quæ monachi ad durandum affligendúmq; corpus ſibi exercen-
da proponunt, ſtatim omnia depereunt, niſi corpus quod caſti-
gandum eſt, ſufferendis afflictionibus illis par fuerit. Hic verò
nuda ſimplicis animi arte opus eſt, ac certè tali quæ corporis ha-
bitudine nihil indigeat, ut ſuam ipſius virtutem prodat. Quid e-
nim nobis præſidii corporis robur ad id conferre poſſit, ut neq;
præfracti, neq; iracundi, neq; procaces ſimus, ſed ſobrii potius,

1. Tim 3, 2.

caſti, honeſti, aliiſq; animi virtutibus inſtructi, per quas beatus E
Paulus optimi ſacerdotis imaginem numeris ſuis omnibus ab-
ſolutam eſſe voluit? quod ipſum itidem dicere non poſſis de ea
virtute, quam monachus præſtare debet.

Cap. VI. Non ita, monachũ agere, ut multitudinis curam habere. probitatis ſignum eſſe.

Ac quemadmodum his qui arte mechanica quædam ſtu-
penda faciunt, neceſſaria quidem eſt inſtrumentorum, rotarum, funium, gladiorum copia, varietáſque: contrà philoſophus uni-
verſam artem in animo reconditam habet externarum rerum nihil indigens: ſic & hic monachus eo amplius bona indiget cor-
poris habitudine, & convenientia item rerum locorúmque ad vitam illam commodorum, uti ii loci neque ita multum ab homi-
num conſpectu remoti, ſolitudinis tamen otium quietémque habeant: neque iidem optima anni atque aëris temperie careant.

καὶ ὁ περὶ τὸ θυσιαστήριον πληροῦται τόπος εἰς τιμὴν τοῦ κειμένου. καὶ
τοῦτο ἱκανὸν μὲν καὶ ἐξ αὐτῶν πεισθῆναι τῶν ἐκτελουμένων τότε. ἐγὼ
δὲ καί τινος ἤκουσα διηγουμένου ποτὲ, ὅτι αὐτῷ τις πρεσβύτης, θαυ-
μαστὸς ἀνὴρ, καὶ ἀποκαλύψεις ὁρᾷν εἰωθὼς, ἔλεγεν ὄψεως ἠξιῶ-
me verò quicquid id eſt, ne hac quidem ratione evulgare pudebit. Nam ut illud à me evulgatum, futurum ſit tum malæ hujus conſcientiæ, tum infinitorum peccatorum argumentum: tamen quum non alius quàm Deus ipſe (cui uni nihil certè occultum eſt) de nobis judicium facturus ſit: quid nobis tandem lucri, quid emolumenti ex hominum ignoratione hac in parte accedere poterit? Quodnam igitur arcanum hoc eſt? Ab eo ipſo die quo tute mihi epiſcopatus ſuſpicionem hanc injeciſti, factum eſt identidem, ut corpus hoc ab anima propemodum diſſolveretur: tam ingens pavor, tam ingens mœſtitia animum meum occupavit. Nam cum apud me conſiderarem Chriſti ſponſæ gloriam, ſanctimoniam, venuſtatem ſpirtualem, prudentiam, ornatum, tum verò animi mei vitia expenderem, fiebat ut aſſiduis tum illam, tum etiam me gemitibus luctibuſque proſequerer, quo in animi angore doloréque dum verſarer, hiſce memet verbis conveniebam: Quiſnam conſilii hujus author fuit? quid tandem tantum peccavit Dei eccleſia? quænam tanta res ipſius eccleſiæ dominum excitavit, induxitque, ut illam tanto cum ejus dedecore mihi mortalium omnium ignominioſiſſimo regendam traderet? Hæc ipſa mecum identidem reputans, dum abſurditatis indignitatiſque hujus ne cogitationem quidem animo ſuſtinere valerem, fiebat ut eorum exemplo qui attoniti ſunt, ſtupens, neq; cernere, neque audire quicquam poſſem. Ab hæſitantia autem ac conſternatione hujuſmodi quum animus tandem meus dimiſſus, (faceſſebat enim intermittebátq; illa nonnunquam) ſuccedebant lacrymæ ac mœſtitia: tum verò poſt lacrymarum ſatietatem rurſus inſinuabat ſeſe timor animum hunc commovens, conturbans, concutiens. In tanto ego æſtu antea vixi, cum id tute ignorares, méque in tranquillitate victitare exiſtimares. Ego vero nunc tibi animi mei æſtum detegere tentabo: hinc enim fortaſſe veniam mihi dabis, méque tandem inſimulare deſines. Qui igitur illum detegam: Nam ſi eum aperte oculis iſtis cernere velis, id nimirum haud aliter liceat, quàm corde hoc tibi per me prius detecto, nudatoque. Quod quia fieri non poteſt, tibi hic ego per obſcuram quandam imaginem, utcunq; potero, experiar mœſtitiæ meæ fumum repræſentare: tu verò ex ipſa imagine mœſtitiam tantum noſtram colligito. Fingamus puellam aliquam regis filiam, & ejus quidem cui terra ea univerſa quæ ſub ſole poſita eſt, pareat, à proco quopiam expeti: tum verò demus novam quandam in ea ineſſe formæ venuſtatem, quæ ſic humanam naturam tranſcendat, ut per eam puella muliebre genus univerſum magno admodum diſcrimine ſuperet: præterea tantam illi ineſſe animi virtutem, ut virorum genus eorum, inquam, qui vel antea fuere, vel futuri olim ſunt, longo poſt ſe intervallo relinquat: tum autem & morum honeſtate tanta eandem excellere, ut vel omnes philoſophiæ terminos excedat: denique talem eſſe, ut proprii aſpectus gratia, oculorumque venuſtas univerſam illam corporis totius elegantiam obſcuret. Addamus item, ſi placet, ipſius procum, non ob ea tantum, quæ diximus, virginis amore ardere; ſed furore item neſcio quo erga illam affici: quo quidem inſaniſſimos quoſque, qui antea unquam extiterint, amatores ſuperet: poſtea procum hunc dum hoc philtro ac furore deflagrat, alicunde accepiſſe, futurum ut puellam illam quam miro amore depereat, homuncio neſcio quis humilis, abjectus, obſcuro atque ignobili genere natus, quique idem corpore ſit mutilo, denique mortalium omnium nequiſſimus, in uxorem ducat. Tibine hic exiguam doloris partem repræſentavimus? ſatin' tibi à me factum putas, vel finita hic à nobis imagine? Equidem ſatis me feciſſe puto, quod ad animi mei mœſtitiam repræſentandam ſpectat, cujus unius rei gratia imaginem ipſam adhibuimus. Atqui ut tibi item hic metus ſtuporiſq; noſtri modum oculis ſubjiciam, ad aliam rurſus hypotheſin deſcriptionémque me confero. Ponito ante oculos exercitum ex militibus, tum peditib9, tum equitibus, tum nauticis viris conſtantem, ac mare quidem obtegat triremium numerus. Rurſum ipſas camporum planities, ipſos montium vertices hinc peditum, hinc equitum phalanges contegant: æs item armorum oppoſitum ſoli ſplendorem reddat, atque à ſolaribus radiis & galearum & clypeorum coruſcatio vibretur: haſtarum fragor, equorúmque hinnitus in cœlum feratur, neque mare, neque terra appareat, ubique æs, ubique ferrum. Tum ſint contra hos inſtructi armatique efferi quidam ac truces viri. Inſtet jam & conflictus tempus: poſtea rapiat quis derepente adoleſcentem aliquem in agro educatum, ac qui nullius prorſus artis alterius gnarus ſit quàm lyræ paſtoritiæ ac pedi, eundémque armatura ærea quum induerit, per totum illum exercitum circumiens deducat, oſtendatque manipulos, manipulorum ductores, ſagittarios, funditores, centuriones, duces, cataphractos, equites, jaculatores, triremes, triremium ductores, milites inibi confertos, navalium machinarum copiam: oſtendat hoſtium procinctam aciem univerſam, & averſandos formidoloſóſque quoſdam in illis aſpectus, & armorum apparatum ab aliorum apparatu diverſum, & immenſam multitudinem, & convalles, & alta præcipitia & montium iniquitates:

oſtendat & adverſarios in equis volantibus incitatione quadam inſidere, & cataphractos per aërem ferri, explicata etiam ei incantationis illius vi ac forma: Recenſeat porrò & belli calamitates, miſſilium nubem, jaculorum nivis inſtar ingruentium impetum, multam illam caliginem & tenebras, obſcuriſſimam noctem, quam ſagittarum multitudo efficiat, ſolis radios denſitate ſua avertens, pulverem tenebris non minus omnium oculos obcæcantem, ſanguinis torrentes, cadentium gemitus, ſtantium clamores, jacentium acervos, rotas ſanguine tinctas, equos præ cadaverum multitudine unà cum ſuis ſeſſoribus in caput præcipites, terram univerſam mixtim hæc omnia continentem, ſanguinem, arcus, ſagittas, equorum ungulas, hominum capita ſimul jacentia, & brachia, & collum, & tibiam, & pectus transfixum, cerebella enſibus trajecta, jaculi cuſpidem effractam, cui hominis oculus tanquam infibulatus hæreat. Recenſeat item & claſſis mala atque incommoda: triremes alias in mediis aquis conflagrantes, alias cum cataphractis ipſis peſſum euntes, fluctuum fragorem, nautarum tumultuationem, militum clamorem, ſpumam tum undarum tum ſanguinis mixtam, eandémque in naves ſimul omnes irrumpentem, cadavera alia ſuper ipſa navium tranſtra jacere, alia ſubmergi, alia adnatare, alia ad littora æſtuantis maris impetu ejici, alia intra ipſos fluctus ſic obrui, ut navibus iter veluti obſepiant. Poſtremo cum exactè belli tragœdias omnes edocuerit: addat item & captivitatis calamitates, & ſervitutem nulla non morte duriorem. At ſecundum hæc omnia jubeat illum continuò in equum aſcendere, univerſique illius exercitus ducem agere. Hic tu adoleſcentulum illum cenſes vel nudæ harum rerum narrationi ſuſtinendæ parem eſſe poſſe, ac non potius vel à primo ſtatim aſpectu animo defecturum.

Cap. XIII. Omni pugna vehementiorem eſſe diaboli in nos inſultum.

Proinde ne me ipſe hic putes rem oratione attollere, neque hoc ipſo quòd corpore ſic ut carcere aliquo incluſi, nihil prorſus rerum inviſibilium cernere poſſimus, magna ea eſſe ducas, quæ à me dicta ſunt. Videas enim eo prælio longè tum majus, tum horribilius, ſi tibi fortè caliginoſiſſimam illam diaboli aciē, conflictúmq; inſanum oculis iſtis cernere liceat. Non enim illic aut æs, aut ferrum, non equi, non currus, non rotæ, non ignis, non jacula iſta, quæ cernimus, verum alia quædā machinamenta iis, quæ dixi, longe terribiliora: certè adverſariis iſtis nequaquam opus eſt thorace, non ſcuto, neque enſibus, neque haſtis, ſed vel nudus execrandæ illius militiæ aſpectus talis eſt, ut humanam animam à corpore ipſo diſſolvere poſſit, niſi ea admodum generoſa fuerit, atque adeò antequam à viribus ipſa ſuis auxilium petat, divinæ in ſe clementiæ providentiam ſenſerit. Ac ſanè ſi liceret corpore hoc exuto, aut unà etiam cum ipſo corpore perſpicuè atque intrepidè univerſam illius aciem bellúmque contra nos inſtructum ipſis oculis coram contueri, videres utique non ſanguinis torrentes, neque corpora demortua; ſed animarum lapſus tam multos; ſed vulnera ſic gravia, ut tibi ſtatim belli univerſa illa pictura quam modo expreſſi, puerorum delectamenta, & ludicrum potius, quàm bellum videri poſſit: tam multi certè ac frequentes ii ſunt, qui in dies ſingulos feriuntur, quorum vulnera non idem mortis genus pariunt: ſed quantum inter ſe diſſidert anima atque corpus, tantum eſt certè inter mortem hanc atque illam diſcrimen. Nam quoties plagam anima accipit, eadémque cadit, hîc proſtrata quidem jacet malæ jam conſcientiæ cruciatu contabeſcens, poſtea verò quàm ſeparata à corpore hinc emigrārit, per judicii ſui tempus æterno cruciandā ſupplicio traditur. Quòd ſi quis exiſtat qui diaboli plagas non perſentiat, nimirum illius morbus ex ea indolentia ingraveſcit. Quemcunque enim plaga una inflicta non mordet, neque attriſtat, is certè facile & alteram excipit: itémque & hac accepta, tertiam: neque enim intermittit ad extremum uſque ſpiritum feriens nefarius ille, quoties invenit animam ſupinam, prioréſque plagas contemnentem: qui ſi & congreſſus modum expendere velis, hunc vero longe acriorem, ac magis diverſum comperies. Neque enim quiſquam eſt, qui tam multas fraudis, doli, & artificii formas norit, quàm multas ſceleratus ille hoſtis, qua quidem in parte major illius vis ac potentia ineſt: neque inimicitias quis tantas támque implacabiles adverſus hoſtes ſibi infenſiſſimos gerere poteſt, quantas improbus ille dæmon adverſus humanam naturam gerit. Porrò ſi quis examinet quanta cum inhumanitate is depugnet, ridiculum certè fuerit homines hoc in loco conferre. Sin iracundiſſimas, ac truculentiſſimas quáſque feras delegeris, quas cum hujus furore atque inſania conferas, revera manſuetiſſimas humaniſſimáſque eas à comparatione comperies: tantum ille in animas noſtras furorem ſpirans evomit. Adde quòd & pugnæ inter homines geſtæ tempus breve quidem eſſe ſolet, qua etiam in temporis brevitate multæ dantur induciæ.

A δεικνύτω δὲ ἔτι παρὰ τοῖς ἐναντίοις καὶ πετομένους ἵππους διά τινος μαγγανείας, καὶ ὁπλίτας δι᾽ ἀέρος φερομένους, καὶ πάσης γοητείας δύναμίν τε καὶ ἰδέαν· καταλεγέτω δὲ καὶ τὰς τοῦ πολέμου συμφορὰς, τῶν ἀκοντίων τὸ νέφος, τῶν βελῶν τὰς νιφάδας, τὴν πολλὴν ἀχλὺν ἐκείνην, καὶ τὴν ἀορασίαν τὴν ζοφωδεστάτην νύκτα, ἣν τὸ τῶν τοξευμάτων συνίστησι πλῆθος, ἀποστρέφον τῇ πυκνότητι τὰς ἀκτῖνας· τὴν κόνιν οὐχ ἧττον τοῦ σκότους τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀμαυροῦσαν, τοὺς τῶν αἱμάτων B χειμάῤῥους, τῶν πιπτόντων τὰς οἰμωγὰς, τῶν ἑστώτων τοὺς ἀλαλαγμοὺς, τῶν κειμένων τοὺς σωροὺς· τροχοὺς αἵματι βαπτιζομένους· ἵππους αὐτοῖς ἀναβάταις πρηνεῖς φερομένους ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν κειμένων νεκρῶν· τὴν γῆν φύρδην ἅπαντα ἔχουσαν, αἷμα καὶ τόξα καὶ βέλη· ἵππων ὁπλὰς καὶ ἀνθρώπων κεφαλὰς ὁμοῦ κειμένας· καὶ βραχίονας, καὶ τράχηλον, καὶ κνημῖδα, καὶ στῆθος διακοπὲν, ἐγκεφάλους ξίφεσι περιπεπλασμένους· ἀκίδα βέλους ἐκκεκλασμένην, καὶ ὀφθαλμὸν C ἔχουσαν ἐμπεπερονημένον. καταλεγέτω καὶ τὰ τοῦ ναυτικοῦ πάθη, τριήρεις, τὰς μὲν ἐν μέσοις ἀναπιμπραμένας τοῖς ὕδασι, τὰς δὲ αὐτοῖς ὁπλίταις καταδυομένας· τὸν τῶν ὑδάτων ἦχον, τὸν τῶν ναυτῶν θόρυβον, τὴν τῶν στρατιωτῶν βοὴν, τὸν τῶν κυμάτων καὶ τῶν αἱμάτων μιγνύμενον ἀφρὸν, καὶ ὁμοῦ τοῖς πλοίοις ἐπεισιόντα πᾶσι· τοὺς ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων νεκροὺς, τοὺς καταποντιζομένους, τοὺς ἐπιπλέοντας, τοὺς εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς ἐκβρασσομένους, τοὺς ἔνδον τοῖς κύμασι περικλυζομένους, D καὶ τῶν ναυσὶν ἀποφράττοντας τὴν ὁδόν. καὶ πάσας ἀκριβῶς διδάξας τὰς τοῦ πολέμου τραγῳδίας, προστιθέτω καὶ τὰ τῆς αἰχμαλωσίας δεινὰ, καὶ τὴν παντὸς θανάτου χαλεπωτέραν δουλείαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν, κελευέτω τὸν ἵππον ἀναβαίνειν εὐθέως, καὶ τοῦ στρατοπέδου παντὸς ἐκείνου στρατηγεῖν. ἆρα οἴει πρὸς τὴν διήγησιν μόνην ἀρκέσειν τὸ μειράκιον ἐκεῖνον, ἀλλ᾽ οὐκ ἀπὸ πρώτης ὄψεως εὐθέως ἀφήσειν τὴν ψυχήν;

E Καὶ μή με νομίσῃς ἐπαίρειν τὸ πρᾶγμα τῷ λόγῳ· μηδ᾽ ὅτι τῷ σώματι τούτῳ καθάπερ τινὶ δεσμωτηρίῳ κατακλεισθέντες, τῶν ἀοράτων οὐδὲν δυνάμεθα ἰδεῖν, μεγάλα τὰ εἰρημένα εἶναι νομίσῃς. πολὺ γὰρ ταύτης τῆς μάχης μείζονα καὶ φρικωδεστέραν εἶδες ἂν, εἰ τοῦ διαβόλου τὴν ζοφωδεστάτην παράταξιν, καὶ τὴν μανιώδη συμβολὴν, τούτοις τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἠδυνήθης ποτέ. οὐ γὰρ χαλκὸς ἐκεῖ καὶ σίδηρος, οὐδὲ ἵπποι καὶ ἅρματα καὶ τροχοὶ, οὐδὲ πῦρ καὶ βέλη, οὐδὲ ταῦ- A τα τὰ ὁρατά· ἀλλ᾽ ἕτερα πολὺ τούτων φοβερώτερα μηχανήματα. οὐ δεῖ τούτοις τοῖς πολεμίοις θώρακος, οὐδὲ ἀσπίδος, οὐδὲ ξιφῶν καὶ δοράτων· ἀλλ᾽ ἀρκεῖ μόνη ἡ ὄψις τῆς ἐπαράτου στρατιᾶς ἐκείνης παραλῦσαι τὴν ψυχὴν, ἢν μὴ λίαν οὖσα γενναία τύχῃ, καὶ πρὸ τῆς οἰκείας ἀνδρείας, πολλῆς ἀπολαύσῃ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ προνοίας. καὶ εἴ γε ἦν δυνατὸν, τὸ σῶμα ἀποδύντα τοῦτο, ἢ καὶ μετὰ αὐτοῦ τοῦ σώματος δυνηθῆναι καθαρῶς καὶ ἀφόβως ἅπασαν τὴν ἐκείνου παράταξιν, καὶ τὸν πρὸς ἡμᾶς πόλεμον, ὀφθαλμοφανῶς ἰδεῖν· εἶδες ἂν οὐ χειμάρ- B ῥους αἱμάτων, οὐδὲ σώματα νεκρὰ, ἀλλὰ ψυχῶν πτώματα τοσαῦτα, καὶ τραύματα οὕτω χαλεπὰ, ὡς ἅπασαν ἐκείνην τοῦ πολέμου τὴν ὑπογραφὴν, ἣν ἄρτι διῆλθον πρὸς σὲ, παίδων τινῶν ἀθύρματα εἶναι νομίσαι, καὶ παιδιὰν μᾶλλον ἢ πόλεμον, τοσοῦτοι οἱ καθ᾽ ἑκάστην πληττόμενοι τὴν ἡμέραν. τὰ δὲ τραύματα, οὐκ ἴσην ἐργάζεται τὴν νέκρωσιν· ἀλλ᾽ ὅσον ψυχῆς καὶ σώματος τὸ μέσον, τοσοῦτον ἐκείνης καὶ ταύτης τὸ διάφορον. ὅταν γὰρ λάβῃ τὴν πληγὴν ἡ ψυχὴ, καὶ C πέσῃ, οὐ κεῖται καθάπερ τὸ σῶμα ἀναισθήτως· ἀλλὰ βασανίζεται μὲν ἐντεῦθεν ἤδη τῇ πονηρᾷ συνειδήσει τηκομένη· μετὰ δὲ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν, κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν, ἀθανάτῳ παραδίδοται τιμωρίᾳ. εἰ δέ τις ἀναλγήτως ἔχοι πρὸς τὰς τοῦ διαβόλου πληγὰς, μεῖζον ὑπὸ τῆς ἀναισθησίας ἐκείνῳ γίνεται τὸ δεινόν. ὁ γὰρ ἐπὶ τῇ προτέρᾳ πληγῇ μὴ δηχθεὶς, εὐκόλως δέχεται καὶ δευτέραν, καὶ μετ᾽ ἐκείνην ἑτέραν. οὐ γὰρ διαλιμπάνει μέχρι τῆς ἐσχάτης D ἀναπνοῆς παίων ὁ μιαρὸς, ὅταν εὕρῃ ψυχὴν ὑπτίαν, καὶ τῶν προτέρων καταφρονοῦσαν πληγῶν. εἰ δὲ καὶ τῆς συμβολῆς τὸν τρόπον ἐξετάζειν ἐθέλοις, πολὺ ταύτην σφοδροτέραν καὶ ποικιλωτέραν ἴδοις ἄν. οὔτε γὰρ κλοπῆς καὶ δόλου τοσαύτας τις οἶδεν ἰδέας, ὅσας ἐκεῖνος ὁ μιαρός. ταύτῃ γοῦν τὴν πλείονα κέκτηται δύναμιν. οὐδ᾽ ἔχθραν οὕτως ἀκήρυκτον δύναται ἔχειν πρὸς τοὺς ἄγαν πολεμιωτάτους οὐδεὶς, ὅσην πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὁ πονηρὸς δαίμων ἐκεῖνος. καὶ τὴν προθυ- E μίαν δὲ εἴ τις ἐξετάζοι, μεθ᾽ ἧς μάχεται ἐκεῖνος ἀνθρώποις μὲν ἐνταῦθα, καὶ γελοῖον παραβαλεῖν· εἰ δέ τις τὰ ὀργιλώτατα καὶ ἀπηνέστατα τῶν θηρίων ἐκλεξάμενος, ἀντιτιθέναι θέλοι τῇ τούτου μανίᾳ· πρᾳότατα ὄντα καὶ ἡμερώτατα εὑρήσει τῇ παραβολῇ· τοσοῦτον οὗτος πνεῖ θυμὸν, ταῖς ἡμετέραις προσβάλλων ψυχαῖς. καὶ ὁ τῆς μάχης δὲ χρόνος, ἐνταῦθα μὲν βραχὺς, καὶ ἐν τῷ βραχεῖ δὲ αὐτῷ πολλαὶ αἱ ἀνακωχαί.

καὶ

καὶ γὰρ νὺξ ἐπελθοῦσα, καὶ ὁ τοῦ σφάζειν κάματος, καὶ τροφῆς καιρὸς, καὶ πολλὰ ἕτερα, διαναπαύειν τὸν στρατιώτην πέφυκεν, ὥστε καὶ ἀποδῦσαι τὴν πανοπλίαν, καὶ ἀναπνεῦσαι μικρὸν, καὶ σίτῳ καὶ ποτῷ καταψύξαι, καὶ ἑτέροις πολλοῖς τὴν προτέραν ἀνακτήσασθαι δύναμιν. ἐπὶ δὲ τοῦ πονηροῦ, οὐκ ἔστι τὰ ὅπλα καταθέσθαι ποτὲ, οὐκ ἔστιν ὕπνον ἑλέσθαι, τὸν βουλόμενον ἄτρωτον μένειν διαπαντός. ἀνάγκη γὰρ δυοῖν θάτερον, ἢ πεσεῖν καὶ ἀπολέσθαι γυμνωθέντα· ἢ διαπαντὸς καθωπλισμένον ἑστῶτα καὶ ἐγρηγορότα εἶναι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος διαπαντὸς ἕστηκε μετὰ τῆς αὐτοῦ παρατάξεως, τὰς ἡμετέρας ῥᾳθυμίας παρατηρῶν, πλείονά τε εἰσφέρων σπουδὴν εἰς τὴν ἡμετέραν ἀπώλειαν, ἢ εἰς τὴν σωτηρίαν ἡμεῖς τὴν ἑαυτῶν. καὶ τὸ μὴ ὁρᾶσθαι δὲ αὐτὸν ὑφ' ἡμῶν, καὶ τὸ ἐξαπίνης ἐπιτίθεσθαι [ἃ μάλιστα τῶν μυρίων ἐστὶν αἴτια κακῶν] τοῖς οὐκ ἐγρηγορόσι διαπαντὸς, πολὺ τοῦτον ἀπορώτερον ἐκείνου δείκνυσι τὸν πόλεμον. ἐνταῦθα οὖν ἡμᾶς ἤθελες στρατηγεῖν τοῖς στρατιώταις τοῦ Χριστοῦ; ἀλλὰ τῷ διαβόλῳ τοῦτο ἦν στρατηγεῖν· ὅταν γὰρ ὁ διατάττειν καὶ διακοσμεῖν τοὺς λοιποὺς ὀφείλων, πάντων ἀπειρότατος καὶ ἀσθενέστατος ᾖ, προδοὺς ὑπὸ τῆς ἀπειρίας τοὺς πιστευθέντας, τῷ διαβόλῳ μᾶλλον ἐστρατήγησεν ἢ τῷ Χριστῷ. ἀλλὰ τί στένεις; τί δακρύεις; οὐ γὰρ θρήνων ἄξια τὰ κατ' ἐμὲ νῦν, ἀλλ' εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς.

Ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὰ ἐμά, φησιν· ἀλλὰ μυρίων ἄξια ταῦτα κοπετῶν· νῦν γὰρ μόλις ἠδυνήθην συνιδεῖν, οἷ τῶν κακῶν με ἤγαγες. ἐγὼ μὲν γὰρ εἰσῆλθον πρὸς σέ, ὅ, τι ποτὲ ὑπὲρ σοῦ πρὸς τοὺς ἐγκαλοῦντας ἀπολογήσωμαι, δεόμενος μαθεῖν· σὺ δέ με ἐκπέμπεις ἑτέραν ἀνθ' ἑτέρας φροντίδα ἐνθείς. οὐ γὰρ ἔτι μοι μέλει, τί πρὸς ἐκείνους ὑπὲρ σοῦ· ἀλλὰ τί πρὸς τὸν Θεὸν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ τῶν ἐμῶν ἀπολογήσομαι κακῶν. πλὴν ἀλλά σου δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, εἴ τί σοι μέλει τῶν ἐμῶν, εἴ τις παράκλησις ἐν Χριστῷ, εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, εἴ τινα σπλάγχνα καὶ οἰκτιρμοί, [καὶ γὰρ οἶδας, ὅτι με μάλιστα πάντων αὐτὸς εἰς τοῦτον τὸν κίνδυνον εἰσάγεις.] χεῖρα ὄρεξον, καὶ λέγων καὶ πράττων τὰ δυνάμενα ἡμᾶς ἀνορθοῦν· μηδὲ ἀνάσχῃ πρὸς γοῦν τὸ βραχύτατον ἡμᾶς ἀπολιπεῖν, ἀλλὰ νῦν μᾶλλον ἢ πρότερον κοινὰς ποιεῖσθαι τὰς διατριβάς. ἐγὼ δὲ μειδιάσας, καὶ τί συμβάλλεσθαι, ἔφην, τί δέ σε ὀνῆσαι δυνήσομαι πρὸς τοσοῦτον πραγμάτων ὄγκον; ἀλλ' ἐπειδή σοι τοῦτο ἡδύ, θάρρει, ὦ φίλη κεφαλή. τὸν γὰρ καιρὸν, καθ' ὃν ἀνέξῃ σοι τῶν ἐκεῖθεν φροντίδων ἀναπνεῖν, καὶ παρέσομαι, καὶ παρακαλέσω, καὶ τῶν εἰς δύναμιν τὴν ἐμὴν ἐλλείψω οὐδέν. ἐπὶ τούτοις πλέον ἐκεῖνος δακρύσας, ἀνίσταται· ἐγὼ δὲ αὐτῷ περιχυθεὶς, καὶ καταφιλήσας τὴν κεφαλὴν, προὔπεμπον, παρακαλῶν γενναίως φέρειν τὸ συμβεβηκός. πιστεύω γὰρ, ἔφην, τῷ καλέσαντί σε Χριστῷ, καὶ τοῖς ἰδίοις ἐπιστήσαντι προβάτοις, ὅτι τοσαύτην ἐκ τῆς διακονίας ταύτης κτήσῃ τὴν παρρησίαν, ὡς καὶ ἡμᾶς κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην κινδυνεύοντας, εἰς τὴν αἰώνιόν σου δέξασθαι σκηνήν.

Nam & natura ſic comparatum videmus, ut & noctis ſuperventus, & jugulandi labor, & cibi capiendi tempus, & multa id genus alia militi reſpirandi poteſtatem ſic faciant, ut & armaturam exuere, tum verò paulùm reſpirare, ſeque & cibo & potu reficere, multiſq; rebus aliis priſtinas vires recuperare valeat: adverſus diabolum autem dimicanti nunquam licet arma ipſa ponere, ſomnumve ullum capere, ei præſertim, qui perpetuò invulneratus prælio excedere volet. Ex duobus enim neceſſario alterum conſequitur, ut aut cadat quis ac pereat armis ſpoliatus: aut continenter vigilet, armatuſque ſtet. Siquidem ille continenter cum ſua ipſius acie ſtat, ſocordias noſtras obſervans, ac majus quidem afferens ſtudium ad noſtram internecionem, quam ad noſtram ipſi nos ſalutem afferamus. Poſtremò ut ſemel finiam, quòd à nobis hoſtis ille minimè cernatur, quòdque derepente atque improviſo nos adoriatur (quæ res iis, qui non aſſiduè in excubiis vigilantes fuerint, infinitorum malorum cauſa eſſe ſolet) facit nimirum, ut bello hoc ægrius ac majore cum negocio, quàm illo defungi poſſis. In hoc ergo campo voluiſti nos Chriſti militibus duces eſſe? Hoc ipſum verò quid aliud erat, quàm diabolo potius duces eſſe? quum enim is qui cæteros debet tum in ordines partiri, tum militaribus armis inſtruere: omnium ſimul infirmiſſimus, ſimul imperitiſſimus fuerit, fit nimirum ut ſuæ fidei creditos prodat, & diabolo magis quàm Chriſto ducem agat. Tu verò quid ingemiſcis? quid lachrymaris? neque enim rerum noſtrarum conditio lamentatione; ſed gaudio potius ac lætitia proſequenda.

Mea verò, inquit, non perinde ſe habet, quin potius infinitis planctibus digna ea eſt. Vix enim potui ipſe vel hactenus animadvertere, quò me malorum præcipitem egeris. Siquidem ad te ipſe eo ſolo nomine adieram, ut abs te edocerer, quid mihi tandem iis poſthac reſpondendum verbis tuis foret, qui te inſimularent: tu verò me ipſe amandas, curam aliam pro alia mihi injiciens: neque enim ſollicitus jam ſum, qua te ego apud illos; verùm qua tum me ipſum, tum delicta mea apud Deum defenſione excuſationeque tuear. Atqui abs te ipſe iterum atque iterum peto & contendo, ſi qua tibi rerum mearum cura *ſi qua in Chriſto conſolatio, ſi quod dilectionis ſolatium*, ſi qua viſcera & commiſerationes eſſe poſſunt (ipſe enim noſti tua potiſſimum opera me in hocce adductum periculum) manum mihi auxiliatricem porrigas, ea poſthac in gratiam meam apud me tum dicens, tum faciens, quibus vita mea corrigi atq; emendari poſſit, neu tute quæſo vel breviſſimum temporis punctum nos deſeras: quinimò ſit tibi hoc ipſo magis tempore quàm antea commune nobiſcum conſortiũ, atque contubernium. Ego autem ad verba iſta ſubridens: Et quanam, inquam, tibi in re, Baſili, uſui eſſe valeam, qui te tanta iſta negociorum mole preſſum ſublevare atque adjuvare poſſim? Enimverò quandoquidem tibi id gratum acceptumque video, bono, amice, animo eſto. Id enim tempus omne, quo tibi à curis illis reſpirare dabitur, & tecum ipſe adero, & te conſolatione mea reficiam, quantum in me erit, nulla tibi in re defuturus. Quæ verba quum ille audiſſet, multo etiam quàm antea magis illachrymans ſurgit. Hic ego illum amplexus, caputque deoſculatus deduco, hortatus uti generoſo fortique animo id omne perferat quod accidiſſet. Talis enim, inquam, mea eſt in Chriſto, qui tibi ad ſe vocato, ovium ſuarum curam commiſit, fides atque expectatio, ut tu tantam tibi olim ex hujuſmodi functione fiduciam apud illum comparaturus ſis, ut & me quoque in die illo periclitantem, *æterni tui tabernaculi conſortem efficias.*

S. Baſil. Phil. 2. 1. Luc. 16. 9.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ τοῦ Χρυσοστόμου πρὸς Δημήτριον μονάζοντα, περὶ κατανύξεως λόγος α'.

Ἐγώ σε ὁρῶν, ὦ μακάριε Δημήτριε, συνεχῶς ἐγκείμενον ἡμῖν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος τοὺς περὶ κατανύξεως ἀπαιτοῦντα λόγους, ἐμακάρισά τε ἀεὶ, καὶ ἐθαύμασα τὴν ἐν τῇ σῇ ψυχῇ καθαρότητα. οὐδὲ γάρ ἐστι μὴ πρότερον ἐκκαθαρθέντα καλῶς, καὶ τῶν βιωτικῶν ἁπάντων ἀνώτερον γενόμενον, εἰς ταύτην τῶν λόγων τὴν ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν. καὶ οὐ τοῦτο ῥᾴδιον συνιδεῖν, ἐκ τοῦ καὶ πρὸς ὀλίγον τούτῳ κατεχομένους τῷ πόθῳ, ὅτι τοσαύτην ἀθρόως δέχονται τὴν μεταβολὴν, ὡς εὐθέως πρὸς τὸν οὐρανὸν μεταστῆναι· καθάπερ γάρ τινων δεσμῶν χαλεπῶν τῶν τοῦ κόσμου φροντίδων ἀπολύσαντες τὴν ψυχὴν, οὕτως ἀφιᾶσι πέτεσθαι πρὸς τὸν οἰκεῖον αὐτῇ τόπον, καὶ συγγενῆ. ἀλλὰ τοῖς μὲν πολλοῖς τοῦτο ὀλιγάκις οὐ παντὸς χρόνου συμβαίνειν εἴωθε· σὲ δὲ, ὦ θεία κεφαλὴ, διαπαντὸς οἶδα τούτῳ κατεχόμενον τῷ πυρὶ τῆς κατανύξεως. καὶ μαρτυρήσειαν ἄν μοι αἵ τε ἄυπνοι νύκτες, καὶ αἱ τῶν δακρύων πηγαὶ, καὶ ὁ τῆς ἐρημίας ἔρως ἐνιζάνων τε ἀεὶ, καὶ ἐνακμάζων σου τῇ ψυχῇ·

Sancti Patris noſtri

JOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI Conſtantinopolitani ad Demetrium Monachum, de compunctione cordis, Liber Primus.

Incerto Interprete.

CAP. I.

Quum te intueor, B. Demetri, frequenter inſiſtentem mihi, & omni à me cum vehementia exigentem de cordis compunctione ſermonem, admiror valde, & beatam judico ſinceritatem mentis tuæ, atque animi puritatem. Neque enim poſſibile eſt cuiquam in hujuſmodi ſermonis venire deſiderium, niſi ei qui ſemetipſum prius purgaverit à vitiis, atque omnibus ſecularibus curis ſuperiorem ſeſe celſioremque conſtituerit. Cujus rei indicium haud difficulter aſſumitur inde præcipuè, quòd ſi quos fortè amor horum exigua ſaltem ex parte contigerit, tanta in eis repente efficitur commutatio, ut confeſtim terrena relinquere, atque ad cœlum properare contendant: & velut moleſtiſſimis quibuſdam vinculis, ſeculi ſcilicet curis, animam reſolventes, volatu celeri ad propria redire eam ſinant, & ad cognita recurrere. Sed hoc aliis rarò fortè accidit: te autem, ô venerabile caput, certum eſt indeſinenter hoc compunctionis igne ſuccendi. Teſtantur enim de his diurna ſtudia tua, noctéſque pervigiles, lachrymarum fontes, & amor quietis, ſilentiique deſiderium, non ſolùm jugiter permanens in animo tuo; ſed & ſemper increſcens,

Quid ergo tibi amplius addere poterit noſtri ſermonis oratio? Nam & hoc ipſum, quòd cùm ad ſummum jam virtutum verticem veneris, tamen cum his temetipſum reputas, qui adhuc humi repunt, & volantem profectibus animam lapideam vocas, ita ut frequenter tenens dexteram meam, & deoſculans, cum lachrymis dicas, Contere, & emolli obduratum cor meum: quantæ religionis eſſe ducam, quantumque in te exiſtimem divini ignis ardorem? Et ſiquidem dormientes nos cupies excitare, ad iſtud opus accire ac pertrahere voluiſti: conſilium ſapiens & mirabile tuum miror, & amplector prudentiam tuam. Si verò aliquid tibi veræ ex hoc utilitatis conferendum putaſti, etiam in hoc nihilominus docuiſti nos requirere, quid magis nobis quàm tibi deſit. Veruntamen quoquo modo id tibi viſum eſt parebimus, vel propter timorem & mandatum Dei, ne quid poſcenti negare videamur: vel propter amorem tuum, quem erga nos plurimum geris. Tu tamen nos pro his invicem orationibus remunerare, ut & vitam noſtram poſſimus rectam ſervare de reliquo, & in opere præſenti dignum aliquid dicere, quod poſſit remiſſas & diſſolutas conſtringere, & humi jacentes animas erigere. Unde ergo nobis, unde verbi hujus ſumetur exordium? Quæ ei prima fundamenta & princi-
Matt. 5, 25. pia, niſi verba Domini noſtri Jeſu Chriſti, quibus luget quidem ridentes, beatos autem dicit lugentes. Ita enim ait in Evangelio:
Luc. 6, 25. *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur: & Væ qui ridetis nunc, quoniam lugebitis, & flebitis.* Et meritò: Lugendum enim eſt, & verè lugendum præſentis vitæ tempus, in quo tantam malorum labem, tantaque quotidie videmus flagitia cumulari: quæ ſi velis accuratè conſiderare per ſingula, ſiquidem accuratè id fieri queat nunquam poteris à lachrymis temperare. Sic enim omnia confuſa, ſic ſunt cuncta reſoluta, ut ne veſtigium quidem virtutis uſquam videas: nequitia verò & luxuria repleta eſſe cuncta perſpicias: & quod eſt infelicius, perurgentium nos malorum jam nec ipſi ſenſum capimus, nec aliis præbemus, nec alios monemus; ſed ſumus velut corpus extrinſecus quidem florens ac vegetum, intrinſecus verò tabe peſſimi languoris abſumptum: & contingit nobis quod illis ſolet, qui vel phreneſim patiuntur, vel mente capti ſunt, à quibus cùm multa turpia & periculoſa vel dicantur, vel etiam gerantur; nec pudoris tamen aliquid, nec pœnitudinis capiunt: quinimò & magnifici ſibi ac ſapientiores ſanis videntur & ſapientibus. Ita ergo & nos, cùm omnia, quæ ſanitati contraria ſunt, geramus, ne hoc ipſum quidem, quod deeſt nobis ſanitas, novimus. At enim ſi fortè in corpore parum aliquid morbi pulſaverit, ſtatim & medicos adhibemus, & pecunias profundimus, & omni obſervantia, quod competit, gerimus: nec prius abſiſtimus, quàm, quæ moleſta ſunt, mitigentur: anima verò cùm quotidie vulneretur, cùm per ſingula lanietur corporeis affectionibus, ac vitiis, uratur, præcipitetur, & modis omnibus pereat, ne parva quidem pro ea nos cura ſollicitat. Sed horum omnium cauſa illa eſt, quòd omnes pariter hic morbus obtinuit: & tanquam ſi accidat multis ſub uno morbo languentibus præſto eſſe neminem ſanum, certum eſt, quòd omnes pariter corrumpat & abſumat incuria, dum nemo eſt, qui vel opportuna præbeat, vel importuna prohibeat; ita & in nobis dum nemo ſanus eſt; ſed omnes languemus, alii majore, alii minore ex parte, nemo eſt qui curet: omnes enim indigent cura. Etenim ſi quis extrinſecus undecunque adeſſet, & præceptorum Chriſti, ac noſtræ converſationis confuſionem ac perturbationem videret: neſcio an alios magis ullos quàm nos inimicos eſſe, & contrarios præceptorum Chriſti judicaret; quaſi enim qui ſtudium quoddam habuerimus contraria in omnibus gerere quàm ille mandavit; ita viam hanc vi-
CAP. II tæ peragimus. Sed ne quis fortè putet exaggerationis cauſa à nobis hæc verba proferri, probamenta jam nunc adhibeo, non a-
Matt. 5, 5. liunde quàm ex ipſis Chriſti mandatis. Quid ergo dicit Chriſtus? *Non occides: ego autem dico vobis, quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, rhaca, reus erit concilio: qui autem dixerit fratri ſuo fatue, reus erit gehennæ ignis.* Hæc quidem Chriſtus. Nos autem plus quàm increduli & infideles calcamus hanc legem, & quotidie innumeris injuriis fratres noſtros afficimus, quòdque magis ridiculum ſit, nomen ipſum fatuus dicere recuſantes, multò acerbiores, quàm ex hoc nomine videntur conferri, irrogamus injurias, quaſi verò ille ſolus ſermo ſit, cui pœna deputata eſt, & non hujus ſermonis indicio omne dictum, quod ad injuriam pertinet, reſecetur. Denique Apoſtolus Paulus hunc eundem ſenſum latius ex-
1 Cor. 6, 9. plicans, ait: *Nolite ſeduci, quoniam neque fornicarii, neque idolis ſervientes, neque adulteri, neque molles, neque maſcu-*
1. Tim. 1, 6. *lorum concubitores, neque fures, neque avari, neque ebrioſi, neque maledici, neque rapaces Regnum Dei poſſidebunt.*

A Τί οὖν ἄν σοι γένοιτο πλέον παρὰ τῶν ἡμετέρων λόγων; καὶ γὰρ καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ πρὸς αὐτὴν μὲν ἥκειν τὴν κορυφὴν, οἴεσθαι δὲ εἶναι μετὰ τῶν χαμαὶ ἐρχομένων εἶναι, καὶ τὴν ἐπτερωμένην ψυχὴν λιθίνην καλεῖν, καὶ συνεχῶς τῆς δεξιᾶς ἀπτόμενον τῆς ἐμῆς, καὶ φιλοῦντα, καὶ δακρύοντα λέγειν, σύντριψόν μου τὴν καρδίαν τὴν πεπωρωμένην· πόσης μὲν εὐλαβείας, πόσης δὲ πυρώσεως ἄν τις θείη εἶναι τεκμήρια; εἰ μὲν οὖν ἡμᾶς καθεύδοντας
B διυπνίσαι βουλόμενος ἐπὶ ταύτην εἵλκυσας τὴν ὑπόθεσιν, καὶ τῆς φιλοσοφίας, καὶ τῆς περινοίας τῆς ἄλλων ἀποδέχομαι τῆς πολλῆς. εἰ δὲ ἀληθῶς τὸ σαυτοῦ σκοπῶν, καὶ τοῦ διαναστήσοντος δεῖσθαι νομίζων, οὐκ οἶδα πῶς ἀντέτερως ἡμᾶς ἐδίδαξας, ὅτι σοι τῶν παρ' ἡμῶν οὐδενὸς δεῖ· πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως εἰξομένῳ σοι· καὶ πεισθησό-
C μεθα πάντων ἕνεκεν, καὶ τῆς παρρησίας τῆς πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ τῆς περὶ τὴν αἴτησιν σπουδῆς, καὶ τῆς φιλίας τῆς πρὸς ἡμᾶς. σὺ δὲ ἡμᾶς ἀντὶ τούτων τὴν εὐχαῖς ταῖς σαῖς ἀμείβου, ὥστε ἡμῖν καὶ τὸν βίον ὀρθωθῆναι τὸν λοιπὸν, καὶ ἐν τῷ παρόντι δυνηθῆναί τι γενναῖον εἰπεῖν, καὶ ἱκανὸν τὰς κειμένας ἀναστῆσαι, καὶ τὰς παρειμένας ἐπισφίγξαι, καὶ συγκροτῆσαι ψυχάς. Πόθεν οὖν ἡμῖν, πόθεν ἀρκτέον τούτου τοῦ λόγου; τίνα αὐτοῦ θεμέλιον; ποίαν κρηπῖδα θήσομεν; ἢ δῆλον ὅτι τοῦ Χριστοῦ τὰ ῥήματα, δι' ὧν ταλανίζει μὲν τοὺς γελῶντας, ἐν δὲ τοῖς μακαριζομένοις
D τίθησι τοὺς πενθοῦντας, οὑτωσὶ λέγων· "μακάριοι οἱ πενθοῦντες, ὅτι αὐτοὶ παρακληθήσονται· καὶ οὐαὶ οἱ γελῶντες νῦν, ὅτι πενθήσετε, καὶ κλαύσετε." καὶ μάλα εἰκότως· πένθους γὰρ ἀληθῶς, πένθους καὶ ὀδυρμῶν ὁ παρὼν ἅπας καιρός. τοιαύτη συμφορὰ τὴν οἰκουμένην κατείληφεν ἅπασαν· τοιαῦτα ἅπαντας ἀνθρώπους συνέχει κακά· ἅπερ εἴ τις μετὰ ἀκριβείας ἐξετάζειν ἐθέλοι, εἴγε δυνατὸν μετὰ ἀκριβείας, οὐ παύσεται ὀδυρόμενος καὶ πενθῶν· οὕτως ἅπαντα ἀνα-
E τέτραπται, καὶ συγκέχυται· καὶ ἀρετῆς ἴχνος οὐδαμοῦ. καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι τῶν συνεχόντων ἡμᾶς δεινῶν, αἴσθησιν οὔτε αὐτοὶ ἔχομεν, οὔτε ἄλλοις παρέχομεν· ἀλλ' ἐοίκαμεν σώματι ἔξωθεν μὲν ἀνθοῦντι, πολλῷ δὲ ἔνδοθεν τηκομένῳ πυρί· τῆς δὲ ἀναλγησίας ἕνεκεν, οὐδὲν τῶν παραπαιόντων διενηνόχαμεν· οἳ πολλὰ μὲν ἐπικίνδυνα, καὶ αἰσχρὰ καὶ λέγουσι, καὶ πράττουσιν ἀδεῶς. αἰσχύνονται δὲ τούτων οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ἐναβρύνονται, καὶ τῶν καθεστηκότων μᾶλλον ὑγιαίνειν νομίζουσιν. οὕτω δὴ καὶ ἡμεῖς τὰ τῶν νοσούντων ἅπαντα πράττοντες, οὐδὲ αὐτὸ
A τοῦτο, ὅτι νοσοῦμεν, ἴσμεν. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ σώματος, κἂν τὸ τυχὸν ἡμᾶς ἐνοχλήσῃ πάθος, καὶ ἰατροὺς καλοῦμεν, καὶ χρήματα ἀναλίσκομεν, καὶ καρτερίαν ἐπιδεικνύμεθα, καὶ οὐ πρότερον ἀφιστάμεθα, ἅπαντα πράττοντες, ἕως ἂν ἀποθώμεθα τὸ λυποῦν· τῆς δὲ ψυχῆς καθ' ἑκάστην ἡμέραν κεντουμένης, σπαραττομένης τοῖς πάθεσι τοῖς σωματικοῖς, καιομένης, κρημνιζομένης, καὶ πάντα τρόπον ἀπολλυούσης ἑαυτὴν, οὐδὲ βραχὺν ἔχομεν λόγον. τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι ἅπαντας ἡ νόσος
B κατείληφε· καὶ καθάπερ ἐπὶ τῶν καμνόντων τὰ σώματα εἰ συμβαίη μηδένα παρεῖναι τῶν ὑγιαινόντων αὐτοῖς, οὐδὲν τὸ κωλῦον ἅπαντας εἰς τὴν ἐσχάτην καταπεσεῖν φθορὰν, μηδενὸς αὐτοὺς τὰς ἀλόγους ἐπιθυμίας κατέχοντος· οὕτω καὶ ἐφ' ἡμῶν· διὰ τὸ μηδένα εἶναι τῶν ὑγιαινόντων καθαρῶς ἐν τῇ πίστει, ἀλλὰ πάντας ἀρρωστεῖν, τοὺς μὲν ἐκ πλείονος, τοὺς δὲ ἐξ ἐλάττονος, μοίρας, οὐδεὶς ὁ τοῖς κειμένοις ἐξαρκέσαν ἐστίν. εἰ γάρ τις ἔξωθέν ποθεν ἡμῖν ἐπιστὰς, καὶ τοῦ Χριστοῦ τὰ
C προστάγματα, καὶ τῆς πολιτείας τῆς ἡμετέρας τὴν σύγχυσιν καταμάθοι καλῶς, οὐκ οἶδα εἴ τινας ἑτέρους ἄλλους μᾶλλον ἡμῶν ἐχθροὺς ὑπολήψεται εἶναι τοῦ Χριστοῦ· καθάπερ γὰρ ἐσπουδακότες τὴν ἐναντίαν αὐτοῦ ἐλθεῖν τοῖς ἐπιτάγμασιν, οὕτω ταύτην ὡδεύσαμεν τὴν ὁδόν. καὶ ἵνα μή τις ὑπερβολῆς εἶναι νομίσῃ τὰ παρ' ἡμῶν, τὴν ἀπόδειξιν ἐπαγαγεῖν ἤδη πειράσομαι· ἑτέρωθεν μὲν οὐδαμόθεν, ἀπὸ δὲ αὐτῶν τῶν ἐντολῶν τοῦ Χριστοῦ. τί οὖν φησιν ὁ Χριστός; "ἐρρέθη τοῖς ἀρχαί-
D οις, οὐ φονεύσεις· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, ὅτι πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ εἰκῆ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. ὃς δ' ἂν εἴπῃ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ ῥακὰ, ἔνοχος ἔσται τῷ συνεδρίῳ. ὃς δ' ἂν εἴπῃ μωρὲ, ἔνοχος ἔσται εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός." ταῦτα μὲν οὖν ὁ Χριστός. ἡμεῖς δὲ τῶν ἀπιστούντων αὐτῷ μᾶλλον τὸν νόμον τοῦτον κατεπατήσαμεν, καθ' ἑκάστην ἡμέραν μυρίαις τοὺς ἀδελφοὺς πλύνοντες λοιδορίαις. καὶ τὸ δὴ καταγελαστότερον, ὅτι τὸ, μωρὸς, ὄνομα παραφυλαττόμενοι, πολ-
E λάκις ἑτέρας τούτου ὕβρεις πικροτέρας ἐπαγόμεθα, ὡς ἐκείνου μόνου τοῦ ῥήματος τὴν κόλασιν ἔχοντος. τὸ δὲ οὐ τοιοῦτόν ἐστιν. ἀλλὰ τὴν ὕβριν καθόλου κολάζων, τοῦτο τέθεικε τὸ ἐπιτίμιον· καὶ δῆλον, ἐξ ὧν καὶ Παῦλος οὑτωσί φησι. μὴ πλανᾶσθε· οὔτε πόρνοι, οὔτε εἰδωλολάτραι, οὐ μοιχοὶ, οὐ μαλακοὶ, οὔτε ἀρσενοκοῖται, οὐ κλέπται, οὔτε πλεονέκται, οὐ μέθυσοι, οὐ λοίδοροι, οὐχ ἅρπαγες, βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσι.

εἰ δὲ ὁ μωρὸν λέγων τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, τῆς ἐσχάτης κολάσεώς ἐστιν ἄξιος, ὁ κακοῦργον, καὶ βάσκανον, καὶ εὐχερῆ, καὶ κενόδοξον, καὶ μυρία ἄλλα τοιαῦτα κατηγορῶν, πόσον ἑαυτῷ τὸ τῆς γεέννης συνάξει πῦρ; Τὸ γὰρ, μωρὲ, καὶ ῥακὰ, τῶν εἰρημένων πολλῷ κουφότερον· διόπερ ἐκεῖνο παρεὶς, τοῦτο τέθεικεν ὁ Χριστός· ἵνα μάθῃς, ὅτι, εἰ τὸ φορητότερον λεχθὲν τὴν γέενναν ἐπισπᾶται κατ' αὐτοῦ τοῦ λέγοντος, πολλῷ μᾶλλον τὰ βαρύτερα, καὶ ἀφορητότερα τοῦτο ἐργάζεται. Εἰ δέ τινες ὑπερβολὴν τοῦ λόγου καταγινώσκουσι· καὶ γὰρ τινας οἶδα τοῦτο παθόντας ἐγὼ, καὶ νομίζοντας ὑπὲρ τοῦ φοβῆσαι μόνον ταύτην εἰρῆσθαι τὴν ἀπειλήν· ὥρα αὐτοὺς τοὺς μοιχοὺς, τοὺς ἀρσενοκοίτας, τοὺς μαλακοὺς, τοὺς εἰδωλολάτρας τῆς εἰρημένης ἀπαλλάττειν κολάσεως. Εἰ γὰρ φόβου μόνου ἕνεκεν τοῖς λοιδόροις ἠπείλησε, δῆλον ὅτι κἀκείνοις· ὁμοῦ γὰρ ἅπαντας συναγαγὼν, οὕτως ἐπήγαγε τῆς βασιλείας τὴν ἔκπτωσιν. Τί οὖν φησιν; ὁ λοίδορος μετὰ τοῦ μοιχοῦ, καὶ μαλακοῦ, καὶ πλεονέκτου, καὶ εἰδωλολάτρου κρίνεται; Εἰ μὲν τὴν αὐτὴν αὐτοῖς δώσει δίκην, ἑτέρου τοῦτο ζητῆσαι καιροῦ. Ὅτι δὲ τῆς βασιλείας ὁμοίως ἐκπεσοῦνται ἐκείνοις, τῷ Παύλῳ πείθομαι λέγοντι, μᾶλλον δὲ τῷ ἐνεργοῦντι δι' αὐτοῦ Χριστῷ· ὅτι οὔτε οὗτος, οὔτε ἐκεῖνοι βασιλείαν Θεοῦ κληρονομήσουσιν. Οὐκ ἐπὶ τούτου δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ἑτέρων πολλοὶ τοῦτο πεπόνθασι. Καὶ τὰ πάντως ἐκβησόμενα, ὑπερβολικῶς εἰρῆσθαι νομίζουσι· διαβολικὴ δέ ἐστιν αὕτη ἡ παγίς· ἵνα γὰρ τὸν φόβον τῆς μελλούσης ἐκλύσῃ κολάσεως τῶν κατανενυγμένων ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ, καὶ χαυνοτέρους ἐργάσηται περὶ τὴν ὑπακοὴν τῶν ἐντολῶν, τὴν ἀπὸ τῆς ὑπερβολῆς παραμυθίαν εἰσήγαγεν, εἰς μὲν τὸ παρὸν ἱκανὴν χαρίσασθαι ταῖς ῥαθυμοτέραις ψυχαῖς ἀπάτην, ἐλεγχθησομένην δὲ κατὰ τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν, ὅτε κέρδος οὐδέν. Τί γὰρ ὄφελος, εἰπέ μοι, τοῖς ἀπατηθεῖσι, τότε συνιδεῖν τὴν ἀπάτην, ὅταν μηδὲν ᾖ ἀπὸ τῆς μετανοίας εἰς τὸν τῆς ἀναστάσεως ἀπόνασθαι λόγον; Μὴ δὴ μάτην ἀπατῶμεν ἑαυτοὺς, καὶ παραλογιζώμεθα ἐπὶ κακῷ, μηδὲ ἑτέραν προσκαλώμεθα τιμωρίαν τὴν ἐκ τῆς ἀπιστίας. Οὐ γὰρ μόνον τὸ μὴ εἴκειν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ Χριστοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπιστεῖν αὐταῖς χαλεπωτάτην ἐπάγει τὴν κόλασιν. Τὸ δὲ ἀπιστεῖν γίνεται ἐκ τοῦ πρὸς τὴν ἐκπλήρωσιν ἐκλελύσθαι τῶν ἐντολῶν· ὅταν γὰρ τὴν ἐκ τῆς ὑπακοῆς ἀσφάλειαν μὴ ἐθελήσωμεν ἑαυτοῖς πορίσασθαι, μηδὲ τὰ προστεταγμένα ποιεῖν· ὥστε ἀπαλλάξαι τοῦ φόβου τῶν μελλόντων τὸν λογισμὸν, βαρυνόμενοι τῷ συνειδότι, καὶ ἀγχόμενοι, καὶ τὸν πολὺν τῶν κειμένων κολάσεων φόβον ἀπορρῖψαι σπουδάζοντες, εἰς ἕτερον ἑαυτοὺς καταβάλλομεν βάραθρον, ἀπιστοῦντες ταῖς κολαστηρίοις ἐκείνοις. Καὶ καθάπερ οἱ πολλῷ συνεχόμενοι πυρετῷ, καὶ κατὰ τῶν ψυχρῶν πηδῶντες ὑδάτων, οὐκ ἀπολιάσσονται καὶ πνῖγος, ἀλλ' ἕτερον ἑαυτοῖς προστιθέασι πῦρ· οὕτω καὶ ἡμεῖς, κεντούμενοι τῷ τῶν ἁμαρτημάτων συνειδότι, εἰς τὸν τῆς ὑπερβολῆς εὔριπον καταποντίζειν ἑαυτοὺς ἀναγκαζόμεθα, ἵνα πάντα ἀδεῶς ἁμαρτάνωμεν τοῦ λοιποῦ, οὐδὲ γὰρ μόνον παροῦσιν ὀργιζόμεθα τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ καὶ ἀποῦσι πολλάκις μαχόμεθα. Ὅπερ ὑπερβολὴ θηριωδίας ἐστί· καὶ τοὺς μὲν μείζους ἑαυτῶν καὶ δυνατωτέρους, καὶ ἀδικοῦντας, καὶ ὑβρίζοντας φέρομεν μετὰ ἐπιεικείας πολλῆς, διὰ τὸν παρ' αὐτῶν φόβον· πρὸς δὲ τοὺς ὁμοτίμους, καὶ ἐλάττονας, οὐδὲν λελυπηκότας ἀπεχθανόμεθα. Τοσοῦτον ὁ παρὰ τῶν ἀνθρώπων φόβος τοῦ παρὰ τοῦ Χριστοῦ μείζονα ἔχει τὴν ἰσχύν. Ἔστιν οὖν ἡμῖν σωτηρίας ἐλπὶς τοσαύτην ἐνδεικνυμένοις ὀλιγωρίαν καὶ καταφρόνησιν; πόθεν, εἰπέ μοι; Τί τοίνυν φορτικὸν ἀπῄτησε; τί δὲ ἐπαχθὲς παρ' ἡμῶν ὁ Χριστός; "Μὴ ὀργίζου, φησὶ, τῷ ἀδελφῷ σου εἰκῇ." Πολὺ δὲ τοῦτο εὐκολώτερον τοῦ φέρειν ἕτερον ὀργιζόμενον εἰκῇ· ἐκεῖ μὲν γὰρ συνῆκται ἤδη τοῦ πυρὸς ἡ ὕλη· ἐνταῦθα δὲ οὐδενὸς ὑποκειμένου, τὴν φλόγα ἀνάπτεις αὐτός. Οὐκ ἔστι δὲ ἴσον, ἑτέρου λαμπάδα προσάγοντος, καρτερεῖν, καὶ μὴ πίμπρασθαι, καὶ μηδενὸς παρακινοῦντος ἡσυχάζειν, καὶ ἠρεμεῖν. Ὁ μὲν γὰρ ἐκείνου κρατήσας, μεγίστης φιλοσοφίας βάσανον ἀπεδείξατο· ὁ δὲ τοῦτο κατορθῶν, οὐδενὸς ἂν εἴη θαύματος ἄξιος. Ὅταν οὖν τὸ μεῖζον, διὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων φόβον ἀνύοντες, διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ μηδὲ τὸ ἔλαττον βουλώμεθα, ἐννόησον ὅσης κολάσεως, καὶ τιμωρίας ὑπευθύνους καθιστῶμεν ἑαυτούς. Τὸν τοίνυν ἀδελφὸν, μὴ τὸν ὁμότιμον μόνον, μηδὲ ἐλεύθερον νομίσῃς εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν οἰκέτην. Ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ, οὔτε δοῦλος, οὔτε ἐλεύθερος κατὰ τὸν ἀπόστολον. Ὥστε κἂν πρὸς τοὺς δούλους ἀγριαίνωμεν εἰκῇ, τὴν αὐτὴν ὑποστησόμεθα δίκην. Ἀδελφοὶ γὰρ καὶ οὗτοί εἰσι, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἠξίωνται τῆς ἀληθοῦς ἓν πνεῦμα ἔχοντες. Τίς οὖν ὁ λοιδορίας καθαρὸν τὸν ἑαυτοῦ βίον, καὶ ὀργῆς ἀλόγου, καὶ ματαίας ἐπιδείξασθαι δυνάμενος; Μὴ γάρ μοι τὸ ὀλιγάκις τοῦτο πάσχοντα εἴπῃς, ἀλλὰ τὸ μηδὲ ὅλως ἁλόντα ποτέ.

Quod ſi qui fatuum dixerit fratrem ſuum, extremo dignus eſt ſupplicio: qui maleficum, invidum, levem, inanis gloriæ cupidum appellârit, aut alia innumera in eum maledicta ingeſſerit, quantis ſe gehennæ flammis obnoxium reddet? Fatue enim & rhaca quod ait: hoc eſt quod oſtendit, quia ne leve quidem & minimum in fratrem collatum convitium relaxabitur: atque ob id de levioribus ſententiam dedit Chriſtus, ut de gravioribus dubitare non debeas. Quod ſi quis exiſtimat, ſicut ego quidem novi nonnullos putare, terroris cauſa etiam in parvis exaggerari minas præceptis, ſupereſt ut adulteros, maſculorum concubitores, molles, & idololatras memorato illo ſupplicio eximant. Quod ſi terroris cauſa, & non pro veritate ſupplicia promittuntur, conſequens erit etiam, ut bonorum pollicitationes adhortandi tantummodo, & non veritatis gratia promittantur. Et ſi ita de utraque parte ſentiamus, reſoluta ſunt omnia religionis noſtræ dogmata, ſi nihil aliud in omnibus mandatis ac præceptis divinitus datis agi dicitur, niſi ut aut bonorum vana ſpes homines, aut pœnæ terror inanis aſtringat. Sed dices, quid ergo, Maledicus cum adultero, & avaro, & idola colente damnabitur? Si eandem quidem pœnam luent, nec qualitate, nec quantitate diverſam, alterius eſt requirere temporis. *Quod autem à Regno cœlorum ſimiliter arcebuntur*, Paulo crede per ſpiritum Dei loquenti, cui omnes verè credere debemus dicenti Chriſtum in ſe loqui. Illa enim diabolica deceptio eſt, quæ hæc ad terrorem dicit hominibus ſcripta, ut reſolvat divini judicii ac futuri ſupplicii metum, & remiſſiores nos erga obedientiam reddat & cuſtodiam mandatorum Dei. Ob hoc enim tales diabolus ſuggerit ſenſus, & intelligentias hujuſmodi ignavas animas docet, ut præſentis interim temporis reſolvat vigorem, arguendas ſine dubio in die judicii, ubi jam pœnitentia nihil proderit. Quid enim utilitatis erit huic, qui nunc ſeducitur, ſi tunc intellexerit errorem ſuum, cum pœnitendi jam non erit tempus? Non ergo inaniter decipiamus noſmetipſos, neque circumſcribamur in perniciem noſtri, neque aliam nobis pœnam incredulitatis crimine conquiramus. Non enim ſolum ſi inobedientes ſimus mandatis Chriſti; ſed & ſi increduli exſtamus, ſupplicia nos manebunt. Non credere autem ex eo accidit, cum viribus deficimus ad explenda mandata: dum enim commoda quæ nobis ex obedientia provenirent, nobis comparare nolumus, neque ea facere quæ præcepta ſunt, ut animum futurorum metu liberemus, conſcientiæ pudore gravati & præfocati parati ſupplicii timorem abjicere omnem ſtudemus & in aliud nos barathrum præcipites agimus, dum tormentis illis fidem abrogamus. Et quemadmodum ſæpe homines ægri cum multis febribus aguntur, ſi in aquas ſemetipſos frigidas injecerint, ad præſens quidem aliquid videntur ſibi quæſiviſſe ſolatii, multiplicatas verò corpori ſuo flammas febrium reparant; ita & nos agimus, cùm ſtimulamur conſcientia peccatorum, & in euripum nos vel lacus contritos pravæ intelligentiæ præcipitamus. Ex hoc enim jam neceſſariò quaſi licitè peccamus, & non ſolum præſentibus iraſcimur fratribus; ſed interdum etiam cum abſentibus litigamus. Sic enim quaſi per licentiam feritas increſcit. Et majores quidem nobis, ac potentiores, etiamſi injuriis nos & contumeliis agant, ferimus, & cum manſuetudine & ſubjectione portamus, verentes ne quid ab eis gravius patiamur; erga æquales verò vel inferiores interdum nec læſi commovemur & iraſcimur: in tantum humanus metus timori Dei præponitur. Et quæ tandem ſpes erit nobis ſalutis, tantum defectum, tantumque contemptum gerentibus in mandatis divinis? Dic tamen mihi, quid grave à nobis exigit Chriſtus, aut quid oneroſum? *Noli*, inquit, *iraſci fratri tuo ſine cauſa*. Nonne hoc multò levius eſt, quàm ſi tu alium feras iraſcentem tibi ſine cauſa? Ibi enim jam ab alio congregata eſt iracundiæ materia, hic verò qui urgeat nullus eſt, ſi non ipſe tibi flammas ſuccendas iracundiæ. Nunquid ſimile eſt ab alio tibi ingeſtam facem iracundiæ tolerare, nec ſuccendi, & nullo inſtigante quieſcere & ſilere? Illud ferre poſſe, hoc eſt, alterius iracundiam, ſummæ philoſophiæ eſt: ut autem tu non inflammeris fruſtra ad iracundiam, laus quidem nulla eſt, quod non iraſceris ſine cauſa, ſi verò iraſceris inaniter, hoc eſt ſine cauſa, ſummæ vanitatis ac ſtultitiæ nota eſt. Cùm ergo, quod majus eſt, propter timorem hominum feras, propter timorem Dei ne minimum quidem & exiguum pateris? Et eſt qui in hujuſmodi commiſſis ſemetipſum non ſtatuat reum aut judicio divino non decernat obnoxium, *Noli*, inquit, *iraſci fratri tuo ſine cauſa*. Itaque fratrem ne exiſtimes tantum eum qui in honore ſit æqualis, aut liber; ſed & famulum. *In Chriſto enim neque Judæus, neque Græcus, neque ſervus, neque liber, neque maſculus, neque fœmina; ſed omnes unum ſumus in Chriſto.* Propter quod ne erga famulos quidē præceptum iſtud negligendū eſt. Sine cauſa enim nec contra ipſos quidem debemus iraſci: quia & illi à Chriſto ſimili ut tu libertate donati ſunt. Vide ergo jā quis erit immunis ab hac culpa: aut quis eſt, qui nō dicā penitus alienus; ſed qui raro ſaltē nō decipiatur hoc vitio?

Matt. 5. 22

2. Cor. 13. 22

CAP. III. Mandata Chriſti non eſſe gravia neque impoſſibilia. Matt. 5. 22.

Gal. 5. 28.

A Et quando ad illud veniet, ut omninò nunquam in hoc incurrat? Hoc namque ſermo inſtitutionis expoſcit. Sicut enim qui fur non vult dici, nunquam omnino furatur: neque adulteratur, ne fortè etiam ex uno adulterio adulter nominetur; ita & maledicus tanquam ab adulterio refrænare debet à contumeliis linguam ſuam, ne eum pro uno lapſu maledicum faciat, & injurioſum. Illud autem quod ſequitur, quis non infidelium etiam fabuloſum judicet, cum tamen æterna Dei voce
Matt. 5. 23. B ſancitum ſit? Ait enim: *Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quod frater tuus habet aliquid adverſum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* At nos pugnas habentes ad invicem, & dolos tantum in corde verſantes, accedimus ad altare Dei: & cùm Deus tantam curam reconciliationis noſtræ habeat, ut patiatur munera ſua relinqui ante altare, & imperfecta manere atque interrumpi miniſteria ſua, donec
C tu eas, & reſolvas iracundiam, & deponas inimicitias cum fratre tuo: nos nec hoc ipſum erubeſcimus; ſed per dies multos patimur manere inimicitias, & trahimus ſicut funem longum diſcordias. Non enim iracundos tantum, & malitiæ memores punit Deus; ſed & eos qui licet ab hoc vitio ſint immunes, tamen iraſcentes aut offenſos fratres negligunt & contemnunt: quoniam quidem hi, qui paſſi videntur injuriam, neceſſario dolent & iraſcuntur: qui verò fecerunt, nec doloris aliquid nec
D iracundiæ gerunt. Ob hoc ergo hunc qui ab iracundia liber eſt, adducit ad illum qui in dolore eſt, & liber non eſt: oſtendens quia criminis hujus noxa penes hunc magis eſt, qui & cauſas peccati dedit. Sed ne ſic quidem emendamur. Perſiſtimus enim etiam pro nihili rebus contriſtare fratres, & quaſi nihil mali fecerimus, ſatisfactionem negligimus, & oblivioni tradimus culpam, atque inimicitias in tempus longum protrahi patimur, ignorantes quòd tanto longior nobis erit pœna, quanto & diſcor-
E dia prolixior. Ubi enim amicitia permanet, nihil facilè creditur, nihil facilè recipitur, quod diſſidiū operari poſſit. Si verò inimicitiæ ſemel occupaverint animos, omnia quæ fiunt, quæ dicuntur, quæ audiuntur, ita accipiuntur, & ita intelliguntur, ut ad majores & longiores proficiant inimicitias. Si quid enim boni dicatur de inimico, non creditur: ſi quid autem mali, hoc ſolum creditur, & confirmatur. Jubet ergo Dominus relinqui donum ante altare, & prius reconciliari fratri, ut ex hoc diſcamus,
A quia ſi nec illo tempore quo ad miniſterium Dei videmur accedere, reconciliationem diſſimulari ac differri patitur Deus: quanto magis curari hoc in aliis temporibus jubet? Nos verò imaginem quidem colimus præcepti; veritatem verò ipſam virtutemque negligimus. Nam oſculum pacis porrigere tempore quo munera offeruntur, in uſu eſt; ſed vereor, ne fortè plures ex nobis labiis hoc tantummodo faciant, cum Chriſtus pacem non ex ore; ſed ex corde deſideret, & affectu velit proximum, non la-
B biis ſalutari. Si enim pax non habetur in corde, quaſi in ſcena res agi videtur & ludo: unde per hæc exacerbari Deus credendus eſt potius, quàm placari. Sinceram enim ac veram exigit à nobis amicitiam, non hanc cujus ſpeciem ac ſimulachrum multi circumferimus, vim autem omnem extinximus: quod ipſum indicium eſt earum, à quibus correpti ſumus iniquitatum.
Matt. 24. 12. *Nam quoniam abundabit iniquitas, multorum charitas refrigeſcet.* Et hæc agimus homines, quibus neque iraſci, neque inimicos ullos habere permittitur: aut ſi fortè iraſci accidat, man-
C datur, ut ſub die vel iracundias noſtras vel inimicitias finiamus.
Epheſ. 24, 26. In hoc enim conſtringimur præcepto illo quo ait: *Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram.* Nos contrà, ne hoc quidem contenti ſumus, ut iracundiam ultra ſolis terminum producamus; ſed, quod eſt deterius, & inſidias invicem ſtruimus, ſive verbis, ſive rebus ſupplantare proximos cupientes, propria membra mordentes, & comedentes: quod utique apertæ inſaniæ eſt. Quid e-
D nim aliud faciunt inſani, & dæmone repleti, niſi membra ſua morſibus laniant? Jam verò nec facimus mentionem eorum, quæ de adverſario præcipiuntur, vel de concupiſcentia illicita, vel de laſcivia oculorum, vel de damnoſa amicitia cum ratione pugnante. Oculus enim dexter, & manus dextra non aliud indicant, niſi eos qui nos amant quidem; ſed cum damno amant. Sed & quæ de non relinquendis uxoribus præcipiuntur, quaſi nec mandata nec ſcripta ſint, contemnuntur.

CAP. IV. E Nam de non jurando erubeſco proferre in medium, non ſolū propter juramenta; ſed & propter perjuria. Si enim verè jurare, crimen eſt, & prævaricatio mandati: perjurium ubi ponemus? Si
Matt. 5. 37. inquam, *ſupra eſt & non quicquid fuerit, à malo eſt: ſupra hæc jam*
Luc. 6. 29. *quæ proferuntur, à quo erunt?* Poſt hæc ait, *ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam, converte ei & alteram:* & *Volenti tecum ju-*
Matt. 5. 41. *dicio contendere, & auferre tunicam, remitte ei & pallium:* &, *Si quis te angariaverit mille paſſus, vade cum illo alia duo millia:*

A ἕως δ' ἂν μὴ τοῦτο δείξῃς ἡμῖν, οὐδὲ τὴν ἀπειλὴν λῦσαι δυνήσῃ, διὰ τὸ μὴ συνεχῶς τοῦτο παθεῖν. καὶ γὰρ ὁ κλέπτων, καὶ ὁ πορνεύων, κἂν ἅπαξ μόνον τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην ἐργάσωνται, οὐκ, ἐπειδὴ μὴ πολλάκις τοῦτο τετολμήκασιν, ἀφίενται τῆς τιμωρίας, ἀλλ' ἐπειδὴ τετολμήκασιν, ὅλως κολάζονται. τὸ δὲ ἐφεξῆς τούτῳ κείμενον, τίς οὐκ ἂν τῶν ἀπίστων, καὶ μῦθον εἶναι νομίσειε, μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος ἀνατετραμμένον ὁρῶν ὑφ' ἡμῶν; τοῦ γὰρ Θεοῦ εἰπόντος· ἐὰν προσ-
B φέρῃς τὸ δῶρόν σου ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, κἀκεῖ μνησθῇς, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ, ἄφες ἐκεῖ τὸ δῶρόν σου ἔμπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ὕπαγε πρῶτον, διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. ἡμεῖς δὲ ἐκπεπολεμωμένοι πρὸς ἀλλήλους, καὶ δόλους διακείμενοι τοῖς θυσιαστηρίοις πρόσιμεν. καὶ ὁ μὲν Θεὸς τοσαύτην τῆς ἡμετέρας καταλλαγῆς πεποίηται τὴν σπουδήν, ὡς ἀνέχεσθαι τὴν αὐτοῦ θυσίαν μένειν ἀτέλεστον, καὶ
C τὴν ὑπηρεσίαν ἐκκόπτεσθαι, ὑπὲρ τοῦ τὴν πρὸς ἀλλήλους ἀπέχθειαν καταλῦσαι, καὶ τὴν ὀργήν· ἡμεῖς δὲ οὕτως οὐδὲ πράγματος ἀλογοῦμεν, ὡς καὶ ἡμέρας πολλὰς τὴν ἔχθραν τηρεῖν, καὶ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς. οὐδὲ γὰρ τοὺς μνησικακοῦντας κολάζει μόνον ὁ Χριστός, ἀλλὰ καὶ τοὺς τούτου μὲν ἀπηλλαγμένους τοῦ πάθους, πεπληγμένων δὲ καταφρονοῦντας τῶν ἀδελφῶν. ἐπειδὴ γὰρ τῶν ἠδικημένων ἐστὶ τὸ μνησικακεῖν, ὁ δὲ ἀδικῶν οὐκ ἂν ῥᾳδίως ληφθείη τούτῳ τῷ πάθει· τούτου χάριν
D τοῦτον ἤγαγε πρὸς ἐκεῖνον, δεικνὺς ὅτι τῆς τιμωρίας τῆς ἐκείνου μᾶλλον ὑπεύθυνός ἐστιν, ὁ καὶ τὴν ῥίζαν τῷ ἁμαρτήματι παρασχών. ἀλλ' ἡμεῖς οὐδὲ οὕτω παιδευόμεθα· ἀλλὰ λυποῦμεν καὶ ὑπὲρ τῶν τυχόντων τοὺς ἀδελφούς· εἶτα ὥσπερ οὐδενὸς γινομένου δεινοῦ, οὕτως ἀμελοῦμεν, καὶ ἐπιλανθανόμεθα τῶν λυπηθέντων παρ' ἡμῶν, καὶ τὴν ἔχθραν εἰς μακρὸν ἐκτεινομένην χρόνου μῆκος περιορῶμεν, οὐκ εἰδότες ὅτι τοσούτῳ μείζονα οἴσομεν κόλασιν, ὅσῳ πλείονας ἂν ἀφῶ-
E μεν ἐπεισελθεῖν ἡμέρας τῇ λύπῃ. τοῦτό τε αὐτό, καὶ τὸ δυσκολωτέραν ἡμῖν γίνεσθαι λοιπὸν τὴν καταλλαγήν. ὥσπερ γὰρ φιλίας συνεχούσης ἡμᾶς, οὐδὲν εὐκόλως τῶν διαιρούντων ἰσχύσαι, καὶ πιστευθῆναι δυνήσεται. οὕτως ἔχθρας καταλαβούσης ἡμῶν τὰς ψυχάς, πάντα εὔκολα, καὶ ῥᾷστα τοῖς βουλομένοις ἡμῖν συγκρούειν ἐπιπλεῖόν ἐστι, τῶν μὲν χρηστῶν ἀπιστουμένων, πιστευομένων δὲ μόνων τῶν πονηρῶν. διὰ ταῦτα κελεύει τὸ δῶρον ἀφέντας ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου,
A πρῶτον διαλλαγῆναι τῷ ἀδελφῷ, ἵνα μάθωμεν, ὅτι εἰ ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἀναβάλλεσθαι τὴν καταλλαγὴν ταύτην οὐ χρή, πολλῷ μᾶλλον ἐν ἑτέροις. ἡμεῖς δὲ τὰ μὲν σύμβολα τῶν πραγμάτων κατέχομεν, τῆς δὲ ἀληθείας αὐτῆς ἐκπεπτώκαμεν. ἀσπαζόμενοι μὲν ἀλλήλους μέλλοντος τοῦ δώρου προσφέρεσθαι, χείλεσι δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ στόματι τοῦτο ποιοῦντες μόνον· ὁ δὲ Κύριος οὐ τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ τὸ ἀπὸ τῆς ψυχῆς φίλημα, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς καρδίας ἀσπασμὸν
B διδόναι τῷ πλησίον ἡμᾶς. τοῦτο γάρ ἐστιν ἀσπάσασθαι ἀληθῶς. ἐκεῖνο δὲ, σκηνή τις, καὶ ὑπόκρισις, καὶ παροξύνειε μᾶλλον ἂν τὸν Θεόν, ἢ καταλλάξειεν ὁ οὕτω φιλῶν. τὴν γὰρ εἰλικρινῆ, καὶ ἐρριζωμένην φιλίαν ἐπιζητεῖ παρ' ἡμῶν· οὐ ταύτην, ἧς τὸ μὲν σχῆμα πολὺ καὶ τὴν μόρφωσιν περιφέρομεν, τὴν δὲ δύναμιν πᾶσαν ἐσβέσαμεν. ὅπερ καὶ αὐτὸ τεκμήριον τῶν κατεχουσῶν ἡμᾶς ἀνομιῶν ἐστι. διὰ γὰρ τὸ πληθυνθῆναι τὴν ἀνομίαν, φησί, ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν. καὶ ταῦτα πράττομεν ἄνθρωποι μήτε ὀργίζεσθαι, μήτε ἐχ-
C θροὺς ἔχειν κελευσθέντες τινάς· εἰ δέ ποτε καὶ σχοίημεν, ἐφ' ἡμέρας μόνον· ὁ ἥλιος γάρ φησι μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ ὑμῶν. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτου ἱστάμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐπιβουλὰς κατ' ἀλλήλων ῥάπτομεν· καὶ δι' ὧν λέγομεν, καὶ δι' ὧν πράττομεν, δάκνοντες τὰ οἰκεῖα μέλη, καὶ κατεσθίοντες, ὅπερ λαμπρᾶς μανίας ἐστί. καὶ γὰρ τοὺς ἀνιάτως δαιμονῶντας, καὶ μαινομένους, ἀπὸ τούτου μάλιστα δοκιμάζομεν. τί δὲ ὁ περὶ τοῦ ἀντιδίκου νόμος, καὶ ὁ περὶ τῆς ἐπιθυμίας
D τῆς ἀτόπου, καὶ τῶν ἀκολάστων ὀφθαλμῶν, καὶ τῆς ἀλόγου φιλίας ἐπιβλαβοῦς; ὁ γὰρ δεξιὸς ὀφθαλμός, καὶ ἡ δεξιὰ χείρ, οὐδὲν ἡμῖν ἕτερον αἰνίττεται, ἢ τοὺς ἐπὶ βλάβῃ φιλοῦντας ἡμᾶς. καὶ ὁ περὶ τῶν ἀπολελυμένων γυναικῶν ὑπὸ τίνος οὐ παρελύθη, καὶ κατεπατήθη πολλάκις;

Τοὺς γὰρ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ὀμνύναι κειμένους, καὶ αἰσχύνομαι λέγειν, οὐ διὰ τὰς ὁρκωμοσίας μόνον, ἀλλὰ διὰ τὰς ἐπιορκίας τὰς συνε-
E χεῖς. εἰ γὰρ τὸ ὀμνύναι, κἂν εὐορκῇ τις, ἔγκλημα, καὶ ἐντολῆς παράβασις, ποῦ τὴν ἐπιορκίαν θήσομεν; εἰ γὰρ τὸ περιττὸν τοῦ ναί, καὶ τοῦ οὔ, ἐκ τοῦ πονηροῦ, τὸ καὶ τούτου περισσότερον, τίνος ἔσται λοιπόν; εἶτα πάλιν φησίν, ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. καὶ τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ τὸν χιτῶνά σου λαβεῖν, ἄφες αὐτῷ καὶ ἱμάτιον· καὶ ἐάν τίς σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἕν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο·

τῷ αἰ-

τῷ αἰτοῦντί σε, δίδου, καὶ τὸν θέλοντα ἀπὸ σοῦ δανείσασθαι, μὴ ἀποστραφῇς; τί ἄν τις εἴποι πρὸς ταῦτα; ἐφ' ἑκάστῳ γὰρ τῶν εἰρημένων δακρύειν μόνον, καὶ ἐγκαλύπτεσθαι λείπεται. οὕτως ἐκ διαμέτρου πρὸς τὴν ἐναντίαν ἀντετάξαμεθα. εἰς κρίσεις, καὶ μάχας, καὶ δίκας, καὶ ἀμφισβητήσεις τὸν ἅπαντα χρόνον ἀναλίσκοντες, καὶ μηδὲ βραχεῖαν ἐπήρειαν φέροντες, μὴ τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων, μὴ τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τυχὸν ἐκθηριούμενοι. εἰ δὲ ἔχεις τινὰς λέγειν, τὰ πολλὰ μὲν ἀνηλωκότων εἰς πένητας, καταφρονουμένων δὲ διὰ τὴν πενίαν ὕστερον, καὶ μυρία παθόντων κακά, ὀλίγους μὲν τούτους, καὶ εὐαριθμήτους ἐρεῖς· πλὴν ἀλλ' οὐδὲ οὕτω τὸν ἐνταῦθα ἀναγεγραμμένον φιλόσοφον ἐνέδειξας. πολὺ γὰρ οὗτος ἐκείνου τὸν βίον πνευματικώτερος. οὐδὲ γάρ ἐστιν ἴσον ἑκόντα δοῦναι, καὶ ἀποστερούμενον πάντων ἐνεγκεῖν· τί δὲ λέγω ἐνεγκεῖν; ὃ γὰρ ὁ Χριστὸς εἶπε, πολλῷ τούτου πάλιν μεῖζόν ἐστι. τοσοῦτον δὲ ἀπέστησεν ὁ λόγος τῶν ἀδικουμένων τὰς ψυχὰς τῆς πρὸς τοὺς ἀδικοῦντας ὀργῆς, ὡς μὴ μόνον ὑπὲρ τῶν ἤδη ληφθέντων μὴ δυσχεραίνειν, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπολειφθέντων ἑκόντας παραχωρεῖν, καὶ τῆς ἐκείνων μανίας περὶ τὸ κακῶς ποιεῖν, μείζονα περὶ τὸ κακῶς πάσχειν ἐπιδείκνυσθαι τὴν μακροθυμίαν ἡμᾶς. ὅταν γὰρ ὁ βουλόμενος ἀδικεῖν, εὕρῃ τὸν ἀδικούμενον πλέον παρεσκευασμένον πρὸς τὸ παθεῖν ἤπερ ἐκεῖνος ἐβούλετο, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐμπλήσας τὴν ἑαυτοῦ, τὸν ἐπηρεασθέντα ἐκ περιουσίας ἴδῃ φιλοτιμούμενον, ἄπεισιν ἡττημένος τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀνεξικακίας ἐρυθριάσας, κἂν γοῦν θηρίον ᾖ, κἂν ἕτερον τούτου χαλεπώτερον, μετριώτερος ἔσται τοῦ λοιποῦ, τήν τε αὐτοῦ κακίαν, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐκείνου καλῶς ἀπὸ τῆς συγκρίσεως ταύτης ἰδών. τοῦτον ἐγὼ τὸν βίον ἐπιζητῶ νῦν, ὃν μόνον ἐν ταῖς γραφαῖς κείμενον ὁρῶ. ἀλλαχοῦ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἔργων οὐδαμοῦ. μὴ γάρ μοι τὸν ἠδικημένον εἴπῃς, καὶ στέργοντα. συμβαίνει γὰρ καὶ παρὰ ἀδυναμίαν τοῦτο παθεῖν. εἰ δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὁμοτίμους, καὶ οἷς δυνατὸν ἐπεξελθεῖν ἐπεδείξατο οὗτος, ἀλλ' οὐ μέχρι τοσούτου, ὡς καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ὑπερακοντίσαι τὴν ἐκείνου, καὶ πλέον, ἢ ἐβούλετο δοῦναι· καὶ τοῖς ἑκοντὶ προσθεῖσι, τὴν ἐπὶ τοῖς βίᾳ ἀποσπασθεῖσι δεῖξαι μακροθυμίαν. τὸ δὲ τούτων πάλιν ἀνώτερον καὶ αὐτῆς ἀπείληφε τῆς κορυφῆς, τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους εἰς ἡμᾶς, ἐπηρεάζοντας καὶ χρήμασι καὶ σώματι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν· ἐν φίλων τάξει, καὶ φίλων τῶν γνησίων καταλέγειν ἐκέλευσεν ὁ Χριστός. μὴ γὰρ προσδίδου μόνον τῷ ἁρπάζοντι, καὶ πλεονεκτοῦντι, φησίν, ἀλλὰ καὶ φίλει τοῦτον φιλίᾳ τῇ σφοδροτάτῃ, καὶ εἰλικρινεῖ. τοῦτο δὴ τοῦτο καὶ παραστῆσαι βουλόμενος εἶπεν, εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, ὅπερ ἐπὶ τῶν σφόδρα ἀγαπωμένων ποιεῖν εἰώθαμεν μόνον· καὶ ἵνα μὴ πάλιν ὑπερβολῆς νομίσῃς τὰ ῥήματα, καὶ τῆς διαβολικῆς εἰσαγαγῇς ἀπάτην, προστίθησι τῷ πράγματι λογισμόν, καὶ αἰτίαν δικαίαν λέγων· ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας, τίνα μισθὸν ἔχετε; οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ τοῦτο ποιοῦσι; καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε τοὺς ἀσπαζομένους ὑμᾶς, τί περισσὸν ποιεῖτε; οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ τοῦτο ποιοῦσιν; ὅταν οὖν τῶν τελωνῶν, καὶ τῶν ἐθνικῶν μηδὲν κατὰ τοῦτο διαφέρωμεν, πῶς οὐ πενθεῖν ἄξιον, καὶ κατακόπτεσθαι; καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινόν, νῦν δὲ τοσοῦτον ἀποδέομεν τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν, ὡς καὶ τοὺς ἀγαπῶντας ἀποστρέφεσθαι, καὶ μισεῖν. τὸ γὰρ βασκαίνειν καὶ φθονεῖν, καὶ δι' ὧν πράττομεν, καὶ δι' ὧν λέγομεν, τὴν δόξαν αὐτῶν καθαιρεῖν, καὶ τὴν εὐδοκίμησιν, τῶν σφόδρα μισούντων, καὶ ἀποστρεφομένων ἐστίν. οὕτως οὐ μόνον τῶν ἐθνικῶν οὐδὲν διαφέρομεν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ χεῖρον αὐτῶν ἐν τούτῳ διακείμεθα. καὶ ὁ μὲν Χριστός, εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ἐκέλευσεν· ἡμεῖς δὲ δόλους ῥάπτομεν, καὶ τοὺς καταρωμένους εὐλογεῖν κελευσθέντες μυρίαις ἀραῖς περιβάλλομεν. τί ταύτης σφοδρότερον τῆς ἐναντιώσεως γένοιτ' ἄν, καὶ τῆς μάχης, ἣν μαχόμεθα τῷ ταῦτα νομοθετήσαντι, πᾶσιν αὐτοῦ τοῖς προστάγμασιν ἐξ ἐναντίας ἱστάμενοι; τὴν γὰρ τῆς κενοδοξίας τυραννίδα, ἣν αὐτὸς μὲν διὰ τῶν ἑξῆς ῥημάτων κατέλυσεν, ἡμεῖς δὲ ηὐξήσαμεν, οὐκ ἐπὶ τὰς εὐχὰς μόνον, καὶ νηστείας, καὶ τὰς ἐλεημοσύνας, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ ἄλλα πάντα ἑλκύσαντες αὐτῆς τὴν ἀρχήν, καὶ πάντες μᾶλλον ἀργυρωνήτου τῇ μανίᾳ ταύτης ὑποθέντες ἑαυτούς, διὰ τὸ πᾶσιν εἶναι δήλην, παρίημι, τοσοῦτον εἰπών. ὅτι τῶν ἀνθρώπων, οἱ μὲν εἰς ἐσχάτην καταφρόνησιν ἐκδόντες ἑαυτούς, οὐδενὶ τῶν προστεταγμένων προσέχουσιν. οἱ δέ, ἐκ βραχείας μοίρας ὑπακούειν θελήσαντες, καί τινας τῶν ἐντολῶν φυλάξαι σπουδάσαντες· καὶ οὗτοι πάλιν εἰς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ζημίαν κατέστρεψαν, διὰ τὸ μὴ θελῆσαι τῆς κενοδοξίας ἀποδύσασθαι τοὺς δεσμούς, καὶ ὁ μὲν οὐδὲ ὅλως δίδωσιν ἐλεημοσύνην·

A &c. *Petenti te da: & , Volenti mutuari à te ne avertaris.* Ad hæc quid dicemus? pro ſingulis enim his lachrymæ tantummodo proferendæ ſunt & confuſio habenda eſt. Apertè enim contra hæc omnia militamus. In judiciis enim, pugnis, litibus & rixis tempus omne conſumimus. Pati autem aliquid ex his quæ ſcripta ſunt, ac ferre toleranter, neque in verbis neque in rebus amplectimur. Sed & ſi in aliquo leviter ſaltem pulſemur, continuo velut feræ beſtiæ inſurgimus. Quòd ſi proferas B mihi aliquos, qui fortè contempſerint cenſum ſuum, & pauperibus largiti ſint: poſt hæc verò deſpecti pro penuria, multa paſſi ſint mala: paucos & valdè raros tales invenies. Quòd & ſi oſtenderis aliquem, non tamen talem, qualem Evangelii ſermo deſcribit, philoſophum demonſtrabis. Hoc enim vitæ genus magis quàm illud eſt ſpirituale. Nam æquale non eſt meritum ejus, qui ſponte largiatur & ejus qui invitus & injuſtè direptus ſit, & conſtanter toleret ac patienter. Et quid dico, C toleret patienter? Amplius aliquid & excelſius Chriſti ſermo componit. Magnum neſcio quid & immenſum eſt, quò ſublimare animas voluit, quas ad perfectionis culmen invitat. Non ſolum, inquit, injuriam patiens, nihil iracundiæ moveas adverſus eum qui injuriam fecit: & non ſolùm pro his quæ abſtulit non indigneris; ſed & ſi quid tibi fortè ſubrelictum eſt, id ſponte largire, ei qui abſtulit totum. Cùm enim is, qui ad diripienda, quæ tua ſunt, iniquo ſpiritu ſuccenſus advenit, ſi te promtio- D rem reperit in largiendo, quàm ille venerat in diripiendo: quamvis ille ſit ferus, quamvis immanis & barbarus, erubeſcet bonitatem tuam, mitigabitur à furore, reſipiſcet continuò, ac facti pigebit: & ſuum quidem peccatum exhorreſcet, tui verò animi virtutem mirabitur, & amabit. Sed hunc ego ubi nunc invenio? cujus talem vitam mirabor? cujus tales actus reperiam? ſolùm ſcriptum fortaſſis hoc legere in divinis paginis potero: geri autẽ, vel operibus impleri neſcio ſi videbo. Nolo enim nunc mi- E hi aliquem proferas paſſum injuriam, patienter tuliſſe. Hoc enim poteſt fieri pro eo fortaſſis, quia vicem reddere qui paſſus eſt, ac ſimilia referre non potuit: aut etſi reddere potuit, tempus fortaſſe non habuit: aut ſi tempus habuit, & per omnia potuit; ſed propter Dei timorem continuit ſe, demus ei patientiæ palmam. Nunquidnam & hoc facere potuit, ut cupiditatem nocentis non expleret ſolum; ſed etiam ſuperaret: & plus cederet, quàm expetebatur: ac violenter quæ ſua ſunt auferenti, A offerret etiam reliqua, & voluntas etiam ea largiretur, quæ jam cupiditas non quærebat? Amplius adhuc aliquid, & eminentius Chriſti philoſophus docetur à Chriſto. Hunc, inquit, qui diripuerit, quæ tua ſunt, qui læſerit, qui nocuerit, non ſolum donis largioribus cumula; ſed & dilige, & amicum habeto, & tota charitate conſtringe: in tantum, inquit, ut & ores pro ipſo, & Deo preces pro anima ejus fundas, quod utique indicium eſt ſummæ & perfectæ dilectionis. Verùm ne iterum putes hæc B cohortatoriè magis; quàm verè dici, etiam neceſſariam hujus dicti cauſam ſermo divinus exponit. Luc. 6, 32. Ait namque: *Si enim dilexeritis eos, qui vos diligunt, quæ vobis merces eſt?* nonne *& Publicani hoc idem faciunt? & ſi ſalutaveritis eos qui vos ſalutant: quid amplius facitis? nonne & Gentiles hoc faciunt?* Vides ergo quia volens diſcipulos ſuos Chriſtus præſtantiores eſſe cæteris hominibus, idcirco hæc eos facere docuit. Sed ſi nos in his nec Publicanis nec Gentilibus efficimur meliores, nonne lu- C gendi & plangendi ſumus? Quinimò tantum nobis deeſt, & in tantum longe ſumus à diligendis inimicis, ut nec amicis quidem amoris vicem charitatiſque reddamus; ſed è contrario odio habeamus etiam diligentes. Cùm enim æmulamur, & invidemus bonis, & omnimode vel in dictis, vel in factis exiſtimationem eorum laudemque obrui volumus & obſcurari: quid aliud eſt, niſi ſummi odii, & extremæ invidiæ indicium? In quo utique non ſolum à Gentilibus & Publicanis nequaquam differimus; ſed etiam multo inferiores exiſtimus. Chriſtus enim nos D orare pro calumniatoribus jubet: nos inſidias & dolos etiam amicis concinnamus. Chriſtus maledicentibus benedici jubet: nos è contrario, aut priores maledicimus, aut maledictis alterius multiplicata maledicta reſtituimus. Nonne tibi videntur, ut dixi, omnibus modis contraria eſſe præceptis Chriſti, quæ gerimus: & magis pugnam eſſe nobis contra eum, quàm obedientiam? Nam vanæ gloriæ jactantiam, & ſuperbiæ tyrannidem, quam ille quidem verbis ſuis deſtruit, nos autem E geſtis noſtris & operibus ædificamus, quomodo exponam? cujus à nobis vexilla & in orationibus, & in jejuniis atque eleemoſynis præferuntur, & cæteris omnibus rebus geſtiſque noſtris aptantur, cuique velut empta mancipia ſubjacemus, & cervices noſtras omnibus ejus ludibriis ſubjugamus. Tantus enim hominibus divinorum præceptorum contemptus ineſt, ut etiam ſi quid facere videantur ex mandatis, ne hoc ipſum quidem Deo, qui mandavit, impendant; ſed deceptioni, vanæ jactantiæ, & inani gloriæ, quæ geſſerint, conſecrent:

ita ut in utroque modo pari damno feriantur, & cum facere videntur, quæ mandata ſunt, & cùm omninò non faciunt: ſic ex omni parte hominum genus intra ſuos laqueos malignus innexuit. Quod ſi quis poterit ab iſtis ſe nexibus exuere, cautiuſque & attentius, quæ mandata ſunt adimplere : malum ingens ſuperbia continuo obrepit, in qua eſt gravior lapſus. Hæc enim etiam Angelum dejecit, quanto magis hominem: quam qui incurrit, non ſolum ea quæ operatus eſt; ſed & ſemetipſum pariter perdet. Ego autem novi plurimos eorum præcipuè, qui videntur diſtribuere indigentibus pecunias ſuas, non ſolum ſuperbiæ vel jactantiæ incurriſſe laqueos; ſed & vitiorum aliorum multos. Nonnulli enim ob hoc largiuntur ut amentur, aut his certè quos amant, aut quorum perſonas erubeſcunt. Sed & alias his ſimiles occaſiones incurrunt, per quas non jam mandato Dei opus. quod factum eſt, aſſignatur; ſed humanæ voluntati. Cùm ergo tot & talia ſint quæ corrumpant actus hominum, etiam bonos: quis facilè ſalvari poteſt, qui in hæc mala inciderit?

CAP. V. Matt. 6,12. Jam verò id quod ſcriptum eſt: *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*: quiſnam eſt ex omnibus nobis, qui cum fiducia hæc audeat dicere Deo? Quia etſi nihil mali faciamus inimicis & debitoribus noſtris, habemus tamen intra nos inſanabile vulnus offenſæ. Chriſtus verò non ita vult nos ignoſcere delinquentibus; ſed ut etiam amemus eos, & oremus pro ipſis. Nam ſi tantummodo non lædas eum, qui te læſit, avertas te tamen ab eo, nec libenter eum videas: manet ſine dubio vulnus in pectore, & dolor augeſcit in corde. Quod ſi ita eſt, nondum utique quod Chriſtus mandavit, impletur. Nunquid tu ita vis tibi propitium fieri Deum, ut non quidem te lædat, avertat ſe tamen abs te, & peccatorum tuorum memoriam gerat, & te videre nolit? Igitur qualem vis erga te eſſe Deum, cùm delictorum veniam poſcis, talem te exhibere debes his qui deliquerunt in te, ſicut & ſapientium quidam ſcribit, dicens: (Eccl. 28,3.4.) *Homo homini reſervat iram, & à Domino quærit ſanitatem? Et ſi ipſe erga hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, quomodo pro peccatis ſuis exorat Deum, cum ipſe caro ſit, & teneat iracundiam, quis propitiabitur peccatis ejus?* Vellem ſilere jam, & hucuſque progreſſus finem imponere ſermonibus meis: erubeſco enim & confundor ultra procedere. Bellum namque hoc, quo impugnamus mandata Chriſti, & inimicitias, quas adverſus eum gerimus, magis ac magis prodit ſermo procedens. Sed quid iterum proderit tacere, cum rebus ipſis arguamur etiam tacentes? Quomodo autem latebimus eum, qui novit corda noſtra, & judicaturus eſt ea? Quid ergo dicam de mandato illo, quo jubemur non theſaurizare ſuper terram, quod fortè quidem faciunt pauci; cæteri verò quaſi è contrario audierint præceptum, & quaſi dictum ſit ad eos: theſaurizate vobis omni modo ſuper terram: ita relinquentes cœlum, adhæſerunt terræ, & inſaniunt erga pecunias congregandas, totoque affectu Deum quidem oderunt, diligunt autem mammonam. (Matt. 6,34) Quod autem dictum eſt: *Nolite cogitare de craſtino*, nec audire ſcio ego aliquem, nec omnino ſervare: & propterea de hoc mandato dicere aliquid erubeſco; ſed cum confuſione prætereo. Etenim oportebat nos quocunque pacto loquente Chriſto & pronunciante non dubitare; ſed credere. Nunc verò etiam cùm & cauſas & rationes adhibeat mandatorum ſuorum, atque exemplis ea validiſſimis muniat, ne ſic quidem erubeſcimus. Propter hoc enim & avium quæ non arant, neque ſeminant, & liliorum quæ non nent, ſimilitudines poſuit, ut nemo dubitaret: & tamen nos ſicut Gentes, aut fortè etiam aliquid deſpicabilius Gentibus, de his ſingulis cogitando conſumimur: & neque cum pro his orare jubeamur, nos omne ſtudium erga hæc impendimus. Sed de hoc, ut dixi, mandato erubeſcens, plura dicere prætereo: ad ſequentia venio, ſi fortè alicubi ſolatium qualecumque mei pudoris inveniam. (Matt. 7,1.) Quid ergo ſequitur poſt hæc? *Nolite judicare*, inquit, *ut non judicemini.* Ego ſolatium confuſionis meæ invenire credebam; ſed augmenta nunc reperi. (Aliud mandatum, ut non judicemus.) Si enim etiam nullum peccatum à nobis aliud fuiſſe admiſſum, pro hoc ſolo gehennæ nos tradi, ſatis abundeque ſufficeret. Quippe qui *in aliorum delictis ſeveri & amariſſimi judices reſidemus, noſtras autem trabes oculis infixas propriis non videmus*: qui aliena etiam minima tam ſollicite perſcrutamur, & ad condemnandum cæteros omne vitæ noſtræ tempus abſumimus: à quo vitio neque ſeculi hominem, neque monachorum, neque clericorum ullum facile invenias liberum.

ὁ δὲ παρέχων μὲν τοῖς δεομένοις ἵνα τὸ ἑαυτοῦ, μετὰ κενοδοξίας δὲ τοῦτο ποιῶν, οὐδὲν ἄμεινον τοῦ μὴ δεδωκότος διάκειται. οὕτως ἅπαντας πανταχόθεν εἰς τὰς ἑαυτοῦ παγίδας ἐνέβαλεν ὁ πονηρός. εἰ δέ τις καὶ ταύτην δυνηθείη διεκδύναι τὴν βλάβην, ὑπὸ τῆς ἀπονοίας καταχεθεὶς, πάλιν τὸ αὐτὸ πτῶμα κατέπεσε. μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ χαλεπώτερον. οὐ γὰρ τοῦτο ζημιωθεὶς μόνον, ὅπερ ἐποίησεν, ἄπεισιν, ἀλλὰ καὶ κακόν τι προσλαβών. πολλοὺς δὲ ἔγωγε οἶδα, ἐν ταύταις μόνον ἁλισκομένους ταῖς αἰτίαις, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ φιλεῖν, καὶ διὰ τὸ δυσωπεῖσθαι, καὶ δι᾽ ἑτέρας πολλὰς τοιαύτας ἐπαρκοῦντας προφάσεις τοῖς δεομένοις, οὐ διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τὴν ἐντολήν. τοσούτων οὖν ὄντων τῶν λυμαινομένων ταῖς πράξεσι ταῖς ἀγαθαῖς, τίς ταχέως σωθῆναι δυνήσεται τῶν τούτοις περιπεπτωκότων τοῖς κακοῖς;

Τὸ δὲ, ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν· τίς ἄρα ὁ μετὰ παῤῥησίας ἐρῶν; κἂν γὰρ μηδὲν ἀδικήσωμεν τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλ᾽ ὅμως τὴν πληγὴν ἀνίατον ἔχομεν. ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως ἀφιέναι βούλεται μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς πρώτους τῶν φίλων αὐτοὺς ἀριθμεῖν. διὰ τοῦτο γοῦν, καθὼς ἔφθην, καὶ ὑπερεύχεσθαι τούτων προσέταξεν· ἐὰν δὲ ἀδικῇς μὲν μηδὲν, ἀποστρέφῃ δὲ καὶ οὐχ ἡδέως ὁρᾷς, καὶ τὸ τραῦμα ἔχεις ἐνακμάζον σοῦ τῇ ψυχῇ, οὔπω τὴν ἐντολὴν ἐποίησας, ἣν προσέταξέ σοι ὁ Χριστός. πῶς οὖν αὐτὸς ἵλεων γενέσθαι τὸν Θεὸν παρακαλεῖς; τοῖς δὲ εἰς σὲ πεπλημμεληκόσιν, οὔπω γεγονὼς ἵλεως αὐτοῖς· τὸ τοιοῦτον καί τις σοφὸς διασύρων φησίν· ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ συντηρεῖ ὀργὴν, καὶ παρὰ Κυρίου ζητεῖ ἴασιν; ἐπ᾽ ἄνθρωπον τὸν ὅμοιον αὐτοῦ οὐκ ἔχει ἔλεος, καὶ περὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ δεῖται, αὐτὸς σὰρξ ὢν διατηρεῖ μῆνιν, καὶ τίς ἐξιλάσεται τὰς ἁμαρτίας αὐτοῦ; ἐβουλόμην σιγῆσαι λοιπὸν, καὶ μέχρι τῶν εἰρημένων στῆσαι τὸν λόγον· οὕτως αἰσχύνομαι, καὶ ἐρυθριῶ περαιτέρω προελθεῖν. ὁ γὰρ πόλεμος οὗτος, ὃν ἠράμεθα πρὸς τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἔχθραν τὴν ἀκήρυκτον, προϊὼν ὁ λόγος τρανώτερον δείκνυσιν. ἀλλὰ τί τὸ κέρδος ἀπὸ τῆς ἡμετέρας σιγῆς τῶν πραγμάτων οὕτω βοώντων τὴν μάχην, καὶ πρὸ τῶν πραγμάτων δὲ αὐτῶν τοῦ μέλλοντος κρίνειν ἡμᾶς πάντα εἰδότος σαφῶς; τὸ μὲν οὖν μὴ θησαυρίζειν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ᾽ ἐν οὐρανῷ, εἰ καὶ ὀλίγους, ὅμως εὕροι τις ἂν κατωρθωκότας καλῶς. οἱ γὰρ λοιποὶ πάντες, ὥσπερ τὸ ἐναντίον ἀκούσαντες, καὶ παραγγελθέντες ἐπὶ τῆς γῆς θησαυρίζειν, οὕτως ἀφέντες τὸν οὐρανὸν, προσετήκασιν ἅπασι τοῖς ἐν τῇ γῇ, καὶ περὶ τὴν τῶν χρημάτων μαίνονται συλλογήν· καὶ τὸν Θεὸν μισήσαντες, ἀγαπῶσι τὸν μαμμωνᾶν. τὸ δὲ, μὴ μεριμνήσητε περὶ τῆς αὔριον, οὐδένα οὔτε ἀκούσαντα, οὔτε πεισθέντα οἶδα ἐγὼ διὰ τὴν ὀλιγοπιστίαν ἡμῶν. διὰ τοῦτο, ταύτην ἐγκαλυψάμενος παρελεύσομαι τὴν ἐντολήν. ἔδει μὲν γὰρ καὶ ἁπλῶς ἀποφαινόμενον πιστεύεσθαι τὸν Χριστόν. νῦν δὲ οὐδὲ λογισμοὺς ἀναντιῤῥήτους εἰπὼν, καὶ ὑποδείγματα παραγαγὼν, τό τε τῶν ὀρνίθων, καὶ τοῦ χόρτου, πιστεύεται παρ᾽ ἡμῶν. ἀλλ᾽ ὁμοίως τοῖς ἔθνεσι, τάχα δὲ καὶ μικροψυχότερον ὑπὲρ τῆς τούτων φροντίδος διακείμεθα· καὶ μηδὲ εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν κελευσθέντες, ἅπασαν περὶ ταῦτα τὴν σπουδὴν ἀναλίσκομεν. ταύτην οὖν, ὅπερ ἔφην, ἐρυθριάσας παρελεύσομαι τὴν ἐντολήν· ἐπὶ δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα ἥξω, εἴ πως ἵνα τῆς αἰσχύνης ταύτης εὕρω παραμυθίαν μικράν. τί τοίνυν μετὰ ταῦτα λέγει; μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. ἐγὼ μὲν οὖν παραμυθίαν ᾤμην εὑρήσειν τῆς ἡμετέρας αἰσχύνης· ὁρῶ δὲ προσθήκην οὐκ ἐλάττονα τῶν προτέρων. εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἕτερον ἡμῖν πεπλημμέλητο, τοῦτο γοῦν ἱκανὸν εἰς ἐσχάτην γέενναν ἀπαγαγεῖν· οὕτω τῶν μὲν ἑτέροις ἁμαρτανομένων πικροὶ καθήμεθα δικασταί· τὰς δὲ ἑαυτῶν δοκοὺς παρορῶμεν. καὶ εἰς τὸ τὰ τῶν ἄλλων πολυπραγμονεῖν, καὶ καταδικάζειν δαπανᾶται ἡμῖν ἅπας ὁ βίος. καὶ οὐδένα ἂν εὕροις ταχέως οὐ βιωτικὸν ἄνδρα, οὐ μοναχὸν, οὐ τοῦ κλήρου, ταύτης ἐλεύθερον τῆς ἁμαρτίας. καί τοι γε τοσαύτης ἀπειλῆς κειμένης αὐτῇ. ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, φησί· καὶ, ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, ἀντιμετρηθήσεται ὑμῖν. ἀλλ᾽ ὅμως κόλασιν μὲν τοσαύτην, ἡδονὴν δὲ τῆς ἁμαρτίας οὐδεμίαν ταύτης ἐχούσης, ἅπαντες ἐπιτρέχομεν τῷ κακῷ, καθάπερ σπουδάζοντες, καὶ φιλονεικοῦντες, μὴ μόνον διὰ μιᾶς, ἀλλὰ καὶ διὰ πολλῶν ὁδῶν εἰς τὴν τῆς γεέννης κάμινον εἰσελθεῖν· καὶ οὐ πρὸς τὰ δοκοῦντα ἐπίπονα εἶναι μόνον,

Et quidem cum tanta ſit in hoc poſita comminatio, divina enim ſententia dicit: (Ibid. v. 2.) *In quo judicio judicaveritis, etiam ipſi judicabimini; & in qua menſura menſi fueritis, in eadem remetietur & vobis.* Cum ergo mali hujus pœna quidem tanta ſit poſita; libido vero aut voluptas, ut in cæteris ſolet peccatis, ex hoc nulla ſumatur: omnes tamen feſtini ac præcipites huic ſe vitio ſubjugarunt, tanquam ſi ſtudium nobis & certamen eſſet propoſitum, quis ad hoc malum prior omnium perveniret. Si ergo non per unam, ſed per omnes, ut ita dicam, vias & per omnes, aditus currimus & feſtinamus occupare gehennæ ignes : & non ſolum pro his, quæ laboris aliquid & continentiæ videntur exigere, proni in ea ruimus,

ἀλλὰ

ἀλλὰ πρὸς τὰ κουφότερα τούτων ὁμοίως ἀναπεπτώκαμεν, ἐπίσης καὶ ταῦτα κἀκεῖνα παραβαίνοντες, καὶ δεικνύντες διὰ τῶν ῥᾳόνων, ὅτι καὶ τὰ ἐπιπονώτερα διὰ τὴν οἰκείαν καταφρόνησιν, οὐ διὰ τὸ βαρὺ τῶν προσταγμάτων, οὐκ ἐξανύομεν. ποῖον γάρ, εἰπέ μοι, πόνον ἔχει, τὸ μὴ πολυπραγμονεῖν τὰ ἀλλότρια, μηδὲ καταδικάζειν τὰ τῶν πλησίον πλημμελήματα; τοὐναντίον μὲν οὖν πόνου δεῖται, τὸ περιεργάζεσθαι, καὶ κρίνειν ἑτέρους. τίς οὖν ταῦτα ἀκούσας πιστεύσει ποτὲ ἡμῖν, ὅτι ἐκ ῥᾳθυμίας, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ σπουδῆς, καὶ τοῦ μὴ βούλεσθαι, πρὸς τὸ παραβαίνειν ἤλθομεν; ὅταν γὰρ ἃ μὲν ἐπιτάττῃ ποιεῖν, εὔκολα, καὶ ῥᾷστα τοῖς βουλομένοις, ἃ δὲ ἀπαγορεύῃ χαλεπώτερα καὶ ἐπίπονα, ἡμεῖς δὲ τὰ προστεταγμένα ἀφέντες, τὰ κεκωλυμένα πράττομεν· ἆρα οὐχ ὡς φιλονεικοῦντας αὐτῷ ταῦτα ἁμαρτάνειν φήσουσιν ἡμᾶς οἱ ἐχθροί; καὶ γάρ, ὅτι πόνον οὐδένα ἔχει τὰ ἐπιτάγματα τοῦ Χριστοῦ, αὐτὸς ἀπεφήνατο λέγων· "ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς· ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν." ἀλλ' ἡμεῖς ὑπὸ τῆς ἀφάτου ῥᾳθυμίας, φορτικὰ τὰ κοῦφα ποιοῦμεν φαίνεσθαι τοῖς πολλοῖς. τῷ μὲν οὖν ἀργεῖν, καὶ καθεύδειν βουλομένῳ διαπαντός, καὶ τὸ σιτίον μεταλαχεῖν, καὶ ποτοῦ, πάντως ἐπίπονον εἶναι δοκεῖ. οἱ δὲ ἐγρηγορότες, καὶ νήφοντες, οὐδὲ πρὸς τὰ πάνυ θαυμαστὰ καὶ δυσκατόρθωτα ἀναδύονται. ἀλλὰ μετὰ πλείονος ἔτι θάρσους καταπτολμῶσιν αὐτῶν, ἢ τῶν σφόδρα εὐκόλων οἱ παρειμένοι, καὶ ὑπνηλοί· οὐδὲν γάρ, οὐδὲν οὕτως ἐστὶ ῥᾴδιον, ὃ μὴ σφόδρα βαρύ, καὶ ἐπαχθὲς ὁ πολὺς δείκνυσιν ὄκνος ἡμῖν. ὥσπερ ἐπίπονον, καὶ δυσχερές, ὃ μὴ λίαν εὔκολον ἡ σπουδή, καὶ ἡ προθυμία ποιεῖ. τί γάρ, εἰπέ μοι, τοῦ καθ' ἑκάστην ἡμέραν κινδυνεύειν, κινδύνους θάνατον ἀπειλοῦντας χαλεπώτερον ἦν; ἀλλ' ὅμως ἐλαφρὸν τοῦτο ὁ μακάριος ἐκάλεσε Παῦλος, οὑτωσὶ λέγων· "τὸ γὰρ παραυτίκα ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολήν, αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται ἡμῖν." εἰ γὰρ καὶ τῇ φύσει τὸ πρᾶγμα βαρύ, ἀλλὰ τῇ τῶν μελλόντων ἐλπίδι γίνεται κοῦφον. τὴν δὴ καὶ αὐτὸς αἰτίαν τέθεικεν εἰπών· "μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα."

Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰ ἑξῆς· "μὴ δῶτε, φησί, τὰ ἅγια τοῖς κυσί· μηδὲ ῥίψητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν χοίρων." ὁ μὲν οὖν Χριστὸς καὶ ἐν προστάγματος τάξει, τὴν ἐντολὴν δέδωκεν· ἡμεῖς δὲ ὑπὸ κενοδοξίας, καὶ φιλοτιμίας ἀλόγου, καὶ τοῦτο τὸ πρόσταγμα ἀνετρέψαμεν. ἀνθρώπους φθόρους, καὶ ἀπίστους, καὶ μυρίων γέμοντας κακῶν ἁπλῶς, καὶ ἀνεξετάστως εἰς τὴν τῶν μυστηρίων παραδεχόμενοι κοινωνίαν· καὶ πρὶν ἢ τῆς οἰκείας γνώμης δοῦναι βάσανον ἀκριβῆ, πάντα τὸν περὶ τῶν δογμάτων αὐτοῖς ἐκκαλύπτοντες λόγον, καὶ τὰ προπύλαια οὔπω δυνηθέντας ἰδεῖν, ἀθρόως εἰς τὰ ἄδυτα ἄγοντες. διὰ γοῦν τοῦτο τῶν οὔπω τελεσθέντων τινὲς ταχέως ἀποπηδήσαντες, μυρία εἰργάσαντο δεινά. καὶ οὐκ ἐπὶ τῶν ἄλλων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν φρικωδεστάτην ταύτην παραβλέπομεν ἐντολήν, ἡνίκα ἂν τῶν ἀθανάτων μυστηρίων δέοι μεταλαχεῖν, μετὰ τῆς ἐγκειμένης ἡμῖν ἀκαθαρσίας τε, καὶ ἀναισχυντίας τοῦτο ποιοῦντες πολλάκις. οὐ ταύτας δὲ μόνον τὰς ἐντολάς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἑξῆς ὑπὸ πάντων ὁλοσχερῶς ἀνατετραμμένας ἴδοι τις ἄν. εἰπόντος γὰρ τοῦ Χριστοῦ, "ὅσα ἐὰν θέλητε, ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι· οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς." ἡμεῖς πάντα ποιοῦμεν, ἃ πάσχειν μὴ θέλομεν· καὶ κελευσθέντες διὰ τῆς στενῆς πύλης εἰσελθεῖν, τὴν εὐρύχωρον ἐπιζητοῦμεν πανταχοῦ. καὶ τὸ μὲν τῶν βιωτικῶν τινας ταύτην ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν, οὐ σφόδρα ἐστὶ θαυμαστόν· τὸ δὲ ἄνδρας ἐσταυρῶσθαι δοκοῦντας, πλέον ἐκείνων ἀνιχνεύειν αὐτήν, οὔτε ἐστὶ τῆς πολλῆς ἐκπλήξεως γέμον· μᾶλλον δὲ καὶ αἰνίγματι ἔοικε τὸ πρᾶγμα; τῶν γὰρ μοναχῶν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πάντων, ταῦτα εὐθέως πρῶτον ἀκούσῃ τὰ ῥήματα. εἴ ποτε αὐτοὺς εἰς οἰκονομίαν τινὰ παρακαλέσεις ἐλθεῖν· ἐρωτώντων εἴγε ἀνάπαυσίν ἐστιν εὑρεῖν, καὶ εἴγε δύναται ἀναπαῦσαι ὁ καλῶν. καὶ ἄνω, καὶ κάτω πολὺ τὸ τῆς ἀναπαύσεως ὄνομα. τί λέγεις, ἄνθρωπε; τὴν τεθλιμμένην κελευσθεὶς βαδίζειν ὁδόν, περὶ ἀναπαύσεως ἐρωτᾷς, καὶ διὰ τῆς ἐστενοχωρημένης προσταχθεὶς πύλης εἰσελθεῖν, εὐρύχωρον ἐπιζητεῖς; καὶ τί ταύτης τῆς διαστροφῆς χεῖρον γένοιτ' ἄν; ἵνα δὲ μὴ νομίσῃς ἑτέρους με καταδικάζοντα, ταῦτα λέγειν νῦν, τὸ ἐμαυτοῦ σοι ἐρῶ. ὅτε καὶ πρώην ἐγὼ ἐγνώκειν τὴν πόλιν ἀφείς, ἐπὶ τὰς σκηνὰς τῶν μοναχῶν ἐλθεῖν,

A ſed etiam pro iis, quæ levia ſunt, & neque neceſſitatis aliquid, neque illecebræ quicquam continent aut voluptatis, pari linea utrobique prævaricationis damnamur. Arguimur enim ex his facilibus & levibus quòd etiam in illis, quæ videntur laborioſa eſſe, propria ignavia deſidiaque delinquimus. Nam, dic mihi, quid laboris habet ut non judices alium, neq; peccata aliena diſcutias, neque condemnes proximum tuum? imò verò magis in diſcutiendo & perquirendo aliena commiſſa labor eſt & judi-
B care de alterius mente ſumma difficultas. Quis verò hoc audiens credere aliquando poſſit, quòd cùm poſſimus ſine labore ſervare mandatum, laboramus & nitimur ut prævaricemur? Si per ocium & negligentiam peccaremus, eſſet fortaſſe aliquid veniæ his, qui laborare nequiſſent. Ubi verò laboratur, ut peccetur, ſtudiumque adhibetur, & contentio quatenus prætereatur mandatum: quis eſt qui pro hoc malo veniam ſperet? Hoc enim eſt contendere adverſus eum, qui præcepta dedit, & bellum legi-
C bus ejus inferre: quia & revera ipſe pronunciavit de præceptis ſuis, quod nihil in eis laborioſum ſit, & nihil oneroſum, dicens: *Jugum enim meum ſuave eſt, & onus meum leve.* Et nos contra gravia efficimus, quæ ille levia conſtituit: & quæ ille ſuavia Matt. 11, 29.
poſuit, nos facimus amara peccando. Quòd ſi laborioſum aliquid eſſet in præceptis, decenter & merito virtutem labor comitaretur: præmia enim propoſita ſunt poſt laborem. Nunc verò infelix anima ne hanc quidem reverentiam divinis legibus dabit,
D ut ſileat & quieſcat. ne ad prævaricationem laborando perveniat, quamvis ſint aliqua in quibus Paulus dicit: *Nam quod in præſenti momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum immenſum æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.* Vides 2. Cor 4. 17.
ergo etiam quicquid in præſenti eſt, leve eſſe, etiamſi tribulatio ſit. Quomodo leve? Quia immenſum pondus futuræ gloriæ levem facit præſentis temporis tribulationem, etiamſi ſenſibus noſtris gravius videatur. Denique & ipſe cauſas in conſequen-
E tibus exponit, ut omne id duci leve debeat, quicquid paſſio præſentis temporis intulerit. Ait enim: *Non reſpicientibus nobis quæ videntur; ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æterna ſunt.*

Sed videamus quid & alia Domini mandata contineant. *Nolite*, inquit, *dare ſanctum canibus, neque projiciatis margaritas veſtras ante porcos.* Et Chriſtus quidem hoc tanquam præce- CAP. VI. Matt. 7, 6.
A ptum nobis tradidit: at nos laudis amore, & jactantiæ vitio corrupti, etiam huic præcepto contraria gerimus, atque hominibus neque intellectum purum, neque ſanam fidem gerentibus, inſuper etiam peccatorum maculis innexis, ſine ulla diſcretione myſteriorum ſecreta nudamus. & priuſquam mentis propoſitum à nobis, vel ſenſus capacitas explorata ſit, divinorum dogmatum veneranda eis arcana committimus: & quibus prima rudimenta vix dum tradi oporteret, interna eis adyta divinæ ſcientiæ, divinæque ſapientiæ patefacimus. Propterea denique nonnulli
B ubi immundis, ut ita dicam, pedibus ſancta noſtra calcârunt, & pleno ſordibus pectore hauſerunt purum divinæ ſcientiæ poculum: non ſolum evomuerunt, quod hauſerant; ſed & contradixerunt, & tranſverſi ſunt, & inſurgentes in eos injuriis & maledictis, atque accuſationibus eos opprobriiſque ruperunt: Et ita ne nobis quidem ipſis, & vitæ atque exiſtimationi noſtræ parcimus, dummodo prævaricemur divina præcepta: & non ſolum in hoc; ſed interdum & in eo prævaricamur præcepti hujus vim,
C cùm eos quos novimus immundæ vitæ homines, violentes, rapaces, impuros, & per omnia porcis & canibus ſimiles, divini eos ſacramenti participes effici patimur. Multum eſt, ſi velimus ſingula quæque mandata diſcutere, quæ omnibus modis in contemptu habentur ab hominibus, ut illud quod in ſequentibus dicit: *Quodcumque volueritis ut faciant vobis homines, ita etiam vos* Matth. 7, 12.
illis facite. Nos è contrario omnia facimus hominibus, quæ ipſi nolumus perpeti: & rurſum, qui ſumus juſſi per anguſtam viam
D incedere, per latam ſemper incedimus. Et quidem quòd homines ſeculi per viam ſpacioſam gradiantur, non valdè mirum eſt: eos autem qui videntur crucem ſuam ſuſtuliſſe, & ſequi Chriſtum, per hanc ſpacioſam velle incedere, non tibi prodigioſum videtur? Denique Monachi cùm de monaſteriis, & locis habitationum percontantur, ante omnia requirunt, ſi requies ſit in loco, ſi abundent omnia, ſi aquarum copiæ fluant. Sed etſi de eremo requirant, etiam ibi ante omnia de requie tractant, & de opportu-
E nitate miniſterii corporalis. Jam verò ſi ad aliquam diſpenſationem vocaveris, aut aliquid miniſterii divini injungere volueris, prima ſtatim ſollicitudo eſt eis, & prima iſta verba ſunt: Si eſt ibi requies, quo eundum eſt. ſi inveniantur quæ neceſſaria ſunt abundanter, ſi nihil deſit eorum, quæ lata ac ſpacioſa via depoſcit. Quid ais ô homo, quid loqueris? arctam viam & anguſtam juſſus es ambulare: ut quid de requie, ut quid de abundantia percontaris? Per anguſtam januam tranſire juſſus es, ut quid amplos requiris ingreſſus? Eſt aliquid iſta permutatione nequius? Eſt aliquid iſta perverſitate deterius? Verũ ne exiſtimes me hæc dicentem alios incuſare, jã nunc tibi de me, de meipſo inquã narrabo. Etenim cũ ſediſſet in animo quondã relicta urbe trãſire ad habitacula monachorum, ego ſcio quam ſollicite perſcrutabar,

unde

unde nobis in illis locis, quæ neceſſaria ſunt corpori præberentur: & ſi poſſibile eſſet, & recentis, & diurni panis habere quotidie copiam. Sed & illud non ſegniter requirebam, ne fortè eodem oleo olla & lucerna eſſet aptanda, ſi non leguminis gravis & ſolitarius eibus ſumi juberetur. Sed & ne operis aliquis gravis eſſet exactor, ne fortè fodere terram cogeret, aut ligna deferre, aut aquam humeris portare, vel cætera hujuſmodi exhibere miniſteria; ita omni ſollicitudine pro requie corporis percontabar. Et quidem qui principibus ſeculi miniſtrant, ac reipublicæ negotiis inſerviunt, horum nihil requirunt; ſed tantum num aliquid lucri temporalis habeat ejus militiæ locus. Quòd ſi hoc ſolum eſſe cognoverint, jam nullus refugitur labor, nullum periculum vitatur, nulla indignitas recuſatur. Servilia etiamſi ab ingenuo depoſcantur officia, non negantur, peregrinationes longiſſimas, periculoſiſſimaſq; non reſpuent, contumelias, cruciatus, permutationeſque temporum ferent: omnem ſuſtinent laborem ſpe lucri, nec timent ne fortè ab ipſa miſerabiliſpe decipiantur ac decidant, nec immaturam peregrinis in locis mortem & ſubitam pertimeſcunt: ſeparationem quoque ſuorum, & conjugum etiam ac liberorum abſentiam tolerabiliter patiuntur. Non denique patriæ, non charorum molliuntur affectu; ſed deſiderio & cupiditate pecuniæ velut amentes aguntur, & amore ejus incenſi, nihil laboris ſentiunt, nihil doloris percipiunt. Nos econtra, qui non pecuniam quærimus; ſed ſapientiam: nec terram; ſed cœlum petimus, & ad cœli divitias feſtinamus, *quæ neque oculus vidit, neque auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt*: hæc, inquam, quærentes, & pro his cœlo ipſi vim parantes inferre, de requie corporis percontamur? Vide quanto miſeriores illis ſumus & molliores. Quid dicis ô homo, quid agis? Cœlum paras aſcendere, & Regnum cœli invadere: & interrogas num qua tibi difficultas occurrat in itinere, nū quid aſperum tibi in via accidat aut laborioſum? & non erubeſcis, non pudore oppreſſus ſub terra temetipſum defodis? Si enim omnia mala tibi occurrerent, ſi convitia, ſi injuriæ, ſi ignominiæ, ſi calumniæ, ſi gladius, ſi ignis, ſi ferrum, ſi beſtiæ, ſi præcipitia, ſi fames, ſi ægritudo, & cuncta quæ vel dici vel excogitari poſſunt mala, ſuper te irruerent, dignum aliquid erat? Non tibi hæc omnia pro tantis ac talibus cauſis ridenda prorſus & ſpernenda penitus viderentur? Anilis animæ eſt metus hic & effœminatæ. Erit ergo ita abjectus aliquis & infelix, erit ita degeneris animi, ut cœlum cupiens aſcendere, de terrena requie cogitet: quam non ſolum requirere, ſed etiam paratam recipere indecorum eſt? Aut non tibi videtur abſurdū, ut hi quidem, qui humano amore flagrant, totam mentem ſuam, totamque cogitationem ſuam in illis habeant quos amant? & ſi abſentes corpore ſint, cogitatione tamen cum illis ſunt: nec aliud aliquid ſibi dulce eſſe in præſenti vita deputant, niſi aut ipſos videre liceat: aut ſi id non poteſt, de ipſis abſentibus cogitare: nos autem qui amore ſancto incorruptoque flagramus, omiſſa cura & ſollicitudine ejus, quem amamus, requirimus ea quæ amorem noſtrum non ſolū nil juvare; ſed & impedire plurimum poſſunt?

1. Cor. 2. 9.

CAP. VII. Non video, chariſſime, quòd aliquis noſtrum vera & perfecta cupidine cœleſtium teneatur, alioquin omnia, quæ videntur eſſe gravia, umbras putaret & riſum. Nam is quidem, qui præſentia ſuſcipit, nunquā futurorū contemplatione donabitur: qui verò iſta contemnit, neq; firmiori cenſet in ſtatu illa eſſe, quā umbram vel ſomnium, facile magna illa & ſpiritualia conſequetur. Quibus enim ſincere bonum iſtud obtigerit, tantam vim exhibet, quantam ignis in ſpinis: tametſi malis hominem repererit obſeſſum innumeris, tametſi funibus peccatorum circundatum: tametſi flamma cupiditatum illum incenderit, & multi ſecularium negotiorum tumultus circumſteterint, efficit tamen, ut illa omnia derepente acri quodam penitus abacta flagello ab anima longe arceat. Et quemadmodum adverſus vehementis impetum venti nequit tenuis pulvis ſubſiſtere, ſic nec abſurdatum agmen cupiditatū vim compunctionis ingruentem poterit ſuſtinere; ſed è medio tollitur, ac citius quam pulvis ullus diſpergitur. Si enim corporum amor animam uſque adeo captivam reddit, ut ab omnibus eam avellat, & ſoli amicæ imperio addicat: quid non perficere poterit amor Chriſti ac metus amittendæ illius æternæ felicitatis objectus? Nam quemadmodum difficile eſt, vel potius omnino fieri nequit, ut ignis cum aqua miſceatur: ita nec opinor, unquam fiet, ut in unum deliciæ confluant, & compunctio: ſunt enim hæc inter ſe contraria, ſeque invicem è medio tollunt. Nam hæc quidem lachrymarum & ſanæ mentis mater eſt; illa verò riſus & inſaniæ: atque hæc quidem animam levem reddit & expeditam: illa verò plumbo quovis graviorem ipſam efficit. Et hoc non ego ex verbis meis, ſed illius qui hujuſmodi præclara correptus cupiditate docere tentabo: illum dico Chriſti amatorem, qui igne amoris ejus ita exarſit, ut moras vitæ hujus, & dilatione profectionis ſuæ, qua redire morabatur ad Chriſtū, ingemiſceret & doleret, & querelas ſuas per hæc verba ſignaret:

A πολὺς ἦν μοι οὗτος ἐρευνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν, πόθεν ἡ τῶν ἀναγκαίων ἔσται χορηγία· καὶ, εἰ δυνατὸν ἄρτον ἐσθίειν, ἐφήμερόν τε, καὶ νεαρόν; καὶ εἰ μή τις ὁ καταναγκάζων, ἐλαίῳ μὴ χρῆσθαι τῷ αὐτῷ πρὸς λύχνον τε, καὶ τροφήν; εἰ μή τις ὁ πρὸς τὴν τῶν ὀσπρείων ταλαιπωρίαν ὠθῶν, καὶ εἰς ἔργον ἐμβάλλων χαλεπὸν, οἷον, σκάπτειν, ἢ ξυλοφορεῖν κελεύων, ἢ ὑδροφορεῖν, καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ τοιαῦτα ὑπηρετεῖν· καὶ ὅλως, ὁ περὶ τῆς ἀναπαύσεως λόγος ἦν πολὺς ἡμῖν. B καὶ οἱ μὲν τὰς τῶν ἀρχόντων ὑπηρεσίας, καὶ τὰς τῶν δημοσίων διοικήσεις ἀναδεχόμενοι, τούτων πολυπραγμονοῦσιν οὐδέν. ἀλλ' εἰ μόνον κέρδος ἔχοι τὸ πρᾶγμα, κέρδος ἐπίκαιρον. κἂν ὑπὲρ τούτου θαρρῆσαι δυνηθῶσί ποτε, οὐ πόνους, οὐ κινδύνους, οὐκ ἀτιμίας, οὐ διακονίας δουλοπρεπεῖς, οὐκ ἀποδημίας μακρὰς, οὐ τὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ διαγωγὴν, οὐχ ὕβρεις, οὐ βασάνους, οὐ καιρῶν μεταβολὴν, οὐ τὸ πρὸς τῷ τέλει σφαλῆναι τῆς ἐλπίδος πολλάκις, οὐ θανάτους C ἀώρους, οὐ τὸν τῶν οἰκείων χωρισμὸν, οὐ γυναικὸς ἐρημίαν, καὶ παίδων, οὐκ ἄλλο οὐδὲν τῶν δυσχερῶν ἐννοοῦσι λοιπόν. ἀλλ' ὑπὸ τῆς τῶν χρημάτων ἐπιθυμίας ἐκβακχευθέντες, πάντα ὑπομένουσι, δι' ὧν ταύτης ἐπιτεύξεσθαι προσδοκῶσιν. ἡμεῖς δὲ οὐ χρημάτων, οὐδὲ γῆς προκειμένης ἡμῖν, ἀλλ' οὐρανῶν, καὶ τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀγαθῶν, ἃ μήτε ὀφθαλμὸς εἶδε, μήτε οὖς ἤκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ὑπὲρ ἀναπαύσεως πυνθανόμεθα· τοσοῦτόν ἐσμεν ἐκείνων D ἐλεεινότεροι, καὶ μαλακώτεροι. τί φῂς ἄνθρωπε; πρὸς τὸν οὐρανὸν στέλλεσθαι μέλλων, καὶ τὴν βασιλείαν τὴν ἐκεῖσε λαμβάνειν, ἐρωτᾷς, εἴ τι δυσχερὲς κατὰ τὴν ὁδὸν ταύτην, καὶ τὴν ἀποδημίαν ἐστὶ, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, καὶ ἐρυθριᾷς, οὐδὲ ἀπελθὼν κατορύττεις σαυτόν; κἂν γὰρ ἅπαντα ἦ τὰ ἐν ἀνθρώποις δεινὰ, κἂν λοιδορίαι, κἂν ὕβρεις, κἂν ἀτιμίαι, κἂν συκοφαντίαι, κἂν ξίφος, κἂν πῦρ, κἂν σίδηρος, καὶ θηρία, καὶ καταποντισμοὶ, κἂν λιμὸς, καὶ νόσος, καὶ ὅσα ἐξ ἀρχῆς εἰς τὸ παρὸν E ὁ βίος ἤνεγκε χαλεπὰ, οὐ καταγελάσεις πάντων, εἰπέ μοι, καὶ καταφρονήσεις; ἐννοήσεις δὲ ὅλως ταῦτα; καὶ τί ταύτης χαωδέστερον γένοιτ' ἂν τῆς ψυχῆς; τί δὲ ταπεινότερόν τε, καὶ ἀθλιώτερον; τὸν γὰρ τῇ τῶν οὐρανίων ἐπιθυμίᾳ ληφθέντα, οὐ λέγω μόνον, ὅτι ἀνάπαυσιν οὐ χρὴ ζητεῖν, ἀλλ' οὐδὲ παρούσης αἰσθάνεσθαι. ἢ πῶς οὐκ ἄτοπον, τοὺς μὲν ἀτόπως ἐρῶντας, οὕτως εἶναι τῶν ἐρωμένων ὅλους, ὡς πλὴν ἐκείνων, καὶ τῆς ἐκείνων συνουσίας, A μηδὲν ἡγεῖσθαι ἕτερον ἡδὺ τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καίτοιγε ὄντων πολλῶν· ἡμᾶς δὲ οὐκ ἀνθρώπου τινὶ, ἀλλὰ τῷ πάντων ἀνωτέρῳ ληφθέντας ἔρωτι, μὴ μόνον παρούσης ἀναπαύσεως μὴ καταφρονεῖν, ἀλλὰ καὶ ἀποῦσαν ἐκζητεῖν.

Οὔπω οὐδεὶς, ἀγαπητὲ, τὴν οὐρανίων ἔλαβεν ἐπιθυμίαν καλῶν, καθὼς λαβεῖν χρὴ, ἢ γὰρ ἂν πάντα τὰ δοκοῦντα B εἶναι χαλεπὰ, σκιὰν ἐνόμισε, καὶ γέλωτα πολύν. ὁ μὲν οὖν τὰ παρόντα θαυμάζων, οὐκ ἂν ἀξιωθείη τῆς τῶν μελλόντων θεωρίας ποτέ· ὁ δὲ τούτων ὑπερορῶν, καὶ οὐδὲν ἄμεινον σκιᾶς, καὶ ὀνείρατος διακεῖσθαι πάντα νομίζων, ταχέως ἐπιτεύξεται τῶν μεγάλων ἐκείνων, καὶ πνευματικῶν. καὶ γὰρ οἷς ἂν γνησίως τοῦτο παραγένηται τὸ καλὸν, τοσαύτην ἐπιδείκνυται τὴν ἰσχὺν, ὅσην ἐν ταῖς ἀκάνθαις τὸ πῦρ, κἂν ὑπὸ μυρίων ἀγχόμενον εὕρῃ κακῶν, κἂν πολλὰ τὰ σχοινία τῶν ἁμαρτημάτων περικείμενα, κἂν σφόδρα τὴν C ἐπιθυμιῶν τὴν φλόγα καίουσαν, καὶ πολὺν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων περιεστῶτα τὸν θόρυβον, πάντα εὐθέως ἐκεῖνα σφοδρᾷ τινι μάστιγι καθάπερ ἐλαύνοντα πόῤῥω καθίστησι τῆς ψυχῆς. καὶ καθάπερ πρὸς ἀνέμου βίαν ῥαγδαίου, οὐκ ἄν ποτε σταίη κόνις λεπτὴ, οὕτως οὐδὲ ἀτόπων ἐπιθυμιῶν πλῆθος κατανύξεως ῥύμην ἐμπεσοῦσαν δυνήσεται ἐνεγκεῖν, ἀλλ' ἀφανίζεται, καὶ διαχεῖται τῆς κόνεως, καὶ καπνοῦ θᾶττον παντός· εἰ δὲ ὁ τῶν σωμάτων ἔρως οὕτω δουλοῦται ψυχὴν, D ὡς πάντων αὐτὴν ἀπαγαγεῖν, καὶ τῇ τῆς ἐρωμένης προσηλῶσαι τυραννίδι μόνῃ· τί οὐκ ἂν ὁ τοῦ Χριστοῦ πόθος ἐργάσαιτο, καὶ τὸ δέος τῆς ἐκεῖθεν ἀλλοτριώσεως; ὥσπερ γὰρ χαλεπὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἀδύνατον ἀναμίξαι ὕδατι πῦρ, οὕτως οἶμαι τρυφὴν, καὶ κατάνυξιν εἰς ταυτὸ συναγαγεῖν. ἐναντία γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλήλων εἰσὶν ἀναιρετικά. ἡ μὲν γὰρ, δακρύων ἐστὶ μήτηρ, καὶ νήψεως· ἡ δὲ, γέλωτος, καὶ παραφορᾶς. καὶ ἡ μὲν κούφην, καὶ ὑπόπτερον ἐργάζεται τὴν ψυχήν. ἡ δὲ αὐτὴν E μολίβδου παντὸς βαρυτέραν καθίστησι· καὶ τοῦτο οὐκ ἀπὸ τῶν ἐμαυτοῦ λόγων, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ καταχυθέντος τῇ ἐπιθυμίᾳ ταύτῃ τῇ καλῇ παραστῆσαι πειράσομαι. τίς οὖν οὗτός ἐστιν; ὁ διάπυρος ἐραστὴς τοῦ Χριστοῦ Παῦλος· ὃς οὕτως ἐτρώθη τούτῳ τῷ πόθῳ, ὥστε στένειν μὲν ἐπὶ τῇ μελλήσει, καὶ διατριβῇ τῆς ἐνθένδε ἀποδημίας.

καὶ γὰρ

» καὶ γὰρ οἱ ὄντες, φησὶν, ἐν τῷ σκήνει τούτῳ στενάζομεν.] ἐπόθει δὲ » καὶ ἐβούλετο ἤδη λύειν ἐντεῦθεν διὰ τὸν Χριστόν. τὸ γὰρ ἐπιμένειν με, φησὶ, τῇ σαρκὶ ἀναγκαιότερον δι' ὑμᾶς. τουτέστιν, ἵνα ἐπιδοθῇ ἡ πίστις ἡ εἰς τὸν Χριστόν. διὰ τοῦτο καὶ λιμὸν, καὶ δίψαν, καὶ γυμνότητα, καὶ δεσμὰ καὶ θανάτους, καὶ διαποντίους ἀποδημίας, καὶ ναυάγια, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἃ κατέλεξεν, ἔφερε, καὶ οὐ μόνον οὐκ ἐβαρύνετο τούτοις, ἀλλὰ καὶ ἔχαιρε. τὸ δὲ αἴτιον ἦν ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ. διὸ καὶ ἔλεγεν· » ἐν τούτοις γάρ φησι, πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς. καὶ μὴ θαυμάσῃς· εἰ γὰρ ἀνθρώπων φιλία θανάτου πολλάκις καταφρονῆσαι ἐποίησε, τί οὐκ ἂν ἐργάσαιτο ἡ τοῦ Χριστοῦ; ποίαν δυσχέρειαν οὐκ ἂν ἐξωμαλίσειεν; οὕτως ἐκείνῳ πάντα φορητὰ ἦν πρὸς τὸ ποθούμενον ἐρῶντι μόνον, καὶ τὸ δι' ἐκεῖνον ἅπαντα πάσχειν, πάσης ἡδονῆς, καὶ ἀπολαύσεως ἡγουμένῳ μεῖζον, ὥσπερ οὖν καί ἐστιν. οὐδὲ γὰρ ἐνόμιζεν εἶναι ἐν τῇ γῇ, οὐδὲ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, οὐδὲ μετὰ ἀνθρώπων στρέφεσθαι· ἀλλ' ὡς ἤδη τὴν οὐρανίαν λῆξιν ἔχων, καὶ μετὰ ἀγγέλων πολιτευόμενος, καὶ τὴν βασιλείαν ἀπολαβὼν, καὶ πρόσωπον, πρὸς πρόσωπον ἀπολαύων· οὕτω κατεφρόνει τῶν ἐν τῷ παρόντι ἡδέων τε, καὶ λυπηρῶν, καὶ ἀναπαύσεως αὐτῷ λόγος οὐδεὶς ἦν ὁ συνεχῶς ἐπιζητεῖται παρ' ἡμῶν, ἀλλ' ἐβόα λέγων· » μέχρι τῆς ἄρτι ὥρας, καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, » καὶ κολαφιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν, καὶ κοπιῶμεν ἐργαζόμενοι ταῖς » ἰδίαις χερσί· λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα, » βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν. καὶ πάλιν, ὡσπερεὶ καθάρμα- » τα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν· πάντων περίψημα ἕως ἄρτι. καθάπαξ γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς ψυχῆς στρέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸ ἐκεῖ κάλλος καταπλαγεὶς, οὐκ ἠνείχετο πρὸς τὴν γῆν ἐπιστρέψαι πάλιν· ἀλλ' ὥσπερ τις πτωχὸς, καὶ πένης, ἐν οἰκίσκῳ ζοφώδει, καὶ ταπεινῷ τὸν ἅπαντα χρόνον κατακλεισθεὶς, ἐπὰν, ἴδῃ βασιλέα χρυσῷ τε πολλῷ, καὶ λίθων ἀστραπαῖς ἀποστίλβοντα, οὐκ ἂν ἕλοιτο λοιπὸν οὐδὲ εἰς νοῦν τὴν τῆς οἰκείας πτωχείας οἰκίαν λαβεῖν· ἀλλ' ἅπαντα πραγματεύεται ὑπὲρ τοῦ μεταστῆναι πρὸς ἐκείνην τὴν οἴκησιν, ἂν ἐξῇ· οὕτω καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος κατοπτεύσας τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, κατεφρόνει τῆς ἐνθάδε πενίας, καὶ τοῖς ἀνθρώποις διὰ τὴν τοῦ σώματος ἀνάγκην συναναστρεφόμενος, πρὸς οὐδὲν τῶν ἐνθάδε ἐπεστρέφετο, ἀλλ' ὅλον ἑαυτὸν πρὸς τὴν πόλιν ἐκείνην μετέθηκε. καὶ τί λέγω τὰ ἐν τῷ παρόντι βίῳ λυπηρά; τοσοῦτον ἔπνευσεν εἰς αὐτὸν ὁ τοῦ Χριστοῦ πόθος, ὡς εἴγε προὔκειτο, καὶ τὰς ἀθανάτους κολάσεις ἐκείνας ὑπενεγκεῖν ἕνεκεν τοῦ Χριστοῦ, μηδ' ἂν τοῦτο παραιτήσασθαι ποτέ. οὐ γὰρ ὥσπερ ἡμεῖς οἱ μισθωτοὶ γέενναν δεδοικότες, καὶ τῆς βασιλείας ἐφιέμενοι, οὕτω κἀκεῖνος ἐδούλευσε τῷ Χριστῷ· ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ πολλῷ τούτου βελτίονι, καὶ μακαριωτέρῳ πόθῳ ληφθεὶς, ἔπασχέ τε, καὶ ἔπραττεν ἅπαντα, δι' ἕτερον μὲν οὐδὲν, ἵνα δὲ παραμυθήσηται τὸν ἔρωτα μόνον, ὃν εἶχεν εἰς τὸν Χριστὸν, ὃς οὕτως αὐτοῦ κατὰ κράτος εἷλε τὸν λογισμὸν, ὡς καὶ ὃ πάντων αὐτῷ τιμιώτερον ἦν, τὸ συνεῖναι τῷ Χριστῷ λέγω, ὑπὲρ οὗ καὶ γεέννης κατεφρόνησε, καὶ βασιλείας οὐρανῶν, καὶ τούτου πάλιν ἀλλοτριωθῆναι ἑκὼν, ἑλόμενος διὰ τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ἄφατον ἔκπτωσιν ὡς ἕν τι τῶν εὐκταιοτάτων ἀσπάζεσθαι, καὶ μετὰ πολλῆς ἑλέσθαι τῆς προθυμίας·

Καὶ τάχα νῦν μὲν ἀσαφὲς εἶναι δοκεῖ πολλοῖς τὸ λεχθέν· ὅταν δὲ αὐτὸ σαφέστερον εἴπω, τότε πάλιν ἄπιστον εἶναι δόξει τούτοις, οἷς πρότερον ἦν ἀσαφές. καὶ οὐδὲν θαυμαστόν. καὶ γὰρ καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος προσδοκήσας ἀπιστηθήσεσθαι περὶ τούτων, διὰ τοῦτο προλαβὼν ἔλεγεν· » ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι· συμμαρτυρούσης » μοι τῆς συνειδήσεώς μου ἐν πνεύματι ἁγίῳ. καὶ ὅμως τοσαῦτα τῷ λόγῳ προσθεὶς, καὶ μάρτυρας αὐτοῦ τῆς συνειδήσεως καλέσας τούτους, ἀπιστεῖται καὶ νῦν. ὅτι τοίνυν τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν, ἄκουε· διαλεχθεὶς περὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ δεινῶν, καὶ εἰπὼν ὅτι τίς ἡμᾶς » χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλῖψις, ἢ στενοχωρία, ἢ » διωγμὸς, ἢ λιμὸς, ἢ γυμνότης, ἢ κίνδυνος, ἢ μάχαιρα; καὶ πάντα διελθὼν, τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἄνεισιν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι οὐδὲν μέγα τῶν ἐνταῦθα κολαστηρίων καταφρονεῖν » διὰ τὸν Χριστὸν, ἐπήγαγεν· ὅτι οὔτε ἄγγελοι, οὔτε ἀρχαὶ, οὔτε » δυνάμεις, οὔτε ἐνεστῶτα, οὔτε μέλλοντα, οὔτε ὕψωμα, οὔτε βά- » θος, οὔτε τις κτίσις ἑτέρα δυνήσεται ἡμᾶς χωρίσαι ἀπὸ τῆς ἀγά- » πης τοῦ Θεοῦ, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. οὐ μόνον ἄνθρωποι οὐ δυνήσονται ταύτης διασπᾶσαί με τῆς φιλίας, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελοι· οὐδ' ἂν εἰ πᾶσαι τῶν οὐρανίων συνέλθοιεν εἰς ταυτὸ δυνάμεις, οὐ τοῦτο ἰσχύσουσι. τί λέγω; οὐδ' ἂν βασιλείας ἐκπεσεῖν δέῃ, οὐδ' ἂν εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν διὰ τὸν Χριστὸν, οὐδὲ

A (*Poſiti*, inquit, *in tabernaculo iſto ingemiſcimus.*) Et iterum: *De-* 2.Cor.5,4
ſiderium habens diſſolvi, & cum Chriſto eſſe: multo enim melius eſt.
Sed quoniam, inquit, *hoc placet illi quem amo, permanere in carne* Phil.1,24.
neceſſarium propter vos. Ut enim fides Chriſti prædicetur, & ut
ipſe ab omnibus ametur, propterea & famem, & ſitim,
& nuditatem, & vincula mortéſque ſuſtineo, & tranſmarinas
peregrinationes, & naufragia, cunctáque omnino quæ inferun- Rom.8,37.
tur in me, libens perfero, & non ſolum nihil mihi horum grave
B eſt; ſed & pro his omnibus glorior. Cauſa autem mihi gloriandi
pro his charitas Chriſti eſt. *In his enim*, inquit, *omnibus ſupera-*
mus propter eum qui dilexit nos. Quòd ſi amor hominum fre-
quenter etiam mortem ſubire perſuaſit, quomodo non amor
Chriſti, non ſolum laboris patientiam; ſed & mortis toleran-
tiam perſuadebit? ſicut & huic amatori ejus, quem ſupra oſten-
dimus, omnia pro nihilo ducenti, dum nimis amori ejus inhære-
ret. Neque enim videbatur ſibi eſſe in terris, neque præſentem
C hanc vitam cum hominibus ducere, ſed tanquam ſi jam eſſet in
cœlis, & cum Angelis haberet converſationem ſuam, & quaſi fa-
cie ad faciem conſpiceret bona futura; ita ſpernebat cuncta quæ
in præſenti vita vel delectabilia vel triſtia videbantur. Nulla ei
cogitatio, nullus ſermo de requie erat, quod nos & frequentius
& ſollicitus quærimus; ſed clamabat dicens: *Uſque ad hanc*
horam & eſurimus, & ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædi-
mur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operantes manibus noſtris.
D *Maledicimur, & benedicimus: perſecutionem patimur, & ſuſtine-* 1.Cor.4,11.
mus: blaſphemati, deprecamur: tanquam purgamenta hujus mun-
di facti ſumus, omnium peripſema uſq; adhuc. Per ſingula enim Ibid. v. 13.
oculos mentis ſuæ convertens ad cælum, & decore cœleſtium
tractus reverti rurſus ad terrena recuſabat; ſed ſicut is, qui in
paupertate poſitus, intra vile & humile tugurium vixit, ſi fortè
regem videat auro multo & margaritis ac purpura refulgen-
tem, ultra jam non vult tugurii pauperis recordari, nec penuriæ
E ſuæ ad animum revocare memoriam; ſed agit omnia quatenus
poſſit à ſplendore & gloria regis, quem contuens admiratus eſt
& dilexit, inſeparabilis effici; ita & Paulus ubi perſpexit illa quæ
in cœlis ſunt, contempſit iſta quæ egeſtatis & ſqualloris in terra
plena ſunt: & cum hominibus quidem pro neceſſitate terreni
corporis converſabatur, mente verò & ſollicitudine totum ſe
illuc transferebat, quò eum amoris ſui ducebat intentio: etiam ſi
triſte hic aliquid perferebat, animo ibi occupato non ſentiebat:
A & ſi delectabile & ſuave aliquid videbatur, illa delectatio & illa
ſuavitas, quam per ſpiritum contuebatur, delectationes hujus
ſuavitatis obſcurabat. In tantum enim ſuccenſus erat igne Chri-
ſti, ut ei etiam ſi flammas immortales adhibeas, neſciat, non ſen-
tiat, non uratur. Multò namque vehementior eſt ignis Chriſti,
quo uritur per amorem. Non enim Paulus erat, ſicut nos merce-
narii, qui timore gehennæ regnum Chriſti requirimus; ſed ille
alio quodam pacto multo præſtantiore, & beatiore deſiderio
B conſtrictus, ita fert omnia, ut ex his, quas patitur pœnis, ſolatia
magis amoris ſui capiat, quàm dolorem corporis ſentiat. Ita
enim totam ejus mentem devinxit amor Chriſti, ut etiam hoc
quòd ei præ cęteris omnibus amabilius erat, eſſe cum Chriſto:
rurſum idipſum, quia ita placeret & Chriſto, contemneret; ſed
& cœlorum regno quod videbatur laborum eſſe remuneratio,
pro Chriſto nihilominus carere pateretur, & ab ipſo etiam Chri-
ſto anathema effici pro Chriſto optabile haberet.

C Sed fortaſſe minus planum videtur eſſe quod dico: quod ta- CAP. 19.
men ſi explanare voluero, tunc jam non obſcurum; ſed incre-
dibile fiet, his duntaxat ipſis quibus priùs videbatur obſcurum.
Quòd tamen etiam beatus ipſe quia incredibile futurum eſſe
proſpexit, cum quadam id proteſtatione ſignavit, dicens, *Veri-* Rom.9,1.
tatem in Chriſto dico, non mentior, teſtimonium mihi perhibente
conſcientia mea in ſpiritu ſancto, quoniam triſtitia eſt mihi magna,
& continuus dolor cordi meo. Optabam enim ipſe anathema fieri
D à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum
carnem, qui ſunt Iſraëlitæ. Et tamen cum proteſtatus ſit, & con-
ſcientiam ſuam ad teſtimonium invocaverit, adhuc minus cre-
dibile videtur apud homines, quòd ab ipſo velit anathema fieri,
pro quo vult etiam anathema fieri. Quid verò illud, quòd cum
diſputaſſet de his, quæ in hoc ſeculo agerentur malis, addit & di-
cit: *Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia,*
an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Et Rom. 8,35.
E enumerans omnia quæ in terris ſunt, aſcendit etiam in cœlum:
oſtendere volens quia nihil magnum eſt, ſi contemnat terrena
ſupplicia propter Chriſtum, adjecit etiam hoc: *Quia neq; An-*
geli, neq; principatus, neq; poteſtates, neq; virtutes, neq; præſentia, ne-
que futura, neq; altitudo, neque profundum, neq; alia creatura
poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino
noſtro. Quod autem dicit, tale eſt: Non ſolum homines abſtrahere me non poſſunt ab amore Chriſti; ſed ne Angeli quidem, neq; omnes ſimul cœlorum virtutes, ſi conveniant in unum, ab ejus charitate ſeparare me poſſunt: nec ſi à regno decidere me neceſſe ſit,

aut etiam in gehennam trudi pro Chriſto, ne hoc quidem mihi metuendum eſt. Quod enim ait, *Altitudo & profundum, vita & mors,* non aliud mihi indicare videtur, quàm regnum cœlorum & gehennam. Hæc autem dicebat, non quòd Angeli affectare poſſent eum aliquando à Chriſto ſeparare; ſed etiam ea quæ impoſſibilia ſunt, verbi gratia fieri poſſe dixit, magis quàm ſe à Chriſti amore ſejungi, ut per hæc, quanta in eo vis eſſet charitatis, oſtenderet, atque omnibus ante oculos poneret. Hic enim amantium mos eſt, ut amorem ſuum ſilentio tegere nequeant; ſed neceſſariis ſuis & charis efferunt & produnt, & flammas ſuas intra pectus cohibere non poſſunt. Enarrant frequentius, ut ipſa aſſiduitate narrandi, amoris ſui ſolatium capiant, & refrigeria immenſi ardoris aſſumant. Sic ergo facit beatus hic & eximius amator Chriſti. Omnia quæ ſunt, & quæ erunt, quæque accidere poſſunt, & quæ omnino non poſſunt, ſimul ſermone uno complectitur, viſibilia & inviſibilia, omnem requiem, cunctáq; ſupplicia, & quaſi non ſufficientibus bonis ſolis ad amoris ſui vim & magnitudinem complectendam, aſſumit & triſtia. Sed & ea, quæ non ſunt, commemorat, ut oſtendat quia etiam ſi eſſent ea, quæ non ſunt, ſe tamen movere à propoſito aut mutare non poſſent. Nam creatura alia utique de his dicit, quæ non ſunt. Quòd ſi illi non ſufficiunt omnia quæ ſunt, ut moveatur à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu; ſed & ea quæ non ſunt, provocat quodammodo ad certamen, & ad tam excelſa conſcendit: nos qui jubemur ejus eſſe imitatores, ne iſtas quidem ferimus tribulationes, quæ communes nobis habentur cum cæteris; ſed diſſolvimur & relaxamur, & quaſi febribus defatigati deficimus, tanquam longa & diutina ægritudine conſumpti, & dejicimur omni ſanitatis ſpe penitus. Sed & ſi aliquis nobis exempla Apoſtolorum adducat in medium, & dicat, ſequi nos debere & imitari vitæ eorum propoſitum, geſtorúmque regulas cuſtodire: reſpondebimus ſtatim: quia nobis impoſſibile ſit illos imitari, & virtutis eorum tenere menſuras. Quòd ſi etiam cauſam percontetur quis, nos continuò ſtultam illam reſponſionem abſurdámque proferimus. Ille Paulus erat, ille Petrus erat, ille Joannes erat. Quid eſt, ille Paulus erat, dic mihi: quid eſt ille Petrus erat? Nónne ejuſdem naturæ erant, cujus & nos? Nónne eadem via ingreſſi ſunt hunc mundum qua & nos? Nónne eiſdem cibis utebantur, atq; eundem reſpirabant aërem? Nónne eiſdem vitæ uſibus agebantur? Nónne aliqui ipſorum etiam conjugia experti ſunt, & liberos procrearunt? Quidam verò ipſorum etiam opifices communium artium erant. Alii verò & lapſus perpeſſi ſunt peccatorum, atque in ultimum malorum barathrum deciderunt. Sed multum, inquis, gratiæ illi acceperunt à Domino. Si quidem mortuos ſuſcitare juberemur, aut oculos aperire cæcorum, aut mundare leproſos, aut claudos erigere, aut dæmones effugare, aliáſque his ſimiles ſanare ægritudines: ſi operationum virtus quæreretur, locum haberet iſta reſponſio: ſi verò vitæ à nobis obſervantia, converſationiſque requiritur & obedientiæ natio, quid facit ad hæc iſta narratio? Et tu enim accepiſti gratiam Dei per baptiſmum, & participationem ſpiritus ſancti conſecutus es, etiamſi non adhuc ut ſigna faceres; ſed quantum ſufficeret ad hoc, ut rectæ vitæ obſervantiam cuſtodires. Et ideo perditionis noſtræ cauſa nulla alia eſt quàm negligentia noſtra atque deſidia. Sed & Chriſtus in illa die remuneraturum ſe promittit, non eos qui ſigna & prodigia; ſed eos qui ſua præcepta fecerint, dicens: *Venite benedicti patris mei, percipite regnum,*
Matt. 25,34 *quod vobis paratum eſt à conſtitutione mundi. Non dixit, quia mirabilia feciſtis, ſed quia eſurivi, & dediſtis mihi bibere: peregrinus fui, & collegiſtis me: nudus, & operuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere, & veniſtis ad me.* Sed & beatos non dicit eos qui ſigna & mirabilia fecerint; ſed humiles ſpiritu, manſuetos, lugentes, eſurientes & ſitientes juſtitiam, pacificos & mundos corde, atque eos qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam.

CAP. XX.

Nuſquam itaque in ſignorum opere & mirabilium beatitudo ponitur; ſed in expletione mandatorum, & perfectione virtutum. Nam & illi ipſi beati qui hæc fecerunt, non ideo nobis in admiratione ſunt, quia ſigna oſtenderunt & prodigia, hoc enim totum gratiæ Dei fuit; ſed pro animi virtutibus magni habentur & clari. Quod utique nutu quidem divino, & gratia cœleſti, proprio tamen ſtudio ac labore operati ſunt. Non ego ſum qui hæc dico; ſed ille ipſe imitator Chriſti. Cùm enim adverſum pſeudoapoſtolos ſcribere, atque indicia probæ doctrinæ minúſque probæ, diſcipulos edoceret: non dixit ex mirabilibus & ſignis intelligi debere miniſtros Chriſti, ſed ait: *Miniſtri*
2. Cor. 11, 23. *Chriſti ſunt: & ego; tanquam minus ſapiens dico, plus ego. In laboribus plurimis, in carcere abundantius, in plagis ſupra modum, in mortibus frequenter: à Judæis quinquies quadragenas una minus accepi: ter virgis caſus ſum, ſemel lapidatus ſum, ter naufragium feci, die ac nocte in profundo maris fui,*

τοῦτό μοι φοβερόν. τὸ γὰρ ὕψωμα, καὶ βάθος, καὶ ζωὴ, καὶ θάνατος, οὐδὲν ἕτερον, ἢ τοῦτο ἐμφαίνει. ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐχ ὡς ἀγγέλων ἐπιχειρησόντων αὐτὸν διαστῆσαι τοῦ Χριστοῦ· ἀλλὰ καὶ τὰ μηδέποτε ἐκβησόμενά ποτε ὑποτίθεται τῷ λόγῳ· ἵνα δυνηθῇ τὸν πολὺν πόθον, ὃν εἶχε, παραστῆσαι, καὶ ποιῆσαι καταδήλον ἅπασι. τοιοῦτον γὰρ τὸ τῶν φιλούντων ἔθος ἐστίν· οὐ στέγουσι σιγῇ κατέχειν τὸν ἔρωτα, ἀλλ' εἰς τοὺς ἐπιτηδείους ἅπαντας τὴν φλόγα ἐκφέρουσι, τῷ συνεχῶς διηγεῖσθαι τοῦ πόθου τὴν ὑπερβολὴν, διαναπαύοντες αὐτῶν τὴν ψυχὴν, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος ἐκεῖνος τότε ἐποίησε. καὶ πάντα τῷ λόγῳ περιλαβὼν, τὰ ὄντα, τὰ ἐσόμενα, τὰ συμβάντα, τὰ μηδέποτε συμβησόμενα, τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, καὶ πᾶσαν κόλασιν, καὶ πᾶσαν ἀνάπαυσιν, ὥσπερ οὐκ ἀρκούντων τούτων αὐτῷ, πρὸς τὴν τοῦ πάθους παράστασιν, ἕτερα τοσαῦτα πάλιν οὐχ ὑφεστῶτα ὑποστησάμενος τῷ λόγῳ καὶ θείς. τὸ γὰρ κτίσις ἑτέρα τῶν οὐχ ὑφεστώτων ἐστίν· οὕτως ἐπήγαγε· δηλῶν, ὅτι πάντων τῶν εἰρημένων, οὐδὲν ἡμᾶς χωρίσαι δυνήσεται τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν· καὶ ἐκεῖνος μὲν πρὸς τοσοῦτον ὕψος, τὸν ἑαυτοῦ πόθον ἀνῆξεν· ἡμεῖς δὲ οἱ κελευσθέντες εἶναι αὐτοῦ μιμηταὶ, οὐδὲ τὰς ἐνταῦθα θλίψεις φέρομεν εὐχερῶς, ἀλλὰ ἀλύομεν καὶ δυσανασχετοῦμεν τῶν πυρεττόντων οὐκ ἔλαττον. ἡ γὰρ μακρὰ αὕτη νόσος, ἡ καταλαβοῦσα τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, ἀνίατος τῷ χρόνῳ γέγονεν, ὡς εἰπεῖν, καὶ τῆς εἰλικρινοῦς ὑγιείας οὐδὲ ἔννοιαν δυνάμεθα λαβεῖν. ἀλλὰ καὶ ἀδύνατος εἶναι δοκεῖ ἡμῖν λοιπὸν, ἡ ταύτης ἀνάκτησις. κἂν ἀκούσωμέν τινος τοὺς ἀποστόλους εἰς μέσον ἄγοντος, καὶ τὰ ἐκείνων κατορθώματα λέγοντος, δέον εὐθέως καὶ πεισθῆσαι ἑαυτούς· ὅτι τοσοῦτον αὐτῶν ἀφεστηκότες, οὐδὲ ἁμάρτημα τὸ πρᾶγμα εἶναι νομίζομεν· ἀλλ' ὡς οὐδὲ δυνατὸν πρὸς ἐκεῖνο φθάσαι τὸ ὕψος, οὕτω διακείμεθα. κἂν ἐρηταί τις τὴν αἰτίαν, εὐθέως τὴν ἄλογον ταύτην ἀπολογίαν προβαλλόμεθα λέγοντες· ἐκεῖνος Παῦλος ἦν· κἀκεῖνος Πέτρος ἦν, κἀκεῖνος Ἰωάννης. τί ἐστιν ἐκεῖνος Παῦλος ἦν, ἐκεῖνος Πέτρος ἦν; οὐ τῆς αὐτῆς φύσεως, εἰπέ μοι, καὶ οὗτοι μετεῖχον; οὐ διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ παρήχθησαν εἰς τὸν βίον ἡμῖν; οὐ ταῖς αὐταῖς ἐτράφησαν τροφαῖς; οὐ τὸν αὐτὸν ἀνέπνευσαν ἀέρα; οὐ πράγμασιν ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς; οὐχ οἱ μὲν αὐτῶν καὶ γυναῖκας εἶχον, καὶ παιδίας· οἱ δὲ καὶ τέχνας βιωτικάς; ἕτεροι δὲ, καὶ εἰς αὐτὸ τὸ τῆς κακίας τὸ βάραθρον κατηνέχθησαν; ἀλλὰ πολλῆς ἀπήλαυσαν, φησὶ, τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος. ἀλλ' εἰ μὲν νεκροὺς ἀναστῆσαι ἐκελευόμεθα, ἢ ὀφθαλμοὺς ἀνοῖξαι τυφλῶν, ἢ καθαρίσαι λεπροὺς, ἢ χωλοὺς ἀνορθῶσαι, ἢ δαίμονας ἐκβαλεῖν, καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας ἰάσασθαι νόσους, καιρὸν ἂν εἶχε τὰ τῆς ἀπολογίας ταύτης ἡμῖν· εἰ δὲ πολιτείας ἐξέτασις πρόκειται, καὶ ὑπακοῆς ἐπίδειξις, ποῖον ταῦτα πρὸς ἐκεῖνον ἂν ἔχοι λόγον; καὶ γὰρ καὶ σὺ θείας ἀπήλαυσας χάριτος βαπτιζόμενος· καὶ πνεύματος μετέσχες, εἰ καὶ μὴ πρὸς τὸ τὰ σημεῖα ποιεῖν· ἀλλ' ὅσον ἀρκεῖ πρὸς τὴν πολιτείαν ὀρθὴν, καὶ ἠκριβωμένην λαβεῖν· ὥστε ἐκ ῥαθυμίας μόνον τῆς ἡμετέρας ἐστὶν ἡ διαστροφή. καὶ ὁ Χριστὸς δὲ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην οὐ τοῖς τὰ σημεῖα ἐργασαμένοις ἁπλῶς τὰ ἔπαθλα δίδωσιν, ἀλλὰ τοῖς τὰ προστάγματα πεποιηκόσι τὰ αὐτοῦ. δεῦτε γάρ, φησιν, οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. οὐχ ὅτι ἐθαυματουργήσατε· ἀλλ' ὅτι ἐπείνασα, καὶ ἐδώκατέ μοι φαγεῖν, ἐδίψησα, καὶ ἐποτίσατέ με, ξένος ἤμην, καὶ συνηγάγετέ με· γυμνὸς, καὶ περιεβάλετέ με· ἠσθένησα, καὶ ἐπεσκέψασθέ με· ἐν φυλακῇ ἤμην, καὶ ἤλθετε πρός με.

Καὶ ἐν τοῖς μακαρισμοῖς δὲ, οὐδαμοῦ τοὺς τὰ θαύματα ποιοῦντας τίθησιν, ἀλλὰ τοὺς βίον ἔχοντας ὀρθόν· ὥστε εἰ καὶ ἐκείνη συνεστάλη νῦν ἡ χάρις, οὐδὲν ἡμᾶς παραβλάψαι τοῦτο δυνήσεται· ἀλλ' οὐδὲ ἀπολογήσασθαι ὑπὲρ ἡμῶν, ὅταν τὰς εὐθύνας ὑπέχωμεν τῶν πεπραγμένων. καὶ γὰρ τοὺς μακαρίους ἐκείνους, οὐ διὰ τὰ σημεῖα θαυμάζομεν· τοῦτο γὰρ ὅλον τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἦν· ἀλλ' ὅτι πολιτείαν ἐπεδείξαντο ἀγγελικήν· τοῦτο δὲ μετὰ τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς, καὶ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἔργον ἐστί. καὶ οὐκ ἐγὼ τοῦτο λέγω νῦν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ Χριστοῦ μιμητής. ὅτε γὰρ πρὸς τοὺς ψευδαποστόλους διετείνετο γράφων τοῖς μαθηταῖς, καὶ τὸ μέσον τοῦ δοκίμου τε, καὶ κιβδήλου διακονίας παραστῆσαι ἐβούλετο, οὐκ ἀπὸ τῶν σημείων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν κατορθωμάτων αὐτοῦ τοῦτο ἐποίησεν, οὑτωσὶ λέγων· διάκονοι Χριστοῦ εἰσι, παραφρονῶν λαλῶ, ὑπὲρ ἐγώ. ἐν κόποις περισσοτέρως, ἐν φυλακαῖς περισσοτέρως, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλλόντως, ἐν θανάτοις πολλάκις. ὑπὸ Ἰουδαίων πεντάκις τεσσαράκοντα παρὰ μίαν ἔλαβον· τρὶς ἐῤῥαβδίσθην· ἅπαξ ἐλιθάσθην· τρὶς ἐναυάγησα· νυχθήμερον ἐν τῷ βυθῷ πεποίηκα· ὁδοιπορίαις

ρίαις πολλάκις· κινδύνοις ποταμῶν· κινδύνοις λῃστῶν· κινδύνοις ἐκ γένους· κινδύνοις ἐξ ἐθνῶν· κινδύνοις ἐν πόλει· κινδύνοις ἐν ἐρημίᾳ· κινδύνοις ἐν θαλάσσῃ· κινδύνοις ἐν ψευδαδέλφοις· ἐν κόπῳ, ἐν μόχθῳ, ἐν ἀγρυπνίαις πολλάκις, ἐν λιμῷ καὶ δίψῃ, ἐν νηστείαις πολλάκις, ἐν ψύχει, καὶ γυμνότητι. χωρὶς τῶν παρεκτός· ἡ ἐπισύστασίς μου ἡ καθ᾽ ἡμέραν· ἡ μέριμνα πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, καὶ οὐκ ἐγὼ πυροῦμαι; διὰ ταῦτα θαυμάζω τοὺς ἀποστόλους ἐγώ. ὡς οἵ γε τούτων χωρὶς ἐπιδείξασθαι σημεῖα διὰ τινας οἰκονομίας συγχωρηθέντες, οὐ μόνον οὐκ ἐγένοντο θαυμαστοί, ἀλλὰ καὶ ἀδόκιμοι, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς δείκνυσι λέγων· πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ κύριε, κύριε, οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι πολλὰς δυνάμεις ἐποιήσαμεν, καὶ ἐρῶ αὐτοῖς, ἀποχωρεῖτε ἀπ᾽ ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν· οὐδέποτε ἔγνων ὑμᾶς. διὰ τοῦτο καὶ τοῖς μαθηταῖς παρῄνει λέγων· μὴ χαίρετε, ὅτι τὰ δαιμόνια ὑμῖν ὑποτάσσεται· ἀλλ᾽ ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν γέγραπται ἐν τοῖς οὐρανοῖς· πολιτεία μὲν γὰρ ὀρθή, καὶ τούτων χωρίς, ἀπολήψεται τοὺς στεφάνους· καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἕξει παρὰ τοῦτο τότε· βίος δὲ παράνομος, οὐδὲ μετὰ σημείων δυνήσεται τὴν κόλασιν ἐκφυγεῖν· ὥστε περιττὸς ἡμῖν ὁ λόγος οὗτός ἐστιν· οὐ περιττὸς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπικίνδυνος, καὶ πολλοῖς τῶν αἱρετικῶν παρέχων λαβάς. εἰ γὰρ μὴ διὰ τὴν οἰκείαν ἐκεῖνοι προαίρεσιν οὕτως ἐγένοντο θαυμαστοί, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ χάριν μόνον, τί τὸ κωλῦον, ἅπαντας τοιούτους γενέσθαι; ἡ γὰρ χάρις εἰ μὴ τὰ παρ᾽ ἡμῶν πρότερον ἐζήτει, ἀθρόως ἂν εἰς τὰς ἁπάντων ἐξεχύθη ψυχάς. οὐ γάρ ἐστι προσωπολήπτης ὁ Θεός. ἐπειδὴ δὲ τὰ παρ᾽ ἡμῶν ζητεῖ, διὰ τοῦτο, τοῖς μὲν ἐπέστη, καὶ παραμένει· τῶν δὲ, ἀφίσταται· εἰς δὲ τοὺς λοιποὺς, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν καθικνεῖται. ὅτι δὲ προαίρεσιν πρότερον ἐξετάσας, οὕτω τὴν χάριν ἔδωκεν ὁ Θεός, πρὶν ἤ τι θαυμαστὸν ἐπιδείξασθαι τὸν μακάριον ἐκεῖνον, ἄκουσον τί περὶ αὐτοῦ φησι· σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστι, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν τε, καὶ βασιλέων, καὶ παντὸς γένους Ἰσραήλ. ταῦτα οὔπω τῆς χάριτος παρούσης ἐμαρτύρησεν ὁ τὰς καρδίας ἐμβατεύων ἡμῶν. μὴ δὴ σφάλλωμεν ἑαυτοὺς, ἀγαπητοί, ἀδύνατον εἶναι λέγοντες γενέσθαι κατὰ Παῦλον τινα. τῆς μὲν γὰρ χάριτος, καὶ τῶν σημείων ἕνεκα οὐκ ἔτι Παῦλος ἕτερος ἔσται λοιπόν· τῆς δὲ ἀκριβείας τοῦ βίου, τῶν βουλομένων ἕκαστος τοιοῦτος γένοιτ᾽ ἄν. εἰ δὲ μή εἰσι, παρὰ τὸ μὴ βούλεσθαι μόνον. ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς εἰς τοῦτο ἀλογίας ἐξέπεσον, κατὰ Παῦλον ζητῶν τινας τῶν νῦν· οὐδὲ κατὰ τοὺς τρίτους, ἢ τοὺς τετάρτους μετ᾽ ἐκεῖνον δυνάμενος ἰδεῖν. διὰ ταῦτα πενθεῖν δὴ χρὴ, καὶ δακρύειν, καὶ ὀδύρεσθαι, οὐ μίαν, οὐδὲ δευτέραν ἡμέραν μόνον, ἀλλὰ τὸν βίον ἅπαντα. εἰ γάρ τις εἰς ταύτην ἕξιν καταστήσειεν ἑαυτὸν, δυσκόλως ἁμαρτήσεται τοῦ λοιποῦ. καὶ εἰ διαπιστεῖς τῷ λόγῳ, τοὺς πενθοῦντας ἐξέτασον· πένθη λέγω τὰ κοσμικά· μὴ τούτων τινὰ τῶν πολλῶν, καὶ τὸν ἐπίπονον ζώντων βίον, ἀλλ᾽ ἐκείνων τῶν ἁβρῶν, καὶ οὐδὲν ἕτερον εἰδότων, ἢ τρυφᾶν. οὗτοι γὰρ, οὗτοι, οἱ μεθύειν μελετῶντες, καὶ γαστρίζεσθαι, οἱ τὰ μὲν ἄριστα συντελοῦντες μέχρις ἑσπέρας, τὰ δὲ δεῖπνα εἰς μέσας νύκτας ἐκτείνοντες, οἱ τὰ τῶν ἄλλων ἁρπάζοντες, καὶ οὔτε χήρας, οὔτε πένητος, οὔτε ἀδυνάτου φειδόμενοι, οἱ πολλὴν ὠμότητα ἐπιδεικνύμενοι· εἴ ποτε πένθει ληφθεῖεν σφοδρῷ καὶ δυναμένῳ κάτωθεν ἀνατρέψαι, καὶ διαταράξαι ψυχήν, πάσας ἐκείνας τὰς βλακώδεις ἐπιθυμίας, καὶ παραφρόνους ἐκβαλόντες, εἰς τὸν τῶν φιλοσόφων μετατίθενται βίον, σκληραγωγίαν, ἀγρυπνίαν, χαμευνίαν, καρτερίαν, νηστείαν, σιγὴν, ἐπιείκειαν, ταπεινότητα, φιλανθρωπίαν ἐπιδεικνύμενοι πολλήν. καὶ τί γε τὰ ἑτέρων ἁρπάζοντες, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἡδέως ἂν πρόοιντο κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρόν. κἂν πῦρ ἀφεῖναί τις ἐθέλοι τοῖς ὑπάρχουσι μετὰ τῆς οἰκίας πάσης, οὐ παροξύνονται. πολλοὺς δὲ ἔγωγε οἶδα, μετὰ τὴν τῶν φιλτάτων ἀποβολὴν, τοὺς μὲν τὴν ἐν ἀγροῖς δίαιταν τῆς πόλεως ἐναλλαξαμένους, καὶ τῶν ἐν ταύτῃ καλῶν· τοὺς δὲ παρὰ τὰ μνήματα τῶν ἀπελθόντων, τὰς οἰκίας δειμαμένους, καὶ τὸν βίον ἐκεῖ καταλύσαντας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον· ἕως δ᾽ ἂν ἀκμάζῃ τὸ πένθος, οὐδενὸς αὐτοῖς τῶν παρόντων λόγος ἐστίν· ἀλλὰ τὴν μανίαν, ἣν περὶ τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν συλλογὴν τῶν χρημάτων εἶχον, ἣν περὶ τὴν κτῆσιν τῆς δυναστείας, καὶ τῆς δόξης, τῆς παρὰ τῶν πολλῶν, ὥσπερ τινὰ χόρτον, ἢ καὶ ἄνθος χόρτου τῇ φλογὶ τῆς ἀθυμίας καταφλέξαντες, ἔρριψαν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ πρὸς τοσαύτην τότε ἡ διάνοια φιλοσοφίαν μεθίσταται, ὡς μηδὲ μέχρι ῥημάτων ἀνασχέσθαι τινὸς τῶν κατὰ τὸν παρόντα βίον ἡδέων, ἀλλὰ πάντα τὰ πρὸς ἡδονὴν εἶναι δοκοῦντα πρότερον, προσίστασθαί τε αὐτοῖς, καὶ πικρότατα φαίνεσθαι. Οὐδεὶς

in itineribus ſæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in civitate, periculis in ſolitudine, periculis in mari, periculis in falſis fratribus, in labore & fatigatione, in vigiliis frequenter, in fame & ſiti, in jejuniis multis, in frigore & nuditate. Præter illa quæ extrinſecus in me concurrunt, quotidiana ſollicitudo omnium eccleſiarum. Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Vides pro qualibus & quibus geſtis mirandi ſunt Apoſtoli? nam qui ſigna permiſſi ſunt & miracula ſine iſtis diſpenſatione quadam edere, non modo mirabiles facti non ſunt; ſed & reprobi; ſicut & Chriſtus oſtendit, cum ait: *Multi dicent mihi in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc dicam eis: Quia non novi vos, diſcedite à me operarii iniquitatis.* (Matt 7,22.) Propter hoc autem & diſcipulos monebat, dicens: *Nolite gaudere, quoniam dæmonia vobis ſubjiciuntur; ſed in hoc gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo.* (Luc. 10,20) Vita enim bona & actus probi etiam ſine ſignis & mirabilibus merentur coronam: iniqua autem converſatio etiam ſi ſigna & prodigia fecerit, ſupplicia non evadet, & ideo ſuperfluò hæc quæruntur, imò & periculosè. Nam poſſumus etiam ex his hæreticis occaſionem dare, ſi dicamus, quia Apoſtoli & omnes ſancti non ex propoſito ſuo & labore, mirabiles facti ſunt; ſed ex Dei gratia ſola. Dicunt enim: Et quid ergo prohibet omnes fieri tales? Si enim gratia Dei nihil requirit à nobis; ſed ipſa eſt quæ facit unumquemque perfectum: cur non omnibus ex æquo infunditur, & fiunt omnes repente perfecti? *Non enim eſt perſonarum acceptor Deus.* (Act. 10,14.) Sed quoniam non ſola gratia Dei hoc agit: requiritur enim ut & nos, quod in propoſito noſtro & viribus noſtris eſt, expleamus: idcirco venit quidem ad unumquemque gratia Dei; ſed apud eos qui digne explent ea, quæ mandata ipſis ſunt, permanet: ab his vero qui minus dignè agunt, citò diſcedit: ad eos autem qui nec initium faciunt convertendi ad Dominum, omnino nec venit. Quod autem prius animi propoſitum examinarit, ac deinde gratiam dederit Deus, prius quam aliquid admirabile geſſerit beatus ille, diſce ex eo, quod de illo dicit: *Quia vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus & regibus, & omni populo Iſraël.* (Act. 9,15.) Hæc autem teſtatus eſt de eo, qui noſtra corda ſcrutatur, priuſquam ei gratia daretur. Non ergo noſmetipſos ſeducamus, dilectiſſimi, dicentes impoſſibile eſſe, ut ſit aliquis ſicut Paulus. Siquidem ſignorum & mirabilium, ac ſapientiæ, gratiæque ejus contemplatione nullus poterit eſſe Paulus: vitæ autem ratione, & converſationis diligentia præſtò eſt volenti imitari illum: quod quia non fit, voluntas in culpa eſt. Sed neſcio quomodo in hoc ſtultitiæ decidi, ut Paulo ſimiles aliquos ex his qui nunc vivunt homines requiram: utinam vel tertio, vel quarto poſt ipſum loco inveniri poſſit aliquis. Et ideo lugendum eſt, & ideo flendum, & per totam vitam plangendum, ut vel ſic occupata in luctu & lachrymis anima erubeſcat aliquando peccare. Denique requiramus à lugentibus, iſtos dico pro charorum ſuorum amiſſione lugentes, & in egeſtate poſitos, & non qualeſcunque homines; ſed illos ipſos potentes & divites, & in deliciis agentes, qui ventri & voluptati vivunt, qui prandia uſque ad veſperam, cœnas in medium noctis extendunt, qui aliena diripiunt, & propria profundunt, iſtos ipſos interrogemus: ſi quando aut unicum pater filium, aut uxor ereptum citò plangit maritum, quomodo velut fulmine quodam icta anima contremiſcit, & in ſtuporem vertitur, aufugiunt continuò, nec uſquam apparent omnes illæ molles & diſſolutæ deliciæ: nuſquam ventris cura, aut ſollicitudo carnis habetur, ſed acerrimæ continentiæ introducitur philoſophia: abſtinetur ab omnibus, aguntur extenta jejunia, juges vigiliæ, humi requieſcitur, ſummum ſilentium, quies magna, humilitas ultima, manſuetudo ineffabilis, miſeratio immenſa: etiamſi auferantur omnia, etiamſi diripiantur, nihil pro his animus curat, nihil movetur: etiamſi igne concrementur univerſa, & cenſus pariter cum domibus pereat, non indignatur, non iraſcitur. Multos ego novi poſt amiſſionem charorum, nec urbes habitare voluiſſe; ſed commigraſſe ad agros, atque ibi jejunam & ſobriam duxiſſe vitam cum omni ſilentio & quiete. Alios memini in ipſis defunctorum ſuorum ſepulchris habitaculum poſuiſſe, atque inibi vitam ſimilem mortuo tranſegiſſe. Sed hæc poſtmodum, interim donec dolor in augmentis eſt, nihil curat anima, nihil cogitat, procul omnis illa inſania congregandæ pecuniæ, procul omnis cupiditas poſſidendi: honoris autem & ambitionis omnis apud eos gloria tunc verè *ut fœnum & velut flos fœni* videtur, & talis quaſi quam flamma triſtitiæ in cinerem verterit: (Eſa. 40, 8.) & ita ex omni parte anima transfertur ad philoſophiam, ut deliciarum atq; ſuavitatũ vitæ hujus ne ratio quidẽ ulla habeatur: imo potius ſi quid prius delectabile viſum eſt, ſi quid gratum, id nunc amariſſimũ & odibile ducitur.

A Nullus famulorum; ſed ne amicorum quidem quiſquam & familiarium aliquid in auribus ejus loqui audebit de his, quæ huic vitæ videntur neceſſaria eſſe; ſed tantummodo de humanarum rerum caduco & fragili ſtatu, de incertis vitæ hujus & lubricis rebus ſermo habetur, & varietas ac mutabilitas mortalis vitæ philoſophicis aſſertionibus exponitur, atque omni ex parte anima per dolorem luctus, tanquam in quodam ſacrario collocata, novis nunc de natura humana imbuitur diſciplinis: ut agnoſcere incipiat, & ſentire præſentis ſeculi fragilitatem, quàm inſtaB bilis ſit, & quàm citò fugiat omne quod in eo magnum videtur: quàmque fluxus & corruptibilis ſit mundi ſtatus, utque omnia tanquam in ſcena agantur & mimo. Et quidem tunc verè miſeræ & probroſæ apparent divitiæ, tunc fœda videtur jactantia. Invidia verò & ira & concupiſcentia ac libido ne ad extremas quidem januas lugentis accedit; ſed hæc omnia fugantur, omnia exterminantur; ita ut ne odor quidem horum ullus occurrat: C Una ſola cogitatio lugenti, unus intuitus imago defuncti eſt. Ille vultus ante oculos ponitur, ille aſpectus menti atque animo exhibetur, ipſe ei cibus, ipſe potus eſt: quòd ſi ſomnus fuerit, ſomnia inde ducuntur: ibi omnis requies, ibi omne ſolatium, ibi gloria, ibi divitiæ, ibi potentia, ibi omnes deliciæ collocantur. Sic oportebat & nos ſalutem noſtram lugere perditam, atq; animam noſtram mortuam lamentari, ut nihil amplius dicam. Exhibeamus animæ noſtræ quod illi exhibent carni alienæ. An D non extremæ miſeriæ eſt, ut hi quidem qui filios aut uxores lugent, ad nihil aliud occupent mentem ſuam, niſi ut defunctos ſuos quaſi intueantur, & illos ſemper animo ac cogitatione conſpiciant: nos verò quibus ſalus mortua, & regni cœlorum ſpes extincta eſt, omnia magis quàm inde cogitemus? Et illi quidem etiam ſi regii generis ſint, nemo tamen erubeſcit ſolemnitatem luctus implere; ſed & humi reſident, & cum amaritudine lamentantur, & veſtem lugubrem ſumunt, & omnia faciunt quæ E ad afflictionem animæ & corporis ſpectant: & neque quòd in deliciis nutriti ſunt cogitant, neque florem ſui corporis reſpiciunt, neque metu futuræ ex afflictione ægritudinis deterrentur; ſed omnia ferunt, & inſatigabiliter perferunt, & non ſolùm viri; ſed & multo magis fœminæ, etiamſi valde fuerint delicatæ. Nos contrà, qui non filios, ut dixi, aut uxores: ſed animam lugemus, & animam non alienam: ſed noſtram, prætereximus ægritudinem corporis, & excuſamus, quòd in deliciis A educati ſumus. Atque utinam hoc ſolum mali eſſet: nunc autem ne hoc quidem eſt quòd nos impedit aut retardat. Quid enim, dic mihi, corporis viribus opus eſt, cùm conterere debeamus? Quid neceſſariæ ſunt vires corporis, ut pura Deo fundatur oratio, ut peccatorum fiat recordatio, ut humilitas aſſumatur, & ſuperbia depellatur? Quid requiro corporis firmitatem ad arrogantiam reprimendam? Iſta ſunt enim in quibus placetur Deo. Quid laboris iſta, quid afflictionis requirunt? Et tamen quaſi B quidam intolerabilis labor ſit, omittuntur à nobis. Non requirit Deus ciliciorum pondus, neque concludi inter anguſtias cellulæ, neque in obſcuris antris & tenebroſis ſedere jubet: hoc ſolum eſt, quòd expoſcitur à nobis, ut ſemper recordemur, & ad animum revocemus mala noſtra, & conſcientiam geſtorum noſtrorum habeamus ante oculos, ut pro his ſupplicemus Deo, ut gehennam ponamus in conſpectibus noſtris, & angelos, qui C in die judicii ubique diſcurrunt, & congregant de omni orbe terrarum eos qui trudendi ſunt in gehennam, ac ſuppliciis tradendi. Ponamus etiam & illud ante oculos, quanti doloris eſt excludi ac projici à regno cœlorum, quod, ut mihi videtur, gravius eſt ipſa gehenna. Nam & ſi ignis ille non arderet, & immortalis illa pœna non eſſet parata, hoc ſolùm quòd *alieni efficimur à Chriſto tam clemente, tam benigno, qui & ſeipſum pro nobis in mortem tradidit, & omnia paſſus eſt, ut ab illo nos ſupplicio liberaret, ſuóq; patri reconciliaret peccatis noſtris infenſo, &* D *excludimur à bonis æternis, nónne omni pœna gravius diceretur, & ad erigendas animas atque ad ſpem ſufficeret incitandas?* Illud ſaltem ad memoriam revocemus exemplum, quod de quinque virginibus refertur, quæ excluſæ à thalamo ſponſi ſunt propter olei defectum: ponamus noſmetipſos in illis quæ excluduntur, & videamus qui dolor, & quæ pœna ſit, ſi cogitem° idem poſſe & nos pati ſi negligimus. Eſtne aliquis ita lapideus, qui hoc exemE plo non moveatur, & timeat ne ſimilia incurrat? Potuiſſemus quidem ſermonem prolixius producere: ſed quia obedientiæ magis, quam uſus alicujus cauſa hæc à nobis dicta ſunt, etiam ultra quàm debuimus, vagati ſumus. Bene enim novi, quia ſi quis cordis compunctionem requirat, hanc verè & integrè apud te haberi inveniet, & à te melius doceri, etiamſi ſileas. Sufficit enim ad compunctionem cordis videri te, & intelligi crucifixam vitam tuam. Itaque melius docebo de compunctione cordis, ſi nunc quidem viventibus habi-

A οὐδεὶς ἂν οὔτε τῶν οἰκετῶν, οὔτε τῶν φίλων τολμήσειε τότε ὑπὲρ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ σφόδρα κατεπειγόντων ῥῆξαι φωνήν· πάντα γὰρ ἐκποδὼν γινόμενα, παραχωρεῖ τοῖς περὶ φιλοσοφίαν λόγοις, τῆς ψυχῆς διὰ τοῦ πένθους τότε, καθάπερ ἐν ἱερῷ τινι τόπῳ παιδευομένης, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν οὐδένειαν, τοῦ παρόντος αἰῶνος τὸ ἐπίκαιρον, τῶν βιωτικῶν τὸ εὔφθαρτόν τε, καὶ ἄστατον, τῆς σκηνῆς τῶν γινομένων τὴν ὑπόκρισιν. ὑπεροψία χρημάτων τότε πολλή· B τότε ὀργῆς ἀναίρεσις· τότε ὀλιγωρία φιλοτιμίας, καὶ οὔτε φθόνος ἐμφωλεῦσαι, οὐ τῦφος ἐκβακχεῦσαι τὴν ὑπὸ τοῦ πένθους συντριβεῖσαν δύναιτ' ἄν· οὐκ ἐπιθυμία ἐμπιμπρῆσι τὴν ἀκόλαστον· ἀλλὰ πάντων τούτων φυγαδευθέντων ἐκεῖθεν, εἷς μόνος κατοικίζεται λογισμὸς, ὁ τὴν εἰκόνα τοῦ τετελευτηκότος διαχαράττων συνεχῶς· οὗτος καὶ σῖτα, καὶ ποτός· καὶ ὕπνος, καὶ ἡδονή, καὶ ἀνάπαυσις, καὶ παραμυθία πολλή, οὗτος δόξα, καὶ πλοῦτος, καὶ δυναστεία, καὶ τρυC φή. οὕτως ἡμᾶς ἐχρῆν τὴν ἀποβολὴν τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας πενθεῖν, ἵνα μηδὲν εἴπω πλέον. μετὰ τοσούτου πόθου, καὶ προθυμίας ἔδει πάντοτε ἐκεῖ τετάχθαι τὸ ὄμμα τῆς ψυχῆς, καὶ πάντα ἡμῖν τὰ ἐκείνης εἶναι μνήμην, καὶ ἀνατύπωσιν. νῦν δὲ οἱ μὲν παῖδας, καὶ γυναῖκας ἀποβαλόντες, πρὸς οὐδὲν ἕτερον ἀπασχολοῦσι τὸν νοῦν, ἢ πρὸς τὸ φαντάζεσθαι τοὺς ἀποσπασθέντας αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ οἱ βασιλείας ἀπολέσαντες οὐρανῶν, πάντα μᾶλλον, ἢ ταύτην διανοούμεθα. καὶ ἐκεῖD νων μὲν οὐδεὶς, κἂν βασιλικωτέρου τύχῃ γένους, τῷ τοῦ πένθους αἰσχύνεται νόμῳ· ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐδάφους καθιεῖται, καὶ θρηνωδεῖ πικρόν· καὶ τὴν ἐσθῆτα μεταβάλλει· καὶ τὰ ἄλλα πάντα μετὰ πολλῆς ὑποστήσεται προθυμίας τὰ τῆς τιμωρίας ἐκείνης· καὶ οὔτε ἀνατροφήν, οὔτε σώματος ἕξιν, οὐ τὰς μετὰ ταῦτα λογιεῖται νόσους, τὰς ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας ἐκείνης. ἀλλὰ μετὰ πολλῆς τότε οἴσει τῆς εὐκολίας. καὶ ταῦτα μὲν οὐκ ἄνδρες μόνον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκες, κἂν σφόδρα ἀσθεE νεῖς ὦσιν, ἐπιδείκνυνται καὶ τούτων πλείονα. ἡμεῖς δὲ οὐ παῖδας, οὐ γυναῖκας, ἀλλὰ ψυχῆς ἀπώλειαν πενθοῦντες, ψυχῆς οὐκ ἀλλοτρίας, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας, σκηπτόμεθα προφασιζόμενοι σώματος ἀσθένειαν, καὶ ἀνατροφῆς ἁπαλότητα. καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινόν, νῦν δὲ οὐδὲ ἐκεῖνα πράττομεν, ἐν οἷς οὐδὲν τῆς τοῦ σώματος ἐνεργείας δεόμεθα. ποῦ γάρ, εἰπέ μοι, σωματικῆς χρεία δυνάμεως, ὅταν συντρῖψαι δέῃ καρδίαν, ὅταν εὔξασθαι νήφοντα καὶ A διεγηγερμένον, ὅταν ἀναλογίσασθαι τὰ ἁμαρτήματα, ὅταν καταλῦσαι τῦφον, καὶ ἀπόνοιαν, ὅταν ταπεινῶσαι λογισμόν. ταῦτα γάρ ἐστιν, ἃ καὶ τὸν Θεὸν ἵλεων ἡμῖν καθίστησι, καὶ οὐ πολλοῦ δεῖται πόνου· καὶ οὐδὲ ταῦτα πράττομεν· οὐδὲ γὰρ σάκκου περιβολή, οὐδὲ τὸ ἐν οἰκίσκῳ κατακλεῖσαι ἑαυτόν, οὐδὲ τὸ καθίσαι ἐν σκότῳ, τοῦτο μόνον ἐστὶ τὸ πενθεῖν, ἀλλὰ τὸ διαπαντὸς τὴν μνήμην τῶν οἰκείων ἀναστρέφειν κακῶν, καὶ βασανίζειν τὸ συνειδὸς τούτοις τοῖς B λογισμοῖς, τὸ συνεχῶς ἀναμετρεῖν τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, ὅσον ἀπολειπόμεθα τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν. καὶ πῶς τοῦτο ἔσται φησί; πῶς; ἂν τὴν γέενναν ἔχωμεν ἀεὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τοὺς πανταχοῦ τότε διατρέχοντας ἀγγέλους, καὶ συνάγοντας ἐκ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης τοὺς ἐν τῇ γεέννῃ ἀπαχθήσεσθαι μέλλοντας. ἂν τὴν ἔκπτωσιν λογισώμεθα τῆς βασιλείας, ὅσον κακόν, καὶ τῆς γεέννης χωρίς. καὶ γάρ, εἰ μὴ τὸ πῦρ ἠπείλητο ἡμῖν, μηδὲ ἀθάνατοι κολάσεις ἡμᾶς ἔμενον, C αὐτὸ μόνον, τό, ἀλλοτριωθῆναι τοῦ Χριστοῦ, τοῦ πρᾴου, καὶ φιλανθρώπου, τοῦ παραδεδωκότος ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν εἰς θάνατον, καὶ πάντα παθόντος, ἵνα ἡμᾶς ἐξαιρήσηται τῆς κολάσεως ἐκείνης, καὶ καταλλάξῃ ἡμᾶς τῷ ἑαυτοῦ πατρὶ ἐχθροὺς ὄντας τοῖς πταίσμασιν, εἰ καὶ μὴ τῶν προκειμένων ἐκείνων ἀνεκλαλήτων ἀγαθῶν καὶ ἀθανάτων ἐκπίπτειν μέλλομεν, πάσης κολάσεως μεῖζόν ἐστι, καὶ ἱκανὸν διεγεῖραι ψυχάς, καὶ πεῖσαι νήφειν διαπαντός. εἰ γὰρ ἀναD γινώσκοντες μόνον τὸ ὑπόδειγμα τῶν πέντε παρθένων, ἃς ἔξω τοῦ νυμφῶνος ἡ τοῦ ἐλαίου σπάνις ἀπέκλεισεν, ἐξίσης ἐκείναις αὐταῖς ἀλγοῦμεν ἐπὶ τοῖς ἐκείνων κακοῖς, καὶ θορυβούμεθα, ἂν ἐννοήσωμεν, ὅτι καὶ αὐτοὶ τοῦτο πεισόμεθα ῥᾳθυμήσαντες. τίς οὕτως ἐστὶ λίθινος λοιπόν, ὡς τοῦ παραδείγματος αὐτὸ τοῦτο συνεχῶς στρέφοντος τὴν ψυχὴν εἰς ὀλιγωρίαν ἐμπεσεῖν; ἐνῆν μὲν οὖν, καὶ εἰς μεῖζον μῆκος ἐκτεῖναι τὸν λόγον. ἀλλ' ἐπειδὴ μόνον ὑπακοῆς, E καὶ οὐκ ἄλλης χρείας ἕνεκεν ἡμῖν εἴρηται, καὶ ταῦτα πέρα τοῦ δέοντος γέγραπται· εὖ γὰρ οἶδα, ὅτι πᾶσαν τῆς κατανύξεως ἀρετὴν αὐτός τε ἔχεις ἀκριβῶς, καὶ ἄλλοις ἂν μεταδοίης καὶ σιωπῶν, ἂν μόνον βραχὺ τῇ εὐλαβείᾳ συζῆσαι ἀξιωθῶσι τῇ σῇ, καὶ τὸν ἐσταυρωμένον βίον ἰδεῖν. ὥστε εἰ χρὴ κατάνυξιν μαθεῖν τοὺς μὲν νῦν ζῶντας εἰς τὸ σὸν βαδίζειν δεῖ καταγώγιον·

τοὺς

τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα, ἀκούειν τὰ σά. πολλὴν γὰρ οἶμαι ῥοπὴν παρέξειν A πρὸς τοῦτο τὴν διήγησιν μόνον τοῦ βίου τοῦ σοῦ. διὸ δέομαι, καὶ παρακαλῶ τὴν ἀμοιβὴν ἡμῖν ἀποτίσαι λοιπὸν, καὶ τὰς εὐχὰς ἀντιδοῦναι τὰς σάς· ὥστε μὴ λέγειν περὶ κατανύξεως μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἔργων τὸ πρᾶγμα ἐπιδείκνυσθαι τοῦτο. ἐπειδὴ τὸ διδάσκειν ἄνευ τοῦ ποιεῖν, οὐ μόνον κέρδος οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ζημίαν πολλὴν, καὶ κατάκρισιν φέρει, τῷ μετὰ τοσαύτης ἀπροσεξίας διοικοῦντι τὸν βίον τὸν ἑαυτοῦ. οὐ γὰρ πᾶς, „φησιν, ὁ λέγων μοι κύριε, κύριε, ἀλλ᾽ ὃς ἂν ποιήσῃ, καὶ διδάξῃ, B „οὗτος μέγας κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ

Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου πρὸς Στελέχιον, καὶ περὶ κατανύξεως, λόγος β'. C

ΚΑΙ πῶς ἔνι γενέσθαι τοῦτο, ὅπερ ἐπέταξας, ἄγιε τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε Στελέχιε, καὶ παρὰ ψυχῆς οὕτως ἀσθενοῦς, καὶ ψυχρᾶς, τοὺς περὶ κατανύξεως ἀποτεχθῆναι λόγους; δεῖ γὰρ, οἶμαι, τὸν μέλλοντά τι γενναῖον εἰς τὴν ὑπόθεσιν ταύτην ἐρεῖν, αὐτὸν πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων μάλιστα πεπυρῶσθαι τῷ ζήλῳ τούτῳ, καὶ ἀναζεῖν, ὥστε τοὺς D περὶ τούτων προφερομένους λόγους, παντὸς πεπυρακτωμένου σιδήρου σφοδρότερον εἰς τὰς τῶν ἀκουόντων ἐμπίπτειν ψυχάς. ἡμῖν δὲ τοῦτο οὐ πάρεστι τὸ πῦρ, ἀλλὰ πάντα τὰ ἔνδον τέφρα, καὶ κόνις. πόθεν οὖν, εἰπέ μοι, πόθεν τὴν φλόγα ταύτην ἀνακαυσόμεθα, μήτε σπινθῆρος ὄντος ἡμῖν, μήτε ὕλης ὑποκειμένης, μήτε πνεύματος τοῦ ταύτην ἀναρριπίζοντος παραγινομένου, διὰ τὴν πολλὴν ἀχλὺν, ἣν τὸ τῶν ἁμαρτημάτων πλῆθος κατεσκέδασεν ἡμῶν τῆς ψυχῆς; ἐγὼ μὲν E οὐκ οἶδα· σὸν δ᾽ ἂν εἴη λοιπὸν τοῦ προστάττοντος εἰπεῖν ὅπως εἰς ἔργον ἔλθοι τὸ ἐπίταγμα, καὶ τὸ προσῆκον ἀπολάβοι τέλος. ἡμεῖς μὲν γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς γλώττης παρεξόμεθα διακονίαν· σὺ δὲ παρακάλει τὸν ἰώμενον τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, τὸν διδόντα τοῖς ὀλιγοψύχοις μακροθυμίαν, τὸν ἐγείροντα ἀπὸ τῆς γῆς πτωχὸν, ἀνάψαι τὸ πῦρ ἐκεῖνο παρ᾽ ἡμῖν· ὃ πᾶσαν μὲν ἀνθρωπίνην ἀναλίσκειν εἴωθε, πάντα δὲ ὕπνον, καὶ ἀκηδίαν, καὶ βαρύτητα σαρκικὴν περικόψαι. μετεωρίζει μὲν τῆς ψυχῆς τὸ πτερὸν πρὸς οὐρανόν· δείκνυσι δὲ A ἀπὸ τῆς ἀψῖδος ἐκείνης καθάπερ ἔκ τινος ἀπὸ τῆς κορυφῆς, ἅπασαν τοῦ παρόντος βίου τὴν φαντασίαν, καὶ τὴν ὑπόκρισιν. τὸν γὰρ μὴ δυνηθέντα ἀναπτῆναι ἐκεῖ, μηδὲ ἐν ταύτῃ καθίσαι τῇ περιωπῇ, οὐκ ἔνι τὴν γῆν ἰδεῖν, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ πράγματα, ὡς ἰδεῖν ἄξιον. ἐπεὶ γὰρ πολλὰ τὰ ἐπισκοτοῦντα τῇ ὄψει, πολλὰ δὲ τὰ θορυβοῦντα τὴν ἀκοὴν, καὶ τὴν γλῶτταν ὑποσκελίζοντα, δεῖ πάσης ἑαυτὸν ὑπεξαγαγόντα τῆς B ταραχῆς, καὶ τοῦ καπνοῦ πρὸς ἐκείνην ἀναχωρῆσαι τὴν ἐρημίαν, ἔνθα πολλὴ μὲν ἡ γαλήνη· λαμπρὰ δὲ ἡ αἰθρία· θόρυβος δὲ οὐδείς, ἀλλὰ πεπήγασι μὲν ἀκλινεῖς οἱ ὀφθαλμοὶ πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ πόθον ἐνορῶντες ἀτενές· ἑστήκασι δὲ ἀτρεμεῖς αἱ ἀκοαὶ, πρὸς ἓν μόνον ἠσχολημέναι, τὴν τῶν θείων λογίων ἀκρόασιν, καὶ τῆς παναρμονίου καὶ πνευματικῆς ἐπακοῦσαι συμφωνίας· ἧς ἡ τυραννὶς οὕτω κρατεῖ τῆς ἅπαξ ἁλούσης ψυχῆς, ὡς μήτε σῖτα, μήτε ποτὸν, μήτε ὕπνον αἱρεῖσθαι μεθ᾽ C ἡδονῆς, τὴν ὑπ᾽ ἐκείνης ἐφελκυσθέντα τῆς μελῳδίας.

Οὐκοῦν οὔτε πραγμάτων θόρυβος βιωτικῶν, οὔτε σωματικῶν ὄχλος πολλῶν, χαλάσαι τὸν τόνον ἐκεῖνον ἰσχύσειεν ἄν. οὐδὲ γὰρ ἐξικνεῖται πρὸς τοῦτο τῆς ψυχῆς τὸ ὕψος, ἡ ἐκ τῆς κάτω γινομένης ζάλης ἀνιοῦσα κραυγή· ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ πρὸς τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρῶν μεταναστάντες, οὐδὲν ἂν ἔτι ἀκούσαιεν, οὐδὲ θεάσαιντο τῶν ἐν τῇ πόλει γινομένων, ἢ λεγομένων, ἀλλ᾽ ἀσήμου τινὸς μόνον, καὶ ἀτερποῦς ὑπα- D κούσαιεν κραυγῆς, καὶ σφηκῶν βομβούντων οὐδὲν ἥδιον· οὕτως οἱ τῶν βιωτικῶν ἑαυτοὺς ἐξαγαγόντες, καὶ πρὸς τὸ ὕψος τῆς πνευματικῆς ἀναπτάντες φιλοσοφίας, οὐδενὸς ἐπαισθάνονται τῶν παρ᾽ ἡμῖν. τὸ γὰρ σῶμα, καὶ αἱ τοῦ σώματος αἰσθήσεις, ἕως μὲν ἂν περὶ γῆν ἡ ψυχὴ στρέφηται, μυρίοις αὐτὴν περιβάλλουσι τοῖς δεσμοῖς, πάντοθεν τὸν χαλεπὸν τῶν ἐπικήρων τέρψεων χειμῶνα συνάγουσαι. καὶ γὰρ ἀκοὴ, καὶ ὄψις, καὶ ἀφὴ, καὶ ὄσφρησις, καὶ γλῶττα πολλὰ τῶν ἔξωθεν εἰς αὐ- E τὴν ἐναποτίθενται κακῶν. ὅταν δὲ μετέωρος γένηται, καὶ πρὸς τὰ πνευματικὰ, καὶ τὴν ἑαυτῆς μεταγάγῃ σχολὴν, ἀποτειχίσει τῶν πονηραῖς φαντασίαις τὴν εἴσοδον· οὐκ ἐμφράξασα τὰς αἰσθήσεις, ἀλλὰ τὴν ἀκολούθησιν αὐτῶν πρὸς ἐκεῖνο μεταγαγοῦσα τὸ ὕψος. καθάπερ γὰρ δέσποινα φοβερά τε, καὶ ἐμβριθὴς, μύρον ἐργαζομένη ποικίλον, βαρύτιμον, καὶ πολυτελὲς, καὶ πολλῶν εἰς τοῦτο δεομένη τῶν διακονησομένων χειρῶν, τὰς θεραπαίνας αὐτῆς ἀναστήσασα,

A taculi tui iter oſtendam, & eos ad vivendum te dimittam: ſi verò de poſteris quæritur, ſufficiet eis ſi tua geſta cognoſcant. Propter quòd obſecro te redde mihi jam obedientiæ meæ vicem orationes tuas, ut non tam loquamur compunctionem cordis, quàm patiamur. Quoniam docere, & non facere, non ſolùm lucri nihil; ſed etiam damni plurimum confert. Grandis enim condemnatio eſt ſermonem quidem ſuum componenti, vitam verò ſuam atque opera negligenti. *Non* Matth. 19. B *enim omnis, inquit, qui dicit mihi, Domine, Domine; ſed qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum.*

Sancti Patris noſtri

JOANNIS CHRYSOSTOMI

Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, ad Stelechium, & de compunctione cordis, Liber ſecundus.

ET quomodo fieri poterit, ô homo Dei Stelechi, quod imperas, ut anima infirma & frigida compunctionis verba Cap. I. pariat? Ego enim puto quòd is, qui hac materia vult aliquid dignum proferre, ipſe ante omnes debet hoc calore fervere, & ſalutari hoc incendio primus ardere, quò poſſint etiam ſermones, qui ab eo proferuntur, ferro candenti vehementius ignire & accendere animas auditorum. Sed nobis horum nihil adeſt: D procul enim à nobis ignis iſte eſt, nec flamma ulla intra nos; ſed emortuus cinis eſt. Unde ergo, unde, chariſſime, accendemus in nobis hanc flammam, qui nec ſcintillam aliquam intra nos vigere ſentimus, nec ſpiritum, quo perflari poſſit & accendi? Quomodo enim ſpiritus dignetur adeſſe animæ confuſionis plenæ, quam peccatorum multitudo convexit? Id ego quidem non novi; ſed tuæ ſolicitudinis erit, qui imperare voluiſti, ut opuſculum noſtrum congruum mereatur effectum. Ego neſ- E cio ſi dignum aliquid ex nobis poſſit exire, tu videris, qui opus tantum minus validis imperas miniſtris. Nos quidem præbebimus officium linguæ: tu autem precare eum, qui ſanat contritos corde, & qui dat afflictis patientiam, quique erigit de terra inopem, ut ipſe in nobis accendat ignem illum, per quem poſſit omnis infirmitas animæ decoqui, & omne quod aggravat corpus exuri, quò ſubnixa pennis ſuis anima tendat ad cœlum: utpote levior reddita, atque in illo vertice poſita intueri de altiſſi- A mis ſedibus, & deſpicere poſſit univerſam vitæ hujus, quæ in terris agitur, vanitatem. Niſi enim quis ad illam celſitudinem volatu animæ diviniore conſcenderit, non poterit terram deſpicere, neque ea quæ geruntur in terris. Liber enim ei de ſupernis debet eſſe aſpectus, liber auditus, ut & lingua poſſit liberum verbo præbere miniſterium. Oportet ergo boni hujus volentem adire principia, priùs animo & menti ſecedere ab omni perturbatione ac fluctuatione viſibilium, atque ad illa B conſcendere & penetrare ſilentia, ubi quies ſumma, tranquillitas jugis, pura ſerenitas, & nihil prorſus quod moveat, nihil quod intentum ſolicitet animum, aut indaginem cogitationis interrumpat; ſed ſit immobilis oculus mentis, & in deſiderium Dei tota intentione defixus, ſit auditus ſilens, quietus, intentus, in hoc ſolùm directus, ut audiat verbum Dei, neque ſomnum requirat.

C Itaque neque ſecularium rerum tumultus, neque corporalium turba curarum poterit illam animi contentionem infringere. Cap. II. Neque enim is, qui ex terrena procella ſtrepitus & clamor exoritur, ad hanc animæ ſublimitatem pertingit; ſed quemadmodum illi, qui ad altiſſimos tranſlati fuerint montes, nihil amplius eorum audire poſſunt, vel cernere, quæ in civitate fiunt vel dicuntur; ſed obſcurum tantum & injucundum clamorem audiunt nihilo ſuaviorem ſtridentium crabronum ſo- D no: ſic illi qui ſeipſos à ſecularibus rebus ſejunxerint, & ad ſpiritalis philoſophiæ culmen evolarint, nullum ſeculi hujus rerum ſenſum capiunt. Nam corpus, vel corporis ſenſus animam, donec terrenis rebus intenta eſt, innumeris vinculis onerant, & undique ei nubes corporalium congregant voluptatum. Ad hæc miniſtrat auditus & viſus, ad hæc odoratus, ad hæc etiam tactus & guſtus: cunctorumque, quæ extrinſecus geruntur malorum perturbationes, velut in ſentinam, ita in E animam convehunt. Quòd ſi ſe abſtrahere voluerit à terrenis, & ſtudia ſua ad ſpiritalia inſtituta convertere, excludet corporalibus ſenſibus aditum, per quem ſibi miniſtrare atque introducere ſolebat imagines malorum. Excludet autem non ipſis ſenſibus obturatis; ſed intentionibus eorum ad ſpiritualia cœleſtiáque converſis. Sicuti enim domina quædam terribilis, ſatiſque ſevera, volens aliquod unguentum, conficere neceſſarium & precioſum, pluribus ad hoc indigens miniſtris, multaſque manus requirens, ſuſcitat famulas ſuas,

atq; ad ſemetipſam congregat, imperat alii tenere libram, ut æquis ponderibus unaquæq; ſpecies miſceatur, & neq; amplius aliquid, neq; minus quam oporret, habeat: ſciens non poſſe utile effici, quòd componitur, niſi ſumma librationis menſura ſervetur: alii terere injungit, quæ duriora ſunt, & ſummo cum labore lævigare, ne quid durum inveniatur aut aſperum: aliam diſcernere eum cribellis, quod tunditur, jubet, ut craſſiora quæq; pigmenta à minutis & mollioribus ſecernat ac ſegreget: aliam jubet miſcere, & in unum conſpergere, quæ ex diverſis præparata ſunt: alia cũ alabaſtro adſtare præcipitur, & aliud alii injungitur: atq; hoc modo ſenſib⁹ earum & animis ac manib⁹ occupatis, & operi propoſito affixis, non permittitur ſenſus uſquam evagari, intentionémq; operis propoſiti interrumpi, imminens jugiter & inſiſtens, nec aliquò prorſus indulgens oculum ſaltem aſpectúmq; diſpergi miniſtrantium famularum: ita ergo & anima quæ precioſiſſimum unguentum iſtud, compunctionem dico cordis, cõponere ac ſervare deſiderat: omnes corporis ſui ſenſus ad ſemetipſam congreget, ſegnitiémq; ipſorum ac negligentiã deturbans, tota ſollicitudine vigilare, & in hoc rantũ quod propoſuit, cogat intendere. Deniq; ſi quando acciderit, ut ad ſemetipſã converſa deliberet agere aliquid eorum quæ placita ſunt Deo, idq; prorſus profunda & intenta ſatis cogitatione pertractet, neq; dicentem ſibi aliquid audit; ſed ne occurrentes quidem & in oculis ſtantes videt, non quòd caruerit aut oculus viſu, aut auris auditu; ſed quoniam in ſecretis agens anima, & in divinioribus occupata, nuncios non recipit ſenſuum, & corporalium miniſtrorum. Et quid dico, quòd in his poſita anima clamantem non audiat, aut non videat tranſeuntem: cum ſæpè etiam pulſantes ſe & trahentes omnino non ſentiat? Per quod intelligi utiq; datur, hanc eſſe animæ virtutem, ut ſi toto affectu deſideria ſua extendat ad cœlũ, degere ſe obliviſcatur in terris, atq; inter homines converſari, etiam ſi trahat aliquis corpus, etiamſi propellat. Talis erat beatus Paulus, qui in tantum abſenserat ab his, inter quos converſari videbatur in urbibus, quantum à mortuis corporibus nos videmur abſentes. Quum enim dicit: *Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo:* emortuam mihi videtur in ſemetipſo corporalium ſenſuum efficaciam proteſtari: imò non ſolum hoc; ſed duplicare in ſemetipſo iſtam, ut ita dicam, inſenſibilitatem. Non enim dixit hoc ſolùm, quia mihi mundus crucifixus eſt: ſed addidit, *Et ego mundo.* Ingentis namq; philoſophiæ eſt hoc ipſum, ut mundum ſibi putet eſſe aliquis mortuum: multò autem majoris eſt, ut & ſeipſum quis mortuum putet mundo, quem ſibi mortuum priùs eſſe crediderat. Hoc ergo in ſemetipſo Paulus oſtendit, quia non tantum abeſſet à terrenis ſenſibus, quantum viventes homines à corporibus mortuis; ſed quantum abſunt, nec ſentire poſſunt mortui mortuos. Qui enim vivit, etiamſi ipſe non poteſt mortuum concupiſcere: tamen vel ſentire poteſt, vel mirari adhuc ſpeciem decoris defuncti: vel miſerari poteſt, & lachrymas fundere. Qui autem & ipſe defunctus eſt, erga mortuum ne hunc quidem habebit affectum. Et hoc eſt quod mihi videtur dixiſſe Paulus, *quia mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Vides ergo quantum lõgè erat, & quantum peregrinabatur ab his, quæ aguntur in terris? Vides quomodo ſuper terras incedens, ipſum tenebat verticem cœli? Nolo enim putes quòd vel montes, vel deſerta, vel avia loca ita poſſint animę conferre ſilentium, perturbationéſq; perimere, ut ignis iſte, quem in ea Chriſtus accendit. Hic ignis in anima Pauli per dies ſingulos, flante ſpiritu ſancto, magis ac magis accendebatur, & ad ſuperna tendens, ſecum eum uſq; ad ipſum perduxerat cœlum, imò, ut verius dicam, impoſuerat eum non uſq; ad primum cœlum tantum, neq; uſq; ad ſecundum; ſed uſque ad tertium. *Et ipſe quidem uſq; ad tertium raptus eſt cœlum:* amor autem ejus & deſiderium quod habebat erga charitatem Chriſti, non ſolum tres penetraverat cœlos; ſed & omnes omnino tranſcenderat, & uſq; ad ipſum pervenerat Chriſtum. Nam corpore quidem puſillus erat, nihilq; amplius quàm nos hac in re habuit: at affectu ſpirituali omnes, quotquot in terris degunt, homines longo intervallo ſuperavit. Et puto quòd non delinquat aliquis, ſi ſanctum hunc tali cuidam conferat ſimilitudini, ut ſi, verbi gratia, flamma quędam immenſa univerſam repleret terram, & inde aſcendens repletis omnibus uſq; ad ipſa pervenerit cœli faſtigia; ſed & inde ſuperans omnia, etiam illum qui ſupra cœlum eſt aërem tranſcenderet, ſive aër ille dicendus eſt, ſive quid aliud: atq; ubi etiam illa, quæ ibi ſunt, ſpacia compleret, ne illic quidem flãma hæc incrementa finiret; ſed aſcenderet adhuc uſq; ad tertium cœlum, & omnia hæc uno atq; eodem igne compleret, cujus latitudo univerſæ terræ amplitudinem, ſublimitas vero quantum eſt à tertio cœlo ad nos uſque intervallum æquaret: immo vero ne minimam quidem charitatis ejus partem mihi videor expreſſiſſe. Et ne putes me hæc ad gratiam Pauli dixiſſe, relege quæ ad Demetrium ſuper hac ipſa materia ſcripſimus, & invenies hæc eadem rebus ibi demonſtrata eſſe, non verbis. Ita debet amari Chriſtus, ita oportet animam à rebus effici præſentibus & viſibilibus alienam. Tales erant animæ ſanctorum Prophetarum, quæ ob hoc acceperunt etiam oculos alios, quibus poſſent videre futura.

Gal. 6, 14.

1. Cor. 12, 6.

A καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἀγαγοῦσα, τὴν μὲν κοσκίνῳ τὸ μηδέπω κατειργασμένον τῶν ἀρωμάτων ἀποκρίνειν ἐκέλευσε· τὴν δ' αὖ ζυγὰ καὶ σταθμὰ λαβοῦσαν σκοπεῖν ἀκριβῶς, ὅπως μήτε ἔλαττον, μήτε πλέον τοῦ δέοντος ἐπεισελθὸν τῇ τοῦ παντὸς κατασκευῇ τὴν συμμετρίαν λυμήνηται· καὶ τὴν μὲν, ἕψειν τὰ τούτου δεόμενα, τὴν δὲ τρίβειν, ὅσα μὴ καλῶς ἔχει· τὴν δὲ ἑτέραν φυρᾶν, καὶ ἀναμιγνύναι τοῖς ἄλλοις· τὴν δὲ ἀλάβαστρον ἔχουσαν ἑστάναι· τὴν δὲ ἄγγος ἕτερον, καὶ ἄλλην ἄλλο τι μεταχειρίζειν. B καὶ οὕτως αὐτῶν τήν τε διάνοιαν, καὶ τὰς χεῖρας ἐκείνῳ προσηλώσασα τῷ ἔργῳ, οὐκ ἐᾷ διαφθαρῆναί τι τῇ σπουδῇ, ἐφεστῶσα διόλου, καὶ μὴ συγχωροῦσα πλανᾶσθαι ἔξω, καὶ κεχηνέναι τὰς ὄψεις· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τὸ πολυτελὲς τοῦτο μύρον κατασκευάζουσα, τὴν κατάνυξιν λέγω, τὰς αἰσθήσεις ἄγει πρὸς ἑαυτὴν, τὴν ῥᾳθυμίαν αὐτῶν περικόψασα. αὐτίκα γοῦν, εἴ ποτε συμβαίη συστρέψασαν ἑαυτὴν λογίζεσθαί τι τῶν δεόντων, καὶ θεοφιλῶν, ἐρήμους τῶν ἐνεργειῶν τὰς C αἰσθήσεις καθίστησιν· ὥστε μηδὲν τῶν ἔξωθεν ἐπεισαγαγούσας ἀκαίρως, διαταράξαι τὴν ἔνδον γινομένην ἡσυχίαν αὐτῇ. διὸ καὶ προσπίπτουσι μὲν φωναὶ ταῖς ἀκοαῖς, καὶ θεωρίαι ταῖς ὄψεσι· παραπέμπεται δὲ ἔνδον οὐδὲν, τῆς ἑκάστου τούτων ἐνεργείας τῶν μελῶν ἐστραμμένης πρὸς τὴν ψυχήν. καὶ τί λέγω φωνὰς, καὶ θεωρίας; ὅπου γε πολλοὶ τῶν ἐν ταύτῃ γενομένων τῇ καταστάσει, οὐ μόνον τοὺς παριόντας πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐνωθοῦντας αὐτοῖς ἀπῆλθον μὴ αἰσθόμενοι. D τοσαύτη γὰρ τῆς ψυχῆς ἡ ἀρετὴ, ὡς εἶναι ῥᾴδιον τῷ βουλομένῳ διατρίβειν μὲν ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ δὲ ἐν οὐρανῷ καθημένῳ μηδενὸς ἐπαισθάνεσθαι τῶν γινομένων ἐπὶ τῆς γῆς. τοιοῦτος ὁ μακάριος Παῦλος ἦν, ὃς τοσοῦτον ἀφειστήκει τῶν παρόντων ἁπάντων ἐν μέσαις στρεφόμενος πόλεσιν, ὅσον τῶν νεκρῶν ἀφεστήκαμεν σωμάτων ἡμεῖς. ὅταν γὰρ λέγῃ, ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, ταύτην λέγει τὴν ἀναισθησίαν· μᾶλλον δὲ οὐ ταύτην μόνην, ἀλλὰ καὶ ἑτέραν τοιαύτην, ὡς εἶναι τὴν προειρημένην διπλῆν. οὐ γὰρ εἶπε μόνον, ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, καὶ E ἐσιώπησεν· ἀλλὰ διὰ τῆς ἐπαγωγῆς, καὶ ἑτέραν ἐδήλωσεν εἰπών, ὅτι κἀγὼ τῷ κόσμῳ· μεγάλη μὲν οὖν φιλοσοφία, καὶ τὸ νομίζειν νεκρὸν εἶναι τὸν κόσμον. πλεῖον δὲ ταύτης, καὶ πολλῷ μεῖζον, τὸ, καὶ αὐτὸν ὡς τεθνηκότα διακεῖσθαι πρὸς ἐκεῖνον. ὅπερ οὖν ὁ Παῦλος ἐνέφηνε, τοιοῦτον δή τι ἐστι· λέγει γὰρ οὐ τοσοῦτον [λέγων] ἀπέχειν τῶν παρόντων, ὅσον οἱ ζῶντες τῶν νεκρωθέντων, ἀλλ' ὅσον οἱ νεκροὶ τῶν νεκρῶν. διότι ὁ μὲν ζῶν εἰ καὶ μὴ ἐπιθυμεῖ τοῦ τετελευτηκότος, ἀλλ' ἑτέρως αἰσθάνεται, ἢ καὶ θαυμάζων ἔτι τὸ κάλλος τοῦ κειμένου, ἢ καὶ ἐλεῶν αὐτὸν, καὶ δακρύων· ὁ δὲ νεκρὸς πρὸς τὸν ἀπελθόντα οὐδὲ ταύτην ἔχει τὴν σχέσιν, καὶ τὴν διάθεσιν. τοῦτο τοίνυν ἐμφῆναι βουλόμενος εἰπὼν, ἐμοὶ κόσμος ἐσταύρωται, ἐπήγαγε, κἀγὼ τῷ κόσμῳ. ὁρᾷς πόσον ἀφειστήκει τῆς οἰκουμένης; πῶς ἐν τῇ γῇ βαδίζων πρὸς αὐτὴν ἀναπεπτήκει τοῦ οὐρανοῦ τὴν κορυφήν; μὴ γάρ μοι τὰς ἀκρωρείας εἴπῃς τῶν ὀρῶν, μηδὲ νάπας, καὶ φάραγγας, καὶ ἐρημίαν ἄβατον. οὐδὲ B γὰρ ἱκανὰ ταῦτα μόνα ψυχῆς θόρυβον ἐξελεῖν· ἀλλὰ δὴ τῆς φλογὸς ἐκείνης, ἣν ἀνῆψεν ὁ Χριστὸς ἐν τῇ τοῦ Παύλου ψυχῇ. ἔτρεφε δὲ ὁ μακάριος διὰ τούτου τοῦ πνευματικοῦ λογισμοῦ, καὶ πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἐπῆρεν, ὡς κάτωθεν δεξαμένην ἀπὸ τῆς γῆς, πρὸς αὐτὸν φθάσαι τὸν οὐρανὸν, καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦτον οὐρανὸν, καὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον πάλιν. αὐτὸς μὲν γὰρ ἕως τρίτου ἡρπάγη οὐρανοῦ· ὁ δὲ πόθος αὐτοῦ, καὶ C ἡ πρὸς τὸν Χριστὸν ἀγάπη οὐ τρεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς οὐρανοὺς ὑπερηκόντισε. τὸ γὰρ σῶμα βραχὺς ἦν, καὶ πλέον ἡμῶν κατὰ τοῦτο εἶχεν οὐδέν· τῇ δὲ πνευματικῇ διαθέσει πάντας τοὺς ὄντας ἀνθρώπους ἐπὶ τῆς γῆς ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος παρήλασεν. καὶ οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τούτου γε ἕνεκα τοιαύτῃ τινὶ τὸν ἅγιον ἐκεῖνον εἰκόνι παραβαλών. ὥσπερ ἂν εἴ τις φλὸξ τὰ νῶτα πάσης ἐπιχυθεῖσα τῆς γῆς, καὶ πρὸς ὕψος ἀρθεῖσα πάντοθεν παρέλθῃ τὴν οὐράνιον ἁψῖδα· καὶ τὸν ὑπὲρ ταύτης αἰθέρα διαδραμοῦσα, εἴτε ἀήρ ἐστιν, εἴθ' ὅτι ποτὲ, πληρῶ D σαι τοῦ πυρὸς τὸ μέσον τῶν δύο τούτων οὐρανῶν, καὶ μηδὲ ἐνταῦθα σταίη τοῦ δρόμου, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν τρίτον ἀθρόως ἐκπηδήσασα ἀναβαίη, καὶ πάντα ἐργάσαιτο μίαν πυρὰν, τοσοῦτον μὲν ἔχουσαν πλάτος, ὅσον τὸ εὖρος πάσης τῆς γῆς· τοσοῦτον δὲ ὕψος, ὅσον ἀπὸ τοῦ τρίτου οὐρανοῦ πρὸς ἡμᾶς· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν τῆς ἀγάπης αὐτοῦ μέρος εἰρηκέναι μοι δοκῶ. καὶ ὅτι οὐχ ὑπερβολή ἐστι τὰ ῥήματα, εἴσεταί τις ἀκριβῶς τὰ πρὸς Δημήτριον ἡμῖν ταύτης E ἕνεκεν γραφέντα τῆς ὑποθέσεως ἐπελθών. οὕτω δεῖ φιλεῖν τὸν Χριστόν· οὕτω τῶν παρόντων ἀφιστάναι πραγμάτων. τοιαύτας εἶχον καὶ οἱ ἅγιοι προφῆται ψυχάς· διὰ τοῦτο καὶ ἑτέρους ἔλαβον ὀφθαλμούς.

τὸ

τὸ μὲν οὖν ἀποστῆσαι τῶν παρόντων ἑαυτοὺς, τῆς ἐκείνων σπουδῆς ἦν· τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἑτέρας ἀνοιγῆναι πρὸς τὴν τῶν μελλόντων θεωρίαν ὄψεις αὐτοῖς, τῆς τοῦ Θεοῦ λοιπὸν ἐγίνετο χάριτος. τοιοῦτος Ἐλισσαῖος ἦν, ὃς ἐπειδὴ πάντων ἀπέστη τῶν βιωτικῶν, καὶ τῆς βασιλείας ἠράσθη τῆς ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ παρόντα διέπτυσεν ἅπαντα· βασιλείαν, καὶ δυναστείαν, καὶ δόξαν λέγω καὶ τὴν παρὰ πάντων τιμήν· εἶδεν ἃ μηδεὶς ἕτερος εἶδέ ποτε, ὄρος ὁλόκληρον ἵππων πυρίνων, καὶ ἁρμάτων, καὶ στρατιωτῶν τοιούτων περιστάζει κρυπτόμενον. ὁ μὲν γὰρ τὰ παρόντα θαυμάζων, οὐκ ἂν ἀξιωθείη τῆς τῶν μελλόντων θεωρίας ποτέ· ὁ δὲ τούτων ὑπερορῶν, καὶ οὐδὲν ἄμεινον σκιᾶς, καὶ ὀνείρατος αὐτὰ διακεῖσθαι νομίζων, ταχέως ἐπιτεύξεται τῶν μεγάλων ἐκείνων, καὶ πνευματικῶν. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τότε τὸν πλοῦτον τὸν ἀνδράσι προσήκοντα τοῖς παισὶν ἐπιδεικνύμεθα τοῖς ἡμετέροις, ὅταν ἄνδρας αὐτοὺς γενομένους ἴδωμεν, καὶ τῶν παιδικῶν ὑπερορῶντας ἁπάντων· ἕως δ' ἂν ἐκεῖνα θαυμάζωσιν, ἀναξίους τούτων εἶναι νομίζομεν. ψυχὴ γὰρ μὴ μελετήσασα τῶν μικρῶν καὶ βιωτικῶν καταφρονεῖν, οὐ δυνήσεται θαυμάσαι τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς· ὥσπερ ἐκεῖνα θαυμάζουσα, οὐ δυνήσεται τούτων μὴ καταγελᾶν. ὃ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἔλεγεν· εἰ γὰρ καὶ περὶ δογμάτων εἴρηται τὸ λεχθὲν, ἔχοι ἂν καιρὸν, καὶ περὶ τρόπων νῦν εἰρῆσθαι καὶ ἠθῶν· ὅτι ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ.

E mè. quod in ipſa pœna lucrum haud ſpernendum in ſe habere videatur. Id verò lucrum eſt, quod ex ea ipſius caſtigatione cuncti poſtmodum admoniti ſunt reſipiſcere à malis, fieriq; meliores. Idcirco ergo non occidit illum, quia par utilitas profectò non fuiſſet, audiri quod Cain fratre interempto, morte mulctatus eſſet, & videre parricidam ipſum pœnas exſolventem. Fortaſſe enim id auditum, ob im̃anitatem ſceleris creditum minimè fuiſſet. Nunc verò dum videtur, dum coram adeſt, plu- A rimos longoq; ſuperſtites tempore, pœnæ ſuæ teſtes relinquit, manifeſtũ certè ac credibile, & ſuæ ætatis hominibus, & poſtea futuris omnibus id facinus conſtituit. Quid ergo, inquies, hoc illi contulit? Maximè quidem illius ſaluti proſpiciebat, cum ejus rabiem, quantum in ſe fuerit, coërceret caſtigatione verborum. Verum ne ipſa quidem illata illi pœna, ſi quis diligentiùs inſpiciat, maxima ipſius utilitate vacat. Si enim ſtatim illum occidiſſet, nullum ipſi pœnitentiæ tempus, per quam melior eva- B deret, dediſſet: nunc verò cum metu ac tremore vitam ducens, niſi nimis inſenſatus, ac bellua potius quam homo eſſet, ex hujuſmodi vita plura capere potuit emolumenta. Præterea futurum ſupplicium levius atq; tolerabilius præſentis temporis pœna conſtituit: ea enim, quæ nobis in hac vita inferuntur ſupplicia, divinitus futurorum cruciatuum partem haud exiguam ſuccidunt. Atque harum rerum teſtimonia de ſcripturis divinis afferre facilè poſſumus. Nam Chriſtus Dominus cùm diſcipulos C alloquens, de divite & Lazaro diſſereret, Abraham retulit, cùm rogaretur à divite, ut mitteret Lazarum, qui extrema digiti parte paululum aquæ ardenti linguæ inſtillaret, dixiſſe ad illum: *Fili, recordare quia recepiſti tu bona tua in vita tua, & Lazarus mala: nunc autem hic conſolatur, tu vero cruciaris.* Paulus quoq; (Paulum vero quoties dico, rurſus Chriſti præcepta replico: Chriſtus enim profectò, mea quidem ſententia, beatiſſimam illius movebat linguam) dum Corinthiis ſcriberet, aliquando *jubet* Luc. 16, 24.
D eum, qui graviſſimè fornicatus fuerat, *tradi Satanæ in interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu Chriſti.* Rurſúſq; cùm eoſdem de iis qui indignè ſacra & veneranda myſteria percipiebant, admoneret: *Propterea*, inquit, *inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.* Nam ſi *nosipſos judicaremus, &c. Cum judicamur autem à Domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.* Vidiſtine ineffabilem clementiam, immenſáſque divitias benignitatis? Vidiſti ut omnia agat atque 1. Cor. 5, 5 1. Cor, 11, 30.
E moliatur Deus, ut poſt peccatum quoque mitiore quam debuimus, plectamur pœna, aut etiam omnino liberemur?

Porrò ſi quis id curioſius inquirat, cujus rei gratia veteranum illum ſeductorem non continuo deleverit, id quoq; pro ſumma in nos cura factum fortaſſe comperiet. Si enim ſceleratus ille obtineret, eſſet fortaſſe irrationabilis iſta inquiſitio: ſin autẽ hac potentia privatus, tantũ perſuadere atq; allicere poteſt: illius verò ſuaſionis illecebras renuere in nobis eſt: cur tu materiã abſcindis Cap. IV.

 coro-

coronarū & adeptionis gloriæ occaſionem tollis? Adhæc ſi illum ſciens fore inſuperabilem, cunctóſq; devicturum, ita illum dimiſiſſet Deus, ne ſic quidem iſta hæſitatio locū habuiſſet. Nam tum quoq; quod ille obtineret, quod vinceret nō reluctātes: ſed ſponte ſibi cedentes atq; ſuccumbentes, à nobis profectò manaſſet; veruntamen his, qui inique & improbè agere volunt, ne id quidē ſatisfeciſſet. Quod ſi plurimi quidem illius potentiam ac vires frangunt, complures item poſthac illum ſuperaturi ſunt: quid tu futuros probatiſſimos, clariſſimáque victoria inſignes, tanto privas honore? Idcirco enim illum dimiſit, ut eum dejiciant qui fuerant ab eo prius ſuperati, quod illi omni ſupplicio gravius ac durius eſt. An non omnes, inquies, illum ſuperaturi ſunt? Quid hoc ad rem? Profectò enim multò melius, multóque convenientius eſt juſtis occaſiones ſuppeditari, quibus ad virtutem ſe exerceant, voluntatémque oſtendant ſuam: eos verò qui non ſunt hujuſmodi, ex propria puniri negligentia, quam iſtorum cauſa illis etiam coronas ſuas adimi. Nam modo is qui malus & ſocors eſt, non adverſarii viribus; ſed ſuo potius torpore ſuperatur: quod indicat vincentium illum multitudo. Tunc verò ſtudioſi quique atque alacres malorum cauſa meritis honoribus fraudati fuiſſent, non habentes illorum culpa, ubi vires exercerent ſuas: veluti ſi agonotheta quis athletas duos nactus, alterum quidem adverſario congredi paratum, omnémque tolerantiam oſtendere, coronámque ex certamine referre: alterum labori illi & ærumnæ otium delitiáſque præferentem, comparet, atque adverſario de medio ſublato, ambos re infecta dimittat. Sic enim ſtrenuus ille, propter alterius ignaviam gravi injuria affectus videretur. Ignavus autem non fortiſſimi ſocii cauſa malus eſſet; verum ob ſocordiam ſuam. Sed enim hæc iſtorum quæſtio, cùm de diabolo agitari videatur, ſi ſuo ordine procedat, plurimis in rebus Dei providentiam inſimulat, cunctámque ſimul creaturam traducit. Accuſat enim oris atque oculorum creationem: quippe cùm per hæc quæque illicita concupiſcant, atque in adulterium corruant plurimi: per hoc autem blaſphement alii, atque pernicioſa dogmata proferant. Num ergo ſine oculis & lingua debuerunt homines fieri? Pedes quoque abſcindere, & amputare manus neceſſe erit, cùm iſtæ plenæ ſint ſanguine, illi verò prompti ad malum currant: nec ipſæ quidem aures immanitatem rationis hujus effugere poterunt. Nam inania quæque & prava percipientes, corruptionem dogmatum ad animam mittunt: itaque & iſtæ auferendæ erunt. Quod ſi dabimus, cibos quoque ac potus, cœlum, terram, mare, ſolem, lucem, lunam, ſtellarúmque chorum, atque omnium animantium genera tollamus neceſſe erit. Ad quid iſta enim omnia erunt neceſſaria, cùm is cujus cauſa facta ſunt, adeò miſerabiliter truncus conſciſſúſque jaceat? Vidéſne qui riſus, quæ ineptiæ, quæ deliramenta rationem iſtam neceſſariò ſequantur? Diabolus nempè ſibiipſi, non nobis eſt malus. Nos enim ſi velimus, plura etiam commoda per illum, perque illius nequitias conſequemur, illo etiam invito ac renuente: quòd eſt profectò mirabile, & in hoc divinæ bonitatis magnitudo conſpicitur. Nam ſi cùm meliores efficimur, mordet id quidem, ac per ſe ſolùm angit excruciátque diabolum, quando hoc ipſum per eum, atque illius cauſa nobis ſuppeditatur, ferre jam ſua detrimenta, aut ſeipſum capere præ doloris magnitudine non poteſt. Quomodo autem ex illo proficimus? Dum illius aſtum, immanitatem, perpetuáſque inſidias, ac fraudes varias ſoliciti metuimus, ſomnum immodicum excludimus, vigilamus ſobrii, ſempérque Dei reminiſcimur. Quòd autem iſta mea ratio non ſit; ſed beati Pauli, ipſum audias licet, eiſdem ferè verbis fideles dormientes excitantem. Nam Epheſiis cùm ſcriberet, ſic ait: *Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem; ſed adverſus principatus & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum hujus ſeculi, adverſus ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus.* Hæc autem cùm diceret, non dejicere ſtudebat auditorum animos; ſed potius erigere. Petrus item: *Sobrii eſtote, & vigilate: quia adverſarius veſter diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret, cui reſiſtite fortes in fide.* Promptiores profectò atque fortiores nos iſta faciunt, perſuadéntque familiariſſimos Deo fieri. Qui enim imminere ſibi cernit inimicum, majori ad illum currit deſiderio, à quo defendi poſſit. Ita ferè infantes pueri, cùm quid horrendum viderint, ad matrum ſinus protinus fugiunt, illarúmque pendentes veſtibus, eis ſe tuentur ac protegunt, atque ita ut ſæpius retrahentibus plurimis inde avelli non poſſint. At verò quando nihil ejuſmodi perturbat, ne vocantes quidem illas exaudiunt, neque trahi patiuntur: imò blanditiis allicientes reſpuunt, & cum plurima illæ moliantur, ut ad ſe eos pertrahant, ſemper eas averſantur, appoſitámque menſam deſpiciunt.

Cur Deus è medio diabolum non ſuſtulerit?

Ephe.6,12.

1.Petr.5,8.

A καὶ τῶν στεφάνων ἐκκόπτεις ὑποθέσεις; πρὸς τούτοις εἰ μὲν εἰδὼς αὐτὸν ἀκαταγώνιστον ὄντα, καὶ πάντων μέλλοντα κρατεῖν, εἶτα ἀφῆκεν, ἦν μὲν οὐδὲ οὕτως ἄξιον ὑπὲρ τούτων ἀπορεῖν· καὶ γὰρ καὶ τότε παρ' ἡμῶν ἐγίνετο τὸ κρατεῖν ἐκεῖνον καὶ νικᾶν· τοὺς οὐ βιαζομένους, ἀλλ' ἑκόντας ὑποκλινομένους αὐτῷ· πλὴν ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἤρκεσεν ἂν τοῖς βουλομένοις ἀγνωμονεῖν. εἰ δὲ πολλοὶ μέν εἰσιν, οἱ περιγενόμενοι τῆς ἐκείνου δυνάμεως ἤδη, πολλοὶ δὲ οἱ περιεσόμενοι πάλιν, τί τοὺς B μέλλοντας εὐδοκιμεῖν, καὶ λαμπρὰν ἐπιδείκνυσθαι νίκην, τοσαύτης ἀποστερεῖς τιμῆς; διὰ τοῦτο γὰρ εἴασεν, ἵνα αὐτὸν καταβάλωσιν οἱ πρότερον ἡττηθέντες ὑπ' αὐτοῦ, ὃ πάσης αὐτῷ κολάσεως μεῖζον, καὶ πρὸς ἐσχάτην κατάκρισιν ἀγαγεῖν ἱκανόν. ἀλλ' οὐ πάντες αὐτοῦ περιέσονται, φησί· καὶ τί τοῦτο πρὸς τὸ λεγόμενον; πολλῷ γὰρ δικαιότερον τοὺς μὲν γενναίους λαμβάνειν ἀφορμὰς ἐν αἷς τὴν προαίρεσιν ἐπιδείξονται τὴν αὐτῶν, τοὺς δὲ οὐ τοιούτους ἀπὸ τῆς οἰκείας κολάζεσθαι ῥᾳ- C θυμίας, ἢ διὰ τούτους ἐκείνους ἐπηρεάζεσθαι. νῦν μὲν γὰρ, ὁ φαῦλος κἂν ἡττηθῇ, οὐ παρὰ τὴν τοῦ ἀνταγωνιστοῦ, ἀλλὰ παρὰ τὴν αὐτοῦ ῥᾳθυμίαν κρατούμενος. καὶ τοῦτο δηλοῖ τὸ πλῆθος τῶν νικώντων αὐτόν. τότε δὲ ἂν οἱ σπουδαῖοι διὰ τοὺς φαύλους ἐπιβουλεύθησαν, οὐκ ἔχοντες ὅπου τῇ ἀνδρείᾳ χρήσονται δι' ἐκείνους· καὶ ἐγένετο παρόμοιον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀθλητὰς ἔχων δύο, τὸν μὲν καὶ συμπλακῆναι ἕτοιμον τῷ ἀνταγωνιστῇ, καὶ καρτερίαν ἐπιδείξασθαι πολλὴν, καὶ στέφανον ἀναδή- D σασθαι· τὸν δὲ τῆς ταλαιπωρίας ἐκείνης ἀργίαν προτιμῶντα καὶ τρυφὴν, λαβὼν ἐκ μέσου τὸν ἀνταγωνιστὴν, ἀμφοτέρους ἀπράκτους ἐκπέμψειε παρ' αὐτοῦ. οὕτω μὲν γὰρ ὁ σπουδαῖος διὰ τὸν φαῦλον ἐπηρέασται· ἐκεῖνος δὲ οὐκέτι διὰ τὸν γενναῖον ὁ κακὸς, ἀλλὰ διὰ τὴν αὐτοῦ. καὶ νῦν μὲν δοκεῖ τὸ ζητούμενον αὐτοῖς εἶναι περὶ τοῦ διαβόλου· κατὰ δὲ τὴν ἀκολουθίαν ὁ λόγος οὗτος προϊὼν τὴν αὐτοῦ πολλοῖς ἐγκαλέσει καὶ μέμψεται, καὶ τὴν δημιουργίαν ἅπασαν διαβαλεῖ τοῦ Θεοῦ. E καὶ γὰρ τοῦ στόματος καὶ τὴν τῶν ὀφθαλμῶν κατηγορήσει διαπλάσεως. διὰ τούτων μὲν γὰρ ἐπιθυμοῦσιν ὧν οὐ δεῖ, καὶ εἰς μοιχείαν ἐμπίπτουσιν οἱ πολλοί· δι' ἐκείνου δὲ βλασφημοῦσι, καὶ τὰ ὀλέθρια τῶν δογμάτων προφέρουσιν ἕτεροι. ἆρ' οὖν διὰ τοῦτο χωρὶς γλώττης καὶ ὀφθαλμῶν γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους ἐχρῆν; οὐκοῦν καὶ τοὺς πόδας ἐκκόψομεν, καὶ τὰς χεῖρας ἀποτεμοῦμεν, ἐπειδὴ αὗται μὲν αἱμάτων πλήρεις εἰσὶν, ἐκεῖνοι δὲ εἰς κακίαν τρέχουσι· ἀλλ' οὐδὲ τὰ ὦτα τὴν ἀπήνειαν τοῦ λόγου τούτου δυνήσεται ἐκφυγεῖν. A καὶ γὰρ ἀκοὴν ματαίαν παραδέχεται, καὶ τὴν τῶν δογμάτων φθορὰν παραπέμπει τῇ ψυχῇ· ὥστε καὶ ταῦτα ἀφαιρήσομεν. εἰ δὲ οὕτω, καὶ σῖτα, καὶ ποτὰ, καὶ οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν, καὶ ἥλιον, καὶ φῶς καὶ σελήνην καὶ τὸν τῶν ἄστρων χορὸν, καὶ πάντα τῶν ἀλόγων τὰ γένη. ποῦ γάρ ἐστι χρήσιμα ταῦτα, τοῦ δι' ὃν ἐγένετο πάντα κατακοπέντος οὕτως ἐλεεινῶς; ὁρᾷς τὸν γέλωτα καὶ τὴν ἀτοπίαν, εἰς ἣν ὁ λόγος καταστρέφειν ἀναγκά- B ζεται; ὁ γὰρ διάβολος ἑαυτῷ κακὸς, οὐχ ἡμῖν. ἡμεῖς γὰρ εἰ βουλοίμεθα καὶ πολλὰ καρπωσόμεθα δι' αὐτοῦ καλά· ἄκοντος μὲν καὶ μὴ βουλομένου. τὸ δὲ θαῦμα καὶ ἐν τούτῳ μεῖζον, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἡ ὑπερβολή. τὸ γὰρ βελτίους γίνεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, δάκνει μὲν αὐτὸν καὶ καθ' ἑαυτὸ καὶ λυπεῖ· ὅταν δὲ δι' αὐτοῦ τοῦτο προξενῆται ἡμῖν, οὐδ' ἐνεγκεῖν δυνήσεται τὴν ἐπήρειαν. πῶς οὖν προξενεῖται δι' αὐτοῦ; δεδοικότες αὐτοῦ τὴν ὠμότητα καὶ C τὰς συνεχεῖς ἐπιβουλὰς, καὶ τὰς ἐπαλλήλους μηχανὰς, τὸν πολὺν ὕπνον ἀποκρουόμεθα, νήφομεν, μεμνήμεθα τοῦ κυρίου διαπαντός. καὶ ὅτι οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου Παύλου, ἄκουσον πῶς διὰ τῶν αὐτῶν σχεδὸν ῥημάτων διεγείρει τοὺς καθεύδοντας τῶν πιστῶν. τοῖς γὰρ Ἐφεσίοις ἐπιστέλλων οὕτω πως φησίν· οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου. πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν D τοῖς ἐπουρανίοις. ταῦτα δὲ ἔλεγεν, οὐ καταβαλεῖν αὐτοὺς, ἀλλὰ διαναστῆσαι βουλόμενος. καὶ ὁ Πέτρος δέ· νήψατε, φησί, γρηγορήσατε· ὅτι ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος ὡς λέων ὠρυόμενος περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίῃ, ᾧ ἀντίστητε στερεοὶ τῇ πίστει. σφοδροτέρους ἐργάσασθαι θέλων, καὶ πεῖσαι πλείονα πρὸς τὸν Θεὸν τὴν οἰκειότητα ἔχειν. ὁ γὰρ ἐφεστῶτα τὸν ἐχθρὸν ὁρῶν, E μᾶλλον προστρέχει καὶ συμπλέκεται τῷ δυναμένῳ βοηθεῖν. οὕτω πως καὶ τὰ παιδία τὰ μικρά· ὅταν μὲν ἴδῃ τι τῶν φοβερῶν, εἰς τὸν τῆς μητρὸς καταφεύγοντα κόλπον· καὶ ἐκκρεμασθέντα τῶν ἱματίων ἐκείνης, ἔχεται αὐτῶν ἀσφαλῶς· καί τινων πολλῶν ἀνθελκόντων πολλάκις, οὐκ ἀφίσταται. ὅταν δὲ μηδὲν ᾖ τὸ θορυβοῦν, οὐδὲ καλούσης ἐκείνης καὶ ἐφελκομένης ἀνέχεται, ἀλλὰ καλοῦσαν διαπτύει· καὶ πολλὰ πρὸς τὸ ἐπισπάσασθαι μηχανωμένην ἀποστρέφεται· καὶ τραπέζης κειμένης καταφρονεῖ.

διὰ

διὰ τοῦτο πολλαὶ τῶν μητέρων ἐπειδὰν μηδὲν ἰσχύσωσι παρακαλοῦσαι, μορμολύκια καὶ φόβητρα κατασκευάζουσαι, οὕτως αὐτῶν σοφίζονται τὴν ἐπάνοδον, καὶ πείθουσι προσδραμεῖν πάλιν αὐταῖς. τοῦτο δὲ οὐκ ἐπὶ τῶν παιδίων γίνεται μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν. ὅταν γὰρ ἡμᾶς ὁ πονηρὸς φοβῇ καὶ ταράττῃ, τότε σωφρονιζόμεθα. τότε ἑαυτοὺς ἐπιγινώσκομεν· τότε μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς τῷ Θεῷ προστρέχομεν. εἰ δὲ ἠφανίσθη παρὰ τὴν ἀρχὴν οὗτος καὶ γέγονεν ἐκποδὼν, τάχα οὐδὲ ὑπὲρ τῶν παρεληλυθότων ἂν ἐπίστευσαν οἱ πολλοί· οἷον ὅτι τὸν ἄνθρωπον ἠπάτησε, καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων ἐξέβαλεν ἀγαθῶν. ἀλλὰ τὸν Θεὸν φθόνῳ καὶ βασκανίᾳ τοῦτο πεποιηκέναι εἶπον ἄν. ὅπου γὰρ καὶ νῦν εἰσιν οἱ ταῦτα τολμῶντες μετὰ τὴν τοσαύτην ἀπόδειξιν τῆς ἀπάτης αὐτοῦ, εἰ μηδὲ ὅλως πεῖραν ἔλαβον τῆς κακουργίας ἐκείνου, τί οὐκ ἂν εἶπον; τί οὐκ ἂν ἐφθέγξαντο; ὅλως δὲ εἰ χρὴ μετὰ ἀκριβείας τοῖς γινομένοις προσέχειν, οὐδὲ εἰς ἅπαντα ἡμᾶς ὁ διάβολος ὠθεῖ, ἀλλὰ πολλὰ μὲν καὶ αὐτὸς ἐργάζεται κακά· πολλὰ δὲ καὶ ἡμεῖς ἑαυτοὺς ῥᾳθυμίᾳ καὶ καταφρονήσει μόνον. ποῦ γάρ, ἵνα πάλιν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἐπανέλθωμεν, προσεπέλασεν ὁ διάβολος τῷ Κάϊν, καὶ τὸν φόνον πρᾶξαι παρῄνεσε; τῇ μὲν γὰρ τούτου μητρὶ φαίνεται διαλεγόμενος, καὶ τὴν ἀπάτην κατασκευάζων· ἐνταῦθα δὲ οὐκέτι, πλὴν εἰ μή τις αὐτὸν τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς ὑποβεβληκέναι φαίη· καὶ τοῦτο δὲ, παρὰ τὸν δεξάμενον καὶ πεισθέντα, καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῷ παρεσχηκότα τῆς ἐφόδου. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲ οὕτως αὐτὸν εἴασεν ὁ Θεός· ἀλλ᾽ ἐπέμενε παιδεύων καὶ νουθετῶν, δι᾽ ὧν ἐδόκει κολάζειν αὐτόν. καὶ τί λέγω τοῦ Κάϊν τὴν τιμωρίαν ἀνδρὸς ἑνὸς, ὅπου γε καὶ ὁ κατακλυσμὸς, ἔνθα τοσούτων ἀνδρῶν ἀπώλεια, δύναιτ᾽ ἂν ἡμῖν ἐμφῆναι τὴν κηδεμονίαν τοῦ Θεοῦ; πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀπροσδοκήτως ἐπήγαγεν ἐκεῖνα τὰ δεινά. ἀλλὰ καὶ προεῖπε· καὶ οὐ πρὸ χρόνου βραχέος, ἀλλὰ καὶ πρὸ εἴκοσι ἐτῶν καὶ ἑκατόν. ἔπειτα ἵνα μὴ διὰ τὸ μῆκος τῆς προρρήσεως, εἰς λήθην ἐμπέσωσι καὶ ῥᾳθυμίαν, παρεσκεύασε τὴν κιβωτὸν ὑφαίνεσθαι κατ᾽ ὀφθαλμοὺς ἐκείνων αὐτῶν, πάσης φωνῆς λαμπρότερον βοῶσαν τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπειλήν. ὁ μὲν γὰρ Κάϊν ἐξέστησε τῆς διανοίας· ἐκείνη δὲ πρὸ τῶν ὄψεων αὐτῶν κειμένη, συνεχῶς τῶν ἀπειληθέντων τὴν μνήμην διήγειρεν· ἀλλ᾽ οὐδὲ οὕτως ἐσωφρονίσθησαν, ἀλλ᾽ ἐπέμενον προσκαλούμενοι καὶ ἕλκοντες καθ᾽ ἑαυτῶν τὰ κακά. ὁ γὰρ Θεὸς οὔτε ἀπειλῆσαι κατακλυσμὸν, οὔτε ἐπαγαγεῖν ἠθέλησεν, ὥσπερ οὐδὲ τὴν γέενναν αὐτήν· ἀλλὰ πάντων ἡμεῖς αἴτιοι τούτων· ὅπερ καὶ σοφώτατός τις συνιδὼν ἔλεγεν· ὅτι ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν· οὐδὲ τέρπεται ἐπ᾽ ἀπωλείᾳ ζώντων· καὶ αὐτὸς δὲ διὰ τοῦ προφήτου οὕτως φησί· μὴ γὰρ θελήσω τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν; ὅταν δὲ μὴ ἐπιστραφῶμεν, τὴν ἀπώλειαν καὶ τὸν θάνατον ἡμεῖς καθ᾽ ἑαυτῶν ἐπαγόμεθα· οὐχ ὁ μὴ βουλόμενος ἡμᾶς ἀπολέσαι Θεὸς, καὶ τὴν τοῦ διαφυγεῖν ὁδὸν ὑποδεικνύς. ἆρ᾽ οὖν τοῦτο μόνον ἔχομεν εἰπεῖν ὑπὲρ τοῦ κατακλυσμοῦ, κέρδος δὲ οὐδὲν εὑρήσομεν ἐξ αὐτοῦ γεγονός; ἀλλ᾽ οὐδέ ἐστιν εἰπεῖν ὅσον καὶ τοῖς τετελευτηκόσιν αὐτοῖς, καὶ τοῖς μετ᾽ ἐκείνους γινομένοις. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ περαιτέρω προελθεῖν τῆς κακίας ἐκωλύθησαν· οἱ δὲ μετ᾽ ἐκείνους ἐκείνων μειζόνως ἐκέρδανον, τῆς ζύμης ὡς ἄν τις εἴποι καὶ τῆς ὑποθέσεως τῶν κακῶν ἀφανισθείσης ἐκ μέσου μετὰ τῶν τολμησάντων αὐτῶν. εἰ γὰρ καὶ χωρὶς παραδείγματος εὐκόλως δύναιντ᾽ ἂν εὑρεῖν οἱ ἄνθρωποι τὰ κακὰ, τί ἂν ἔπραξαν πολλῶν ὄντων τῶν παρακαλούντων αὐτοὺς ἐπὶ πράξεις τὰς πονηράς; ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, μηδὲ τοσούτους διδασκάλους οἱ μετὰ ταῦτα φαυλότητος ἔχωσι, πάντας αὐτοὺς ἄρδην ἀπώλεσεν.

Ἀλλὰ τίς ὁ σοφὸς λόγος, μᾶλλον δὲ ἀνόητος, τῶν πράττειν μὲν οὐδὲν βουλομένων ἀγαθὸν, πάντα δὲ ζητούντων καὶ λεγόντων, ἵνα τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀγάγωσιν; εἰ μὴ συνεχώρησε, φησὶν, ὁ Θεὸς, οὐδ᾽ ἂν προσῆλθεν ὁ διάβολος, οὐδ᾽ ἂν ἠπάτησε τὴν ἀρχήν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν ἔμαθεν ὁ Ἀδὰμ, ὅσον εἶχεν ἀγαθὸν, οὐδ᾽ ἂν ἐκ τῆς ἀπονοίας ἐκείνης κατέβη ποτέ. ὁ γὰρ τοσοῦτον ἑαυτὸν καταξιῶν, ὡς καὶ Θεὸς γενέσθαι προσδοκᾶν· τί οὐκ ἂν ἐτόλμησεν οὗτος, μὴ σωφρονισθείς; θῶμεν δὲ μήτε συμβεβουλευκέναι τι τὸν διάβολον, μήτε ὅλως διαλεχθῆναι τῇ Εὔᾳ περὶ τοῦ ξύλου, ἆρα ἂν ἄπταιστοι διετέλεσαν, μὴ γινομένου τούτου; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· ὁ γὰρ ὑπὸ τῆς γυναικὸς οὕτως εὐκόλως ἀναπεισθεὶς, οὗτος καὶ διαβόλου οὐκ ὄντος ταχέως ἂν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ, πρὸς τὴν ἁμαρτίαν κατέπεσεν, ὃ καὶ μείζω ἂν αὐτῷ τὴν τιμωρίαν ἐποίησε. χωρὶς δὲ τούτων, οὐδὲ νῦν τοῦ διαβόλου μόνον ἀπάτης τὸ πᾶν ἐστιν. ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῆς οἰκείας ἐπιθυμίας ἁλοῦσα κατέπεσεν ἡ γυνή· ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν· καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖον τοῦ κατανοῆσαι, καὶ λαβοῦσα τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγε. καὶ οὐ

Quocirca matrum plurimæ, cùm nihil obſecrando proficere ſe viderint, larvas quaſdam horroriſque figmenta parant, atque illos demum ad reditum impellunt, perſuadéntque ad ſe iterum recurrere. Hoc autem non in ſolis pueris contingit; ſed etiam in nobis. Quando enim malignus ille perterret nos atque perturbat, tunc frugi efficimur, tunc noſipſos agnoſcimus, tunc ad Deum omni ſtudio recurrimus. Quòd ſi deletus ab initio nequam ille fuiſſet, ſublatus è medio, fortaſſe nec præterita crediſſent plurimi: puta quod hominem fefelliſſet, quod bonis illis innumeris eum ejeciſſet, Deúmque hoc invidia & livore commotum feciſſe arbitrarentur. Quando enim ne modò quidem deſunt, qui poſt tanta illius ſeductionis indicia id audent dicere, ſi non illius nequitiæ & aſtus experimenta cepiſſent, quid non dixiſſent? quid non oblocuti fuiſſent? Quòd ſi penitus atque diligenter his quæ fiunt animum intendere velimus, inveniemus minimè ad omnia nos diabolum impellere; ſed cum plurimorum ille nobis lapſuum ſit author, plurima item noſmetipſi per noſtram ſolam ſocordiam ac negligentiam patimur. Ubi enim, ut ad priora revertamur, ad Cain diabolum acceſſiſſe, fraternámque cædem ſuggeſſiſſe? Nam matri quidem illius viſus eſt loquens fraudémque concinnans: huic autem minimè, niſi fortè quiſpiam malas illum cogitationes dicat immiſiſſe. Quod etſi nec ipſi renuimus, id tamen totum illius culpa contigit, qui ſuggerentem admiſit, illique paruit, atque principium in ſe invadendi præſtitit. Attamen nec ſic illum dimiſit Deus; verum ex his, per quæ punire videbatur, admonere potius atque corripere non deſiit. Quid autem Cain viri unius ſupplicium dico, quandoquidem etiam diluvium, in quo tot periere viri, Dei nobis providentiam apertiſſimè poteſt aſſerere? Primum enim non repentè neque inſperatò mortalibus vim illam inundationis induxit; ſed fore prædixit: idque non ante breve tempus; ſed ante centum & viginti annos. Tum verò ne ex longitudine prædictionis in oblivionem ac negligentiam inciderent, ædificari arcam in oculis omnium inſtituit, voce omni clarius clamantem, Deique minas omnibus annunciantem. Cain quippe ſanitate mentis exciderat: illa verò ante omnium oculos poſita jugiter imminentium ſibi malorum illos admonebat: nec ſic tamen illi emendati ſunt; ſed in vitiis perſeveraverunt, ſupplicia ſibiipſis conſciſcentes atque attrahentes. Deus enim diluvium ipſum neque comminari, neque inferre voluiſſet, ſicuti nec gehennam ipſam quidem. Verùm iſtorum omnium noſipſi nobis cauſa ſumus, quod & ſapientiſſimus quidam viderat, cùm diceret: *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viventium.* At Deus ipſe per Prophetam ait: *Nolo mortem peccatoris, ſed ut convertatur & vivat.* At verò nos niſi convertamur, damnationem nobiſipſis ultro mortémque congerimus, non is, qui nos perire noluerat, quique viam effugiendi nobis oſtenderat. Ergóne id ſolùm habemus, quòd de diluvio dicere poſſumus, nulláque ex eo prodiiſſe emolumenta docemus? Dici profectò non poteſt, quantum utilitatis & his qui illa inundatione periere, & cæteris poſtea futuris inde comparatum ſit. Illi enim ulterius in vitiis ac flagitiis progredi permiſſi non fuerunt: qui autē poſt illos ſecuti ſunt, majora etiam quàm illi, atq; excellentiora lucra retulerunt, fermento (ut ita dixerim) materiáque malorum è medio ſublatis extinctiſque peccatoribus. Nam ſi etiam ſine exemplis mala homines per ſe facilè inveniunt: quid non facturi exiſtimentur, ſi plurimorū exemplo ad pernicioſa actus invitentur? Quòd utiq; ne fieret, ne tot ſcelerum magiſtros hi, qui poſtea futuri erant, intuerentur, eos omnes unà perdidit.

Ex hiſtoria diluvii providentiam Dei oſtendit.

Sap. 1. 7. Ez. 18. 24.

Cap. V.

Verumenimvero, quænam eſt illorum ſapiens, imò plena ſtultitiæ ratio, qui cùm nihil boni agere velint, omnia verboſis ac ventoſis quæſtionibus agitant, ut ſuorum delictorum cauſas ad Deum referant? Niſi permiſiſſet Deus, ajunt, nequaquam acceſſiſſet diabolus, nunquam decepiſſet ab initio; ſedne q; cognoviſſet Adam, quantum boni antè habuerit, neque ſuam illam arrogantiam unquam deſeruiſſet. Qui enim ſeipſum in tantum culmen honoris erexerat, ut fieri ſe Deum expectaret, quò non prorupiſſet audaciæ, niſi digna fuiſſet animadverſione caſtigatus? Fingamus nihil diabolum conſuluiſſe, nihilque penitus Evæ de ligno locutum fuiſſe: num ſine peccato perſtitiſſent, ſi iſtud non ita contigiſſet: Minimè verò: nam cui mulier tam facilè, quod volebat perſuaſit, ipſe etiam diabolo abſente, ex ſeipſo quamprimum in peccatum corruiſſet, quo majori quoque pœna mulctari meruiſſet. Præterea ne nunc quidem diaboli ſolius eſt omnis illa ſeductio; ſed ſua etiam concupiſcentia mulier corrupta corruit, atque hoc Scriptura ſacra indicat, quæ dicit: *Viditque mulier quod bonum eſſet lignum ad edendum, gratúmque oculis ad videndum, ac ſpecioſum ad conſiderandum, & accipiens de fructu illius comedit.* Gen. 3, 6.

Neque verò ego nunc iſta loquor, quaſi diabolum inſidiarum criminibus purgare intendens; ſed indicare volens eos, niſi ſponte cecidiſſent, à nemine unquam potuiſſe dejici. Nam qui tam facile propinatam ſibi ab altero deceptionem ſuſcepit, is profectò & negligenter & laxè fuiſſe affectus oſtenditur. Neque enim tantum ille potuiſſet, ſi ſobrium vigilantémque animum allocutus eſſet. Sunt autem plurimi, qui cùm ad hanc partem diſſerendo perveniunt, diabolo omiſſo ad mandatum tranſeunt, & cùm à peccante homine abſtineant, Deo crimen impingunt, dicentes: Quidenim eis præceptum dabat, quos peccaturos noverat? Iſta re vera ſunt diaboli verba, & impiæ mentis inventa. Nam quod præceptum dare longè majoris diſpenſationis ſit, quam non dare, clariſſimè conſtat. Sit enim Adam voluntate, & animo tam negligenti, quam fuiſſe oſtenditur, nullum ſuſcipiat mandatum; ſed in delitiis, & ſecuritate perſiſtat: ex hujuſmodi licentia imbecillitas tanta atque negligentia ad melioráne, an ad deteriora prorumpet? Liquet profectò illum ad ſummum faſtigium vitiorum evaſurum, ſi abſque cura ſit. Nam ſi necdum de immortalitate ſecurus, eámque ſpem dubiam pendere non ignorans, in tantam arrogantiam atque amentiam elatus eſt, ut Deus fieri ſperaret: iſtudque cùm id promittentem nulla ex parte fidelem cerneret, ſi firmam ac ſecuram immortalitatem conſecutus eſſet, quò non progreſſus eſſet arrogantiæ? quid non peccaſſet? quando ille Deo obtemperaſſet? Tu verò, dum iſta criminaris, idem profectò facis, ac ſi quis fornicationem & libidinem interdicentem reprehenderet, ideò quòd plurimi iſta audientes fornicaturi eſſent. Nónne ſunt iſta extremæ dementiæ? Si enim nullo mandato ſuſcepto diabolus ad illum accedens, recedere à Deo conſuleret, id illi & quidem facilè perſuaſiſſet. Nam qui poſt acceptum mandatum præcipientem ſic leviter contempſit, ſi nihil ab illo penitus audiſſet, citò ſe etiam eſſe ſub domino neſciret: idcirco anticipat Deus, & ex his quæ præcipit, docet habere illum dominum, cunctáque illi parere oportere. Et quid amplius commodi ex hoc ſecutum, inquiunt? Etiam ſi nihil aliud ſecutum eſſet, non id docenti Deo eſſet imputandum; ſed potiùs non ſuſcipienti homini optimam hanc ſaluberrimámq; diſciplinam. Verum ne ſic quidem inutilis fuit, etiam poſt prævaricationem præcepti exhibitio. Nonne illæ latebræ, illa confeſſio delicti, illa viri ad mulierem, mulieriſque ad ſerpentem ſtudioſa cauſæ traductio: illa, inquam, omnia metuentium ſunt atque trementium, Deique authoritatem agnoſcentium? Porrò quantum lucri inde conſecutum ſit ex diabolica illa expectatione, in tantum timoris illos fuiſſe translatos, nullus ignorat. Qui enim æqualitatem Dei priùs meditatus fuerat, ipſe jam ita contrahebatur humiliter, ut pœnam cruciatúmque tremens metueret, ac peccatum confiteretur ſuum. At verò non abſque ſenſu peccare, delictúmque citò recognoſcere, minimè eſt negligendum: ſed via quædam eſt ad emendationem atque ad mutationem in melius ducens. Omnem itaque in nos Dei benignitatem neque cogitatione comprehendere, neque narrare poſſibile eſt: eorum tamen quæ novimus, ſummam dicturus ſum. Nempe enim poſt adeo inſignem contumaciam, poſt talem inobedientiam, poſt tanta ſcelera, cùm jam orbis totus tyrannide peccati premeretur, cùm extrema jam luenda pœna eſſet, cum delendum omne mortalium genus, nomenque ipſum hominum meritò exterminari poſſet: tum verò maximum omnium beneficium & clementiam oſtendit, unigenitum ſuum pro inimicis, pro alienatis à ſe, pro ſe odio habentibus atque adverſantibus morti tradens, ac per eam reconciliationem noſtram operans, cœlorúmque regnum & æternam vitam, aliáque bona innumera nobis ſe daturum ſpondens, *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, neque in cor hominis aſcenderunt.* Quid igitur huic providentiæ, huic clementiæ, huic bonitati comparari aut ſimile excogitari poſſit? Propterea & ipſe dicebat: *Quantum diſtat cœlum à terra, tantum diſtat via mea à viis veſtris, & cogitationes veſtræ à cogitatione mea.* David quoque mitiſſimus, cum de clementia illius loqueretur, ajebat: *Secundum altitudinem cœli à terra corroboravit Dominus miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe. Quantum diſtat Ortus ab Occidente, longè fecit à nobis iniquitates noſtras. Quomodò miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe*: quod non comparans dicit: quæ enim humana clementia divinæ bonitati conferri poſſit? ſed quia exemplum ſummæ affectionis nullum nos majus novimus, quam patris ad filios: niſi fortaſſis Eſaias majus aliquid docuit, qui matris potius exemplo uſus eſt, quæ erga natos ſuos longè miſericordiùs afficitur, quam pater. Dixit enim: *Nunquid obliviſcetur mulier infantuli ſui, ut non miſereatur filii uteri ſui?*

Is. 55. 9.

Pſal. 102. 11. 12.

Eſ. 49. 15.

A τὸν διάβολον ἀπαλλάττων τῶν τῆς ἐπιβουλῆς ἐγκλημάτων ταῦτα λέγω νῦν· ἀλλὰ δεῖξαι βουλόμενος, ὅτι εἰ μὴ ἑκόντες κατέπεσον, οὐδεὶς ἂν αὐτοὺς κατέβαλεν. ὁ γὰρ τὴν παρ᾽ ἑτέρου δεξάμενος ἀπάτην οὕτως εὐκόλως, οὗτος καὶ πρὸ τῆς ἀπάτης ῥαθύμως καὶ χαύνως διέκειτο. οὐδὲ γὰρ ἂν ἴσχυσε τοσοῦτον ἐκεῖνος, εἰ νηφούσῃ καὶ ἐγρηγορυίᾳ διελέγετο ψυχῇ. ἀλλ᾽ εἰσί τινες οἳ ἐπειδὰν κατὰ τοῦτο διελεγχθῶσι τὸ μέρος, τὸν διάβολον ἀφέντες ἐπὶ τὴν ἐντολὴν μεταβαίνουσι, καὶ τοῦ μὲν ἡμαρτηκότος B ἀπέχονται, ἐγκαλοῦσι δὲ τῷ Θεῷ λέγοντες, τί γὰρ ἐδίδου πρόσταγμα, ἁμαρτήσαντας αὐτοὺς εἰδώς; καὶ ταῦτα δέ ἐστι διαβόλου τὰ ῥήματα καὶ ἀσεβοῦς ἐννοίας εὑρήματα· ὅτι γὰρ καὶ τὸ δοῦναι τὴν ἐντολὴν μείζονος κηδεμονίας ἐστὶν, ἢ τὸ μὴ δοῦναι, δῆλον ἐκεῖθεν. ἔστω δὲ ὁ Ἀδὰμ τὴν μὲν προαίρεσιν ἔχων οὕτω ῥάθυμον, ὡς τὸ τέλος ἀπέδειξε· δεχέσθω δὲ μηδεμίαν ἐντολὴν, ἀλλὰ μενέτω τρυφῶν. ἆρα ἡ ἀσθένεια καὶ ἡ ῥαθυμία ἀπὸ τῆς ἀνέσεως ταύτης ἐπὶ τὸ χεῖρον ἢ ἐπὶ τὸ C κρεῖττον ἐπέδωκεν ἄν; ἀλλὰ παντί που δῆλον ὅτι πρὸς ἐσχάτην ἂν κατέπεσε κακίαν, ἀφρόντις ὤν. ὁ γὰρ μηδέ πω θαῤῥεῖν ὑπὲρ τῆς ἀθανασίας ἔχων, ἀλλ᾽ ἔτι μετέωρον τὴν ἐλπίδα ταύτην οὖσαν εἰδὼς, καὶ πρὸς τοσοῦτον ἀλαζονείας καὶ ἀνοίας ἀρθεὶς, ὡς ἐλπίσαι γενέσθαι Θεὸς, καὶ ταῦτα οὐδαμόθεν τὸν ταῦτα ἐπαγγειλάμενον πιστὸν ὁρῶν, εἰ βεβαίαν εἶχε τὴν ἀθανασίαν, ποῦ οὐκ ἂν ἔφθασεν ἀπονοίας; πόσα δὲ οὐκ ἂν ἐξήμαρτε; πότε δὲ ἂν ὑπήκουσε τῷ Θεῷ; σὺ δὲ παρόμοιον D ποιεῖς ἐγκαλῶν, ὥσπερ ἂν εἴ τις καὶ τὸν πορνεύειν ἀπαγορεύοντα μέμφοιτο· ἐπειδὴ οἱ ταῦτα ἀκουσόμενοι πορνεύειν ἔμελλον. καὶ πῶς οὐκ ἐσχάτης ταῦτα μανίας τὰ ῥήματα; εἰ γὰρ μὴ δεξαμένῳ τὴν ἐντολὴν προσελθὼν ὁ διάβολος ἀποστῆναι τοῦ Θεοῦ συνεβούλευσε, καὶ οὕτως εὐκόλως ἀνέπεισεν. ὁ γὰρ μετὰ τὴν τοῦ προστάγματος δόσιν καταφρονήσας τοῦ δεδωκότος αὐτὸ, εἰ μηδὲν ὅλως ἠκηκόει παρ᾽ αὐτοῦ, ταχέως ἂν ὅτι καὶ ὑπὸ δεσπότην ἐστὶν ἠγνόησε. διὰ τοῦτο προλαβὼν ὁ Θεὸς δι᾽ E ὧν προσέταξεν, ἐδίδαξεν ὅτι καὶ κύριον ἔχει, καὶ πάντα ὑπακούειν αὐτοῦ δεῖ. καὶ τί πλέον ἀπὸ τούτου γέγονε, φησί; μάλιστα δὲ εἰ καὶ μηδὲν ἐγεγόνει, οὐδὲ οὕτω παρὰ τὸν διδάξαντα Θεόν· ἀλλὰ παρὰ τὸν μὴ δεξάμενον τὴν καλλίστην ταύτην παίδευσιν. νυνὶ δὲ οὐδὲ οὕτως ἀνόητος γέγονε, καὶ μετὰ τὴν παράβασιν ἡ δόσις τῆς ἐντολῆς. καὶ γὰρ τὸ κρυβῆναι, καὶ τὸ τὴν ἁμαρτίαν ὁμολογῆσαι, καὶ σπουδάζειν τὸν μὲν ἄνδρα ἐπὶ τὴν γυναῖκα, ἐκείνην δὲ ἐπὶ τὸν ὄφιν τὴν αἰτίαν τῶν γεγενημένων A μεταγαγεῖν, δεδοικότων ἐστὶ καὶ τρεμόντων καὶ τὸ κῦρος ἐπεγνωκότων τοῦ Θεοῦ. ὅσον δὲ κέρδος ἦν ἀπὸ τῆς σατανικῆς ἐκείνης προσδοκίας εἰς τοσοῦτον μετατεθῆναι φόβον, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. ὁ γὰρ ἰσοθεΐαν φαντασθεὶς, αὐτὸς οὕτως ἐταπεινοῦτο καὶ συνεστέλλετο, ὡς ὑπὲρ τιμωρίας καὶ κολάσεως τρέμειν· καὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐξαγγέλλειν τὴν αὐτοῦ. τὸ δὲ μὴ ἁμαρτάνειν ἀνεπαισθήτως, ἀλλ᾽ ἐπιγινώσκειν ταχέως καὶ συνορᾶν τὸ πλημμεληθὲν, οὐκ ἔστι μικρόν· B ἀλλ᾽ ὁδός τις καὶ ἀρχὴ πρὸς διόρθωσιν ἄγουσα καὶ τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβολήν. πᾶσαν μὲν οὖν τοῦ κυρίου τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγαθότητα οὔτε μαθεῖν οὔτε διηγήσασθαι δυνατόν· ὧν δὲ ἴσμεν, τὸ κεφάλαιον ἐρῶ. μετὰ γὰρ τὴν τοσαύτην παρακοὴν, μετὰ τοσαῦτα ἁμαρτήματα· ὅτε πᾶσαν κατεῖχε τὴν οἰκουμένην ἡ τῆς ἁμαρτίας τυραννὶς, ὅτε τὴν ἐσχάτην ἔδει δοῦναι δίκην λοιπὸν καὶ ἀπολέσθαι παντελῶς, καὶ ἀνώνυμον τὸ τῶν ἀνθρώπων γενέσθαι γένος, τότε τὴν μεγίστην περὶ ἡμᾶς C εὐεργεσίαν ἐπεδείξατο· ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν καὶ ἀπηλλοτριωμένων, καὶ μισούντων αὐτὸν καὶ ἀποστρεφομένων τὸν μονογενῆ κατασφάξας τὸν ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τούτου τὴν πρὸς αὐτὸν καταλλαγὴν ἐργασάμενος ἡμῖν, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν, καὶ ζωὴν αἰώνιον, καὶ τὰ μυρία ἐπαγγειλάμενος δώσειν ἀγαθὰ, ἃ μήτε ὀφθαλμὸς εἶδε, "μήτε οὖς ἤκουσε, μήτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. τί ταύτης ἂν" γένοιτο τῆς κηδεμονίας ἴσον, τῆς φιλανθρωπίας, τῆς ἀγαθότητος; D διὰ ταῦτα καὶ αὐτός φησι· καθὼς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ" τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχει ἡ ὁδός μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν· καὶ τὰ δια-" νοήματα ὑμῶν ἀπὸ τῆς διανοίας μου. καὶ ὁ πραότατος δὲ Δαυῒδ, περὶ τῆς φιλανθρωπίας αὐτοῦ διαλεγόμενός φησι· κατὰ τὸ ὕψος" τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τῆς γῆς ἐκραταίωσε κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐπὶ" τοὺς φοβουμένους αὐτόν· καθ᾽ ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυ-" σμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ᾽ ἡμῶν τὰς ἀνομίας ἡμῶν. καθὼς οἰκτείρει" πατὴρ υἱοὺς, ᾠκτείρησε κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν· οὐχ ὅτι τοσοῦτον μόνον, ἀλλ᾽ ὅτι παράδειγμα τῆς ἄκρας φιλοστοργίας ἕτερον οὐκ ἴσμεν· ἐπεὶ ὅτι καὶ τούτου πλεῖον ὁ Ἡσαΐας ἐδίδαξε· τὴν γὰρ μητέρα εἰς τὸ ὑπόδειγμα παραλαβὼν τὴν πολὺ τοῦ πατρὸς συμπαθεστέραν πρὸς τὰ ἔκγονα οὖσαν οὑτωσὶ λέγει· μὴ ἐπιλήσεται γυνὴ τοῦ παιδίου αὐτῆς, ἢ τοῦ μὴ ἐλεῆσαι τὰ ἔκγονα τῆς κοιλίας αὐτῆς; εἰ δὲ καὶ ἐπιλάθοιτο ταῦτα γυνὴ,

ἀλλ᾽

ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἐπιλήσομαί σου, λέγει κύριος· δεικνὺς ὅτι καὶ τῆς φυσικῆς φιλοστοργίας ἀνώτερός ἐστιν ὁ ἔλεος τοῦ Θεοῦ. καὶ ταῦτα μὲν οἱ προφῆται, τοῖς δὲ Ἰουδαίοις αὐτὸς διαλεγόμενος ἔλεγεν· εἰ δὲ ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει ἀγαθὰ τοῖς αἰτοῦσιν αὐτόν; οὐδὲν ἄλλο ἐμφαίνων διὰ τούτων, ἀλλ' ἢ ὅσον τῶν ἀγαθῶν καὶ τῶν πονηρῶν τὸ μέσον ἐστί, τοσοῦτον τῆς τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας πρὸς τὴν πατρικὴν τὸ διάφορον. καὶ μηδὲ μέχρι τούτου πάλιν στῇς· ἀλλὰ τῷ νῷ καὶ περαιτέρω πρόελθε· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο, ὅσον ἀκοῦσαί σε δυνατόν, εἴρηται. Θεοῦ γὰρ ἡ σύνεσις ἄπειρος, καὶ ἡ ἀγαθότης δηλονότι καὶ ἡ φιλανθρωπία. εἰ δὲ μὴ καθ' ἕκαστον τῶν γινομένων αὐτὴν ὑποπτευόμεθα, καὶ τοῦτο τῆς ἀπειρίας αὐτῆς σημεῖον. πολλὰ γὰρ καὶ μεγάλα καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας οἰκονομεῖται, ἃ αὐτῷ μόνῳ ἐστὶ φανερά. ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀγαθότητα τὸ ἡμέτερον γένος εὐεργετεῖ, οὔτε δὲ τῆς παρ' ἡμῶν δόξης δεόμενος, οὔτε ἀμοιβῆς χρῄζων τινὸς ἑτέρας, τὰ πλείονα ἀφίησι λανθάνειν ἡμᾶς· εἰ δέ ποτε καὶ ἀποκαλύψειε, καὶ τοῦτο ἡμῶν ἕνεκεν ποιεῖ, ἵνα εὐχαρίστως διατεθέντες, πλείονα ἐπισπασώμεθα τὴν βοήθειαν. μὴ τοίνυν ὑπὲρ τούτων μόνον ὧν ἴσμεν, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ὧν οὐκ ἴσμεν εὐχαριστῶμεν αὐτῷ· οὐ γὰρ ἑκόντας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄκοντας οἶδεν εὖ ποιεῖν· ὅπερ οὖν καὶ ὁ Παῦλος εἰδὼς πάντοτε καὶ ἐν πᾶσιν εὐχαριστεῖν παρῄνει. ὅτι δὲ οὐ κοινῇ πάντων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἰδίᾳ ἑκάστου κήδεται· καὶ τοῦτο αὐτοῦ πάλιν ἀκούειν λέγοντός ἐστιν. οὐκ ἔστι θέλημα ἔμπροσθεν τοῦ πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς, ἵνα ἀπόληται εἷς τῶν μικρῶν τούτων· περὶ τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν λέγων. βούλεται μὲν γὰρ καὶ τοὺς μὴ πιστεύοντας αὐτῷ σωθῆναι μεταβαλλομένους καὶ πιστεῦσαι πάντας· καθὼς καὶ ὁ Παῦλός φησιν· ὃς θέλει πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· καὶ αὐτὸς δὲ τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγεν· οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· καὶ ἔλεον θέλω καὶ οὐ θυσίαν· ὅταν δὲ μηδὲ τοσαύτης ἐπιμελείας ἀπολαύσαντες ἐθελήσωσι γενέσθαι βελτίους, καὶ ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν, οὐδὲ οὕτως αὐτοὺς ἀφίησιν· ἀλλ' ἐπειδὴ τῆς οὐρανίου ζωῆς ἑαυτοὺς ἑκόντες ἀπεστέρησαν, τά γε οὖν εἰς τὸν παρόντα βίον αὐτοῖς ἅπαντα χορηγεῖ· τὸν ἥλιον ἀνατέλλων ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχων ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, τὰ πρὸς τὴν σύστασιν τῆς παρούσης παρέχων ζωῆς. εἰ δὲ ἐχθρῶν τοσαύτην ποιεῖται πρόνοιαν, τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ, καὶ θεραπεύοντας αὐτὸν κατὰ δύναμιν τὴν αὐτῶν, πῶς περιόψεταί ποτε; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἐν πλείονι πάντων τούτους ἔχει σπουδῇ· ὑμῶν γάρ φησι καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς πᾶσαι ἠριθμημέναι εἰσίν.

Ὥστε ὅταν ἐννοήσῃς, ὅτι πατέρα, καὶ οἰκίαν, καὶ φίλους, καὶ συγγενεῖς καὶ πλοῦτον ἄφατον, καὶ δόξαν πολλὴν ῥίψας ἀπὸ τῶν χειρῶν διὰ τὸν Χριστόν, εἶτα τοσαύτην θλῖψιν ὑπομένεις νῦν, μὴ καταβάλλῃς σαυτόν. ἐξ ὧν γὰρ ἡ ἀπορία τίκτεται λογισμῶν, ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ἡ τῆς ἀπορίας ἡμῖν ἔσται λύσις. πῶς; ἀδύνατον ψεύσασθαι τὸν Θεόν· ἐπηγγείλατο δὲ τοῖς ταῦτα καταλιποῦσι, ζωὴν αἰώνιον· κατέλιπες δὲ σὺ πάντα καὶ διέπτυσας, τί οὖν ἐστι λοιπὸν τὸ κωλῦον σε θαρρεῖν ὑπὲρ τῆς ὑποσχέσεως; ὁ κατέχων σε πειρασμὸς νῦν; καὶ τί τοῦτο πρὸς τὴν ὑπόσχεσιν; οὐ γὰρ ἐνταῦθα τὴν αἰώνιον ἡμῖν ἐπηγγείλατο ζωήν. εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα τὰ τῆς ἐπαγγελίας πληροῦσθαι ἔμελλον, οὐδὲ οὕτως ἀσχάλλειν ἐχρῆν· τὸν γὰρ εὐλαβῆ καὶ πιστὸν ἄνδρα, οὕτω βεβαίως διακεῖσθαι χρὴ πρὸς τὰς ἐπαγγελίας τοῦ Θεοῦ, ὥστε κἂν ἐναντία φαίνηται τὰ γινόμενα, μηδὲ οὕτω ταράττεσθαι, μηδὲ ἀπογινώσκειν τὴν ἔκβασιν. ὅρα γοῦν ὁ πιστὸς Ἀβραὰμ τίνα μὲν ὑπόσχεσιν ἐδέξατο, τίνα δὲ πράττειν ἠναγκάζετο. ἡ μὲν ὑπόσχεσις ἦν, ἀπὸ τοῦ Ἰσαὰκ πᾶσαν ἐμπλήσειν τὴν οἰκουμένην· τὸ δὲ πρόσταγμα, αὐτὸν τοῦτον καταθῦσαι τὸν Ἰσαάκ, ἐξ οὗ ἔμελλε πᾶσα πληροῦσθαι ἡ γῆ. τί οὖν ἐθορύβησε τοῦτο τὸν δίκαιον; οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ τοσαύτης διαφωνίας οὔσης καὶ μάχης τῇ κελεύσει πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν, οὐκ ἐταράχθη, οὐδὲ ἰλιγγίασεν, οὐδὲ εἶπέ τι τοιοῦτον ἐκεῖνος· ἕτερα ἐπηγγείλατο, καὶ ἕτερά με πράττειν ἀναγκάζει νῦν ὁ Θεός. ἀπὸ τοῦ παιδὸς τούτου, τὸ πολύ μοι τῶν ἐκγόνων ὑπέσχετο πλῆθος· καὶ τοῦτον κατασφάξαι κελεύει νῦν, πῶς οὖν τοῦτο ἔσται τῆς ῥίζης ἐκκεκομμένης; ἠπάτησέ με ἄρα, καὶ διέπαιξεν. οὐδὲν τούτων εἶπεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐνενόησε· καὶ μάλα γε εἰκότως. ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ὑπισχνούμενος ᾖ, κἂν μυρία δοκῇ τὴν ἐπαγγελίαν ἀναιρεῖν, οὐ χρὴ θορυβεῖσθαι περὶ τοῦ τέλους οὐδὲ ἀμφισβητεῖν. τοῦτο γὰρ αὐτὸ μάλιστα τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως ἔργον ἐστί, πόρον ἐκ τῶν ἀπόρων εὑρεῖν· καθάπερ ὁ μακάριος ἐκεῖνος τότε ἐλογίζετο. διόπερ αὐτοῦ κατεπλάγη τὴν πίστιν ὁ Παῦλος, οὕτως εἰπών· πίστει προσενήνοχεν Ἀβραὰμ τὸν Ἰσαὰκ πειραζόμενος,

A *ſed & ſi illa oblita ejus fuerit, ego tamen tui non obliviſcar, dicit Dominus:* oſtendens Dei miſericordiam affectus omnes naturales longiſſimè excedere. Et Prophetæ quidem ſic: Ipſe autem Dei filius cum Judæis loqueretur, ajebat: *Si autem vos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filiis veſtris; quanto magis pater veſter cœleſtis dabit bona petentibus ſe?* (Matt. 7, 11.) Nihil profectò aliud per iſta ſignificans, niſi tantam eſſe divinæ providentiæ & gubernationis paternæ differentiam, quantum intereſt inter bonos & malos. B Verum neque hactenus iterum ſtes velim; ſed mente ad interiora progredere. Nam id quoque pro captu, & modo tuo dictum eſt: quippe cujus eſt infinita intelligentia, bonitatem quoque & clementiam ſine nullo terminari neceſſe eſt. Quod ſi hanc per ſingula quæ fiunt non perſpicimus, & hoc ſignum illius infinitatis eſt. Plurima enim & magna quotidie pro noſtra ſalute diſponit, quæ ipſi ſoli ſunt cognita. Quia enim ſola bonitatis ſuæ gratia mortalibus per omnia proſpicit, nihil noſtris C indigens laudibus, nullaque alia remuneratione opus habens, plurima nos latere permittit. Sed & ſi aliquando hæc revelat, & illud noſtræ utilitatis cauſa facit, ut gratias illi ſemper referentes, ex hac gratitudine noſtra amplius nobis attrahamus illius auxilium. Non igitur de his ſolum quæ novimus, gratias illi referamus: neque enim volentes ſolum; verum invitos quoque, & nolentes beneficiis conſuevit afficere. Quod Paulus optimè noverat, *qui ſemper & in omnibus gratias agere monebat.* D Quòd autem non communiter ſolùm omnium curam gerit; ſed ſeorſim ſingulorum, ipſum audias licèt dicentem: *Non eſt voluntas coram patre meo, qui in cœlis eſt, ut pereat unus de puſillis iſtis, de his dicens, qui in illum credunt.* (Matt. 18, 14.) Cupit ipſe quidem & eos qui non credunt ſalvos fieri, mutarique in melius, & credere, ſicut Paulus ait: *Qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* (1. Tim. 2. 4.) Et ipſe ad Judæos: *Non veni vocare juſtos; ſed peccatores ad pœnitentiam*: & , *Miſericordiam volo, non ſacrificium.* (Marc 2. 17. Oſeæ. 6, 6.) E At verò ſi poſt tantæ curæ ac providentiæ fruitionem noluerint meliores fieri, veritatémque recognoſcere, ne ſic quidem illos deſerit; ſed quoniam æternæ vitæ participatione ipſi ſe ſua ſponte privaverunt, vel præſentis vitæ bona illis omnia largitur, *ſolem ſuum oriri faciens ſuper bonos & malos, & pluens ſuper juſtos & injuſtos, aliaque præſtans quæ ad* præſentis vitæ conſiſtentiam pertinent. Quòd ſi inimicis quoque tanta cura & providentia proſpicit, fideles ſuos, & qui totis ei viribus A ſerviunt, quomodo unquam contemnet? Non ita, non ita eſt: Verùm iſtos maximè ex omnibus fovet atque complectitur. *Veſtri enim,* inquit, *& capilli capitis omnes numerati ſunt.* (Luc. 12, 7.)

Cap. VI.

Quoties ergo tibi in mentem venit, parentes te, & patriam, domum, amicos, propinquos, opéſque innumeras, & gloriam illam ingentem abjeciſſe, atque excuſſiſſe propter Chriſtum de manibus, poſtque iſta omnia hujuſmodi vexationem pati: noli B dejicere teipſum, noli mœrore deficere. Nam ex quibus cogitationibus hæſitatio gignitur, ex eiſdem rurſus ſopita reſtringitur. Quonam modo? *Impoſſibile eſt mentiri Deum*, (Heb. 6.) promiſit autem ille vitam æternam iſta relinquentibus. Reliquiſti tu omnia iſta, & abjeciſti: quid igitur prohibet de hujuſmodi confidere promiſſione, & eſſe ſecutum? Num ea, quæ nunc probaris tentatio? & hæc ad promiſſionem quid? Non enim hic æternam repromiſit vitam: imò verò, ſi in terris quoque ejuſmodi promiſſio implenda eſſet, ne ſic quidem ægre ferre debueras: (*Promiſſis Dei credendum.*) C quippe quod fidelem ac religioſum virum adeò conſtanter & firmiter promiſſa Dei tenere convenit, ut quantumlibet effectus contrarios aſpiciat, ne ſic quidem perturbetur, neque deſperet eventum. Intuere denique fidelis Abraham cujuſmodi pollicitationem acceperit, & qualia facere ſit juſſus. Nam promiſſio quidem erat, *ex Iſaac implendam eſſe orbem univerſum*, (Gen. 22.) juſſio autem hunc ipſum Iſaac immolare urgebat, ex quo orbis totus erat implendus. Quid igitur? iſtúdne perturbavit juD ſtum virum? Minimè verò, imò cùm tanta diſſonantia & repugnantia eſſet præcepti & promiſſi, in nullo penitus turbatus eſt, neque hæſitavit, neque aliquid hujuſmodi locutus eſt: Quid hoc eſt? Alia promiſit mihi Deus, alia facere jubet? Ex puero iſto nepotum ingentem multitudinem mihi promiſerat, & hunc ipſum modò necare mihi præcipit? Quomodo igitur hoc erit exciſa radice? Fefellit me igitur, atque deluſit. Nihil prorſus hujuſmodi locutus eſt; ſed ne cogitavit quidem. Et meritò E ſanè. Cum enim Deus aliquid pollicitus fuerit, etiam ſi millia ſint, quæ pollicitationem hujuſmodi obtundant, atque intercipiant, turbari minimè convenit, aut de fine dubitare. Hoc enim maximè Dei potentiam commendat, dum in rebus ambiguis finem certum atque exitum reperit: ſicuti tunc beatus ſecum reputabat. Quocirca fidem illius maximè admirans Paulus, ajebat: *Fide obtulit Abraham Iſaac dum tentaretur,* (Heb. 11, 17.) *unigeni-*

ut nobis noctem die ipſo faceret gratiorem, ſimul & ut ſom- A
norum ſalubritas per quietem vires corporis repararet, quas
labor diurnus abſumit. In tantum autem muneris hujus ne-
ceſſaria humano generi dona collata ſunt, ut abſque cibo
audeant nonnulli plures tranſigere dies, abſque ſomno ve-
rò nec paucos. Idcirco denique & hybernis frigoribus lon-
giora ſpacia noctium poſuit, ut prolixior requies intra tecta
hominibus fieret, & laboribus ſpacia breviora remanerent.
Propter quod & convenienter tempora hæc, quæ ad requiem B
dedit, tenebris involvit. Sicut enim piæ quæque matres,
aut nutrices cum fortè natos ſuos ad quietem provocant, in
gremiis poſitos complecti brachiis, & adſtringere, ac tunica
operire faciem, & oculos ſolent, ut obſcurior eis aër redditus,
ſomnum per quietem facilius invitet; ita & Deus tanquam
velamen quoddam per univerſum mundum tenebras obdu-
cens, hominum genus ad ſilentium gratiſſimæ quietis in-
vitat. Quòd ſi non ita tempus iſtud munîſſet Deus, ut eſt C
genus hominum negociis & cupiditatibus atque omni avari-
tiæ ſemper intentum, non ſolùm ſubjectos ſibi læderent;
ſed & ſemetipſos homines laboribus operibuſque conſu-
merent. Nunc verò etiam invitos nos à nimiis laboribus re-
trahit, & non ſolum corporibus indulget; ſed & animos ipſa
viciſſitudo reſuſcitat. Nam inde quid dicam, quomodo no-
ctis tempore cuncta tranquilla ſunt, & ſilent univerſa, quies
ubique, & per totum orbem ducuntur longa ſilentia, nullus D
clamor, ut in temporibus diei, nullæ voces quibus alii ob
penuriam lugent, alii ob corporis infirmitatem, alii ob pe-
cuniarum jacturam, alii pro violentiis clamant, alii funeribus
domeſticorum, vel aliis damnis afflicti. Hæc omnia quieſ-
cere facit nox, & velut fluctibus quibuſdam atque undis ma-
lorum ereptos homines, ad portum quietis adducit: & hæc
quidem noctis munera: diei verò tanta ſunt, ut de his dice-
re nec temporis nec ſtyli hujus ſit. Quid verò maris uſum, & E
navigandi utilitatem loquar? per quam omnem pene orbem,
qui longis à ſemetipſo dirimitur ſpaciis, non ſolum ſibi invicem
notum; ſed ſocium quodammodo & communicabilem facit,
ut unuſquiſque ſi quid apud ſe gignitur boni, hoc etiam ad
proximos ſuos procul poſitos deferat: & cum unuſquiſque par-
vum poſſideat terræ ceſpitem, per iſtud mercandi miniſterium,
quaſi totius mundi dominus efficitur, & univerſæ terræ fructibus
utitur. Et quid plura dicam? Univerſus orbis efficitur tan- A
quam menſa dives una omnibus, nullo prohibente ſumere con-
vivas ſingulos, quominus cùm ea quæ ſibi appoſita ſunt dede-
rint, viciſſim quæ apud cæteros longe diſſitos reperiuntur, ma-
nus ſolum extendentes accipiant. Sed parva ſunt hæc in mu-
neribus Dei. Quid deinde dicam, quod notam fecit Deus ſa-
pientiam ſuam hominibus, & capaces eos eſſe voluit hujus tam
ineffabilis muneris? Cogita enim tantiſper & conſidera planta-
rum varietates frugiferarum, infrugiferarum, quæ in deſertis B
naſcuntur, quæ in agris excultis, quæ in montibus, quæ in cam-
pis: vide quanta in ſeminibus ſit diverſitas, quanta in herbis,
in floribus, in animalibus, cum terreſtribus, tum ancipitibus quæ
in utraque ſede vivunt, tum aquatilibus: cogita quæcunque
cernuntur omnia propter nos condita eſſe, cœlum, terram, mare,
quæque in illis degunt omnia. Nam quemadmodum quis ubi
magnificam regiam ſibi extruxiſſet multo ſplendentem auro,
multo lapillorum fulgore coruſcantem; ita cum mundum fa- C
bricatus eſſet Deus hominem introduxit, qui rebus omnibus
quæ in eo ſunt imperaturus eſſet: quodque longe mirabilius eſt
in hac domo, non ex lapidibus tectū condidit; ſed ex alia pretio-
ſiori materia compegit, neq; vero aurei candelabri flammam ac-
cendit; ſed demiſſis ex alto lampadibus celeri motu decurrere
domus iſtius tectū voluit, ut non tantū utilitatem afferret; ſed &
multā pareret voluptatem: terræ verò pavimentū inſtar opiparæ
cujuſdam menſæ conceſſit. Et hoc fecit cum ipſi nondū aliquid D
apud Deum meriti collegiſſent. Cumque eis intellectum con-
ceſſerit divinorum, rerumque æternarum eis præſtiterit habe-
re notitiam: homo tamen erga tanti muneris autorem extitit
ingratus, & ne ſicquidem eum reſpuit divina clementia; ſed &
hoc ipſum quod videtur pœna prævaricationis impoſita, cum è
paradiſo tantum ejectus eſt, remedium fuit nolen-
tis ultra procedere malum; ſed fervorem temeritatis
atque audaciæ reprimentis. Hæc & horum ſimilia ex divinis E
beneficiis reminiſcens Apoſtolus, cum ea quæ jam ab initio, tum
quæ quotidie tam in ſingulos, quam in omnes ſimul, ſive pa-
lam, ſive clam multo plura contulit, quam manifeſta,
& multo magis ea, quæ ad diſpenſationem ſpectant uni-
geniti filii Dei, quæque per eum futura promittuntur bo-
na, per horas ſingulas & momenta conſiderans, & in
corde ſuo diſcutiens, atque ad immenſum bonitatis
& beneficiorum ejus pelagus attendens, hæc dicebat.

A τῆς ἡμέρας ἡμῖν οὐχ ἧττον τὴν νύκτα χρησιμωτέραν εἰργάσατο· διὰ
τὴν ἐκ τοῦ ὕπνου ἐγγινομένην ἀνάπαυσιν, καὶ ἰσχύν. τὴν γὰρ σίτων οὐχ ἧτ-
τον ἡμῖν οὗτος τρέφει τὰ σώματα, καὶ δῆλον ἐκεῖθεν. λιμοῦ μὲν γὰρ
πολλάκις ἴδοι τις ἂν πολλὰς κατατολμῶντας ἡμέρας· ὕπνου δὲ οὐδὲ
ὀλίγας δυνατόν· καὶ τὴν ἐν ἡμέρᾳ δὲ γινομένην φλόγα, τήν τε ἀπὸ
τῆς ἀκτῖνος, τήν τε ἀπὸ τῶν μόχθων τῶν μεθημερινῶν καταψύχων,
καὶ διαλύων, οὕτως ἀκμάζοντας πάλιν ἡμᾶς πρὸς τοὺς πόνους ἀνί-
B στησι· χειμῶνος δὲ ὥρᾳ τῷ μήκει τοῦ δρόμου καὶ ἐπιπλέον ἡμῖν πα-
ρέχει τὴν ἀνάπαυσιν [καὶ τὸ θάλπος] ὑπωροφίους εἶναι καταναγ-
κάζων· καὶ τὸ σκότος δὲ, οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ εἰκῆ τούτῳ συγκεκλή-
ρωται τῷ καιρῷ, ἀλλ᾽ ὑπὲρ ἀναπαύσεως πλείονος. ὥσπερ γὰρ αἱ
φιλόστοργοι τῶν μητέρων, ὅταν κατευνάσαι τὰ παιδία βουληθῶσιν
ἀλύοντα, ὑπὸ τὰς ἀγκάλας θεῖσαι τὰς ἑαυτῶν καὶ τῷ χιτωνίσκῳ
τὰς ὄψεις περιβαλοῦσαι κατακοιμίζουσιν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς, καθά-
C περ τι καταπέτασμα τὸ σκότος κατὰ τῆς οἰκουμένης ἁπλώσας, παύει
τοὺς ἀνθρώπους τῶν πόνων. εἰ γὰρ μὴ οὕτω ἦν, ἀπὸ τῆς φιλοπραγμοσύνης
ἢ φιλαργυρίας τῆς ἄγαν, καὶ ὑπὸ τῶν πόνων ἅπαντες ἂν διεσπάσθη-
μεν. νυνὶ δὲ καὶ ἄκοντας ἡμᾶς τῶν ἱδρώτων ἀνίησιν· οὐ τὰ σώματα δὲ
ἡμῖν ἀνίησι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν οὗτος ὁ νόμος τῶν σωμάτων
οὐχ ἧττον. τί γὰρ ἄν τις λέγοι τὴν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ γαλήνην, τὴν ἡσυ-
χίαν; καὶ πῶς ἅπαντα γέμει σιγῆς, καὶ θορύβων ἐστὶ καθαρά.
D καὶ οὐκ ἔστιν ἀκοῦσαι κραυγῆς τινος καθάπερ ἐν ἡμέρᾳ, τῶν μὲν πε-
νίαν ὀδυρομένων, τῶν δὲ ἐπήρειαν καταβοώντων, τῶν δὲ ἀρρωστίαν σώ-
ματος, καὶ πηρώσεις θρηνούντων, καὶ τῶν μὲν θάνατον τῶν οἰκείων, τῶν
δὲ ζημίαν χρημάτων, τῶν δὲ ἄλλο τι τῶν ἀνθρωπίνων. πολλὰ δὲ ταῦτα
ἐστιν· ἀπὸ τούτων ἁπάντων καθάπερ τρικυμιῶν ἐξαρπάσασα, πρὸς
τὸν αὐτῆς ἀναπαύει λιμένα τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἡ νύξ· καὶ διὰ
μὲν τῆς νυκτὸς, τοσαῦτα ἡμῖν τὰ ἀγαθά· διὰ δὲ τῆς ἡμέρας, ταῦτα,
E ἅπερ ἅπαντες ἴσμεν. τί ἄν τις εἴποι τὴν πρὸς τὰς ἐπιμιξίας εὐκολίαν
γινομένην ἡμῖν; ἵνα γὰρ μὴ τὸ ὁδοιπορίας τὸ μῆκος ἀποτροπὴ γί-
γνοιτο τῆς συνουσίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, ἐπιτομωτέραν ἡμῖν ὁδὸν, τὴν
θάλατταν ἀνῆκε πανταχοῦ τῆς γῆς ὁ Θεός· ἵνα ὥσπερ οἰκίαν μίαν τὴν
οἰκουμένην οἰκοῦντες, οὕτω θαμινὰ παρ᾽ ἀλλήλους βαδίζωμεν, καὶ
τὰ παρ᾽ ἑαυτῷ ἕκαστος τῷ πλησίον μεταδιδοὺς εὐκόλως, ἀντιλαμ-
βάνῃ τὰ παρ᾽ ἐκείνου, καὶ μικρὸν τῆς γῆς μέρος κατέχων, ὥσπερ ἁ-
A πάσης κύριος ὢν τῶν πανταχοῦ γινομένων ἀπολαύῃ καλῶν. καὶ
νῦν ἔξεστι, καθάπερ ἐπὶ τραπέζης πλουσίας ἑκάστῳ τῶν δαιτυμό-
νων τὸ παρατεθειμένον αὐτῷ δόντι τῷ πόρρωθεν κατακειμένῳ, τὸ
παρ᾽ ἐκείνῳ κείμενον ἀντιλαβεῖν ἔξεστι τὴν χεῖρα μόνον ἐκτείναντα.
εἰ δέ τις καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπελθεῖν ἐπιχειρήσειε τῷ λόγῳ εἰς ἄ-
φατον ἐκπεσεῖται μῆκος, καὶ οὐδὲ μικρὸν ἐπελεύσεται μέρος.
πῶς γὰρ ἄνθρωπος ὢν, καὶ τὴν ἄπειρον τοῦ Θεοῦ σοφίαν ἀναμετρεῖν
B ἐπιχειρῶν; ἐννόησον γὰρ τέως τὰς τῶν φυτῶν διαφορὰς τῶν καρποφό-
ρων, τῶν ἀκάρπων, τῶν ἐν ἐρήμοις, τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην, τῶν ἐν ὄρεσι, τῶν
ἐν πεδίοις· ἴδε τὴν ἐν τοῖς σπέρμασι ποικιλίαν, τὴν ἐν ταῖς βοτάναις,
τὴν ἐν τοῖς ἄνθεσι, τὴν ἐν τοῖς ζώοις τοῖς χερσαίοις, τοῖς ἀμφιβίοις,
τοῖς νηκτοῖς· ἐννόησον ὅτι τὰ ὁρώμενα ἅπαντα δι᾽ ἡμᾶς, οὐρανὸς, γῆ,
θάλασσα, τὰ ἐν τούτοις ἅπαντα. καθάπερ γάρ τις βασίλεια ἑαυ-
τῷ λαμπρὰ κατασκευάσας, πολλῷ μὲν ἀποστίλβοντα τῷ χρυ-
C σῷ, πολλῇ δὲ λάμποντα τῇ τῶν λίθων αἴγλῃ, οὕτω τὸν κόσμον τεκτη-
νάμενος ὁ Θεὸς, ἤγαγε τὸν ἄνθρωπον βασιλεύσοντα πάντων τῶν ἐν
αὐτῷ. καὶ τὸ πολλῷ θαυμασιώτερον τούτου τοῦ οἴκου, οὐκ ἀπὸ λίθων
κατασκευάσας τὸν ὄροφον, ἀλλ᾽ ἐξ ἑτέρας ὕλης τιμιωτέρας αὐτὸν
συμπηξάμενος, οὐδὲ λυχνίας χρυσῆς φλόγα ἀνάψας, ἀλλ᾽ ἄνω-
θεν τὰς λαμπάδας ἀφεὶς διατρέχειν τούτου τοῦ οἴκου τὴν στέγην ἐκέ-
λευσεν· ὡς μὴ χρήσιμον μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλὴν ἡμῖν εἶναι τὴν ἡ-
D δονήν· τὸ δὲ ἔδαφος ἀντὶ τραπέζης ἀνῆκε πολυτελοῦς. καὶ ταῦτα
παρέσχε τῷ μηδὲν οὐδέπω ἐπιδειξαμένῳ καλόν. ἀλλ᾽ ὅμως μετὰ τὴν
τοσαύτην δωρεὰν ἀγνώμονα περὶ τὸν εὐεργέτην γινόμενον, οὐδὲ οὕτω
ἐστέρησε τῆς τιμῆς. ἀλλ᾽ ἐκβαλὼν μόνον τοῦ παραδείσου, τούτῳ κολά-
ζει, περαιτέρω προβῆναι τὴν ἀγνωμοσύνην κωλύων· καὶ τὴν ἐπὶ τὸ
χεῖρον ἀναστέλλων ῥοπήν. ταῦτα δὴ πάντα ἀναλογιζόμενος ὁ ἀπό-
στολος καὶ τούτων πλείονα, ἅτε πνεύματι θείῳ κινούμενος, τά τε
ἐξ ἀρχῆς, τά τε καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν, τά τε εἰς ἕνα ἕκαστον, τά τε εἰς
E ἅπαντας κοινῇ γινόμενα, καὶ τὰ φανερῶς, καὶ τὰ λάθρα πολλῷ πλεί-
ονα ὄντα τῶν φανερῶν. καὶ ἔτι τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ
Θεοῦ καὶ τὰ μέλλοντα ἀγαθὰ, καὶ πάντα ἁπλῶς περισκοπῶν·
καὶ πανταχόθεν συλλέγων τοῦ Θεοῦ τὴν ἄφραστον ἀγάπην, καὶ ἐννοή-
σας, ὥσπερ εἰς πέλαγος ἐμπεσὼν ἀχανὲς, οὕτως ἐμάνθανεν, ὅσων,
καὶ ἡλίκων ὑπεύθυνος ἦν. οὐδὲ τὸ πολλοστὸν ἀποδεδωκὼς μέρος.

εἰδ

unigenitúmque offerebat, qui promiſſiones acceperat. Hæc ipſa ſcilicet inſinuans, atque ſignificans, quæ nunc à me ſunt dicta. Non modò autem ipſe; verùm ipſius quoque pronepos Joſeph, cum per longum tempus, & varios caſus promiſſionem periclitari perſpiceret, rigidus atque immobilis perſtitit: ſola enim promiſſa intuebatur: quod ſi humanis cogitationibus locum dediſſet, de fine deſperaſſet. Nam & oſtenſa ſibi viſio, & fratrum & patris adorationem pollicebatur: quæ verò illi contingebant, non erant hujuſmodi; ſed ab his longiſſimè remota. Primum enim illi ipſi fratres, quos ſe præviderat adoraturos, in lacum illum injiciunt, ac barbaris hominibus venditum in alienam ac remotiſſimam regionem emittunt, atque adeò contraria promiſſis, ea quæ contingebant, videbantur, ut miſeri illi ſubſannantes eum, dicerent: *Ecce ſomniator ille venit, nunc ergo venite occidamus eum, & projiciamus in lacum, dicemúſque: Fera peſſima devoravit eum, & videbimus quid ſomnia ſua ipſi proderunt?* Poſtea verò hi, qui illum emerant, non ſaltem libero homini; ſed ſervo illum regio vendunt iterum. Neque hactenus adverſa ſteterunt; ſed in petulantis dominæ calumniam incidit, damnatúſque carcerem annos plurimos habitat, & effugientibus cæteris ampliore illic tempore ipſe perdurat. Cúmque tanta eſſent, quæ illius animum perturbare poſſent, conſtans tamen perſeverat, atque inviolabilis. Ejuſmodi verò etiam noſtra ſunt, imò verò longè perplexiora. Quæ enim promiſſa ſunt nobis, regnum cœlorum, & vita æterna, & incorruptio, & infinita ſunt illa bona atque immortalia. Quæ autem interim contingunt, valde ab his remota, atque aliena ſunt. Mors enim & corruptio ſequitur, & pœna & ſupplicium, & tentationes variæ, atque perpetuæ. Cujus ergo rei gratia hoc facit Deus, permittitque contraria promiſſis advenire? Nimirum ut ex hoc duo maxima bona eliciat, dum ex altero certiſſimum potentiæ ipſius argumentum capimus, quod ſcilicet poſſit deſperatiſſima promiſſa ſua, ſpe atque opinione melius perficere: ex altero autem noſtros animos erudit, cuncta ſibi credere fideliter, etſi dictis facta contraria videantur emergere: quippe ſpei virtus ejuſmodi eſt, ut eum, qui ſincere illi adhæreat, nunquam confundi permittat. Si enim hi, qui promiſſa in hoc ſeculo acceperunt, ita inſigniter affecti ſunt: quid nos facere neceſſe eſt, qui non in præſenti vita, ſed in futuro ſeculo bona illa ſempiterna expectamus? In hoc enim ſeculo preſſuræ nobis anguſtiæque promittuntur. Quid ergo eſt quod te perturbet? Qua ratione induci potes, ut ſuſpecta habeas promiſſa Dei? Nempe enim cùm dicis te ab eo negligi, cujus cauſa mundum omnem deſpexiſti, liquidò oſtendis te illi non credere, atque ſuſpectum habere, fallacémque promiſſionem ejus exiſtimare. Id autem verè eſt à dæmone corripi, ac ſempiternos ignes promereri. Sed ſunt qui ſeculi negotiis dediti, quietè ac licenter vivunt. Et iſtud quoque prædixit Chriſtus: *Amen, amen, dico,* inquit, *vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit.* Sed & in prioribus generationibus hoc fermè videas contigiſſe. Quippe Babylonii cùm Deum ignorarent, opibus potentiáque pollebant: Judæi verò captivitatis atque ſervitutis premebantur injuriis. Et Lazarus ille, qui regnis cæleſtibus, æterniſque gaudiis potiri meruit, ulceribus plenus canum linguis erat expoſitus, atque perpetuò cum fame pugnabat: dives verò in honore ac frequenti ſatellitio ſervorum, & requie, & deliciis vitam ducebat. Verùm ut huic nihil apud inferos profuere deliciæ, atque illa omnia; ita nec Lazaro fames, aut ulcera, nec omnia ſimul congeſta incommoda vitæ præſentis obſtiterunt; ſed veluti quidam athleta fortiſſimus in æſtu graviſſimo & algore luctans, & præclarè vicit, & coronatus immortaliter eſt. Quocirca vir quidam ſapiens ajebat: *Fili, ſi accedas ad ſervitutem Domini, præpara animam tuam ad tentationem, dirige cor tuum & ſuſtine, & ne feſtines in tempore inductionis.* Et poſt pauca: *Quoniam,* inquit, *igne probatur aurum, homines verò acceptabiles in fornace humiliationis.* Rurſúmque alio loco ſcriptum eſt: *Fili noli negligere diſciplinam Dei, neque deficias quum ab eo corriperis.* Qui enim aurum in fornacem mittit, novit quatenus illud incendi atque igneſcere, & quando ex igne oporteat educi. Ideóque alter ex his: *Ne feſtines,* inquit, *in tempore inductionis: Salomon autem* hoc ipſum docens, *Neque deficias,* inquit, *quum ab eo corriperis.* Magnum quid revera, magnum & excellens preſſura eſt, ad probandum virum, atque ad docendum patientiæ virtutem. Quid ergo, inquies; ſi illius nos magnitudo convellat, atque dejiciat? *Fidelis eſt Deus, qui non patietur nos tentari ſupra quam poſſumus; ſed faciet cum tentatione exitum, ut poſſimus ſuſtinere.* Nam ſi ex dilectione correptio, ex odio verò derelictio eſt:

Joſephi exemplo rem illuſtrat.

Gen.37,18.

Joan.16, 20.

Luc.16.

Eccl.2. 1 & 5.

Prov.3, 11.

1.Cor.10. 13.

A καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν ὁ τὰς ἐπαγγελίας ἀναδεξάμενος. αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐμφαίνων καὶ αἰνιττόμενος, ἅπερ εἶπον ἐγὼ νῦν. οὐκ ἐκεῖνος δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ τούτου πάλιν ἀπόγονος Ἰωσὴφ διὰ μακροῦ χρόνου, καὶ πολλῶν πραγμάτων κινδυνεύουσαν ὁρῶν τὴν ἐπαγγελίαν ἔμενεν ἀκλινής· πρὸς γὰρ τὸν ἐπαγγειλάμενον ἑώρα μόνον· εἰ δὲ εἰς ἀνθρωπίνους κατέπεσε λογισμοὺς, καὶ ἀπέγνω τοῦ τέλους. ἡ μὲν γὰρ δειχθεῖσα ὄψις αὐτῷ καὶ τῶν ἀδελφῶν καὶ τῶν γεννησαμένων τὴν προσκύνησιν B προὔλεγε· τὰ δὲ γινόμενα οὐ τοιαῦτα ἦν· ἀλλὰ πολλῷ τούτων ἀπέχοντα. πρῶτον μὲν γὰρ αὐτοὶ οἱ προσκυνεῖν μέλλοντες εἰς λάκκον αὐτὸν ἐμβάλλουσι, καὶ ἀνδράσιν ἀποδόμενοι βαρβάροις εἰς ἀλλοτρίαν καὶ πόῤῥω κειμένην πέμπουσι γῆν· καὶ οὕτως ἐναντία τοῖς δειχθεῖσιν ἐδόκει τὰ γινόμενα εἶναι, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀθλίους ἐκείνους διαχλευάζειν αὐτόν. ἰδοὺ γάρ, φησιν, ὁ ἐνυπνιαστὴς ἐκεῖνος ἔρχεται· νῦν οὖν δεῦτε ἀποκτείνωμεν αὐτόν· καὶ ῥίψωμεν αὐτὸν εἰς ἕνα τῶν λάκ- C κων, καὶ ἐροῦμεν. θηρίον πονηρὸν κατέφαγεν αὐτόν· καὶ ὀψόμεθα τί ἔσται τὰ ἐνύπνια αὐτοῦ. μετὰ δὲ ταῦτα οἱ πριάμενοι οὐδὲ ἐλευθέρῳ τινὶ, ἀλλὰ δούλῳ πάλιν αὐτὸν ἀποδίδονται βασιλικῷ. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστη τὰ δεινά· ἀλλὰ συκοφαντίᾳ δεσποίνης περιπεσὼν καὶ καταδικασθεὶς ᾤκει τὸ δεσμωτήριον ἔτη πολλὰ, καὶ διαφυγόντων ἑτέρων αὐτὸς πλείονα χρόνον μένει ἐκεῖ· καὶ τοσούτων ὄντων τῶν δυναμένων τὴν ἐκείνου θορυβῆσαι ψυχὴν, ἔμενε τούτοις ἅπασιν ἀπερίτρεπτος. τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ τούτων D ἀπορώτερα. ἃ μὲν γὰρ ἐπηγγείλατο, βασιλεία οὐρανῶν, καὶ αἰώνιος ζωὴ, καὶ ἀφθαρσία, καὶ τὰ μυρία ἀγαθά· τὰ δὲ γινόμενα τέως καὶ συμβαίνοντα, πολὺ τούτων ἀφέστηκε· θάνατος γάρ ἐστι καὶ φθορὰ, καὶ τιμωρία καὶ κόλασις, καὶ θλίψεις διάφοροι καὶ συνεχεῖς. τίνος οὖν ἕνεκεν ὁ Θεὸς τοῦτο ποιεῖ, καὶ τὰ ἐναντία τῶν ἐπαγγελιῶν ἐκβῆναι συγχωρεῖ; δύο τὰ μέγιστα κατορθῶν. ἓν μὲν τῆς αὐτοῦ δυνάμεως τεκμήριον ἀναμφισβήτητον E παρέχων ἡμῖν, ὅτι καὶ ἐξ ἀπεγνωσμένων δύναιτ᾽ ἂν εἰς πέρας τὰς ὑποσχέσεις ἀγαγεῖν· ἕτερον δὲ, τὴν ἡμετέραν παιδεύων ψυχὴν, πάντα πιστεύειν αὐτῷ κἂν ἐναντία τοῖς εἰρημένοις τὰ γινόμενα φαίνηται. τοιαύτη γὰρ ἡ τῆς ἐλπίδος ἰσχύς· οὐ καταισχύνει τὸν ἀντεχόμενον αὐτῆς εἰλικρινῶς. εἰ γὰρ οἱ τὰς ὑποσχέσεις ἐνταῦθα λαβόντες, οὕτω διετέθησαν· πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν χρὴ τοὺς οὐ κατὰ τὸν παρόντα βίον, ἀλλ᾽ εἰς ἑτέρους αἰῶνας προσδοκῶν- A τας τὴν ἔκβασιν τῶν χρηστῶν. ἃ γὰρ ἐνταῦθα προεῖπε, θλίψις ἐστὶ καὶ στενοχωρία. τί οὖν ἐστί σε τὸ θορυβοῦν; πόθεν τὴν ὑποψίαν ὑποπτεύεις τοῦ Θεοῦ; τὸ γὰρ καταφρονῆσαι μὲν δι᾽ αὐτὸν τοῦ κόσμου παντός. λέγειν δὲ πάλιν ἠμελῆσθαι παρ᾽ αὐτοῦ, οὐδέν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἀπιστοῦντος καὶ ὑποπτεύοντος, καὶ ἀπάτην τὴν ἐπαγγελίαν ἐκείνην εἶναι νομίζοντος· ὅπερ ἀληθῶς ἐστι δαιμονᾶν, καὶ τὸ τῆς γεέννης προκαλεῖσθαι πῦρ. ἀλλ᾽ εἰσί τινες οἱ βιωτικοῖς ἐνστρεφό- B μενοι πράγμασιν, ἐν ἀνέσει διάγουσι· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προεῖπεν ὁ Χριστός· ἀμὴν γὰρ ἀμὴν λέγω ὑμῖν, φησιν, ὅτι κλαύσετε καὶ θρηνήσετε ὑμεῖς· ὁ δὲ κόσμος χαρήσεται· καὶ ἐπὶ τῶν προτέρων δὲ γενεῶν Βαβυλώνιοι μὲν οἱ μηδὲ τὸν Θεὸν εἰδότες, ἐν πλούτῳ καὶ δυναστείᾳ ἦσαν καὶ τιμῇ· Ἰουδαῖοι δὲ ἐν αἰχμαλωσίᾳ καὶ δουλείᾳ καὶ τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς. καὶ Λάζαρος μὲν ὁ τῶν οὐρανῶν ἄξιος, καὶ τῆς βασιλείας τῆς ἐκεῖ ἡλκωμένος ταῖς τῶν κυνῶν πρόκειται γλώτταις, λιμῷ μαχόμενος διηνεκεῖ· ὁ δὲ πλού- C σιος ἐν τιμῇ καὶ δορυφορίᾳ καὶ ἀνέσει καὶ τρυφῇ· ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν οὔτε οὗτος ἐν τῇ γεέννῃ τούτων ἀπώνατο, οὔτε ὁ Λάζαρος ἀπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τῶν τραυμάτων, εἰς τὴν ἀκρίβειαν τοῦ παρόντος παρεβλάβη βίου· ἀλλ᾽ ὥσπερ τις γενναῖος ἀθλητὴς, ἐν αὐχμῷ καὶ πνίγει βαρυτάτῳ παλαίων καὶ ἐνίκησε, καὶ ἐστεφανώθη. διὰ τοῦτο καί τις σοφός φησι· τέκνον εἰ προσέρχῃ δουλεύειν κυρίῳ ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμόν· εὔθυνον τὴν καρδίαν σου, καὶ καρτέρησον, καὶ μὴ σπεύσῃς ἐν D καιρῷ ἐπαγωγῆς· καὶ μετ᾽ ὀλίγα φησὶν ὅτι ἐν πυρὶ δοκιμάζεται χρυσὸς, καὶ ἄνθρωποι δεκτοὶ ἐν καμίνῳ ταπεινώσεως. καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει· τέκνον, μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου, μηδὲ ἐκλύου ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐλεγχόμενος· ὁ γὰρ τὸ χρυσίον εἰς τὴν κάμινον ἐμβάλλων, οἶδε καὶ μέχρι τίνος αὐτὸ προσθεῖναι δεῖ, καὶ πότε ἀνασπασθῆναι. διὰ τοῦτο οὗτος μέν φησι, μὴ σπεύσῃς ἐν καιρῷ ἐπαγωγῆς· ὁ δὲ Σολομὼν αὐτὸ τοῦτο διδάσκων ἔλεγε· μὴ ἐκλύου ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐλεγχόμενος. μέγα E γὰρ ἡ θλίψις· μέγα πρὸς τὸ δόκιμον ἐργάσασθαι ἄνδρα, καὶ παιδεῦσαι τῆς ὑπομονῆς τὴν ἀρετήν. τί οὖν, φησιν, ἂν ἐπιστρέψῃ καὶ καταβάλῃ διὰ τῆς ὑπερβολῆς; πιστὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ἡμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δυνάμεθα, ἀλλὰ σὺν τῷ πειρασμῷ ποιήσει καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ἡμᾶς ὑπενεγκεῖν. εἰ γὰρ ἐξ ἀγάπης μὲν ἡ παιδεία· ἡ δὲ ἐγκατάλειψις ἀπὸ μίσους·

οὐκ

οὐκ ἔστι τοῦ αὐτοῦ φιλεῖν ὁμοῦ καὶ μισεῖν τὸν αὐτὸν, οὐδὲ παιδεύειν καὶ ἐγκαταλιμπάνειν. πῶς οὖν πολλοὶ κατέπεσον, φησίν; ἑαυτοὺς ἀπεστέρησαν τοῦ Θεοῦ, οὐ καταλειφθέντες ὑπ᾽ αὐτοῦ. ἰδοὺ γὰρ οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ ἀπολοῦνται. μακρύνουσι δὲ οἱ μὴ φέροντες τὰς τοῦ Θεοῦ παιδείας, ἀλλ᾽ ὀργιζόμενοι, καὶ δυσανασχετοῦντες. καὶ καθάπερ οἱ μοχθηροὶ τῶν παίδων, τῶν πατέρων αὐτοὺς πρὸς διδασκάλους πεμπόντων, αὐτοὺς ἐκεῖ πόνους καὶ τὰς ἐκεῖθεν φυγόντες πληγὰς τὰς τῶν γονέων ἀποπηδῶσιν ὄψεις, ἐκέρδανόν τε οὐδὲν, καὶ χείροσιν ἑαυτοὺς περιπείρουσι κακοῖς, ἐν ἀλλοτρίᾳ λιμώττειν, καὶ ἀλᾶσθαι καὶ νοσεῖν, καὶ ἀτιμάζεσθαι καὶ δουλεύειν ἀναγκαζόμενοι· οὕτω καὶ οἱ τὰς τοῦ Θεοῦ παιδείας εὐχαρίστως μὴ φέροντες, ἀλλὰ δυσανασχετοῦντες, πρὸς τῷ μηδὲν ἐξ αὐτῆς καρπώσασθαι καὶ ταῖς ἐσχάταις ἑαυτοὺς περιβάλλουσι συμφοραῖς. διὰ τοῦτο καρτερεῖν παρηγγέλμεθα, καὶ τὴν καρδίαν εὐθύνειν τὴν ἑαυτῶν. ἀλλὰ πολλῷ χαλεπώτερα πέπονθας. οὐδὲ γὰρ οἱ παιδοτρίβαι πάντας ὁμοίως καὶ ἑνὶ τρόπῳ γυμνάζουσιν· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀσθενεστέροις ἀσθενεῖς, τοῖς δὲ γενναίοις οὐ τοιούτους παρέχουσιν ἀνταγωνιστάς. ὁ γὰρ ἐλάττω τῆς οἰκείας δυνάμεως λαβὼν τὸν ἀνταγωνιστὴν, κἂν δι᾽ ὅλης αὐτῷ συμπλέκηται τῆς ἡμέρας, ἐκεῖνος ἀγύμναστος ἔμεινε. πῶς οὖν, φησί, τοὺς τὸν αὐτὸν ἐπανῃρημένους ἐμοὶ βίον, οὐ τοῖς αὐτοῖς ἀθλεῖν ἐποίησε πόνοις; ὅτι οὐ μία παρὰ τῷ Θεῷ γυμνασίας ἰδέα, οὐδὲ τῶν αὐτῶν ἅπαντες δέονται, κἂν ἐν τοῖς αὐτοῖς ὦσι· καὶ γὰρ νοσοῦντες πολλοὶ τὰς αὐτὰς νόσους, οὐ τῶν αὐτῶν ἐδεήθησαν φαρμάκων, ἀλλ᾽ ἑτέρων μὲν οὗτοι, ἑτέρων δὲ ἐκεῖνοι· διὰ τοῦτο ποικίλοι καὶ διάφοροι τῶν μαστίγων οἱ τρόποι, καὶ ὁ μὲν νόσῳ δοκιμάζεται μακρᾷ, ὁ δὲ βαρυτάτῃ πενίᾳ· ὁ δὲ τῷ βιάζεσθαι καὶ [illegible] ἕτερος, ἄλλος τῷ τοὺς συνεχεῖς καὶ ἐπαλλήλους θανάτους καὶ παίδων καὶ τῶν αὐτῷ προσηκόντων ἰδεῖν· καὶ οὗτος μὲν τῷ παρὰ πάντων ἀπορριπτεῖσθαι καὶ μηδενὸς ἀξιοῦσθαι λόγου· ἐκεῖνος δὲ τῷ διαβάλλεσθαι ἐφ᾽ οἷς οὐδὲν ἑαυτῷ σύνοιδε, καὶ πονηρᾶς δόξης ἀνέχεσθαι βάρος, καὶ ἄλλος ἄλλως. οὐ γὰρ δυνατὸν ἅπαντα μετ᾽ ἀκριβείας ἐξαριθμήσασθαι νῦν. τούτων δὲ ἕκαστον δοκεῖ μὲν, ὅσον πρὸς τὴν τῶν σῶν παράθεσιν συμφορῶν, κοῦφον εἶναι καὶ οὐδέν· εἰ δὲ ἐν πείρᾳ κατέστης αὐτῶν, ἔμαθες ἄν, ὅτι τοῦτο ἐφ᾽ ᾧ σὺ νῦν ἀλύεις, ἐκείνων πολλῷ φορητότερον. εἰ δὲ καί εἰσί τινες ἔλαττον ἡμῶν παιδευόμενοι, μὴ σκανδαλιζώμεθα ἐπὶ τούτῳ· ἡ γὰρ τῶν πόνων ἐπίτασις, μισθῶν ἐπίτασίς ἐστι, καὶ ἔρεισμα ἀσφαλὲς, πρὸς τὸ μηκέτι ἑκόντας, ἢ ἄκοντας ἐκπεσεῖν. καὶ γὰρ τῦφον καταστέλλει, καὶ ῥᾳθυμίαν ἐπιστρέφει, καὶ φρονιμωτέρους ποιεῖ, καὶ εὐλαβεστέρους ἐργάζεται· καὶ ὅλως εἰ βούλοιτό τις ἐξαριθμεῖν ἅπαντα, πολλὰ ἂν εὕροι τὰ κέρδη τῶν πειρασμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὧν πολὺς παρὰ τῷ Θεῷ λόγος, θλίψεως ἐκτὸς, κἂν ἡμῖν οὕτω φαίνηται.

Εἰ γὰρ ὁ μακάριος Παῦλος πολὺ τὸ πρᾶγμα ὑπέμεινεν, οὐδεὶς δὲ ἐκείνου μείζων· ἀλλ᾽ οὐδὲ ἴσος ἐστὶ, πῶς ἔτι μὴ δεηθῆναι τῆς βοηθείας ταύτης αὐτούς; εἰ δέ τινες οὐδὲ ταῖς θλίψεσι ταύταις ἐσωφρονίσθησαν, οὐκέτι τοῦτο παρὰ τὴν αἰτίαν τοῦ τὴν παιδείαν ἐπαγαγόντος, ἀλλὰ παρὰ τὴν ὀλιγωρίαν ἐκείνων. εἰ δὲ μὴ ἐπετέθη τὸ φάρμακον, παρὰ τὸ ἠμελῆσθαι, ἔδοξαν ἂν ἀπολωλέναι· νῦν δὲ οὐ μικρὸν ἤνυσται τὸ μηδὲν αἰτιᾶσθαι τὸν ἰατρὸν, ἀλλὰ τοὺς κάμνοντας καὶ τὴν ἀπροσεξίαν αὐτῶν. εἰ δέ τινες πρὸ τῶν πειρασμῶν ὀρθὰ βαδίζοντες, μετὰ τὴν τούτων ἐπαγωγὴν κατέπεσον· καὶ πάλιν ἕτεροι πᾶσαν ἐπαρχόμενοι κακίαν, οὐδεμιᾶς θλίψεως ἐπειράθησαν· ἄλλοι δὲ ἐκ πρώτης ἡλικίας εἰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς μυρίαις τρυχόμενοι συμφοραῖς διετέλεσαν· μηδενὶ τούτων θορυβώμεθα, μηδὲ καταπιπτώμεθα. εἰ μὲν γὰρ ἅπασαν δυνάμενοι καὶ ὀφείλοντες τῆς προνοίας αὐτοῦ τὴν οἰκονομίαν εἰδέναι, ταῦτα ἠγνοοῦμεν, ἐχρῆν ἀθυμεῖν καὶ ταράττεσθαι· εἰ δὲ καὶ ὁ τοσούτων ἀπορρήτων κοινωνήσας, καὶ εἰς τρίτον ἀνελθὼν οὐρανὸν ἰλιγγίασε πρὸς ταύτην τὴν ἄβυσσον, καὶ διακύψας πρὸς τὸ βάθος τοῦ πλούτου καὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ κατεπλάγη μόνον, καὶ ἀνεχώρησε, τί μάτην κοπτόμεθα ἑαυτοὺς πολυπραγμονοῦντες τὰ ἀνεξερεύνητα, καὶ ζητοῦντες τὰ ἀνεξιχνίαστα; καὶ ἰατρῷ μὲν τοῖς φαινομένοις ἡμῖν συμφέρουσι πολλάκις ἐναντία προστάττοντι, καὶ τὸ καταψυχθὲν μέλος ὑποθεῖναι κελεύοντι κρουνῷ, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐργαζομένῳ παράδοξα οὐκ ἀντιλέγομεν· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ φθάσαντες ἐπείσαμεν ἑαυτοὺς, ὅτι τῷ τῆς τέχνης λόγῳ τοῦτο ποιεῖ, μετὰ προθυμίας εἴκομεν, καίτοι γε διαμαρτάνοντι πολλάκις· τὸν δὲ Θεὸν τὸν τοσοῦτον ἡμῶν ἀφεστηκότα ἐν ἅπασι, τὴν αὐτοσοφίαν ὄντα, τὸν οὐδέποτε διαμαρτάνοντα, πολυπραγμονήσομεν; καὶ ὃν ἔδει λογισμοὺς ἀπαιτεῖν, τούτῳ πιστεύσομεν ἁπλῶς· ᾧ δὲ ἔδει μόνον πιστεύειν, τούτου εὐθύνας καὶ λόγους τῶν πραττομένων ἀπαιτήσομεν, καὶ δυσχεραίνομεν τὴν ἄγνοιαν; καὶ ποῦ ταῦτα ψυχῆς εὐσεβοῦς; μὴ, δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, πρὸς τοσοῦτον μανίας ἔλθωμεν, ἀλλ᾽ ἐν ἅπασιν ἐν οἷς ἂν ἀπορῶμεν ἐκεῖνο ἐπιλέγωμεν·

A neque ejuſdem eſt quempiam ſimul & amare, & odiſſe, neque corripere quidem & derelinquere. Quomodo ergo, inquiunt, multi corruerunt? Seipſos illi Deo privaverunt, non autem à Deo derelicti ſunt. *Ecce enim*, inquit, *qui elongant ſe à te peribunt*, (Pſal. 72, 26.) Elongant ſe verò à Deo, qui correctiones illius non ſuſtinent; ſed iraſcuntur atq; indignantur, ac veluti mali & perverſi filii, cum à patribus traditi magiſtris, vel impatientes laboris, vel fugientes verbera, parentum aſpectus declinant, & ab eis reſiliunt, nihil B inde lucrantur, niſi quod plurimis & gravioribus incommodis ſe implicant, atque in aliena regione famis & erroris, ac morborum, ignominiæque & ſervitutis injurias ſubire coguntur: Ita & qui Dei diſciplinam ingratè ſuſcipiunt, indignantúrque & graviter ferunt, præterquam quod nihil ex ea lucrantur, ſummis ſe calamitatibus afficiunt. Quocirca tolerare admonemur, & dirigere cor noſtrum. At multò graviora te perpeti dices. Ne pædotribæ quidem omnes æqualiter atque eodem modo exer- C cent; ſed imbecillioribus imbecilles, fortioribúſque ſui ſimiles comparant. Nam qui ſuis viribus minorem comparem fuerit nactus, etiamſi tota die illi congrediatur, inexercitatus tamen permanet. Cur ergo, inquies, non omnes qui eandem elegere vitam, eiſdem etiam laboribus certare fecit? Quia non una apud Deum eſt exercitationis ſpecies, neque omnes, qui eiſdem opus habent, ejuſdem ſtatus ſunt: quippe & plurimi cùm eiſdem morborum incommodis laborent, non eiſdem tamen indigent medicamentis; ſed alia quidem iſtis, alia illis apponuntur. Atque D adeo & flagellorum modi varii ſunt atque differentes, & alius quidem morbo perpetuo probatur, alius graviſſima inopia, vi atque injuria alius, hunc juges atq; perpetuæ liberorum propinquorúmque cæterorum orbitates excruciant, hícq; ab omnibus abjicitur, nulliúſque rei dignus æſtimatur: ille quod ſibi in his derogetur, quorum nihil ſit conſcius, graviſſimum putat: atque alius aliter affligitur. Neque enim poſſibile eſt omnia nunc ad E amuſſim numerare. Videntur tibi horum ſingula, ſi tuis ærumnis conferantur, levia ac nulla eſſe. Verum tu ſi hæc expertus eſſes, addiſceres profectò quanto id, quod nunc te angit, his omnibus levius ac tolerabilius ſit. Sed & ſi qui ſunt, quorum ſit levior quàm noſtra caſtigatio, nihil penitus miremur, ac perturbemur. Nam adjectio laborum, incrementum præmiorum eſt, ac firmiſſimum munimen noſtrum, quo freti nunquam ſive ſponte, ſive etiam inviti corruamus. Namque faſtum ac tumo- A rem animorum comprimit, negligentiam avertit, prudentioréſque ac religioſiores efficit. Prorſus verò ſi quis omnia enumerare velit, plurima tentationum emolumenta reperiet: nullúſq; unquam ex his, qui Deo maximè chari atque acceptabiles fuerunt, ſine preſſuris vixit, etiamſi non ita nobis videatur.

Nam ſi beatus Paulus tantum negotii ſuſtinuit, nullus verò Paulo major eſt, aut etiam æqualis: qua tandem ratione illi credantur hujuſmodi auxilio non indiguiſſe? Sin autem quidam ex B iſtis tribulationibus emendati non ſunt, non hoc illi imputandum eſt, qui cauſam emendationis præſtitit; ſed illorum potius negligentiæ & ſocordiæ. Nam ſi illis non fuiſſet adhibitum medicamentum, per Dei negligentiam periiſſe viderentur. Nunc verò non parum actum eſt, cùm nemo medicum accuſare poſſit; ſed ægrotos potius, ipſorúmque contemptum. Si qui verò antequam tentarentur, gradientes rectè, poſt tentationem corruerunt: aliique cùm omnibus eſſent peccatis involuti, nulla tribu- C latione vexati ſunt, atque alii à prima ſtatim ætate uſque ad ultimum vitæ ſpiritum animæ innumeris calamitatibus contriti: nihil horum nos penitus perturbet, aut noſtros animos dejiciat. Nempè enim ſi omnem providentiæ illius diſpenſationem ſcire valeremus, aut deberemus, iſta quoque ignorantes, mœroris ac perturbationis non immeritò cauſam habere videremur. Sin verò is qui tantorum arcanorum effectus particeps, ad tertium cœlum raptus fuerat, ad hanc tamen abyſſum hærens ſubſtitit, in- D ſpiciénſque in profundum divitiarum ſapientiæ ac ſcientiæ Dei, obſtupuit ſolum, atque inde reſiliit: quid nos ipſos fruſtra concidimus, perſcrutantes inſcrutabilia, atque inveſtigabilia curioſè inquirentes? Certè cùm medicus contraria his quæ nobis ſalubria videntur præcipit, ſive algens membrum profluo fonti ſubjicere jubeat, ſive alia hujuſmodi efficere, nunquam reluctamur; ſed cum nobis antea perſuaſerimus, artis illum ratione cuncta facere, promptè ac libenter cedimus, idq; cùm ille ſæpius E fallatur: Deum verò, cujus viæ in omnibus incredibiliter à nobis diſtant, qui eſt ipſa ſapientia, qui nunquam falli poteſt, puniendā curioſitate perſcrutabimur? Cumq; illi ſimpliciter credamus, à quo facti rationem exigere jure noſtro poſſemus, ab illo, cujus ſolum cedendum eſt nutui, eorum, quæ geſſerit, cauſas ac rationes requiremus, atq; hujuſmodi ignorantiam indignè feremus? Hæccine ſunt religioſæ mentis, ac piæ? Ne quæſo ac ſupplico, ne ad tantam veſaniam progrediamur; ſed in omnibus in quibus ambigimus, illud potius nobiſcum pia cogitatione volvamus:

Cap. VII. *Exemplum Pauli Apoſt.*

Judicia

Pſal.35,6. *Judicia tua abyſſus multa.* Nam & hoc ipſum, quòd non omnia apertè ſcimus, divinæ ſapientiæ atque prudentiæ profectò eſt. Si enim omnium, quæ fiunt, cauſa & ratione cognita, ita demum Deo pareremus, non magni meriti eſſet, neque fidei oſtenſio ea res videretur. Cùm verò nihil horum penitus noſcentes; ita quoque ſumma affectione mandatis ejus omnibus cedimus, ex legitima obedientia fideque integerrima: maxima animabus noſtris emolumenta conquirimus. Hoc enim ſolum nobis perſuadere debemus, omnia nobis utiliter à Deo inferri, non jam amplius inquirentes, neque hujus ignorationes graviter vel cum mœrore ferentes. Neque enim poſſibile eſt iſta ſcire, neque utile: illud, quia mortales ſumus: hoc, quia citò in arrogantiam extollimur. Plurima nos facimus, quæ cum liberis noſtris noxia eſſe videantur, utilia ſunt tamen: quorum neque illi cauſas quærunt addiſcere, neque nos illis antea perſuadere ſtudemus, id expedire quod facimus, ſed hoc ſolum illos admonemus, ut in omnibus cedant, quæcunque præceperint patres, nihilque ulterius inquirant. Quòd ſi parentibus noſtris, qui nobiſcum ejuſdem naturæ ſunt, ita promptè, ita liberè obtemperamus, neque ulla ratione indignamur: Deo indignabimur, aut graviter feremus, quod non illius omnia nobis explorata ſint, qui tanta excellentia nobis præcellit, quantum inter Deum & homines diſcrimen intercedit? Et quid hac impietate gravius ac purius excogitari poſſit? Adverſus hujuſmodi ſanè beatus Paulus indignans dicebat: *Alioquin ô homo, tu quis es qui reſpondeas Deo? Nunquid dicet figmentum factori ſuo, cur me ita feciſti?* Equidem filiorum exemplar propoſueram, ipſe verò multo aliquid majus poſuit, figuli ſcilicet, atque ab eo formati luti. Sicut enim lutum quocunque manus ſe formantis duxerit, ſequitur: ita hominem quæcunque Deus juſſerit, ea ſequi, & quæ ille intulerit, grato animo perferre convenit, nihil omnino reluctando, vel curioſè addiſcere quærendo. neque enim nobis ſolis iſta ambigua ſunt; verum & his qui ante nos fuerunt ſanctis illis ac mirabilibus viris. Ait enim Job: *Ut quid enim impii vivunt, divitiiſque veteraſcunt?* Beatus autem David: *Paulo minus*, inquit, *effuſi ſunt greſſus mei, quia zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns. Quia non eſt reſpectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum. In laboribus hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur.* Poſt hunc Hieremias quoque: *Juſtus es*, inquit, *Domine; veruntamen judicia loquar ad te. Quid eſt quod via peccatorum proſperatur?* Ambigebant iſti quidem atque inquirebant; ſed non ita, ut faciunt impii. Neque enim accuſabant Deum, neque ex his, quæ fiunt, illius juſtitiam reprehendebant. Sed alius quidem ajebat: *Juſtitia tua ſicut montes Dei, judicia tua abyſſus multa.* De alio, cùm tanta paſſus eſſet, ſcriptum eſt: *Non dedit inſipientiam Deo.* Et in libro ipſe ſuo incomprehenſibilem ſapientiam illius & diſpenſationem enarrans, cum de opificio diſſeruiſſet: *Ecce*, inquit, *iſta ſunt partes viæ ejus, & ad humorem verbi audiemus in eo.* Id ipſum quoque Hieremias providens ne quis unquam ſuſpicaretur, interrogationi judicium ſuum præpoſuit, dicens: *Juſtus es Domine*, hoc eſt, ſcio quidem à te omnia fieri juſtè: modum autem ignoro, quo fiunt. Quid igitur amplius illi didicerunt? Nempe de his nullum reſponſum retulerunt, quod beatus David indicat, cum dicit: *Et exiſtimabam ut cognoſcerem, quia hoc labor eſt ante me*: idcirco autem reſponſa ſuper his non acceperunt, ut poſterioribus ſeculis futuros homines docerent etiam ipſi interrogatione abſtinere. Atque priores illi quidem unum tantum inquirebant, cur ſcilicet impii in copia rerum omnium & proſperitate viverent, & ne ſic quidem didicerunt: at verò iſti longè plura, quàm illi temeraria curioſitate ſcrutantur. Ea enim, quæ proponuntur, nunc multo graviora & majora ſunt. Itaque manifeſta horum ratio illi permittatur, qui novit omnia, antequam fiant.

Rom.9,20.
Figuli exemplo utitur.
Job.21,7.
Pſal.72,2.
Hier.12,1.
Pſal.35,6.
Job.1,22.
Job.26,14.
Pſal.72,17.
Ubi fides habeat meritum.

Cap. VIII. *Cur boni affligantur quærendum non eſt.*

Si tamen pro captu noſtro his qui hujuſmodi curioſi ſunt, reſpondere neceſſarium ſit, rationémque aliquam afferre, illud primum dixerim, indignum eſſe quærere, cur boni in preſſuris, mali contra in requie perſiſtant, cœleſti jam revelato regno, futurique ſeculi præmio nobis oſtenſo. Nam cum in illa vita ſinguli digna ſuis meritis recipiant, quid jam eis rebus perturbamur, quæ hîc bonis aut malis contingunt? Eos nempe qui ſibi intentius ac devotius obtemperant, veluti fortiſſimos athletas hujuſmodi laboribus exercet: imbecilliores verò ac tardiores, & qui nihil durorum laborum perferre poſſunt, prius ad bona opera hortatur. Quòd ſi contrà nonnunquam evenit, plurimique juſti hic in requie vitam cum honore agunt: mali vero in ignominia ſummiſque adverſitatibus perdurant, interim quidem prior illa objectio, quæ affligi bonos, malos verò jugiter eſſe in deliciis conquerebatur, hac ratione everſa profligatur. Sin autem & hujus rei cauſam inquirere velimus,

τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο αὐτὸ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἐστὶ τὸ μὴ πάντα ἡμᾶς εἰδέναι σαφῶς. εἰ μὲν γὰρ ἐπιστάμενοι τὰς αἰτίας τῶν γινομένων, οὕτως ἐπειθόμεθα τῷ Θεῷ, οὐκ ἦν ἡμῖν πολὺς ὁ μισθὸς, οὐδὲ πίστεως τὸ πρᾶγμα ἐπίδειξις· ὅταν δὲ μηδὲν τούτων εἰδότες, καὶ οὕτω στέργωμεν εἴκειν ἅπασιν αὐτοῦ τοῖς προστάγμασι, καὶ εἰς ὑπακοὴν γνησίαν, καὶ εἰς πίστιν εἰλικρινῆ, μέγιστα τὰς ἡμετέρας ὠφελοῦμεν ψυχάς. καὶ γὰρ ἓν μόνον πεπεῖσθαι χρὴ, ὅτι συμφερόντως ἡμῖν ἅπαντα ἐπάγεται παρὰ τοῦ Θεοῦ· τὸν δὲ τρόπον μηκέτι ζητεῖν, μηδὲ ἀγνοοῦντας ἀσχάλλειν ἢ ἀθυμεῖν. οὔτε γὰρ δυνατὸν ταῦτα εἰδέναι, οὔτε συμφέρον· τὸ μὲν, διὰ τὸ θνητοὺς εἶναι· τὸ δὲ, διὰ τὸ ταχέως εἰς ἀπόνοιαν αἴρεσθαι. πολλὰ ἡμεῖς πράττομεν τοῖς παισὶ τοῖς ἡμετέροις δοκούντων εἶναι βλαβερῶν, συμφερόντων δὲ ὅμως· καὶ οὔτε ἐκεῖνοι τὴν αἰτίαν ἀξιοῦσι μαθεῖν, οὔτε ἡμεῖς πρότερον ἑαυτοὺς πείσαντες, ὅτι συμφέρει τὸ γινόμενον, οὕτως ἐπὶ τὸ πράττειν ἐρχόμεθα· ἀλλ᾽ εἰς τοῦτο μόνον αὐτοὺς παιδαγωγοῦμεν εἴκειν οἷς ἂν ἐπιτάξωσιν οἱ πατέρες, καὶ μηδὲν περαιτέρω ζητεῖν. εἶτα πρὸς μὲν τοὺς γονεῖς καὶ τῆς αὐτῆς φύσεως ἡμῖν ὄντας, οὕτω διακεισόμεθα καὶ οὐκ ἀγανακτήσομεν, πρὸς δὲ τὸν Θεὸν, οὗ τὸ μέσον τοσοῦτόν ἐστιν, ὅσον Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους, δυσχεραίνομεν, ὅτι μὴ πάντα ἴσμεν; καὶ τί ταύτης τῆς ἀσεβείας ἴσον; πρὸς γὰρ τοὺς τοιούτους ὁ μακάριος Παῦλος ἀγανακτῶν ἔλεγε· μενοῦνγε ὦ ἄνθρωπε, σὺ τίς εἶ ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ; μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι, τί με ἐποίησας οὕτως; ἐγὼ μὲν τὸ τῶν παίδων ὑπόδειγμα, ἐκεῖνος δὲ τούτου πολλῷ μεῖζον ἔθηκε τὸ τοῦ κεραμέως, καὶ τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ πλαττομένου πηλοῦ. καθάπερ γὰρ ὁ πηλὸς, ἧπερ ἂν ἄγωσιν αἱ χεῖρες τοῦ διατυποῦντος αὐτὸν ἕπεται· οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον ἧπερ ἂν ὁ Θεὸς κελεύῃ, ταύτῃ ἕπεσθαι· καὶ ἅπερ ἂν ἐπάγῃ, ταῦτα μετ᾽ εὐχαριστίας δέχεσθαι χρὴ, οὐδὲν ἀντιλέγοντα, οὐδὲ περιεργαζόμενον ὑπὲρ τοῦ μαθεῖν. οὐδὲ γὰρ ἡμῖν ταῦτα μόνοις ἐστὶν ἄπορα, ἀλλὰ καὶ τοῖς πρὸ ἡμῶν ἁγίοις ἀνδράσιν ἐκείνοις καὶ θαυμαστοῖς. ὁ μὲν Ἰὼβ ἔλεγε· διὰ τί ἀσεβεῖς ζῶσι, πεπαλαίωνται δὲ πλούτῳ; καὶ τὰ ἑξῆς· ὁ δὲ μακάριος Δαβίδ· παρ᾽ ὀλίγον ἐξεχύθη τὰ διαβήματά μου, ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις, εἰρήνην ἁμαρτωλῶν θεωρῶν· ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάνευσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν, καὶ στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν· ἐν κόποις ἀνθρώπων οὐκ εἰσὶ, καὶ μετὰ ἀνθρώπων οὐ μαστιγωθήσονται. καὶ μετὰ τοῦτον δὲ ὁ Ἱερεμίας ἔλεγε· δίκαιος εἶ κύριε, πλὴν κρίματα λαλήσω πρὸς σέ. τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐθύνεται· ἠπόρουν μὲν οὖν καὶ οὗτοι καὶ ἐζήτουν· ἀλλ᾽ οὐκ ἐξ ἴσης τοῖς ἀσεβέσιν, οὐδὲ ἐγκαλοῦντες τῷ Θεῷ· οὐδὲ καταγινώσκοντες ἀδικίαν ἐκ τῶν γινομένων αὐτοῦ. ὁ μὲν γὰρ ἔλεγεν· ἡ δικαιοσύνη σου ὡς ὄρη Θεοῦ· τὰ κρίματά σου ἄβυσσος πολλή. ὁ δὲ τοσαῦτα παθὼν φησὶν· οὐκ ἔδωκεν ἀφροσύνην τῷ Θεῷ· καὶ μεταξὺ τοῦ βιβλίου ἔλεγε τὸ ἀκατάληπτον αὐτοῦ τῆς σοφίας καὶ οἰκονομίας ἐξηγούμενος, ἐπειδὴ περὶ τῆς δημιουργίας διελέχθη· ἰδοὺ ταῦτα μέρη ὁδοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ ἰκμάδα λόγου ἀκουσόμεθα ἐν αὐτῷ. ὁ δὲ Ἱερεμίας αὐτὸ τοῦτο προορώμενος, μή τις ὑποπτεύσῃ ποτὲ, προτίθησι τῆς ἐρωτήσεως τὴν ἑαυτοῦ κρίσιν εἰπών· δίκαιος εἶ κύριε· τοῦτ᾽ ἔστιν οἶδα μὲν ὅτι δικαίως ἅπαντα γίνεται παρὰ σοῦ, τὸν δὲ τρόπον οὐκ ἐπίσταμαι καθ᾽ ὃν γίνεται. τί οὖν; ἔμαθόν τι πλέον ἐκεῖνοι; ἀλλ᾽ οὐδὲ ἀποκρίσεως μὲν οὖν ὑπὲρ τούτων ἔτυχον· ὃ καὶ δηλῶν ὁ μακάριος Δαβὶδ ἔλεγε· καὶ ὑπέλαβον τοῦ γνῶναι· τοῦτο κόπος ἐστὶν ἐναντίον μου. οὐκ ἔτυχον δὲ ἀποκρίσεως, ἵνα τοὺς μετὰ ταῦτα παιδεύσωσι μηδὲ ἐρωτᾶν. καὶ ἐκεῖνοι μὲν ἓν μόνον ἐζήτουν, διὰ τί οἱ ἀσεβεῖς ἐν εὐθηνίᾳ καὶ πλούτῳ, καὶ οὐδὲ οὕτως ἐμάνθανον· οἱ δὲ νῦν πολλῷ πλείονα ἐκείνων πολυπραγμονοῦσι. ταῦτα γὰρ τὰ νῦν προστιθέμενα πολλῷ πλείονα ἐκείνων ἐστίν· ὁ μὲν οὖν σαφὴς λόγος τούτων ἐπιτετράφθω τῷ πάντα εἰδότι πρὶν γενέσεως αὐτῶν.

Εἰ δὲ χρὴ καὶ αὐτοὺς ἐκ τῶν ἤδη γεγενημένων γνωρίμων ἡμῖν ἐπινοῆσαι λύσιν καὶ παραμυθίαν τοῖς ζητουμένοις τινὰ, διὰ τοὺς σφόδρα ταῦτα περιεργαζομένους, ἐκεῖνό φημι, ὅτι τὸ μὲν τοὺς δικαίους ἐν θλίψεσιν εἶναι, ἐν ἀνέσει δὲ τοὺς πονηροὺς, οὐδὲ ζητήσεως ἄξιον λοιπὸν, τῆς βασιλείας ἀποκαλυφθείσης, καὶ τῆς κατὰ τὸν μέλλοντα αἰῶνα ἀντιδόσεως δειχθείσης ἡμῖν. τοῦ γὰρ κατ᾽ ἀξίαν ἐκεῖ μένοντος ἕκαστον, τί χρὴ ταράττεσθαι τοῖς γινομένοις ἐνθάδε καλοῖς ἢ κακοῖς; τοὺς μὲν γὰρ αὐτῷ προσέχοντας ὁ Θεὸς, ἅτε γενναίους ἀθλητὰς τούτοις γυμνάζει τοῖς πόνοις· τοὺς δὲ ἀσθενεστέρους καὶ βραδυτέρους καὶ μηδὲν τῶν βαρυτέρων δυναμένους ἐνεγκεῖν, πρότερον εἰς τὴν τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἐνάγει προτροπήν. εἰ δὲ καὶ τοὐναντίον συμβαίνει πολλάκις, καὶ πολλοὶ μὲν τῶν δικαίων ἐν ἀνέσει διάγουσι καὶ τιμῇ, τῶν δὲ πονηρῶν, ἐν ἀτιμίᾳ, καὶ τοῖς ἐσχάτοις κακοῖς· τέως μὲν ἡμῖν ἡ προτέρα ἀντίθεσις ἡ λέγουσα κακοῦσθαι μὲν τοὺς δικαίους, τοὺς δὲ ἀδίκους τρυφᾶν, ἀνατρέπεται τῷ λόγῳ. εἰ δὲ καὶ ταύτην ἐπιλύσασθαι δεῖ,

ἐκεῖνο

ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὅτι οὐχ ἑνὶ τρόπῳ τὰ καθ' ἡμᾶς οἰκονομεῖν ὁ Θεὸς εἴωθεν, ἀλλ' εὔπορος ὢν πολλὰς ἡμῖν τέμνει τὰς πρὸς σωτηρίαν ὁδούς. ἐπειδὴ γὰρ πολλοὶ τὸν περὶ τῶν μελλόντων καὶ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἀνέχονται δέξασθαι λόγον, διὰ τοῦτο ἐν βραχεῖ τῆς κρίσεως τὴν εἰκόνα ἐνταῦθα δείκνυσιν, ὅταν κολάζῃ μὲν τοὺς πονηρούς, εὐεργετῇ δὲ τοὺς χρηστούς. τοῦτο γὰρ ὁλοσχερῶς μὲν ἐν τῇ κρίσει γίνεται, ἐκ μέρους δὲ καὶ ἐνταῦθα νῦν· ἵνα οἱ πρὸς τὸν μακρὸν ἐκεῖνον ἀναπεπτωκότες χρόνον, τοῖς γοῦν ἐν τῷ παρόντι δρωμένοις ἐπιεικέστεροι γίνωνται. εἴ τε γὰρ μηδεὶς ὅλως ἐκόλαζε τῶν πονηρῶν, μήτε ἐτίμα τῶν χρηστῶν, πολλοὶ τῶν διαπιστούντων τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ τὴν μὲν ἀρετὴν ὡς αἰτίαν ἔφευγον, τὴν δὲ πονηρίαν ὡς ἀγαθῶν πρόξενον ἐδίωκον· εἴ τε πάλιν ἐνταῦθα τὰ κατ' ἀξίαν ἅπαντες ἀπελάμβανον, περιττὸν ἂν ἡγήσαντο εἶναι καὶ ψευδῆ τὸν τῆς κρίσεως λόγον. ἵν' οὖν μήτε οὗτος διαπιστῆται, μήτε ὁ πολὺς καὶ χυδαῖος λαὸς φαυλότερος γίνηται καταφρονῶν, ἐπεξέρχεται καὶ ἐνταῦθα τῶν ἁμαρτανόντων πολλούς, καὶ ἀμείβεται τῶν κατορθούντων ἐνίους· τῷ μὲν μὴ εἰς πάντας τοῦτο ποιεῖν, τὸν τῆς κρίσεως πιστούμενος λόγον· τῷ δὲ καὶ πρὸ τῆς κρίσεως κολάζειν τινάς, τοὺς πολὺν ὕπνον καθεύδοντας διεγείρων. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ τιμωρεῖσθαι τοὺς πονηρούς, διανίστανται πολλοί, τῷ φόβῳ τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ παθεῖν· ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ πάντας ἐνταῦθα κατ' ἀξίαν ἀπολαβεῖν, ἀναγκάζονται λογίζεσθαι, ὅτι εἰς ἑτέραν τινὰ τοῦτο τετήρηται καιρόν. οὐ γὰρ ἂν δή που δίκαιος ὢν ὁ Θεὸς περιεῖδε τοσούτους, καὶ τῶν κακῶν ἀτιμωρήτους ἀπελθόντας, καὶ τῶν ἀγαθῶν μυρίοις κολασθέντας δεινοῖς, εἰ μὴ ἄλλον τινὰ αἰῶνα ἑκατέροις παρεσκευάκει κατάστασιν. διὸ οὐ πάντας, ἀλλ' ἐνίους κολάζει καὶ τιμᾷ, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Πέρσου, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ Ἐζεχίου· καίτοι πολλοὶ καὶ τῷ Ἀσσυρίῳ γεγόνασιν ἐξίσης ἀσεβεῖς, καὶ κατὰ τὸν Ἐζεχίαν ἐνάρετοι. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ πάντων τοῦτο πεποίηκε· τὸ δὲ αἴτιον ὅπερ ἔφην ἐστί, τὸ μηδέπω παρεῖναι τὸν τῆς κρίσεως τὸν καιρόν. καὶ ὅτι οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, αὐτοῦ τοῦ κρίνειν ἡμᾶς τότε μέλλοντος ἄκουσον. ἐπειδὴ γὰρ προσῆλθον αὐτῷ οἱ τὴν τελευτὴν τῶν ὑπὸ τοῦ πύργου καταχωσθέντων, καὶ τὴν τοῦ Πιλάτου μανίαν ἀπαγγέλλοντες, ἣν εἰς τοὺς τετελευτηκότας ἐπεδείξατο, ταῖς θυσίαις αὐτῶν ἀναμίξας τὸ αἷμα, τί φησι; δοκεῖτε
„ ὅτι οἱ Γαλιλαῖοι οὗτοι ἁμαρτωλοὶ παρὰ πάντας τοὺς Γαλιλαίους
„ ἐγένοντο, ὅτι τοιαῦτα πεπόνθασιν; οὐχί, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ
„ μετανοήσητε, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε· ἢ ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ
„ ὀκτώ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ καὶ ἀπέκτεινεν
„ αὐτούς, δοκεῖτε ὅτι αὐτοὶ ὀφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας τοὺς
„ κατοικοῦντας Ἱερουσαλήμ; οὐχί, λέγω ὑμῖν, ἀλλ' ἐὰν μὴ μετανοή-
„ σητε, πάντες ὡσαύτως ἀπολεῖσθε. αὕτη τῆς ἀναβολῆς ἡ αἰτία.
διὰ τοῦτο τοὺς τῶν αὐτῶν ἀξίους, οὐχ ὁμοῦ πάντας κολάζειν εἴωθεν, ἵνα οἱ λειπόμενοι βελτίους τῶν ἐκείνων γίνωνται συμφοραῖς. καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν οὕτως ἐπιλελύσθω. σὺ δὲ ἴσως καὶ τὰ νῦν προτεθέμενα ζητεῖς, ἃ πολλῷ τούτων ἐστὶν ἀπορώτερα. πλὴν ἀλλὰ τούτων ἡμῖν κατὰ δύναμιν γινομένων φανερῶν, καὶ τῆς ἐκείνων λύσεως οἶμαί τινα προκαταβεβλῆσθαι διὰ τούτων ἀρχήν. τί οὖν ἐστιν ὅπερ ἀπορεῖς; ὅτι πολλοὶ μέχρι τελευτῆς ἐκ πρώτης ἡλικίας πολλαῖς περιεπάλαισαν συμφοραῖς. ἐγὼ δὲ καὶ περὶ τούτων εἴποιμι ἄν, καὶ περὶ τῶν προτέρων, ὅτι προηγουμένως μὲν διὰ τὴν οἰκείαν αὐτοὺς κολάζει πονηρίαν· ἔπειτα δὲ ἵνα καὶ ἕτεροι κερδάνωσιν ἐκ τῶν τοσούτοις συμβαινόντων κακῶν. εἰ δὲ μὴ ἐπὶ πάντων τοῦτο γίνεται, οὔπω τῆς κρίσεως ὁ καιρός. τί οὖν, φησιν, ὅταν πρὶν ἐλθεῖν εἰς τὴν ἡλικίαν τὴν διαγνωστικὴν τῶν καλῶν, καὶ τῶν οὐ τοιούτων, ὡς μεγάλα ἠδικηκότες κολάζονται; τούτου μὲν οὐ μία τίς ἐστιν αἰτία, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι. καὶ γὰρ παρὰ τὴν τῶν γεννησαμένων ἀκρασίαν, καὶ παρὰ τὴν τῶν θρεψάντων ῥᾳθυμίαν, καὶ παρὰ τὴν τῶν ἀέρων ἀνωμαλίαν, καὶ παρὰ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα συμπτώματα τοῦτο γένοιτ' ἄν. πρὸς δὲ τούτοις πολλοὺς αὐτῶν εἶδεν ὁ Θεὸς ἐσομένους πονηρούς· εἶτα ὥσπερ τισὶ πέδαις, προκατέχει ταῖς τιμωρίαις ταύταις αὐτούς. ἢ οὐχ ὁρᾷς καὶ τῶν ἐπαιτῶν πολλούς, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ θλίψει μυρία ἐργαζομένους δεινά, οὐ διὰ τὴν θλίψιν, οὐδὲ διὰ τὸν λιμόν, ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν πονηρίαν μόνον; ἐγὼ γὰρ ἤκουσά τινων λεγόντων ποτέ, ὅτι γυναῖκα ἐλευθέραν καὶ κοσμίαν ἀπολαβόντες ἐπ' ἐρημίας ἐνύβρισαν. καίτοι ποίας τοῦτο ἀνάγκης; ποίας θλίψεως ἔργον; τί δὲ οὐκ ἂν ἔπραξαν οὗτοι δεινόν, εἰ μὴ τοσούτῳ κατείχοντο δεσμῷ; τῶν δὲ τὸ δεσμωτήριον οἰκούντων τὴν μανίαν, καὶ τὴν λύτταν, τίς ἂν ἐνέγκοι ῥᾳδίως; καὶ οἱ δαιμονῶντες δὲ οὐκ ἐλάττονα τούτων ἐργάζονται. οὐ λέγω ταῦτα, ἅπερ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ δαίμονος πράττουσι κατοχῆς, ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα τῆς βακχείας παυσαμένης ἐκείνης. καὶ γὰρ ἀδηφαγοῦσι, καὶ κλέπτουσι, καὶ μεθύουσι, καὶ πολλῷ τούτων αἰσχρότερα πράττουσι. καθάπερ οὖν ἐπὶ τῶν κακούρ-

A id profectò dicimus, Deum noſtra omnia non uno modo ſolitum eſſe diſponere; ſed cum ſit miſericordiſſimus ac potentiſſimus, plures nobis ad ſalutem vias ſternere. Cùm itaq; plures ſint, qui futuri ſeculi ac reſurrectionis rationem admittere pertinaciter renuant: veluti in brevi tabula hîc judicii futuri imaginem oſtendit, cùm punit malos, bonos remunerat. Quòd cum in judicio illo ſupremo generaliter futurum ſit, etiam nunc ex parte aliqua ideo fit, ut qui longinquum illud judicium fore deſperant,
B vel his, quæ in hoc ſeculo contingunt admoniti, manſuetiores atque meliores fiant. Sive enim nullus hic omnino puniretur malus, nulluſque honoraretur bonus: plurimi ex his quibus reſurrectionis ratio incredibilis videtur, virtutem veluti malorum cauſam aſpernarentur ac fugerent, vitioſitatem verò veluti bonorum lætorúmque omnium occaſionem perſequerentur: Sive rurſum hîc ſinguli juxta merita reciperent, ſuperfluam jam falſámque exiſtimaſſent judicii rationem. Itaque ne huic non cre-
C deretur, ne ingens vulgariſque turba ex contemptu deterior fieret, nonnullos hîc peccatores ulciſcitur, quoſdámque pro rectè factis in oculis omnium præmiis donat, ut ex eo quod non in omnibus id facit, judicii aſſerat fidem: ex eo verò quòd ante judicium quoque malos aliquos ſuppliciis afficit, profundiſſimo quaſi ſomno ſepultos excitat. Nam & malorum quidam punitione, plurimi timore corriguntur, ne patiantur eadem. Ex eo autem quòd non omnibus pro merito hîc retribuitur, cogitare
D compelluntur hujuſmodi præmia in aliud tempus eſſe reſervata. Nunquam enim profectò, cum juſtus ſit Deus, tot ſperneret, ſive malos impunitos ex vita migrare, ſive bonos hîc innumeris incommodis & cruciatibus affici, ſi non utriſque variam in futuro ſeculo mercedem pro meritis paraſſet. *Cur non omnes hic Deus puniat.* Quocirca non omnes vel ſupplicio vel honore afficit; ſed quoſdam, ſicut & in Perſarum rege & in Ezechia contigit, quanquam fuerint plurimi & Aſſyriorum impietate & Ezechiæ pietate ac
E virtute pares. Cur autem non in omnibus hoc agat Deus, cauſa jam ſuprema memorata eſt, quod ſcilicet nondum adſit judicii tempus. Quòd autem iſta mea ratio non ſit; ſed ejus qui nos tunc judicaturus eſt, Dominum ipſum audias. Nam cum profecti ad eum quidam, mortem illorum qui ſub turre occubuerant, Pilatique veſaniam annunciaſſent, quam in his, qui mortui fuerant oſtendit, ſacrificiis illorum ſanguinem miſcendo, tum *Luc. 13,2.* ait: *Putatis quod hi Galilæi peccatores præ cæteris Galilæis fuerint,*
A *qui talia paſſi ſunt? Non dico vobis; ſed niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis. Aut illi decem & octo ſuper quos cecidit turris Siloë, & occidit illos, putatis quod ipſi præ omnibus, qui habitant Hieruſalem, debitores fuerint? Non, dico vobis; ſed niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimiliter peribitis.* Hæc dilationis ratio, hæc cauſa eſt. Idcirco non omnes qui eiſdem ſuppliciis ſunt digni, una punire conſuevit, ut reliqui eorum caſibus admoniti, meliores fiant. Atque iſta quidem interim expediſſe ſufficiat. Sed
B enim, tu fortaſſis ea etiam, quæ paulò antè propoſuimus, multo etiam perplexiora, ut ſimiliter enodemus, inquiris. Sed cum priora pro viribus patefecerimus, ad illa etiam ſolvenda, fundamenta quædam jacta fuiſſe arbitramur. *Cur multi tota vita affligantur* Quid ergo illud eſt, in quo hæres & fluctuas: Quòd plurimi ex primordiis ætatis ad finem uſque variis calamitatibus affecti. Ego & de his & de prioribus dixerim, præcipuè quidem illos ob propria vitia puniri, deinceps verò ut alii quoque illorum exemplo emendentur.
C Quòd ſi non in omnibus id fit, nihil eſt quod mireris: nondum enim judicii tempus advenit. Quid ergo de illis dicet inquit, qui antequam per ætatem bona vel mala diſcernere poſſint, quaſi maximè peccaverint, ſuppliciis ſubduntur? Hujus quidem rei non una eſt cauſa; ſed plurimæ ac variæ. Nam & ex parentum intemperantia & ſcelere, & ex nutriciorum negligentia, & ex intemperie atque inæqualitate aëris, & ex aliis plurimis hujuſmodi caſibus id contingere poteſt. Propterea cum plurimos il-
D lorum futuros nequam præſciverit Deus, omnes veluti compedibus quibuſdam hujuſmodi ſupplicio coërcet. An non vides & mendicorum plurimos inter preſſuras ipſas & anguſtias innumera perpetrantes ſcelera, quorum tamen omnium cauſa non afflictio paupertatis eſt; ſed ſola nequitia? Audivi ego quoſdam aliquando, cum dicerent hujuſmodi homines mulierem quandam honeſtam & forma liberali in ſolitudine nactos, ei violenter ac petulanter illuſiſſe. Atqui cujus
E hoc neceſſitatis, cujus afflictionis opus fuit? Quæ iſti ſcelera non admiſiſſent, ſi non hujuſmodi quaſi nodis ac vinculis continerentur? Eorum verò, qui carceribus incluſi ſunt, quis facilè veſaniam & rabiem perferre poſſit? At hi, qui à dæmone corripiuntur, nihilo minora his faciunt: non autem ea modò memoro, quæ tunc agunt, cùm ab ejuſmodi peſte apprehenduntur; ſed poſteaquam illa vexatio ceſſaverit, admittuntur. Nam & edacitatem ſequuntur, & furantur, & inebriantur, & plurima hujuſmodi etiam flagitia turpiora admittunt.

Denique ſicut malefactorum plurimos carcerem diutiſſimè incolere permittit judex, adeo ut plerumque vitam illic finiant, & cum ex multis aliquos puniri vult, unum ex illis, aut etiam duos eminentiori loco ſtatuens, circumſtantibus omnibus, item demum ad mortem duci præcipit, neque ad terrorem cæterorum ſic malos omnes punire neceſſe habet; ita Deus quoq; cùm nos emendare vult, non omnes unà malos punire neceſſarium exiſtimat; ſed aliquos rapiens ex eis, quos nunquam corrigendos novit, potentiam atque iram oſtendit ſuam, plurima ex hoc utilia moliens atque conficiens. Quippe & malos ad deſerenda, ſi velint, vitia hortatur, & bonos intentiores atque cautiores efficit, & longanimitatem oſtendit ſuam, reſurrectioniſque rationem, ut antè diximus, omnibus inſinuat. Quid ergo hæc, inquies, ad eos, qui primam ætatem omnem nutriti in calamitatibus, priuſquam bona vel mala per ætatem diſcernere poſſint, è vita migrant? Et quid mali, quæſo, iſti patiuntur, qui necdum quid patiantur, ſentiunt: neque dolere aut gaudere didicerunt? Ego vero non hoc ſolum pro hujuſmodi ſolvenda quæſtione dixerim; verum parentes ipſos etiam & fratres, & propinquos hujuſmodi liberorum cladibus emendatos novi. Id verò non minimi lucri eſt; ita quempiam affligi, ut ex his quæ neſciens patitur, alius maxima emolumenta conſequatur. Fieri autem poteſt ut ſit alia cauſa & ratio ſecretior, quam ſolus novit rerum opifex Deus.

CAP. IX. *Cur poſt afflictionem quidam peccent.*

Unum video reliquum eſſe explicandum, quam ſcilicet ob cauſam, hi qui rectè, priuſquam tentarentur, incedebant, poſt tentationem lapſi ſint. Quis, oro, planè novit qui rectè incedant, niſi qui corda noſtra ſingulariter finxit, intelligitq; omnia opera noſtra? Fit enim ſæpius, ut plurimi ex his qui boni eſſe videbantur, pejores omnibus ſint, atq; id quidem & in hoc ſeculo manifeſtum eſt in nonnullis jam caſu aliquo ac neceſſitate ingruente. Heb. 4. 12 *Cum* verò *is qui corda & renes probat, vivus & efficax, & acutior omni gladio ancipiti, pertingens uſq; ad diviſionem animæ & corporis, artuum & medullarum, diſcretor cogitationum & intentionum judicans ſederit*: tunc verò non paucos ex pluribus; ſed omnes omnino, qui ſunt ejuſmodi, videbimus: neque tunc ovina pellis lupum, neque ſepulchri dealbatio internam inquinationem tegere atque occultare poterit. *Nulla enim creatura eſt inviſibilis coram eo, qui tunc judicaturus eſt, ſed nuda & aperta ſunt omnia oculis ejus*, quod Apoſtolus indicat cum Corinthiis ſcribit: 1 Cor. 4. 5. *Itaque nolite ante tempus quicquam judicare, quouſq; veniat Dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* Ut autem ſimulatoribus omiſſis, ad eos tandem, qui rectè revera incedunt, veniamus: unde nobis conſtat quod etiamſi bona reliqua virtuteſq; ſubierint, ſummum tamen omnium virtutum culmen humilitatem non neglexerint? Idcirco autem dimiſit illos Deus, ut diſcant illa ſe, non propria virtute, ſed Dei gratia præſtitiſſe. Quòd ſi dicat quis meliùs fuiſſe illos, cum rectè agerent, extolli, quàm poſt lapſum humiliari: is mihi maximè videtur jactantiæ detrimenta atque humilitatis lucra ignorare. Noſti enim planè hominem arroganter bona operantem (ſi tamen bona facere arrogans poſſit) quamprimum in ſummam perniciem lapſurum. Is verò qui labi permiſſus fuerit, atque ex ruina humiliari didicerit, reſurget, ac ſi quidem voluerit, lapſus ſui damna citò reparabit. Porrò is, qui cum jactantia rectè putatur operari, nihil patiens adverſi, ne ſenſum quidem ullum propriæ iniquitatis recipiet aliquando; ſed augebit ſcelera: atque dum neſciet, hinc vacuus proficiſcetur: Luc. 18. ſicuti Phariſæus ille, qui aſcendit in templum, putans ſe bonis omnibus eſſe locupletem, deſcendit verò publicano pauperiorem meritis ſe eſſe percipiens. Eſt & alia ſpecies peſtis, quæ plurimum roboris habet ad haurienda ac penitus evacuanda bona noſtra, quæ multo ſudore colligimus, ventus ſcilicet inanis gloriæ. Nam revera venti inſtar ingreſſa theſauros omnes virtutis exſufflat. En & ſecunda nobis occaſio prolapſionis apparuit, rectè, ut tu dicebas, gradientium. Plurimi enim ex his qui apud nos ingentes videntur virtutis cauſa toleraſſe labores, ac revera tolerant, cum omnia ad honorem hominum non pro Dei gloria facerent, permiſſi ſunt in tentationem labi, ut multitudinis opinione & gloria nudati, per quam detrimenta omnia perpeſſi ſunt, ejuſque gloriæ naturam in nullo flore fœni eſſe meliorem addiſcentes, jam Deo ſoli vacent, atque ipſius cauſa gerant omnia. Sunt præterea & aliæ cauſæ atque rationes, & quidem longè his plures, cæterum, ut dixi, nobis obſcuræ & incognitæ; ſed omnium opifici Deo benè notæ. Non igitur in his, quæ contingunt, indignemur, non ea graviter feramus; ſed in omnibus gratias agamus: hoc enim gratorum fideliúmq; ſervorũ eſt. At verò tu dum admiraris, cur non antea potius cum delicatè viveres excelſáq; illa ſeculi gloria ac pompa ſtipatus incederes; ſed nunc potiſſimum, quando abjeciſti illa omnia, ac teipſũ totũ Deo devoviſti,

A γον, τοὺς μὲν πολλοὺς ἀφίησιν ἐπὶ πολὺ τὸ δεσμωτήριον οἰκεῖν ὁ κριτὴς, ὡς καὶ ἐκεῖ καταλῦσαι τὸν βίον πολλάκις· ὅταν δέ τινας τῶν πολλῶν νουθετῆσαι βούληται, ἕνα που καὶ δεύτερον ἐξ ἐκείνων λαβὼν, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ καθίσας τοῦ βήματος, περιεστώτων ἁπάντων, οὕτως αὐτὸν κελεύει ἐπὶ θάνατον ἄγεσθαι, καὶ οὐ πάντων αὐτῷ πρὸς τὸν λοιπῶν φόβον χρεία τῶν πονηρῶν· οὕτω καὶ τῷ Θεῷ οὐ πάντων τῶν μοχθηρῶν, ὅταν ἡμᾶς σωφρονίσαι βούληται, δεῖ· ἀλλ' ἐνίους ἐξ αὐτῶν B ἀπολαβὼν, οὓς οἶδεν ἀδιορθώτως ἔχοντας, ἐνδείκνυται τὴν δύναμιν καὶ τὴν ὀργὴν, πολλὰ ἐκ τούτου κατορθῶν. τούς τε γὰρ πονηροὺς οὕτως ἐπὶ τὴν μεταβολὴν τῆς πονηρίας, εἰ βούλοιντο, παρακαλεῖ, τούς τε ἀγαθοὺς προσεκτικωτέρους ἐργάζεται, τήν τε μακροθυμίαν ἐπιδείκνυται τὴν αὑτοῦ, καὶ τὸν περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγον, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, ἅπασι καθίστησι φανερόν. Τί οὖν ταῦτα, φησὶ, πρὸς τοὺς ἐν συμφοραῖς ἅπασαν τὴν πρώτην τραφέντας ἡλικίαν, καὶ πρὶν ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ δια- C γινώσκειν ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀποπνεύσαντας; καὶ τί πάσχουσιν οὗτοι δεινὸν εἰπέ μοι, οὔπω τὴν αἴσθησιν ὧν πάσχουσιν ἔχοντες, οὐδὲ τὸ λυπεῖσθαι καὶ χαίρειν μεμαθηκότες; ἐγὼ δὲ οὐ τοῦτο μόνον τὸν λόγον ἐπιλύομαι τοῦτον, ἀλλ' ὅτι καὶ γονεῖς καὶ ἀδελφοὶ, καὶ συγγενεῖς ἐκ τῶν τοιούτων ἐσωφρονίσθησαν συμφορῶν· οὐ τὸ δὲ κέρδος οὐ μικρὸν, ἐξ ὧν ἕτερος ἠδίκηται οὐδὲν ὠφελεῖσθαι τὰ μέγιστα ἕτερον. εἰκὸς δὲ καὶ ἄλλην αἰτίαν τινὰ ἄρρητον εἶναι, μόνῳ τῷ ποιήσαντι ἡμᾶς φανεράν.

Εἷς ἔτι λείπεται λόγος, τί δή ποτε οἱ τὰ ὀρθὰ βαδίζοντες πρὸ D τῶν πειρασμῶν, μετὰ τοὺς πειρασμοὺς κατέπεσον. τίς οὖν ὁ καλῶς τοὺς τὰ ὀρθὰ βαδίζοντας ἐπιστάμενος, πλὴν τοῦ πλάσαντος καταμόνας τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ συνιέντος εἰς πάντα τὰ ἔργα ἡμῶν; πολλοὶ γὰρ πολλάκις τῶν δοκούντων εἶναι χρηστῶν, πάντων εἰσὶ πονηρότεροι. καὶ τοῦτο ἀπεδείχθη μὲν ἤδη καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, ἀλλ' ἐπ' ἐνίων, περιστάσεώς τινος συμβάσης καὶ ἀνάγκης. ὅταν δὲ ὁ δοκιμάζων τὰς καρδίας καὶ τοὺς νεφρούς· ὁ ζῶν καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτε- E ρος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον, ὁ διικνούμενος μέχρι μερισμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος, ἁρμῶν τε καὶ μυελῶν, ὁ κριτικὸς ἐνθυμήσεων καὶ ἐννοιῶν καρδίας καθέζηται δικάζων ἡμῖν, τότε δὴ τότε οὐκ ὀλίγους τινὰς ἐκ πολλῶν, ἀλλὰ πάντας ἐκκαλυπτομένους ὄψει τοὺς τοιούτους· καὶ οὔτε δορὰ προβάτου τὸν λύκον δυναίτ' ἂν, οὔτε κονίασις τάφου τὸν ἔνδον ἀποκρύψαι μολυσμόν. οὐκ ἔστι γὰρ κτίσις ἀφανὴς, ἐνώπιον τοῦ τότε κρίνοντος, ἀλλὰ πάντα γυμνὰ καὶ A τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ· ὅπερ καὶ ὁ Παῦλος δηλῶν Κορινθίοις ἔλεγεν· ὥστε μὴ πρὸ καιροῦ τι κρίνετε, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ κύριος, ὃς καὶ φωτίσει τὰ κρυπτὰ τοῦ σκότους, καὶ φανερώσει τὰς βουλὰς τῶν καρδιῶν. ἵνα δὲ καὶ τοὺς ὑποκριτὰς ἀφέντες ἐπὶ τοὺς ὄντως βιοῦντας ὀρθῶς ἔλθωμεν τῷ λόγῳ· πόθεν δῆλον εἰ τὰ μὲν ἄλλα αὐτοῖς κατώρθωται, τὸ δὲ κεφάλαιον ἠμέληται τῶν ἀγαθῶν ἡ ταπεινοφροσύνη; καὶ διὰ τοῦτο αὐτοὺς ἀφῆκεν ὁ Θεὸς, ἵνα μάθωσιν, ὅτι B οὐ τῇ οἰκείᾳ δυνάμει κατώρθουν ἐκεῖνα, ἀλλὰ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. εἰ δὲ λέγοι τις βέλτιον εἶναι κατορθοῦντας ἐπαίρεσθαι ἢ ταπεινωθῆναι πεσόντας, πολὺ καὶ τῆς ἀλαζονείας ἀγνοεῖ τὴν ζημίαν, καὶ τῆς ταπεινοφροσύνης τὸ κέρδος. οὐ γὰρ οἶδε σαφῶς, ὅτι ἄνθρωπος μετὰ ἀπονοίας κατορθῶν· εἴ γε ὅλως τοῦτό ἐστι κατορθοῦν· ταχέως ἐμπεσεῖται εἰς τὴν ἐσχάτην ἀπώλειαν. καὶ ὁ μὲν ὀλισθῆσαι συγχωρηθεὶς, καὶ C μετριάζειν μαθὼν ἀπὸ τοῦ πτώματος, καὶ ἀναστήσεται, καὶ ἀνακτήσεται ἑαυτὸν θᾶττον, εἴγε βούλοιτο· ὁ δὲ δοκῶν μὲν εὖ πράττειν μετὰ ἀλαζονείας, μηδὲν δὲ πάσχων δεινὸν, οὔτε αἴσθησιν τῆς οἰκείας λήψεται παρανομίας ποτέ. ἀλλὰ καὶ αὐξήσει τὸ δεινὸν, καὶ λήσεται κενὸς ἐντεῦθεν ἀπελθών· καθάπερ ἐκεῖνος ὁ Φαρισαῖος, ὃς ἀνῆλθε μὲν δοκῶν τοῖς ἀγαθοῖς ἅπασι πλουτεῖν· κατῆλθε δὲ μαθὼν, ὅτι καὶ τοῦ τελώνου πενέστερος ἦν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερον εἶδος πολλὴν ἔχον ἰσχὺν D πρὸς τὸ κενῶσαι τὰ μετὰ πολλῶν ἱδρώτων καὶ πόνων συναχθέντα καλὰ, ὁ τῆς κενοδοξίας ἄνεμος. καθάπερ γὰρ ἄνεμος ἀληθῶς εἰσελθὼν ἐκφυσᾷ ἅπαντας τοὺς τῆς ἀρετῆς θησαυρούς. ἰδοὺ οὖν καὶ δευτέρα πρόφασις ἡμῖν ἀνεφάνη τῶν τὰ ὀρθὰ βαδιζόντων, ὡς ἔφης. πολλοὶ γὰρ παρ' ἡμῖν δοκοῦντες ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς πολλοὺς ὑπομεμενηκέναι πόνους, καὶ ὑπομένοντες δὲ, ἐπειδὴ πρὸς τὴν παρὰ ἀνθρώπων ἐρῶντες τιμὴν, καὶ οὐ πρὸς τὸν Θεὸν ἅπαντα ἔπραττον, ἀφ- E είθησαν πειρασμῷ περιπεσεῖν· ἵνα τῆς παρὰ τῶν πολλῶν ἀποστερηθέντες δόξης δι' ἣν ἅπαντα ἐζημιώθησαν, καὶ μαθόντες τὴν φύσιν αὐτῆς, ὡς οὐδὲν ἀμείνων ἄνθους χόρτου διάκειται, τῷ Θεῷ μόνῳ προσέχωσι τὸ λοιπὸν, καὶ δι' αὐτὸν ἅπαντα πράττωσι. καὶ ἕτεροι δὲ πρὸς τούτοις εἰσὶ λόγοι τούτων πλείους, ἡμῖν μὲν ἀφανεῖς, ὡς ἔφην, γνώριμοι δὲ τῷ πεποιηκότι αὐτοὺς Θεῷ. μὴ τοίνυν ἀγανακτῶμεν ἐπὶ τοῖς γινομένοις, ἀλλ' εὐχαριστῶμεν· τοῦτο γὰρ οἰκετῶν εὐγνωμόνων ἐστί. σὺ δὲ θαυμάζεις, ὅτι μὴ πρότερον ἡνίκα ἐτρύφας, καὶ τὴν κοσμικὴν περιέκεισο φαντασίαν· ἀλλὰ νῦν ὅτε πάντα ἐκεῖνα ἔρριψας, καὶ σαυτὸν ὅλον ἀνέθηκας τῷ Θεῷ, τότε ἐπε-

πήδησαν

ἐπέδησεν οὗτος ὁ μιαρὸς, παραπλήσιον ποιεῖς, ὥσπερ ἂν εἰ ἐθαύμαζες, εἰ δή ποτε τοῖς μὲν θεαταῖς οὐδεὶς ἐνοχλεῖ· τῷ δὲ ἀπογραψαμένῳ πρὸς τὸ πυκτεύειν, καὶ γυμνασθέντι, καὶ εἰς τὸν ἀγῶνα κατελθόντι τούτῳ μόνον πάντων ἔπεισιν ὁ ἀνταγωνιστὴς, παίων τὴν κεφαλὴν, καὶ κόπτων τὸ πρόσωπον. οὐ δὴ τοῦτό ἐστι θαυμαστὸν οὐδὲ ἀθυμίας ἄξιον, εἰ πυκτεύων ἡμῖν ἐκεῖνος ἐλόμενος, θλίβει καὶ ἀγχει καὶ βαρύνει· οὗτος γὰρ τῶν πυκτευόντων ὁ νόμος. ἀλλ' εἰ περιτρέπεται, καὶ καταβάλλεται, καὶ τὸ βραβεῖον ἀφαιρεῖται, τοῦτό ἐστι δεινόν· ἕως δ' ἂν τοῦτο μὴ δύνηται, οὐ μόνον οὐδὲν ἔβλαψεν, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα ὤνησε τῇ σφοδρᾷ συμπλοκῇ σεμνοτέρους ἡμᾶς ποιήσας. καὶ γὰρ ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἐκεῖνός ἐστιν ὁ πάντων ἀμείνων, ὁ πλείονα τραύματα ἐπιδεῖξαι ἔχων, καὶ τὰ μονομάχια πρὸς τοὺς ἰσχυροτέρους τῶν πολεμίων ἀναδεξάμενος. καὶ τῶν ἀθλητῶν τοὺς τοῖς ἀκαθαιρέτοις συμπλεκομένους [οὕτω γὰρ τοὺς φιλονεικοτέρους καλοῦσι τῶν ἀνταγωνιστῶν] θαυμάζομεν. καὶ κυνηγέτης οὗτος μάλιστά ἐστιν ὁ κρατούμενος, ὁ τὰ δυσάλωτα τῶν θηρίων καταδεχόμενος. ἀναιδής ἐστι καὶ ἀκατάπληκτος οὗτος ὁ δαίμων· διὰ τοῦτο σε ἐκπεπληγμένος καὶ θαυμάζων οὐ παύομαι, ὅτι πρὸς τοιοῦτον κληρωθεὶς ἀνταγωνιστὴν, οὐ κατέπεσες, οὐδὲ ἐξέδωκας σεαυτὸν, ἀλλ' ἔμεινας ἀκλινὴς, μηδαμόθεν περιτρεπόμενος.

Hoc autem & in legitimo paſſus eſt filio. nullus enim eum nō B doluiſſe dicat, neque paternis affectibus fuiſſe commotum, ne dum ultra modum illius oſtendere nititur philoſophiam, illum ſumma laudum omnium privet. Nam ſi in flagitiis teterrimis quoſque deprehenſos, ac longiſſimo tempore vita potitos, ignotóſque, & quos nunquam antea vidimus, eum repente conſpicimus ad mortem duci, miſericordia ac dolore conficimur, ſæpe autem etiam illachrymamur: is, qui unigenitum atque chariſſimum filium, qui præter ſpem, qui poſt tantum temporis, qui ad C extremam ſenectutem natus erat, (hæc enim omnia excitant majorem doloris flammam) hunc jam adultum ſuis manibus mactare & incendere juſſus, nihil humanum paſſus exiſtimetur: quid iſta dicentibus ridiculoſius? Namq; ſi lapis eſſet, ſi ferrum, ſi adamas denique, poſſetne non molliri, non flecti, non frangi ad decorum amantiſſimi filii aſpectum? Erat enim ad ipſum ætatis florem jam ſapientia maturus, & animi religione perfectus. *Interrogavit patrem, Ecce ligna & ignem: ubi eſt ovis?* audivit: *Deus* D *providebit ſibi ovem in holocauſtum fili mi*: nihilq; perquiſivit amplius. Aſpiciebat patrem ſe ligantem, nec reluctabatur: impoſitus rogo non reſiliebat: videbat gladium contra ſe vibrari, neq; omnino terrebatur. Quid hoc animo religioſius, quid devotius dici aut excogitari poteſt? Audebitne ergo quiſquam adhuc dicere, nihil in hujuſmodi omnibus perpeſſum eſſe Abraham? Si enim inimicum, ſi hoſtem interfecturus eſſet, etiamſi bellua fuiſſet immanis, num iſta ſine dolore perpetraſſet? Non eſt ita, non E eſt. Noli juſtum virum ita crudeliter arguere, dolebat profectò atq; diſrumpebatur. *Deus*, inquit, *providebit ſibi victimam in holocauſtum fili.* Quanta miſeratione verba iſta plena fuiſſe arbitraris? Continebat ſe tamen, ac premebat acerrimi doloris vim: atque iſta omnia ea devotione & alacritate patrabat, qua facerent, qui nullo iſtiuſmodi impedimento continerentur. Immolatum interea filium (quippe devotione illū immolaverat) ſanum rurſus atque incolumem reſtituit matri: quem illa ſuſcipiens, ante- A quam affatim dulci nato frueretur, exceſſit è vita: id juſto illi maximo mœrori fuit. Etſi enim longo ſimul vixerant tempore, nihil tamen perſuadere poterat, ut eum caſum levius ferret: imò verò hoc ipſum ampliore illum dolore conficiebat. Namque cōſuevimus eos, qui plurimo nobiſcum tempore vixerunt, ſummáque virtutis ſuæ & amicitiæ nobis documenta dederunt, maximè omnium ac ſummo deſiderio requirere. Quódque iſta ſic ſe habeant, ipſe Patriarcha nobis indicat, qui fletu ac lamentatione ſo- B lemni illi debitas perſolvit inferias. Quis jam reliquas curas proſequi poſſit, quas filii gratia ſuſcepit, uxorem illi ex remotioribus locis adſciſcendo, ac per omnia illius ornamentis & gloriæ proſpiciendo, quáſque pro illius fratribus neceſſariò ſubivit, aliáque omnia: quæ qui ad amuſſim conſiderare velit atque diſcutere, longè laborioſiorem juſti hujus vitam, curiſque cumulatiorem perſpiciet, quàm ejus, quem paulo ante indicavimus. Principalia namque tantum, ac magis neceſſaria ſcriptura reſtringens, reli- C qua nobis omnia examinanda reliquit, quæque diebus ſingulis veriſimile eſt in ea domo contingere, ubi ſervorum eſt multitudo, vir, uxor ac filii, multarúmque rerum cura ac ſolicitudo. Ita ſanè, inquies; ſed illi ſolatium ferebat in ſingulis hujuſmodi adverſis, quod propter Deum illa omnia patiebatur. Et te ipſum igitur illud non conſolabitur? Nullus enim profectò, niſi Deus, tibi hanc inferri tentationem permiſit. *Nam ſi ne porcos quidem invadere nequiſſimi dæmones auſi fuerant, niſi prius ille permitteret:* D multò minus mortalibus cunctis rebus excellentiorem animam. Sicut igitur omnium fortis toleratio, atque in omnibus gratiarum actio maxima cauſa præmiorum fuit: ita erit tibi, tu modò non graviter atque indignanter feras; ſed in omnibus gratias agas clementiſſimo Deo. Nempe enim & beatus Job ea, quæ paſſus eſt, Deo permittente perpeſſus eſt: coronis tamen non ideo donatus eſt, quia paſſus fuit: verum quia contra adverſa omnia fortis atque inviolabilis perſtitit: admiramúrque illum omnes, E non quod privatus omnibus fuerit; ſed quia inter hæc omnia nō peccaverit, neque in labiis ſuis.

CAP. X.

Quoniam verò de Job mentionem fecimus, vellem quidem longa ipſius lamenta, paſſionúmque vehementiam perſequi: verùm ne in longiſſimum tendatur liber ad Iſaac redeat oratio. Porrò ſi tu cupis illius omnia diligentius addiſcere, librum ipſum in manibus ſumens, aſpice in abyſſum altiſſimam calamitatum viri, plurimáque in conſolationem tuis caſibus invenies.

De ſacrificio Iſaac

Gen. 22.

Matt. 8.

Redit ad exemplum Iſaac.

Quanto enim melior, quantóq; præclarior meritis juſtus ille eſt, quam nos; tanto adverſus eum numero & magnitudine majori vi dimicavit, eóque vehementius contra illum tunc nequiſſimus ille concitatus eſt. Cæterum rectè facta non tam tentationum numero & magnitudine, quam rerum virtute æſtimantur. Itaq; etſi inferius ac minus iſtud certamẽ eſt, nihil id tuas coronas poterit minuere: nam & is, qui duo talenta tulit, nihil minus retulit, quàm is, qui obtulerat quinque. Cur id? Quia etſi non idem reditus, eadem tamen devotio & alacritas fuit. Quocirca & eodem
Matt.25,21. honore uterque potitus eſt, audiens: *Intra in gaudium domini tui.* Quid ergo Iſaac? peregrinationem quidem illam longiſſimam, ac difficillimam ſubire exemplo patris, terrámque ſuam derelinquere coactus non eſt; ſed planè ſupremum malorum omnium ipſe ſuſtinuit, metum ſcilicet, ne ſine liberis decederet. Poſtea verò quàm oratione ad Deum fuſa, eo metu liberatus eſt, alius continuo eum excepit timor longè illo gravior & major. Neq; enim par metus eſt pro conjugis ſterilitate, & pro radice ipſa trepidare. Sic enim partus doloribus diſrumpebatur, ut vita ipſa morte
Gen.25,22. omni illi eſſet acerbior. Et hoc ipſam audias licet dicentem: *Si mihi ita futurum erat, ad quid mihi vivere?* Famis autem & iſte experimentum cepit, etſi non, ut pater in Ægyptum deſcendit; ſed quod ille verè in Ægypto pertulit, & iſte pati periclitabatur, uxorem ſcilicet amittere. Et patrem quidẽ venerabantur vicini ac finitimi omnes, hunc verò non ſecus atque inimicum & hoſtem exagitabant, neque propriis illum laboribus perfrui ſinebant: verùm cùm illum anguſtiis undique concluderent, licenter ipſi laboribus ipſius fruebantur. Tandem verò cùm ſibi illos amicos conquiſiviſſet, filióſque adultos cerneret, tunc jam, tunc, quando ſummam ſe conſolationem inventurum ſperabat, optimóſque ſenectutis ſuæ cuſtodes, ac nutritores habiturum, in ſupremum corruit mœrorem. Primum enim major natu filius uxorem ſibi alienigenam contra patris votum cepit, & eo ipſo quod pugnam & bellum in domum introduxiſſet, illum ſumma & incredibili vi doloris affecit. Innumeris enim injuriis mulieres illæ ſoceros afficiebant: quæ omnia ſcriptura devitans, uno verbo cuncta ſi-
Gen.26,35. 36. gnavit, cum diceret: *Cum Rebecca contendebant:* reliquitque id dictum eis intelligendum, qui domos habent, ac filios jam uxoratos. Illi enim maximè omnium noverunt diligenter, quantum mali ſit, quantúmque detrimenti, ſi ſocrus oderint nurus: idque maximè tunc cum ambæ eandem inhabitent domum. Hoc autem juge illis erat incommodum. Ad hæc illi gravior quoque moleſtia adjecta eſt, oculorũ caligo ſcilicet, ac luminis privatio, quæ cujuſmodi ſit, illi ſoli ſciunt, qui patiuntur. Præterea ne illud leve incommodum exiſtimetur, quod dum benediceret filiis, contra quam volebat, matris aſtu & arte, minorem pro majore benedixit. Qua in re ita indoluit, ut amarius quam is, qui paſſus fuerat, clamaret, excuſarétque ignorantiam, quod non illum ſciens benedictione fraudaſſet; verum fratris arte circumventus. Hæc autem omnia ſcenæ tragœdiam præcurrebant, fabulámq;
Oedipodis fil. os intelligit. Thebanorum adoleſcentium ſignabant. Nam & hic etiam ſenectutem, occæcationemq; patris major natu contemnens, juniorem fratrem deturbavit domo. Etſi enim non ille necavit, id matris impedivit ſapientia: & hic enim comminatus eſt cædem, patríſque mortem operiebatur. Quòd cum mater cauta didiciſſet,
Gen.27,46 patriq; retuliſſet, illum protinus ejus manibus eripuit, & eum quidem, qui ſe venerabatur, quiq; ſibi ſumma benevolentia ac pietate jungebatur, parentes fugæ committere coguntur: improbum autem, per cujus intemperantiam vivere illi niſi in amaritudine ſumma ac dolore non poterant (hoc enim ipſa Rebecca indicat) apud ſe jugiter tenebant. Igitur cum ille effugiſſet, qui ſemper in domo educatus (erat enim innocens habitans domi) atq; ut plurimum cum matre domi manſerat, quibus lamentis, quo dolore, quo gemitu Rebeccam jam affici neceſſe fuit, recordantem ſemper chariſſimi ac dulciſſimi filii, virúmque intuentem, & per ætatem & per infirmitatem nihilo meliore conditione, quàm mortuum? Quibus item luctibus ſenem detentum putas dum communes & ſuas & uxoris clades flere cogeretur? cùm verò illa moritura eſſet, quid non dixit? quid non locuta eſt? Etiam lapides ipſius verba liqueſacere potuiſſe puto, cum non videret prope adſtantem filium, atq; illachrymantem oculóſq; ſibi comprimentem, atque mœrore ſuffuſa ora contrahentem, aliáq; omnia agentem, quæ parentibus morte ipſa videntur graviora. At verò Iſaac, dum illam ita efflare animam cerneret: quo animo fuiſſe putandus eſt & tunc, & poſt ipſius mortẽ? Talis ille nobis fuiſſe oſtenſus eſt, quẽ multis fuiſſe feliciorem putabamus.

CAP. II. *Iacob quo pacto afflictus fuerit.* *Jam vero Jacob* ipſius vita cujuſmodi fuerit, abſq; diſcuſſione aliqua ipſius verba indicant, qui cum Pharaonem alloqueretur, ajebat: *Dies mei parvi & mali, & non pervenerunt ad dies patrum*
Gen.47,9. *meorum:* hoc eſt, & breviorem, & laborioſiorem vixi vitam. Verùm & abſque hac illius ſententia ita ſunt apertæ clades ejus,

A εἰ γὰρ καὶ πολλῷ βελτίων ἡμῶν ὁ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ πρὸς πολλῷ μείζονα τὴν ἐνέργειαν παρετάξατο· καὶ γὰρ σφοδρότερον ἐπῄει κατ' ἐκείνου ὁ πονηρὸς τότε. τὰ δὲ κατορθώματα οὐ τῷ μέτρῳ τῶν πειρασμῶν, ἀλλὰ τῇ τῶν πραττομένων δυνάμει κρίνεται. ὥστε κἂν ἐλάττων οὗτος ὁ νῦν ἀγὼν, οὐδέν σε τοῦτο εἰς τοὺς στεφάνους παραβλάψαι δυνήσεται. ὁ γὰρ τὰ δύο τάλαντα προσενεγκὼν, οὐκ ἔλαττον ἤνεγκε τοῦ τὰ πέντε ἐπιδείξαντος· διὰ τί; ὅτι εἰ καὶ ἡ πρόσοδος οὐχ ἡ αὐτὴ, ἀλλ' ἡ B προθυμία ἡ αὐτὴ, ὅθεν καὶ τῆς αὐτῆς ἑκάτερος ἔτυχε τιμῆς ἀκούσας· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου. τί οὖν ὁ Ἰσαάκ; ἀποδημίαν μὲν οὐκ ἐστάλη μακρὰν, καθάπερ ὁ πατὴρ, οὐδὲ τὴν οἰκείαν ἀφεῖναι ἠναγκάσθη γῆν, καθάπερ ἐκεῖνος· τὸ δὲ κεφάλαιον τῶν κακῶν καὶ αὐτὸς ὑπέμεινε τὸν ἀπαιδίας τὸν φόβον· ὡς δὲ ἔλυσε τὸ δεινὸν εὐξάμενος, ἕτερος αὐτὸν διεδέξατο φόβος ἐκείνου μείζων. οὐδὲ γὰρ ἦν ἴσον ὑπὲρ ἀπαιδίας τρέμειν, καὶ ὑπὲρ τῆς ῥίζης αὐτῆς. οὕτω γὰρ αὐτὴ δι- C εκόπτετο ταῖς ὠδῖσιν, ὡς πικροτέραν θανάτου παντὸς ὑπομένειν ζωήν· καὶ τοῦτο αὐτῆς ἄκουσον λεγούσης, εἰ οὕτω μοι μέλλει γίνεσθαι, ἵνα τί μοι τὸ ζῆν; λιμοῦ δὲ πεῖραν ἔλαβε μὲν καὶ αὐτός· εἰ δὲ μὴ κατῆλθεν εἰς Αἴγυπτον, ἀλλ' ὅπερ ὁ πατὴρ μικροῦ δεῖν ἔπαθεν ἐκεῖ, ταῦτα καὶ οὗτος ὑπέμεινε καὶ ἐκινδύνευεν ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ γυναικός. καὶ τὸν πατέρα μὲν ἐτίμων οἱ πρόσοικοι πάντες, τοῦτον δὲ ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον ἤλαυνον, καὶ τῶν οἰκείων αὐτὸν οὐκ ἠφίεσαν ἀπολαῦσαι πόνων· ἀλλ' D ἐκεῖνον ἐν στενοχωρίᾳ καθιστῶντες πολλῇ, αὐτοὶ μετ' ἐξουσίας ἐν τοῖς μόχθοις ἐτρύφων τοῖς ἐκείνου. ὡς δέ ποτε καὶ τούτους οὗτος φίλους ἐκτήσατο, καὶ ἐν ἡλικίᾳ τοὺς παῖδας εἶδε γενομένους τοὺς αὐτοῦ, τότε δὴ τότε, ὅτε πολλὴν προσεδόκησε παραμυθίαν εὑρήσειν, καὶ γηροκόμους ἕξειν καλοὺς, εἰς τὴν ἐσχάτην ἀθυμίαν ἐνέπεσε. πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν ἀλλοφύλων ὁ πρεσβύτερος γυναῖκα λαβὼν, παρὰ τὸ τῷ πατρὶ δοκοῦν, τοῦτό γε σφόδρα αὐτὸν ἠνίασε, καὶ τὸ μάχην καὶ πόλεμον εἰς τὴν E οἰκίαν εἰσαγαγεῖν. μυρίοις γὰρ αἱ γυναῖκες ἐκεῖναι περιέβαλλον αὐτοὺς κακοῖς, ἅπερ ἅπαντα εἰπεῖν παραιτουμένη ἡ γραφὴ, δι' ἑνὸς ῥήματος τὸ πᾶν ᾐνίξατο εἰποῦσα· ὅτι ἤριζον τῇ Ῥεβέκκᾳ· καὶ τοῖς οἰκίας ἔχουσι καὶ παῖδας ἤδη γεγαμηκότας, κατέλιπεν εἰδέναι τὸ λεχθέν. ἐκεῖνοι γὰρ μάλιστα πάντων ἴσασιν ἀκριβῶς ὅσον ἐστὶ κακὸν ἐμφιλονείκως διατεθῆναι τὴν τοῦ νυμφίου μητέρα καὶ τὴν νύμφην, καὶ μάλιστα, ὅταν οἰκίαν οἰκῶσιν ἀμφότεραι μίαν. τοῦτο μὲν οὖν διηνεκὲς A ἦν τὸ δεινόν· τὸ δὲ ἐπὶ τούτοις σκότος μᾶλλον, ἡ τῶν ὀφθαλμῶν πήρωσις, ὅπερ ὅσον ἐστὶ κακὸν οἱ παθόντες ἴσασι μόνοι· μετὰ δὲ τοῦτο, ἡ περὶ τὰς εὐλογίας ἀποτυχία τοῦ παιδὸς, ὑφ' ἧς οὕτως ἐπλήγη τὴν ψυχὴν, ὡς αὐτοῦ πικρότερον ἀναβοῆσαι τοῦ τὴν ἀπάτην ὑπομείναντος, καὶ ἀπολογήσασθαι πρὸς αὐτόν. οὐ γὰρ ἑκὼν ἠδικηκέναι ἔλεγεν, ἀλλ' ἀπατηθείς. τὰ δὲ ἐντεῦθεν τὴν ἀπὸ τῆς σκηνῆς ἐδείκνυ τραγῳδίαν, καὶ τὸ δρᾶμα τῶν Θηβαίων ἀπετύπου μειρακίων. καὶ γὰρ ἐνταῦθα τῆς τοῦ πατρὸς ἡλικίας B καὶ πηρώσεως καταφρονήσας ὁ πρεσβύτερος ἐξέβαλε τῆς οἰκίας τὸν νεώτερον ἀδελφόν. εἰ δὲ μὴ ἀπέκτεινε καθάπερ ἐκεῖνος, ἡ τῆς μητρὸς σοφία τοῦτο διεκώλυσεν· ἠπείλησε μὲν γὰρ καὶ οὗτος τὸν φόνον, καὶ τὴν τελευτὴν ἀνέμενε τοῦ πατρός. μαθοῦσα δὲ ἡ μήτηρ, καὶ τῷ πατρὶ διαλεχθεῖσα ἐξήρπασεν αὐτὸν τῶν ἐκείνου χειρῶν, καὶ τὸν μὲν θεραπεύοντα αὐτοὺς καὶ εὐνοϊκῶς διακείμενον φυγαδεύειν ἠναγκάζοντο· τὸν δὲ μοχθηρὸν καὶ ἀβίωτον αὐτοῖς καθιστῶντα τὸν βίον [τοῦτο γὰρ αὐτή φησιν ἡ C Ῥεβέκκα·] παρ' ἑαυτοῖς κατεῖχον διηνεκῶς. ἀποδράντος τοίνυν ἐκείνου τοῦ διαπαντὸς ἐπὶ τῆς οἰκίας τραφέντος [ἦν γὰρ ἄπλαστος οἰκῶν οἰκίαν] καὶ τὰ πολλὰ μετὰ τῆς μητρὸς οἰκουροῦντος· πόσα μὲν ἦν εἰκὸς τὴν Ῥεβέκκαν ὀδύρεσθαι καὶ θρηνεῖν, μεμνημένην τοῦ παιδὸς διαπαντὸς, καὶ τὸν ἄνδρα ὁρῶσαν, οὐδὲν τῶν νεκρῶν ἄμεινον διακείμενον, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ διὰ τὴν νόσον; πόσῳ δὲ τὸν γέροντα πένθει κατέχεσθαι μετὰ τῶν οἰκείων καὶ τὰς τῆς γυναικὸς ἀναγκαζόμενον θρηνεῖν συμ- D φοράς; ὅτε δὲ ἔμελλε τελευτᾶν ἐκείνη, τί ἄρα οὐκ εἶπε; τί δὲ οὐκ ἐφθέγξατο; ἃ καὶ λίθον τῆξαι ἱκανὰ, οὐχ ὁρῶσα τὸν παῖδα παρεστῶτα καὶ δακρύοντα καὶ καθαιροῦντα ὀφθαλμοὺς, καὶ συλλαμβάνοντα στόμα, καὶ περιστέλλοντα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπιμελούμενον, ἅπερ αὐτοῦ τοῦ θανάτου πικρότερα τοῖς γεγεννηκόσιν εἶναι δοκεῖ. ὁ δὲ Ἰσαὰκ οὕτως αὐτὴν ἀποπνέουσαν ὁρῶν, ὁποίαν ἐκέκτητο ψυχὴν καὶ τότε, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνης τελευτήν; τοιοῦτος ἡμῖν ὁ πολλῶν εὐθυμότερος E εἶναι δοκῶν ἀποπέφανται.

Τὸν δὲ τοῦ Ἰακὼβ βίον ἀρκεῖ μὲν χωρὶς ἐξετάσεως δεῖξαι αὐτὴ ἡ τοῦ Ἰακὼβ ἀπόφασις· τῷ γὰρ Φαραὼ ποτε διαλεγόμενος, ἔλεγε· μικραὶ καὶ πονηραὶ αἱ ἡμέραι μου, καὶ οὐκ ἀφίκοντο εἰς τὰς ἡμέρας τῶν πατέρων μου, τοῦτ' ἔστι, καὶ βραχύτερον καὶ μοχθηρότερον ἐβίωσα βίον. χωρὶς δὲ τῆς ἀποφάσεως οὕτως εἰσὶ περιφανεῖς αἱ συμφοραὶ αὐτοῦ,

ὡς

ὡς μηδὲ τῶν πολλῶν τινας αὐτὰς ἀγνοεῖν. ὁ μὲν γὰρ πάππος ὁ τούτου, καὶ μακρὰν ἐστείλατο τὴν ἀποδημίαν, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ κελεύοντος, ὅπερ παραμυθίαν αὐτῷ τὴν μεγίστην ἔφερεν· οὗτος δὲ ἀδελφὸν φεύγων ἐπιβουλεύοντα καὶ φονῶντα κατ' αὐτοῦ. κἀκεῖνος μὲν οὐδέ ποτε ὑπὲρ τῆς τῶν ἀναγκαίων χορηγίας ὠδύρετο· οὗτος δὲ ἀγαπητὸν ἡγεῖτο καὶ εὐκτὸν, τὸ ἱματίου καὶ ἄρτου εὐπορῆσαι μόνον. διασωθεὶς δὲ καὶ τῶν τῆς ὁδοιπορίας κακῶν ἀπαλλαγεὶς, καὶ πρὸς τοὺς συγγενεῖς ἐλθὼν τοὺς αὐτοῦ ἠναγκάζετο δουλεύειν ἐν ἀφθονίᾳ τοσαύτῃ τραφείς· οἶσθα δὲ ὡς πανταχοῦ μὲν ἡ δουλεία πικρὸν, ὅταν δέ τις παρὰ τοῖς ὁμοτίμοις τὰ τῶν οἰκετῶν ὑπομένειν ἀναγκάζηται, καὶ ταῦτα μηδέ ποτε τοῦ πράγματος πεῖραν λαβὼν, ἀλλ' ἐν ἐλευθερίᾳ καὶ τρυφῇ τὴν πρώτην ἅπασαν ἡλικίαν διαγαγὼν, ἀφόρητον γίνεται τὸ δεινόν· ἀλλ' ὅμως ἔφερε πάντα γενναίως. καὶ τὰς ἐν τῇ ποιμαντικῇ αὐτοῦ ταλαιπωρίας ἀκούεις „ διηγουμένου καὶ λέγοντος· ἐγὼ ἀπετίννυον παρ' ἐμαυτοῦ κλέμματα „ ἡμέρας καὶ κλέμματα νυκτός. ἐγινόμην συγκαιόμενος τῷ καύ„ματι τῆς ἡμέρας καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς, καὶ ἀφίστατο ὁ ὕπνος ἀπὸ „ τῶν ὀφθαλμῶν μου. ταῦτά μοι εἴκοσι ἔτη. ταῦτα ἔπασχεν, ὁ τὸν ἄπλαστον βίον βεβιωκὼς, ὁ οἰκίαν οἰκήσας διαπαντὸς, καὶ μετὰ τοὺς τοσούτους μόχθους, καὶ τὰς ζημίας, καὶ τὸν πολὺν χρόνον ἐκεῖνον τὴν πικρὰν ἀπάτην ὑπέμεινε τὴν ἐπὶ τῇ γυναικί. εἰ γὰρ μὴ δεδουλεύκει τὰ ἑπτὰ ἔτη, εἰ γὰρ μηδὲν ὧν ἀπωδύρετο πρὸς τὸν κηδεστὴν ἔπαθεν· εἰ γὰρ μὴ ἤρα τῆς παιδὸς, αὐτὸ μόνον τὸ κατεγγυηθῆναι μὲν αὐτῷ τὴν ἀμείνω, δοθῆναι δὲ τὴν φαυλοτέραν ἀντ' ἐκείνης πόσην ἀθυμίαν, πόσον θόρυβον, πόσην ἐπήρειαν παρεῖχε τῷ μακαρίῳ τότε ἐκείνῳ; ἀλλ' ἕτερος μὲν οὖν εἴ τις ἦν, οὐκ ἂν ῥᾳδίως τὴν ἐπήρειαν ἤνεγκεν, ἀλλὰ πᾶσαν τῶν κηδεστῶν ἀνέτρεψεν ἂν τὴν οἰκίαν συσφάξας ἑαυτὸν ἐκείνοις, ἢ καὶ ἄλλῳ τινὶ συνδιαφθείρας τρόπῳ. ἐπειδὴ δὲ ἀνεξίκακος καὶ μακρόθυμος ἦν ὁ Ἰακὼβ, τοῦτο μὲν οὐκ ἐποίησεν· ἀλλ' οὐδὲ ἐβουλεύσατο τὴν ἀρχήν. κελευσθεὶς δὲ ἕτερα ἑπτὰ ἔτη δουλεῦσαι πάλιν, ὑπήκουσεν ἑτοίμως· οὕτως ἦν πρᾷος καὶ ἐπιεικής· εἰ δὲ ὁ τῆς κόρης ἔρως συναντελάμβανετο τῇ τῶν τρόπων ἐπιεικείᾳ, πάλιν μοι τῆς ἀθυμίας λέγεις τὴν ὑπερβολήν. ἐννόησον γὰρ ὅσην ὀδύνην ὑπέμεινεν ὅτε τοῦ οὕτως ἀγαπωμένης ἀπεστερεῖτο, καὶ προσδοκῶν αὐτὴν ἔνδον ἔχειν, εἰς ἑπτὰ ἐτῶν πάλιν ἀναβολὴν ἐξεκρούετο, καὶ τοὺς κρυμοὺς καὶ τὰ θάλπη, καὶ τὰς ἀγρυπνίας, καὶ τὰς ζημίας τὰς συνεχεῖς· λαβὼν δὲ καὶ ταύτην ὕστερον καὶ ζῶν παρὰ τῷ κηδεστῇ βίον ταλαίπωρον, καὶ ἐπίμοχθον, ἐφθονεῖτο καὶ οὕτως· καὶ δευτέραν ἀπάτην ὑπέμεινεν ἐπὶ τοῖς μισθοῖς, ὡς καὶ αὐτὸς αὐτὸν διήλεγξε λέγων· ὅτι παρελογίσω με δέκα ἀμνάσιν. μετὰ δὲ τοῦ κηδεστοῦ καὶ οἱ τῶν γυναικῶν ἀδελφοὶ τοῦ κηδεστοῦ μᾶλλον ἐξεθηριώθησαν πρὸς αὐτόν. τὸ δὲ πάντων χαλεπώτερον ἦν, ἡ ἐρωμένη δι' ἣν ἔτη δὶς ἑπτὰ δουλεύειν εἵλετο, ὑπὸ τῆς ἀθυμίας ἀπεπνίγετο, τὴν μὲν ἀδελφὴν τίκτουσαν ὁρῶσα, αὐτὴν δὲ οὐδὲ ἐλπίδα τοῦ πράγματος ἔχουσαν, καὶ εἰς τοσαύτην ἔκστασιν ὑπὸ ἀθυμίας ἐξηνέχθη τότε, ὡς ἐγκαλεῖν καὶ μέμφεσθαι τῷ ἀνδρὶ, καὶ θάνατον ἀπειλεῖν „ καθ' ἑαυτῆς, εἰ μὴ τέκοι. δὸς γάρ μοι τέκνα φησίν· εἰ δὲ μὴ, τελευτήσω ἐγώ. πῶς τοίνυν εὐφρᾶναι αὐτὸν δυνατὸν ἦν, τῆς μὲν οὕτω πενθουμένης τοιαῦτα ὀδυρομένης, τῶν δὲ ταύτης ἀδελφῶν ἐπιβουλευόντων αὐτῷ καὶ πάντα πραττόντων, ὅπως εἰς τὴν ἐσχάτην ἔλθῃ πενίαν; εἰ δὲ τὰ χωρὶς ἱδρώτων ἐπιδιδόμενα ταῖς γυναιξὶν, ὅταν ἀφαιρῆται, πολλὴν φέρει τὴν ἀθυμίαν, ὁ κινδυνεύων ὑπὲρ τῶν πόνοις κτηθέντων οἰκείοις, πῶς ἂν πρᾴως ταύτην ἤνεγκε τὴν ζημίαν; αἰσθόμενος τοίνυν ὅτι δι' ὑποψίας εἶχον αὐτὸν καὶ ὑπέβλεπον, λαθὼν ἀνεχώρησεν ὡς φυγάς, οὗ τί γένοιτ' ἂν ἐλεεινότερον; καὶ γὰρ ἐκ τῆς οἰκείας καὶ ἐκ τῆς ἀλλοτρίας μετὰ φόβων καὶ κινδύνων ἀποδημήσας, εἰς τὰ αὐτὰ πάλιν ἐμπεσεῖν βάραθρα ἠναγκάζετο. τὸν μὲν γὰρ ἀδελφὸν φυγὼν ἦλθε πρὸς τὸν κηδεστὴν, ὑπὸ δὲ τούτου πάλιν ἐλαυνόμενος εἰς τὸν ἀδελφὸν ἐμπεσεῖν ἐβιάζετο· καὶ τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο ὑπέμενεν, ὃ περὶ τῆς ἡμέρας κυρίου φησὶν ὁ Ἀμώς· ὃν τρόπον ἐάν τις ἐκφύγῃ „ ἀπὸ προσώπου λέοντος, καὶ ἐμπέσῃ αὐτῷ ἄρκτος, καὶ εἰσπηδήσῃ „ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καὶ ἀπερείσῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν τοῖχον, καὶ δά„κῃ αὐτὸν ὁ ὄφις. τί δεῖ λέγειν τὸν τρόμον ὃν ὑπέστη καταληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Λάβαν, τὰς θλίψεις, τὰς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, θρεμμάτων τοσούτων, καὶ παίδων ἀκολουθούντων αὐτῷ; ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν ἀδελφικὴν ὄψιν ὁρᾷν ἔμελλεν, οὐ ταὐτὸ ἔπασχε τοῖς ὁρῶσι τὴν παρὰ τοῖς ποιηταῖς πλαττομένην ὑπ' ἐκείνων Γοργόνος κεφαλήν; οὐχ ὡς τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπιὼν, οὕτως ἅπαντα διετέθειτο; ἄκουσον τῶν ῥημάτων αὐτοῦ, „ καὶ μάθε τὴν ἐναποκειμένην αὐτοῦ φλόγα τῇ ψυχῇ. ἐξελοῦ με, φη„σιν, ὁ Θεὸς, ἐκ τῶν χειρῶν Ἡσαῦ τοῦ ἀδελφοῦ μου, ὅτι φοβοῦμαι ἐγὼ „ αὐτὸν, μή ποτε ἐλθὼν πατάξῃ με, καὶ μητέρα ἐπὶ τέκνοις. σὺ δὲ „ μοι εἶπας, εὖ σε ποιήσω. πόσην οὐκ ἂν εὐφροσύνην ἐξέβαλεν οὗτος ὁ φόβος, εἰ καὶ πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἐν εὐθυμίᾳ διατετελεκὼς ἦν;

A ut pauci admodum ſint, qui illas neſciant. Avus namque ejus etſi longinquam peregrinationem emenſus eſt, juſſu Dei hoc fecit; quæ res maximo ipſi ſolatio fuit: hic autem fratrem fugiens inſidiantem, parricidiúmque meditantem, ſummos itineris labores paſſus eſt: atque ille quidem neceſſario victu, & quidem abundanti nunquam indiguit: huic verò voti res erat, indumento ac pane ſolo non indigere. Servatus autem, atque itineris fatigationibus liber, cùm tandem ad affines ſuos B perveniſſet, qui in tanta rerum copia nutritus fuerat, ſervire cogebatur. Non ignoras autem ſervitutem, cùm ſemper moleſta ſit, tum maximè videri moleſtiſſimam, cum quis propinquis ac paribus ſervire cogitur: idque cùm ejus rei nunquam periculum fecerit; ſed priorem omnem ætatem in deliciis egerit. Quod cùm intolerabile eſſe videretur, forti tamen & magno animo ferebat. Porrò quid ærumnarum in vita illa ſua paſtorali paſſus ſit, ipſum audias licet dicentem: *Ego* Gen. 31, 40.
C *perſolvebam à meipſo furta diei, & furta noctis. Per diem urebar æſtu, & nocte gelu, receſſitque ſomnus ab oculis meis: iſta mihi fuerunt annis viginti.* Hæc ille paſſus eſt, qui vitam vixerat ſimplicem, qui ſemper fuerat domi. Póſtque tot labores, tot incommoda, poſt longum illud ſervitutis tempus, fraudem illam amariſſimam pertulit, qua ſibi altera alterius loco tradita uxor eſt. Nam ſi non ſerviſſet annis ſeptem, ſi non ea paſſus fuiſſet, quæ ſocero conqueſtus dixit:
D ſi non amaviſſet puellam, hoc ipſum tamen quod ſibi meliore ac formoſiore promiſſa, tradita ipſi pro illa deterior fuit: quantum putas mœroris, quid indignationis, quid doloris beato illi tunc præſtitit? Sanè ſi quis alius id paſſus eſſet, nunquam eam fraudem atque injuriam tuliſſet; ſed omni prius affinium everſa domo, tunc demum ſe ipſe cum illis unà interfeciſſet, aut alio quovis modo perdidiſſet: quoniam verò patientiſſimus, ac longanimis erat Jacob,
E nihil penitus hujuſmodi fecit; ſed ne initium quidem ejuſce cogitationi dedit: imò verò ſeptem annos alios iterum ſervire juſſus promptè obedivit, adeo mitis erat ac manſuetus. quòd ſi puellæ amor manſuetudini morum obſecundabat, rurſus mihi mœroris magnitudinem aſſeris. Conſidera enim, quæſo, quantum ille doloris paſſus ſit, cùm ejus quam ita vehementer diligebat, fraudatus amplexibus, illiúſque connubia deſiderans, ſeptem rurſus annorum dilatione cruciatur, frigora
A & æſtus & vigilias, & detrimenta perpetua patiens. Ea tamen ipſa potius tandem, vivénſque apud ſocerum vitam ærumnis & laboribus plenam: ſic quoque invidiæ patuit, & ſecundam fraudem in mercedibus paſſus, ut ipſe quoque illum arguerit, dicens: *Decepiſti mercedem meam decem agnis.* Una verò cum ſocero uxorum fratres, magis etiam adverſus illum Gen. 31, 41.
efferati excandeſcebant. Quod autem erat omnibus gravius, uxor illa tam dilecta, cujus gratia bis ſeptem annis ſervire de-
B legerat, præ moleſtia ſuffocabatur, cùm ſororem ſuam parientem cerneret: ſe verò omni pariendi ſpe deſtitutam, atque in tantam tunc amentiam ex animi mœrore devenerat, ut criminibus & querelis agitaret virum, mortémque ſibimet conſciſcere minaretur, niſi pareret, *Da mihi*, inquiens, *liberos, alioqui moriar ego.* Quomodo ille lætari poterat, cùm Gen. 30, 1.
ea quam diligebat, ſic affecta eſſet, fratréſque illius ipſi inſidiarentur, omniáque molirentur, ut ille ad extremam deve-
C niret inopiam? Nam ſi ea, quæ ſine ſudore dotis nomine traduntur uxoribus, cum quis tulerit, maximo mœrore afficimur: is qui periclitabatur ea, quæ ſummis laboribus quæſierat, amittere, quo animo ferre ea detrimenta poterat? Cùm igitur haud obſcurè ſuſpectus eſſet, eóſque ſe intuentes cerneret, clam fugam iniens diſceſſit. Quo quid dici miſerabilius poſſit? Nam & ex paterna domo & ex aliena, cum metu ac periculis migrans, in eadem prærupta rurſus cogebatur inci-
D dere. Quippe fratrem fugiens, ſe ad ſocerum contulerat, à quo iterum exagitatus, ad fratrem redire cogebatur, propheticum illud paſſus, quod de die Domini dicit Amos. *Velut ſi* Amos. 5, 19.
quis fugiat à facie leonis, & occurrat ei urſus, ingreſſúſque in domum ſuam, & parieti manus applicans, mordeatur à colubro. Quis autem eum tremorem enarrare poſſit, quem perpeſſus eſt comprehenſus à Laban, itineríſque anguſtias, cum ſe tam numeroſum pecus filiique ſui ſequerentur? Cæterum cùm fratris
E faciem eſſet inſpecturus, nónne idem paſſus eſt, quod apud poëtas, qui fictum caput Gorgonis vident? Nonne ita per omnia affectus erat, ut hi qui ad mortem ducuntur? Audi ſanè illius verba, atq; ex eis inſitã illius animo timoris flammam addiſce. *Deus eripe* Gen. 32, 11.
me, inquit, *de manu Eſaũ fratris mei, quia valdè eum timeo, ne fortè ſuperveniens interficiat me, ac matrem cum filiis. Tu autem mihi dixiſti, quòd bene mihi faceres.* Quam non lætitiam hic metus excluſiſſet, etiam ſi priori omni tempore tranquilliſſimè vixiſſet?

At

At nunc omnis illa vita, ex qua die benedictionem accepturus, metu penè fuerat mortuus, per calamitates varias inſidiáſque texebatur. Tantus denique tunc illum timor invaſerat, ut poſt congreſſum fratris, quantumlibet ille præter ſpem benignè & humaniter eo uſus eſſet, confidere ne ſic quidem poſſet, anxietatémque deponere. Denique cum obſecraret ille, ut ſecum ſe ire permitteret, non ſecus quam à fera aliqua liberari cupiens, ut recederet orabat, dicens: *Noſti domine, quia infantes teneriores* Gen. 33, 13. *ſunt, ovéſque & boves mecum fœta, ſi ergo urgeam eas diem unum, morientur cuncti greges. Præcedat dominus meus ante ſervum ſuum, & ego invaleſcam in via ſecundum tarditatem profectionis, quæ coram me, & juxta pedes parvulorum meorum, donec veniam ad dominum meum in Seir*, reſpiránſque ex illis periculis modicum, in alium longè maximum timorem incidit.

Dina filia raptus

CAP. XII. Rapta quippe illius filia, primum quidem puellæ injurias & contumeliam ægrè ferebat; ſed cùm id facinus leniſſet, quod eam regis filius ducturum ſe uxorem polliceretur, eámque ſententiam laudaſſet Jacob, fœdera violavit Levi fratribus adjunctis, civéſque viritim ad unum jugulantes, in id tremoris patrem induxerunt, ut inde protinus migraret, eò quòd omnes adverſum ſe bellaturos timeret. Gen. 34, 28. *Dixit enim* (ait ſcriptura) *Jacob ad Simeonem & Levi: Odioſum me feciſtis, ut iniquus ſim omnibus habitantibus terram, Chananæiſque & Pherezæis. Ego autem ſum minimus numero, congregatique contra me ſimul objurgabunt me, delebórque ego, & domus mea.* Quippe omnes illos unà finitimi necaſſent, niſi illorum indignationem Dei clementia continuiſſet, finémque cladibus impoſuiſſet. *Factus eſt*, inquit, *timor Dei ſuper omnes per circuitum civitates, neque perſecuti* Gen. 35, 5. *ſunt poſt filios Iſrael.* Quid ergo cum hoc metu liberatus eſſet? Num tandem vel parum reſpiravit? imo verò tunc ſupremus eum malorum omnium vertex invaſit, mors ſcilicet amantiſſimæ conjugis & immatura ſimul & violenta. *Peperit enim*, inquit, Gen. 35, 18. *Rachel, parturiénſque laborabat. Factum eſt autem cum parturiens periclitaretur, dixit illi obſtetrix: Confide, & hic enim tibi filius eſt. Et cùm efflaret animam* (*moriebatur enim*) *vocavit nomen ejus, Filius doloris mei.* Cúmque luctus adhuc recens eſſet, adjecit mœrori Ruben, patris thorum contumelioſè impetens. Quod ille tam graviter tulit, ut moriens quoque mala imprecaretur filio, tum ſcilicet, quando filiis parentes miſericordiùs affici conſueverunt, idque cum ille primogenitus eſſet omnium, quod etiam affectus nomine non parum valet. Sed tamen hæc omnia vis mœroris excluſit, vocánſque illum Gen. 49, 3. dixit: *Ruben primogenitus meus fortitudo mea, & initium filiorum meorum, durus ad ferendum, durúſque & audax: injuriam intuliſti, ſicut aqua non efferveſcas. Aſcendiſti enim in cubile patris tui, tunc maculaſti ſtratum, ubi aſcendiſti.* Cùm autem adoleviſſet amantiſſimæ uxoris filius, ſolarique illius deſiderium hujus præſenti & jugi contubernio ſperaret, tunc ipſi multiplices parantur clades: fratres enim illius tunicam intinctam ſanguine patri oſtendentes, vario illum luctu confecerunt. Neque enim ſolam lugebat mortem; ſed ipſum quoque mortis genus: plurimáque erant quæ illius animum confuderant, ac penè in deſperationem præcipitarant, quod amatæ illius filius, quod melior reliquis, quod maximè dilectus, quod in ipſo ætatis flore, quod ab eo miſſus, quod neque in domo, neque in lecto, neque patre coram aſſiſtente, neque dicens aliquid & audiens, quod non communi morte omnium, quòd vivens à ferarum immanitate diſcerptus fuerat, quod ne reliquias quidem illius reperire poterat, & humo condere: quod iſta illi non in juventute contigiſſent, quando melius ferre potuiſſet; ſed ſenectute ultima. Erátque miſerandum omnino ſpectaculum, videre canos verendos pulvere fœdatos, ſeniléque pectus diſciſſa tunica nudatum, lamentáque admittentia conſolationem nullam. *Sci-* Gen. 37, 35. *dit enim*, inquit, *Jacob veſtimenta ſua, & circumpoſuit cilicium lumbis ſuis, lugebátque filium diebus plurimis. Congregati ſunt autem omnes filii ejus, & filiæ, & venerunt conſolari eum: noluitque conſolari, dicens: Deſcendam ad filium meum lugens infernum, quaſi* verò poſſibile non eſſet vacare à mœrore animum ipſius. Cum cœpiſſet ea plaga curari, fames valida incumbens, terrámque univerſam occupans, primum quidem vehementi illum mœrore turbaverat: cùm autem reverſi ex Ægypto filii, rei frumentariæ copia famis incommoda ſolati eſſent, aliam item conſolationi mixtam doloris cauſam attulerunt, voluptatémque quam ex famis levamine tulerat, abſentia filii premebat atque obſcurabat. Neque id ſolum; ſed Benjamin ipſum poſtulabant: quo ille unico ſolatio & uxoris defunctæ, & à fera devorati filii lenire mœrorem conſueverat.

νυνὶ δὲ ἅπας ὁ βίος αὐτῷ καὶ ἐξ ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἐν ᾗ τὰς εὐλογίας μέλλων λαμβάνειν, παραποτεθνήκει τῷ δέει, διὰ συμφορῶν ἐπλέκετο καὶ ἐπιβουλῶν. τοσοῦτον γὰρ αὐτὸν δέος τότε κατεῖχεν, ὡς μηδὲ μετὰ τὴν συντυχίαν, καίτοι γε χρηστῶς καὶ φιλανθρώπως αὐτῷ χρησαμένου τοῦ ἀδελφοῦ θαρρῆσαι καὶ ἀποθέσθαι τὴν ἀγωνίαν. παρακαλοῦντος γοῦν ἐκείνου συναπελθεῖν, καθάπερ θηρίου τινὸς ἀπαλλάττεσθαι μέλλων, οὕτως ἠξίου καὶ ἐσοφίζετο τὴν ἀναχώρησιν λέγων· ὁ κύριός „ μου γινώσκεις ὅτι τὰ παιδία ἁπαλώτερα, καὶ τὰ πρόβατα καὶ αἱ „ βόες λοχεύονται ἐπ' ἐμέ· καὶ ἐὰν οὖν καταδιώξω αὐτὰ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ „ ἀποθανοῦνται πάντα τὰ κτήνη. προελθέτω ὁ κύριός μου ἔμπροσθεν „ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ, ἐγὼ δὲ ἐνισχύσω ἐν τῇ ὁδῷ, κατὰ σχολὴν τῆς πορεύ- „ σεως τῆς ἐναντίον μου, καὶ κατὰ πόδας τῶν παιδαρίων μου, ἕως τοῦ ἐλθεῖν „ με πρὸς τὸν κύριόν μου εἰς Σηείρ, καὶ ἀναπνεύσας μικρὸν ἀπὸ τῶν κιν- „ δύνων ἐκείνων εἰς ἕτερον πολλῷ χαλεπώτερον ἐνέπεσε φόβον.

Τῆς γὰρ θυγατρὸς ἁρπαγείσης, τὸ μὲν πρῶτον ἤλγει τῇ ὕβρει τῆς παιδός· ὡς δὲ παρεμυθεῖτο τὸ γεγονὸς τοῦ βασιλέως ὁ υἱὸς νόμῳ γάμου λήψεσθαι γυναῖκα αὐτὴν ὑπισχνούμενος, καὶ ἐπῄνεσε τὴν γνώμην ὁ Ἰακώβ· συνέχεαν τὰς συνθήκας οἱ περὶ τὸν Λευΐ, καὶ τὴν πόλιν αὔτανδρον ἀνελόντες εἰς τοσοῦτον τὸν γεγεννηκότα κατέστησαν τρόμον, ὡς καὶ μετοικῆσαι ἐκεῖθεν αὐτὸν διὰ τὸ πάντας ἐκπολεμωθῆναι πρὸς αὐτόν. εἶπε γάρ, φησιν, ὁ Ἰακὼβ τῷ Συμεὼν καὶ τῷ Λευΐ· „ μισητόν με πεποιήκατε, ὥστε πονηρόν με εἶναι πᾶσι τοῖς κατοικοῦσι „ τὴν γῆν, ἔν τε τοῖς Χαναναίοις καὶ τοῖς Φερεζαίοις, ἐγὼ δὲ ὀλιγοστός „ εἰμι ἐν ἀριθμῷ, καὶ συναχθέντες ἐπ' ἐμὲ συγκόψουσί με καὶ ἐκτρι- „ βήσομαι ἐγώ, καὶ ὁ οἶκός μου· καὶ γὰρ ἂν πάντας αὐτοὺς κατέσφαξαν „ ἄρδην οἱ περίοικοι, εἰ μὴ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία κατέσχεν ἐκείνων τὸν θυμόν, καὶ πέρας ἐκείνοις ἐπέθηκε τοῖς κακοῖς· ἐγένετο γάρ, „ φησι, φόβος Θεοῦ ἐπὶ τὰς πόλεις τὰς περικύκλῳ αὐτῶν, καὶ οὐ κα- „ τεδίωξαν ὀπίσω τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. τί οὖν μετὰ τὴν τούτων ἀπαλλαγήν; „ ἆρα ἀνέπνευσε; τότε μὲν οὖν αὐτῷ τῶν κακῶν ἐπῆλθεν ὁ κολοφών, ὁ τῆς ἐρωμένης θάνατος, ἄωρός τε ὁμοῦ καὶ βίαιος ὤν. ἔτεκε γάρ φησι Ρα- „ χὴλ, καὶ ἐδυστόκησεν ἐν τῷ τοκετῷ. ἐγένετο δὲ ἐν τῷ σκληρῶς αὐ- „ τὴν τίκτειν, εἶπεν αὐτῇ ἡ μαῖα, θάρσει· καὶ γὰρ οὗτός ἐστί σοι υἱός. ἐγέ- „ νετο δὲ ἐν τῷ ἀφιέναι τὴν ψυχήν, [ἀπέθνησκε γάρ,] ἐκάλεσε τὸ „ ὄνομα αὐτοῦ υἱὸς ὀδύνης μου· καὶ τοῦ πένθους ἀκμάζοντος ἔτι, προσέθη- „ κε τῇ ἀθυμίᾳ ὁ Ρουβὴν εἰς τὴν τοῦ πατρὸς εὐνὴν ὑβρίσας, ὅπερ οὕτως ἔφερε χαλεπῶς, ὡς καὶ τελευτῶν ἐπαράσασθαι τῷ παιδί, ὅτε μάλιστα συμπαθέστερον ἔχουσι πρὸς τὰ ἔκγονα οἱ γονεῖς, καὶ ταῦτα πρωτοτόκῳ πάντων ὄντι τῶν ἄλλων οὐ μικρὸν δὲ τοῦτο πρὸς φιλοστοργίας δύναται λόγον. ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ταῦτα ἡ τῆς ἀθυμίας παρῶσατο βία, καὶ καλέσας αὐτὸν ἔλεγε· Ρουβὴν πρωτότοκός μου, ἰσχύς μου, καὶ ἀρχὴ „ τέκνων μου· σκληρὸς φέρεσθαι, καὶ σκληρὸς αὐθάδης. ἐξύβρισας, „ ὡς ὕδωρ μὴ ἐκζέσῃς. ἀνέβης γὰρ ἐπὶ τὴν κοίτην τοῦ πατρός σου, τότε „ ἐμίανας τὴν στρωμνήν, οὗ ἀνέβης. ὡς δὲ ἐν ἡλικίᾳ γέγονεν ὁ τῆς ἀγαπω- „ μένης γυναικὸς υἱός, καὶ παραμυθίαν αὐτὸν ἕξειν προσεδόκησε τῆς ἐπ' ἐκείνῃ λύπης, τότε αὐτῷ πολύτροποι διὰ τοῦτο κατεσκευάζοντο συμφοραί· οἱ γὰρ ἀδελφοὶ τὸν χιτωνίσκον τὸν ἐκείνου βάψαντες ἐν αἵματι καὶ ἐπιδείξαντες τῷ πατρί, ποικίλον αὐτῷ τὸ πένθος εἰργάσαντο. οὐ γὰρ τὴν τελευτὴν ἐπένθει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν τρόπον τῆς τελευτῆς, καὶ πολλὰ ἦν τὰ συγχέοντα αὐτοῦ τὴν ψυχήν· ὅτι ὁ τῆς φιλουμένης υἱός, ὅτι ὁ τῶν ἄλλων ἁπάντων βελτίων, ὅτι ὁ μάλιστα ἀγαπώμενος, ὅτι ἐν αὐτῷ τῷ τῆς ἡλικίας ἄνθει, ὅτι παρ' αὐτοῦ πεμφθείς, ὅτι μηδὲ ἐπὶ τῆς οἰκίας, μηδὲ ἐπὶ τῆς κλίνης, μηδὲ παρεστῶτος τοῦ πατρός, μηδὲ εἰπών τι καὶ ἀκούσας, ὅτι μὴ τῷ κοινῷ πάντων θανάτῳ, ὅτι ζῶν ὑπὸ τῆς τῶν θηρίων ὠμότητος ἐσπαράττετο, ὅτι μηδὲ τὰ λείψανα συναγαγεῖν ηὕρισκεν καὶ παραδοῦναι τῇ γῇ, ὅτι οὐδὲ ἐν νεότητι ταῦτα ὑπέμεινεν, ὅτε ἐνεγκεῖν δυνατὸν ἦν, ἀλλ' ἐν ἐσχάτῳ γήρᾳ. καὶ ἦν θέαμα πάντων ἐλεεινότερον ἰδεῖν, πολιὰν αἰσχυνομένην κόνει, καὶ στῆθος γηραλέον διαρρηγνυμένου τοῦ χιτῶνος γυμνούμενον, καὶ θρήνους παρακλήσεως μείζονας· διέρρηξε γάρ, φησιν, Ἰακὼβ τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, καὶ περιέθετο „ σάκκον ἐπὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ, καὶ ἐπένθει τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἡμέρας πολλάς. „ συνήχθησαν δὲ πάντες οἱ υἱοὶ αὐτοῦ καὶ αἱ θυγατέρες, καὶ ἦλθον παρα- „ καλέσαι αὐτόν, καὶ οὐκ ἤθελε παρακληθῆναι λέγων, ὅτι καταβήσο- „ μαι πρὸς τὸν υἱόν μου πενθῶν εἰς ᾅδου. ὥσπερ δὲ δέον μηδέποτε καθαρεύειν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν ἀθυμίας, οὕτως ἀρξαμένης ταύτης θεραπεύεσθαι τῆς πληγῆς, λιμὸς ἐπελθὼν καὶ τὴν γῆν ἅπασαν κατασχὼν ἐλύπει μὲν αὐτὸν σφόδρα τὸ πρότερον· ὡς δὲ ἀνελθόντες ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου οἱ υἱοὶ παραμυθίαν ἐκομίσαντο τοῦ κακοῦ, ἑτέραν λύπην ταύτῃ ἀναμίξαντες ἤγαγον, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς τοῦ λιμοῦ λύσεως ἡδονήν, συνέχεεν ἡ τοῦ παιδὸς ἀποδημία· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸν Βενιαμὶν ἀπῄτουν αὐτόν, ὃν μόνον εἶχε παραψυχὴν καὶ τῆς ἀπελθούσης γυναικός, καὶ τοῦ θηριοβρώτου παιδός.

οὐ ταῦτα δὲ μόνον αὐτὸν ἀντέχεσθαι ἐποίει τοῦ Βενιαμίν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ἡλικίας, καὶ τὰ τῆς ἀνατροφῆς. οὐ καταβήσεται γάρ, φησιν, ὁ υἱός μου μεθ' ὑμῶν, ὅτι ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀπέθανε, καὶ αὐτὸς μόνος καταλέλειπται, καὶ συμβήσεται αὐτῷ μαλακισθῆναι ἐν τῇ ὁδῷ, ἐν ᾗ ἂν πορεύησθε, καὶ κατάξετέ μου τὸ γῆρας μετὰ λύπης εἰς ᾅδου. τὸ μὲν οὖν πρῶτον διὰ ταῦτα πάντα παρῃτεῖτο, καὶ οὐκ ἔφασκε δώσειν αὐτόν· ἐπειδὴ δὲ σφοδρὸς ἐπέπεσεν ὁ λιμός, καὶ μείζονος τῆς ἀνάγκης ᾔσθετο, καίτοι σφόδρα ἀποδυρόμενος. τί γάρ με ἐκακοποιήσατε, φησιν, ἀπαγγείλαντες τῷ ἀνθρώπῳ εἰ ἔστιν ὑμῖν ἀδελφός; καὶ τὸ πάντων ὀδυνηρότερον ὑπέμενε τὰ ἐλεεινὰ ῥήματα φθεγγόμενος ὁ Ἰακώβ, Ἰωσὴφ φησιν οὐκ ἔστι· Συμεὼν οὐκ ἔστι, καὶ τὸν Βενιαμὶν λήψεσθε; ἐπ' ἐμὲ ἐγένετο ταῦτα πάντα· καὶ ὀδυρόμενος ὅτι μετὰ τὸν Ἰωσὴφ καὶ τὸν Συμεῶνα ἐπεχείρουν καὶ τὸν Βενιαμὶν ἀποσπάσαι αὐτοῦ, καὶ ἐνδεικνύμενος, ὅτι πάντα πείσεται μᾶλλον, ἢ ἀφέξεται τοῦ παιδός, νικηθεὶς ὕστερον αὐτός, αὐτὸν ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν ἐξεδίδου λέγων· καὶ τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν λάβετε, καὶ ἀναστάντες κατάβητε πρὸς τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ Θεός μου δῴη ὑμῖν χάριν ἐναντίον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἀποστείλαι τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν τὸν ἕνα, καὶ τὸν Βενιαμίν· ἐγὼ μὲν γὰρ καθάπερ ἠτέκνωμαι, ἠτέκνωμαι. οὕτω σφόδρα τοῖς πολλοῖς ἐκρατήθη κακοῖς, ὡς καὶ τῶν σπλάγχνων σπαραττομένων, καὶ μετὰ μικρὸν ἐλαττουμένων αὐτῷ τῶν παίδων, ἅπαντα ὑπομένειν τῇ τῶν μειζόνων ὑπερβολῇ· καὶ γὰρ μείζων αὐτὸν ἀθυμία κατεῖχεν ὑπὲρ τούτων τῆς ὑπὲρ τοῦ Ἰωσήφ. ἡ μὲν γὰρ οὐκ ἔχουσα προσδοκίαν διορθώσεως συμφορά, εἰ καὶ σφοδρὰς φέρει τὰς ἀθυμίας ἡμῖν, ἀλλ' ὅμως ταχέως αὐτὰς ἐξωθεῖ, εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλοῦσα τὸν λογισμόν· ἡ δὲ ἔτι μετέωρος οὖσα οὐκ ἀφίησιν ἀναπαύσασθαι τὴν ψυχήν· τῇ τῶν μελλόντων ἀδηλίᾳ ἐπιτείνουσα ἀεὶ καὶ ἀνανεοῦσα τὴν ἀγωνίαν ἡμῖν. καὶ τοῦτο ἄν τις μάθοι καλῶς ἀπὸ τοῦ μακαρίου Δαβίδ, ὃς ἔτι ζῶντος μὲν ἐθρήνει τοῦ παιδός, τελευτήσαντος δὲ ἀνῆκε τοῦ πένθους ἑαυτόν. ἀπορούντων δὲ ὑπὲρ τούτων τῶν παίδων, καὶ τὴν αἰτίαν ἐρωτώντων αὐτόν, τοῦτον εἶπε τὸν λογισμόν, ὅνπερ ἐγὼ νῦν. εἰκότως οὖν κἀκεῖνος ὑπὲρ τούτων ἐδεδοίκει μᾶλλον, καὶ ἔτρεμεν· ἀλλ' ἡ ποθεινὴ θέα καὶ τὸ τὸν Ἰωσὴφ ἰδεῖν, εὐθυμίαν αὐτῷ παρέχειν ὕστερον. καὶ τί τὸ κέρδος; καθάπερ γὰρ τὰ σφοδρῶς καταφλεχθέντα μέλη πυρί, κἂν μυριάκις καταψύχῃ τις, οὐδὲν ὀνίνησιν· οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν κατώδυνον γενομένην ἐκείνῳ καὶ τῇ τῆς ἀθυμίας σφοδρᾷ κατακαυθεῖσαν φλογί, οὐδὲν ἦν ἀνακτήσασθαι ἱκανόν, καὶ μάλιστα ὅτε οὐδὲ τὴν αἴσθησιν εἰκὸς εἶναι ἐρρωμένην· ὅπερ καὶ ὁ Βερζελλὶ παραιτούμενος τὸν Δαβίδ, ἔλεγε· πόσαι αἱ ἡμέραι ἐτῶν ζωῆς μου ἔσονταί μοι ἐκεῖ, ἵνα ἀναβῶ μετὰ τοῦ βασιλέως εἰς Ἱερουσαλήμ; υἱὸς ὀγδοήκοντα ἐτῶν εἰμι σήμερον· εἰ γνώσομαι ἀναμέσον ἀγαθοῦ, ἢ ἀναμέσον κακοῦ, εἰ γεύσεται ὁ δοῦλός σου ὅσα ἂν ἐσθίῃ, ἢ ὅσα ἂν πίνῃ, ἢ ἀκούσομαι φωνὴν ᾀδόντων ἢ ᾀδουσῶν; καὶ ἵνα τί γίνεται ὁ δοῦλός σου φορτίον ἐπὶ τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα; ἀλλὰ τί χρὴ ἀφ' ἑτέρων ταῦτα στοχάζεσθαι, αὐτοῦ παρόντος ἀκοῦσαι τοῦ πεπονθότος. μετὰ γὰρ τὸ τὸν υἱὸν ἰδεῖν, φησιν, ἐρωτώμενος ὑπὸ τοῦ Φαραὼ περὶ τῆς ζωῆς αὐτοῦ· μικραί, φησι, καὶ πονηραὶ αἱ ἡμέραι μου, καὶ οὐκ ἀφίκοντο εἰς τὰς ἡμέρας τῶν πατέρων μου· οὕτως ἐνακμάζουσαν αὐτοῦ τῇ ψυχῇ τὴν μνήμην τῶν γεγενημένων εἶχε διαπαντός.

Ἀλλ' ὁ λαμπρὸς καὶ ἐπίδοξος οὗτος υἱὸς Ἰωσὴφ τίνα οὐκ ἀπέκρυψε ταῖς συμφοραῖς; ὁ μὲν γὰρ πατὴρ ὁ τούτου ἕνα μόνον εἶχεν ἀδελφὸν ἐπιβουλεύοντα, οὗτος δὲ πολλῷ πλείους· καὶ ὁ μὲν τὴν πρώτην ἡλικίαν ἅπασαν ἐν ἀφθονίᾳ ἐτρέφετο καὶ ἀνέσει πολλῇ, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας καὶ ἔτι παιδίον ὤν, τὰς τῆς ὁδοιπορίας φέρειν ἠναγκάζετο ταλαιπωρίας. καὶ τῷ μὲν Ἰακὼβ παρῆν ἡ μήτηρ ἐπικουφίζουσα τὴν ἐπιβουλήν· οὗτος δὲ ἔτι νέος ὤν, καὶ ὅτε μάλιστα ἐχρῇζε τῆς μητρός, τότε ἐν ἐρημίᾳ τῆς βοηθείας ταύτης καθίστατο. πρὸς τούτοις ὁ μὲν Ἠσαῦ μέχρις ἀπειλῆς μόνης ἐλύπησε τὸν Ἰακώβ. οὗτοι δὲ καὶ εἰς ἔργον ἐξήγαγον τὴν ἐπιβουλήν, καὶ πρὸ τῆς ἐπιβουλῆς φθονοῦντες, καὶ διαβάλλοντες αὐτὸν διετέλουν. οὗ τί γένοιτ' ἂν χαλεπώτερον, τοὺς συνοικοῦντας πολεμίους ἔχειν ἀεί; καὶ γὰρ ψόγον κατήνεγκαν κατ' αὐτοῦ πονηρόν, καὶ ἰδόντες ὅτι αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ φιλεῖ ὑπὲρ τοὺς ἄλλους υἱοὺς αὐτοῦ, ἐμίσησαν αὐτόν, καὶ οὐκ ἠδύναντο αὐτῷ λαλεῖν οὐδὲν εἰρηνικόν. οὔτε γὰρ τὸ ὑπὸ τοῖς ἐμπόροις γενέσθαι, οὔτε τὸ ὑπὸ τῷ σπάδοντι, τοσοῦτον εἶναι φαίην ἂν κακόν. πολλῷ γὰρ αὐτῷ φιλανθρωπότερον ἐχρήσαντο οὗτοι τῶν ἀδελφῶν· ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἡμερώτερος γέγονε τῶν συμφορῶν ὁ χειμών· σφοδροτέρα γὰρ ἐμπεσοῦσα καταιγὶς πάλιν αὐτὸν κατέδυσε. καὶ τάχα με τις οἴεται τὴν ἐπιβουλὴν τῆς δεσποίνης ἐρεῖν· ἐγὼ δὲ παρὰ ταύτης χαλεπωτέραν ἐρῶ. δεινὸν μὲν γὰρ ἀληθῶς δεινόν, καὶ τὸ συκοφαντηθῆναι ἐπὶ τοιούτοις, καὶ τὸ κατακριθῆναι, καὶ τὸ δεσμωτήριον οἰκῆσαι χρόνον οὕτω μακρόν, παῖδα ἐλεύθερον, καὶ εὐγενῆ, καὶ ταύτης ἄπειρον τῆς ἀνάγκης, πολλῷ δὲ τούτων βαρύτερον, τὸν ἀπὸ τῆς ἡλικίας [οἶμαι] χειμῶνα γεγενῆσθαι αὐτῷ.

A Erat autem non ea ſola cauſa detinendi Benjamin ſecum; verum ætas quoque ipſa, & educationis ratio. *Non deſcendet enim*, inquit, *filius meus vobiſcum, quoniam frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus derelictus eſt, contingetque illum laſſeſcere & deficere in via, qua vos pergitis, deducetisque canos meos cum dolore ad inferos.* Primum igitur omnino renuebat, illum nunquam ſe daturum aſſerens: cum verò vehementiſſima vis famis urgeret, graviorique neceſſitate tangeretur, quanquam B nimium mœrens: *Quid enim*, inquit, *me afflixiſtis, nunciantes homini, quod eſſet vobis frater?* verbaque illa miſeranda locutus: *Joſeph*, inquiens, *non eſt, Symeon non eſt, & Benjamin hunc aſſumetis? in me venerunt iſta omnia*: dolens ſcilicet quod poſt Joſeph & Symeon, etiam Benjamin à ſe niterentur avellere; oſtendenſque omnia ſe potius paſſurum, quam dimiſſurum à ſe filium: victus tandem ſuis eum manibus tradidit dicens: *Et fratrem veſtrum aſſumite, ſurgen*- C *teſque deſcendite ad virum. Deus autem meus det vobis gratiam in conſpectu viri, emittatque vobiſcum fratrem veſtrum unum & Benjamin. Ego enim ſicut liberis orbatus ſum, liberis orbatus ſum.* Ita vehementer ſummis illis angebatur incommodis, ut viſceribus etiam diſcerptis, paulatimque imminutis filiis, univerſa deteriorum metu toleraret. Majore enim ex hujuſmodi adverſis dolore angebatur, quàm ante ex Joſeph. Quippe ea clades, quæ meliorem ſpe & exſpectatio- D ne caret, ſi vehementiore dolore nos cruciat, ille tamen ipſe dolor protinus lenitur: dum animo deſperatio hujuſce cladis corrigendæ ſemper ingeritur: quæ vero ſuſpenſa eſt, hactenus animum requieſcere non finit, futurorum incertitudine anxietatem jugiter nobis augens & renovans: idque ex beato David facile animadvertere poſſumus, qui cum adhuc vivente plangeret filio, eo ipſo mortuo, ſe a fletu continuit: quod cum ſervi illius mirarentur, cauſamque requirerent, hanc E ipſam rationem allegavit, quam ego modò. Merito igitur Jacob in his caſibus metuebat magis atque tremebat. Sed aſpectus ille deſiderabilis, ac Joſeph facies voluptatem illi & quietem poſtmodum præbuit. Et quid inde voluptatis conſecutus eſt? Sicut enim vehementiſſime igni aduſta membra quatumlibet quis refrigerare moliatur, nihil proficit: ita & illius mœſtum animum nimiique doloris flammis aduſtum, nihil erat quod recreare ac fovere poſſet, maximè cum ea æta- A te nullus ferè ſit voluptatis ſenſus: quod Berzelli excuſans, dicebat ad David: *Quot dies annorum vitæ meæ illic erunt mihi, ut aſcendam cum rege in Hieruſalem? Filius octoginta annorum ſum hodie, num diſcernam inter bonum & inter malum? Num guſtabit ſervus tuus quæcunque comederit aut biberit? Num audiet ſervus tuus cantantium virorum aut mulierum voces? Et quare ſervus tuus gravis ſit domino meo regi?* Verùm B quid hoc ex aliis conjicimus, cùm liceat ipſum audire de ſe profitentem? Poſtea enim quàm filium viderat, à Pharaone de vitæ ſuæ annis interrogatus: *Parvi ſunt*, inquit, *& mali dies mei, & non pervenerunt ad dies patrum meorum*: adeo vivacem rerum geſtarum memoriam ſecum ſemper gerebat.

Gen. 42. 38.

Geneſ. 43. 6.

Geneſ. 42. 36.

Gen. 43. 13.

2. Reg. 19. 32.

2. Reg. 19. 35.

Gen. 47. 9.

CAP. XIII.

Sed enim filius iſte chariſſimus & glorioſiſſimus Joſeph, cujus clades non ſuarum magnitudine calamitatum operuit? Nempe enim pater ejus unum tantummodo inſidiatorem paſ- C ſus eſt, hic autem multo plures: atque ille quidem priorem omnem ætatem in ſumma rerum copia & requie nutritus eſt: hic in alienam puer adductus regionem, itineris ærumnas perferre cogebatur. Ac Jacobo quidem aderat mater, inſidias leniens: hic adoleſcentulus quando illi matre opus erat tunc maximè iſto adjutorio deſertus & deſtitutus eſt. Ad hæc Eſau quidem uſque ad comminationem tantum Jacobum perterruit: at verò Joſephi fratres inſidias in aper- D tum opus perduxerunt, atque ante inſidias invidia commoti detrahere illi nunquam deſtiterunt. Porrò quid acerbius eſſe poſſit, quam eos, quibuſcum jugiter inhabitas, inimicos pati? Detulerunt enim illum crimine malo, & videntes, quod à patre cæteris liberis ſuis plus diligeretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Neque enim ego, quod ſub negotiatorum regiique ſervi manu fuit, tam grave illi fuiſſe dixerim, quam quod in illorum impias incidit manus. E Multò enim illi clementius illo uſi ſunt, quam fratres. Attamen ne ſic quidem quievit calamitatum ſæva hyems, quippe vehementior procella irruens ipſum rurſus ferè demerſit. Fortaſſe me quiſpiam hoc in loco inſidias dominæ dicturum exiſtimet: ego veroante eam quoque tempeſtatem aliam ſæviorem dicam. Grave quidem, revera grave atque intolerabile, calumnias hujuſmodi criminum pati damnarique, & carcerem tam prolixo tempore incolere puerum liberum, nobilem, ejuſque neceſſitatis hactenus ignarum; ſed ſanè gravius his omnibus, ac difficilius illi viſum puto, fluctus ætatis compeſcuiſſe.

Joſephi exemplo nunc utitur.

Si enim nulla flagranti concupiſcentia turbatus, illius amores blanditiaſque reſpuiſſet, non mihi ita laudandus atque admirandus videretur, Chriſti ſcilicet ſententiam tuenti. *Neque enim ille eos, qui natura ſunt eunuchi; ſed qui ſeipſos abſciderunt, dignos regno cœlorum dixit.* Sin vero ſecus, quam ille victoriam retuliſſet adverſus quem dimicans palmam reportaret? quónam hoſte ſuperato buccinaretur, ſi nullus eſſet, qui obluctaretur, eumque ſumma vi niteretur dejicere? Neque enim eos, qui à domitorum animantium coitu abſtinuerunt, caſtitatis ratione prædicamus, quod naturæ inſita non ſit hujuſmodi concupiſcentia. Si igitur beato illi adoleſcenti ejuſmodi ignis nihil moleſtus fuit, quid eſt quod illius caſtitatem ita admiramur? Quod ſi eo tempore, quo vehementiùs hujuſmodi flamma ſuccenditur (agebat quippe jam fermè vigeſimum ætatis annum) & cum nullis admotis aliis fomentis incendii, intolerabilis per ſe eſt iſta vis, tunc maximè impudica mulier caſtiſſimo adoleſcenti inſidiata eſt, tantum huic flammæ vitium ex ſuis illecebris & ornamentis adjiciens, quantum illi erat per naturam: quis jam tum illius fluctus, tumultus & anxietatem enarrare ſufficiat; cùm intrinſecus quidem & natura illum & ætas perturbarent, artſque & decor Ægyptiæ extrinſecus pellicerent, iſtudque non uno die, vel duobus; ſed plurimo tempore perferret? Equidem reor ipſum tunc non ſibi tantum timuiſſe; ſed illi etiam indoluiſſe, quod ad tantum præcipitium tanto ſtudio pervenire curaret feſtinaretque. Atque illud ex verbis quæ mulieri plena gravitatis & modeſtiæ reſpondit, nobis conſtare poterit. Etenim licebat illi profecto jure ſuo ſi voluiſſet, & contumelioſius & audacius ad illam loqui? ſi quidem illa per nimiam amoris vim facilè cuncta toleraſſet: verùm nihil hujuſmodi locutus eſt, aut cogitavit; ſed piis religioſiſque cogitationibus admotis ea ſolummodo locutus eſt, per quæ putabat à ſcelere illam poſſe revocari, nihilque amplius

Geneſ. 39. 8. adjecit. *Ecce enim*, inquit, *dominus meus, propter me nihil ſcit eorum quæ ſunt in domo ſua: & omnia quæ ſua ſunt dedit in manu mea, nihilque in domo ſua plus habet quam ego: neque aliquid quod non dederit in poteſtate mea, præter te, eo quod uxor illius ſis: & quomodo faciam hoc verbum malum, ut peccem coram Deo?* Et tamen poſt tantam modeſtiam, tantaque caſtitatis indicia, falſi criminis calumniam ſubivit, Deuſque iſtud fieri permiſit. Vinctus eſt, nec ſic prodidit inſidias, injuſtamque mulieris calumniam coarguit. Studebat enim copioſiora præmia, coronaſque clariores præparare, atque ideo ipſis quoque ſervis regiis dimiſſis ipſe incluſus perſeverabat. Tu, nolo, mihi cuſtodis clementiam objicias; verum ipſius verba diligentiùs examines, inſpicies profecto ſummum animi dolorem. Nam

Geneſ. 40. 14. cum ſomnium interpretatus eſſet regio pincernæ, dixit: *Sed memento mei per temetipſum, cum tibi bene fuerit, facieſque ſuper me miſericordiam, & ſuggeres Pharaoni de me, & educes me de carcere iſto, quia furto ſublatus ſum de terra Hebræorum: & hic non feci quicquam; ſed innocentem injecerunt me in domum lacus hujus.* Etſi enim clauſtra carceris facilè ferebat, cum eis hominibus vivere, puta ſepulchrorum violatoribus, furibus, parricidis, adulteris, homicidis, & reliquis ejus generis hominibus (hi enim atque hujuſmodi plenum erat illud habitaculum) gravius illi ac moleſtius erat. Neque id ſolùm; ſed quod plurimos intueretur fruſtrà & inaniter illic macerari & confici. Sed tamen id quod tute modò quereris, ſervus quidem vinculis eripiebatur, liber autem in ærumnis perſiſtebat. Quòd ſi quis regni mentionem faciat, hic mihi rurſus curarum examen, vigiliarum & mille negociorum difficultates velim in medium adducat. Quæ omnia his, qui quietam curiſque vacuam vitam diligunt, non nimium jucunda, aut grata ſunt. Præterea ſanctis illis quidem, ſi quid lætum contingebat, mirum profectò non erat, cum nec dum cœleſte regnum plenum & apertum eſſet, futurorumque bonorum manifeſta promiſſio: hic verò quando tanta bonorum cum copia proponitur, reſque cunctis manifeſta eſt, audebitne obſecro jam quiſpiam dolere, ſi in præſenti vita jucundis nullis perfruatur: aut prorſus in hac vita dulce aliquid exiſtimabit, qui præmia futura noverit? Et quid hoc animo dici abjectius poteſt, ſi ſperans & expectans paulò poſt in cœlum ſe migraturum, hujus mundi requiem inquirat ac tran-

Eccl. 1, 2. quillitatem umbra nulla meliorem? *Vanitas enim vanitatum*, inquit, *& omnia vanitas.* Quod ſi is, qui præſentis vitæ voluptates præ cæteris hominibus fuerat expertus, hanc adverſus illas ſententiam tulit: multò magis nos ita affici & ſentire convenit, quibus nihil commune cum terra, quibuſque in ſupernâ inſcribi civitate feſtinare, totumque illuc animum transferre juſſum atque imperatum eſt.

Iosua succeſſor Moſis & ipſe afflictus.

Ioſue 7, 7.

CAP. VI.

Quocirca, ſi videtur, Heli omittamus, quippe & is per filiorum vitia, imo verò per ſuam negligentiam offendit Deum. Neque enim ideo quod malos haberet filios puniebatur: ſed quia ultra debitum increpationi pepercerat: & cum Dei leges violarentur, ſeverius in illos ultus non eſt. Cujus rei & ipſe ſibi conſcius post ingentes illas & terribiles minas ajebat: *Dominus ipſe, quod bonum eſt in oculis, faciet.* Eo itaque omiſſo, ad Samuelem veniamus. Is à puero nutritus in templo, Deo ſemper charus & gratiſſimus fuit, tantaque virtutis indicia à prima ſtatim ætate prætulit, ut antequam ad viriles annos evaderet, inter mirabiles Prophetas inſcriberetur: idque cum ea res tunc defeciſſe omnino videretur. *Non enim erat*, inquit, *viſio diſcernens, eratque verbum precioſum.* Hic ergo Samuel, qui poſt multas matris lacrymas conceptus fuerat primum quidem cum intueretur magiſtrum in mortem illam miſerabilem devectum, ita confuſus atque turbatus eſt, ut decebat gratum amabilemque diſcipulum. Interea & Judaicas calamitates flere cogebatur. Porrò filii ipſius, cùm iniqui & mali eſſent, atque ad culmen iniquitatis perveniſſet & hoc ipſo mœrore illū incredibili afficiebāt, & ſibi præſtiti honoris hæredes eſſe non poterant. Succeſſit huic mœrori, imò verò non ſucceſſit; (quo enim pacto cùm prior nondum quieviſſet?) ſed adjectus eſt alius, Iſraelitarum ſcilicet injuſtiſſima petitio. Qua in re ita concidit, ut ingenti conſolatione indigeret: audi deniq; quid illi dixerit Deus: *Nō te ſpreverunt; ſed me.* Poſt hæc tamen iſte parcebat illis, & ita miſerabatur, ut diceret: *Mihi autem abſit ut peccem, & deſiſtā pro vobis orare.* Iſtos igitur ita dilectos à ſe cum opprimi conſpiceret, atq; in bellis ſuperari, Deumq; contra ſe provocare: quā ſentire voluptatem poterat? quidnā temporis abſq; mœrore & lachrymis vivere? Cū verò Saul conſtituiſſet regem, alterni ipſi perpetuiq; gemitus adjiciebātur. Namq; cū ſacrificiū ille præter Dei voluntatem obtulit. & cū ſuperatis Amalecitis, illorū pepercit regi, idq; cōtra juſſionem Dei: ita animo perculſus eſt, ut ex eo jam non viderit virū,

1. Reg. 3. 18

Samuelis exemplo rem illuſtrat.

Ibid. v. 1.

1. Reg. 8, 7.

ſed uſque ad ultimum diem luxerit, & lachrymatus ſit, quando etiam ob doloris vehementiam à Deo increpatus eſt. 1.Reg.16,1. *Quouſque enim,* inquit, *tu luges Saul, & ego repuli illum.* Si autem his ita contingentibus lugebat, quo animo tunc fuiſſe exiſtimandus eſt, cũ tot ſacerdotes fruſtra & ſine cauſa interfecit? quando eum qui ſe multis beneficiis nulliſque injuriis affecerat, ſecundo ut interficeret profectus eſt? quando nudum illum prophetantem, ac decidentem vidit, cùm audivit David in familiari congreſſu multa contra illum conquerentem?

CAP. VII. David etiam fuit afflictus.

Poſtquam verò de David mentionem feci, neſcio quid agam, lamentáne illius longa & aſſidua quæ in Pſalmis ſcripta ſunt, in medium adducam: an iſta tibi in otio recenſenda permittens, ipſius potius calamitates explicem? Is igitur plurima quidem cùm greges paſceret adverſa perpeſſus, adverſus aëris intemperiem, & belluarum feritatem reluctatus eſt. Quorum alterum ex his, quæ Jacob contigerunt, alterum ex his quæ ad Saul de leone & urſo locutus eſt, poſſumus animadvertere. Poſtea vero quam omiſſa vita illa paſtorali belli negocia intempeſtivus miles arripuit, omitto fratrum invidiam, etſi moleſtiſſima ea res fuit, cum clariſſimam illam admirabilemque victoriam adeptus eſſet, vehementiorem dejecto Goliath invenit inimicum Saul, eum ſcilicet, quem minimè debuerat, cum à ſe beneficiis omnibus affectus eſſet. Neq; enim palã adverſus eum præliabatur; ſed amantium ſibi perſonã aſſumens, ipſiuſq; honori & dignitati proſpicere ſe velle ſimulãs, ita adverſus illũ immaniora inimicis omnibus 1.Reg. 24. moliebatur. Porro quam grave, quàmq; moleſtum ſit pro bonis mala recipere, audire licet beatum Prophetam lamentantem jugiter, & ægrè ferentem ac dicentem: *Si redduntur mihi mala pro bonis.* Illud erat moleſtiſſimum, illud erat lachrymis & lamentatione digniſſimũ, quod dux exercitus ſuſpectum ſe cerneret regi, cùm ſe ille minimè lætis oculis intueretur. Quid autem timoris, quid ſollicitudinis, quid angoris ea res habeat, documento nobis ſunt ſervi noſtri: quos ſi modice ſuſpectos habemus, ferre æquanimiter non poſſunt: longè ergo id magis paſſus eſt fideliſſimus dux ſuſpectus regi. Cum verò inſidiæ propterea contra ſuſpecti caput adjectæ ſint, quid hac ejus gravius vita atque amarius dici poteſt? Ferebat tamen ille omnia & tolerabat, aderatq; illi jugiter, qui ſe petimere meditabatur, atq; illius bella ducis præſtantiſſimi fide & virtute bellabat. Poſtea verò quã inſidias regis declinans receſſit, atque à belli curis ſeipſũ removit, hoc ipſo quidem, quod ſe inſidiis ſubduxerat, apertaſq; inimicitias regis conſtituerat, habebat nonnihil aliud ratione fiduciæ; vetũ cũ adverſus tantas copias cũ quadringentis viris dimicare cogeretur, metu ampliore quàm prius tenebatur. Nã cui neq; urbes, neq; caſtella, neq; ſocii, neq; reditus inerant: conſidera quo animo erat, cum adverſus fretum his omnibus pugnare cogeretur, nec præter de- 1.Reg. 23. ſerta & ſpeluncas, quò confugeret, reperire poſſet. Nam cũ urbem Ceila nomine occupaſſet, ex ea protinus reſiliit, ſacerdotis reſponſis admonitus: quod ſi illic manere pergeret, Deus illum Saulis manibus haud quaquã eriperet. At vero ſacerdos ille ipſe erat, qui impias regis manus effugerat, & qui cladem luctuoſiſſimam, quæ in Nomba contigerat, annunciavit regi, quando in amariſſimã quoq; illã erupit vocem: *Ego enim ſum reus cunctarũ animarum domus patris tui.* Itaque cum illo jugiter congreſſus, nihil aliud erat quam luctus illius ac mœroris monimentum. 1.Reg 22. 22. Cum enim in illum intuebatur, ſemper verſabatur illi ante oculos necatio illa ſacerdotũ. Porrò ipſius necis memor, ac tam ſceleratæ cædis cauſam ſibi imputans, reis omnibus ac damnatis infelicius degebat. Etſi enim nihil aliud illum perturbaſſet, ſufficere id poterat ad vulnerandum ſuffocandumq; animum, quòd ſeipſum tot ſacerdotum peremptorem impium exiſtimaret.

CAP. VIII

Hac verò cogitatione ſaucius, quæ diu noctuq; pluſquã tinea ipſius corrodebat animum, & alia deinceps vulnera continua ac perpetua ſuſcipiebat: quippe cùm Nabal per ſervos ſuos eũ contumeliis afficeret, fugitivumq; ac refugũ atq; ingratum ſervum 1.Reg. 29, 1. appellaret, non ſine dolore verba tam injurioſa percepit. Et cùm ad Anchus profectus inſanũ ſe ſimulans concideret, verſaretque oculos, atque ſpumæ plurimum ex ore dimitteret, longè profectò amplius cruciabatur, quàm illi qui revera corripiuntur à dæmone, cum ſecum reputaret, in quã ille ſe neceſſitatem deduxiſſet, quem ſummis beneficiis foverat. Cùm verò paululũ apud hoſtes quieviſſet, eſſetq; in hoſtem illorũ deducendus exercitus, invidia commoti adverſus eũ ſatrapæ, atq; illi apud regem ſuũ detrahentes, ſuo illũ exercitu deturbãt, veluti inutilem ſibi, & inſidiatorem proditoremque futurũ. *Irati ſunt,* inquit, *adverſus illum ſatrapæ alienigenarũ dixeruntq; regi: Emitte virũ, & revertatur ad locũ, ubi tu illum ſtatuiſti, nec veniat nobiſcum ad bellum, & non ſit inſidiator in caſtris. In quo enim iſte reconciliabitur domino ſuo, niſi in capitibus virorum illorum?* Quibus ille verbis percuſſus, accepta ſumma contumelia receſſit mœrens, ac domum rediens, tanta mala, tot clades offendit, ut penè mœrore ſuffocaretur.

A ἀλλ' ἐξ ἐκείνου μέχρι τῆς ἐσχάτης ἡμέρας πενθεῖν καὶ δακρύειν αὐτόν, ὅτε καὶ ἐπετιμήθη διὰ τὸ τῆς ἀθυμίας σφοδρόν. ἕως πότε γάρ, φησι, σὺ πενθεῖς ἐπὶ Σαοὺλ, κἀγὼ ἀπῶσμαι αὐτόν; εἰ δὲ τούτων γεγενημένων ἐπένθει, τίς ἦν ἄρα, ὅτε τοὺς τοσούτους ἔσφαξεν ἱερέας ἐκεῖνος εἰκῇ καὶ μάτην; ὅτε τὸν εὐεργέτην καὶ οὐδὲν ἠδικηκότα, δεύτερον ἦλθεν ἀνελεῖν; ὅτε γυμνὸν αὐτὸν εἶδε προφητεύοντα καὶ καταπίπτοντα;

Ὅτι τοῦ Δαβὶδ ἤκουσε μυρία πρὸς αὐτὸν ἀποδυρομένου καὶ ἐν- B τυγχάνοντος; ἐπειδὴ δὲ τοῦ Δαβὶδ ἐμνήσθην, οὐκ οἶδα τί πράξω· πότερον τοὺς θρήνους αὐτοῦ τοὺς μακροὺς καὶ συνεχεῖς τοὺς ἐν τοῖς ψαλμοῖς ἀναγεγραμμένους εἰς μέσον ἀγάγω νῦν, ἢ τούτους ἀφεὶς, ἀναλέξασθαί σοι κατὰ σχολὴν, αὐτὸς τὰς ἐκείνου διέλθω συμφοράς; οὗτος τοίνυν ὁ Δαβὶδ πολλὰ μὲν ἐν τῷ ποιμαίνειν ὑπέμεινε δεινὰ, καὶ τῇ τῶν ἀέρων ἀνωμαλίαις, καὶ τῇ τῶν θηρίων ἀγριότητι μαχόμενος, καὶ τὸ μὲν ἐξ ὧν ὁ Ἰακὼβ ἔφησεν, ἔστιν ἰδεῖν, C τὸ δὲ ἐξ ὧν αὐτὸς πρὸς τὸν Σαοὺλ διελέγετο περὶ τοῦ λέοντος, καὶ τῆς ἄρκτου. ἐπειδὴ δὲ τὸν βίον ἀφεὶς ἐκεῖνον πρὸ ὥρας εἰς τὰ τοῦ πολέμου πράγματα ἐπήδησε, τὴν μὲν τῶν ἀδελφῶν βασκανίαν ἀφίημι, εἰ καὶ σφόδρα τοῦτό ἐστι φορτικόν· ἀλλ' ἐπειδὴ κατώρθωσε τὴν λαμπρὰν νίκην ἐκείνην, καὶ θαυμαστὴν μονομαχίαν ἀναδεξάμενος, εὗρε τοῦ καταβληθέντος Γολιὰθ σφοδρότερον ἐχθρὸν, τὸν εὐεργετηθέντα Σαούλ. οὐ γὰρ ἐκ τοῦ φανεροῦ πρὸς αὐτὸν παρετάττετο, ἀλλὰ τὸ τῶν φι- D λούντων προσωπεῖον ὑποδὺς, καὶ τιμῶντα καὶ κηδόμενον ὑποκρινόμενος, οὕτως αὐτοῦ διετίθει τὰ τῶν ἐχθρῶν. ὅπερ δὲ ὅσον ἐστὶ κακὸν ἀντὶ ἀγαθῶν ἀπολαμβάνειν κακὰ, ἄκουσον τοῦ μακαρίου προφήτου τοῦτο συνεχῶς θρηνοῦντος καὶ δυσαναχετοῦντος, καὶ λέγοντος, εἰ ἀνταποδίδοταί μοι κακὰ ἀντὶ ἀγαθῶν· μάλιστα μὲν οὖν καὶ μηδενὸς προσόντος δεινοῦ, τοῦτο καθ' ἑαυτὸ πολλῆς ἀθυμίας ἄξιον, δι' ὑποψίας εἶναι τὸν στρατηγὸν τῷ βασιλεῖ, καὶ ἀηδῶς ὁρᾶσθαι ὑπ' E αὐτοῦ. καὶ τί λέγω στρατηγὸν βασιλεῖ; κἂν γὰρ παρὰ τῶν οἰκετῶν ἡμεῖς τοῦτο πάθωμεν, δυσχεραίνομεν· ὅταν δὲ καὶ ἐπιβουλαὶ ῥάπτωνται κατὰ τῆς τοῦ μισοῦντος ζωῆς, τίς ἂν γένοιτο βίος τούτου πικρότερος; ἀλλ' ὅμως ἅπαντα ἔφερε, καὶ ἠνείχετο, καὶ συνῆν τῷ φονῶντι κατ' αὐτοῦ, καὶ ἐστρατήγει τοὺς ἐκείνου πολέμους. ἐπειδὴ δέ ποτε καὶ ἀπεδήμησε καὶ πόρρω τοῦ πολέμου κατέστησεν ἑαυτὸν, τοῦτο μὲν αὐτὸ τὸ πόρρω εἶναι, καὶ τὴν ἔχθραν ποιῆσαι φανερὰν, εἶχέ τι πλέον εἰς τὸ A θαρρεῖν λόγον· μετὰ δὲ τετρακοσίων ἀνδρῶν πρὸς τοσαύτην ἀναγκαζόμενος παρατάττεσθαι στρατιὰν ἔτρεμε πλέον ἢ πρότερον. ὁ γὰρ μήτε πόλιν, μήτε φρούριον, μήτε συμμάχους, μήτε προσόδους κεκτημένος, ἐννόησον τίς ἦν, πρὸς τὸν ταῦτα ἔχοντα πάντα ἀναγκαζόμενος πολεμεῖν· καὶ πλὴν τῆς ἐρήμου καὶ τῶν ἐκεῖ σπηλαίων, οὐδὲ ὅποι καταφύγοι δυνάμενος εὑρεῖν. καὶ γὰρ Κεΐλα πόλιν οὕτω καλουμένην λαβὼν, εὐθέως αὐτῆς ἀπεπήδησε τοῦ ἱερέως εἰπόντος, ὅτι οὐκ B αὐτὸν ὁ θεὸς ἐκεῖ μένοντα, τῶν τοῦ Σαοὺλ οὐχ ὑπεξαρπάσει χειρῶν. ὁ δὲ ἱερεὺς οὗτος ἐκεῖνος ἦν, ὁ τὰς τοῦ Σαοὺλ χεῖρας διαδρὰς, καὶ τὴν ἐν Νομβὰ γενομένην τραγῳδίαν ἀπαγγείλας τῷ βασιλεῖ, ὅτε καὶ τὴν πικρὰν ἐκείνην ἔρρηξε φωνήν· ἐγὼ γάρ, φησίν, εἰμι ὁ αἴτιος τῶν ψυχῶν ὅλου τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. ὥστε συνὼν αὐτῷ διαπαντὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τῆς ἀθυμίας ἐκείνης ὑπόμνησις ἦν. βλέπων γὰρ εἰς αὐτὸν, ἀεὶ τῆς ἀπωλείας ἐμέμνητο τῶν ἱερέων· μνημονεύων δὲ τῆς ἀπωλείας, C καὶ τῆς τοσαύτης σφαγῆς τὴν αἰτίαν ἀναθεὶς ἑαυτῷ, καταδίκου παντὸς ἀθλιώτερον ἔζη βίον. καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἕτερον τὸ ἐνοχλοῦν ἦν, ἱκανὸν τρῶσαι καὶ ψυχὴν ἀνελεῖν, τὸ ἱερέων σφαγέα λογίζεσθαι τοσούτων ἑαυτόν.

Πληγεὶς δὲ τούτῳ τῷ λογισμῷ, τῷ καὶ νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέρας σητὸς μᾶλλον αὐτοῦ διατρώγοντι τὴν ψυχὴν, καὶ ἄλλα ἐφεξῆς ἐδέχετο τραύματα συνεχῆ καὶ ἐπάλληλα· καὶ γὰρ ὅτε αὐτὸν ὁ Νάβαλ διὰ τῶν οἰκετῶν ὕβρισε, καὶ δραπέτην καὶ φυγάδα, καὶ ἀγνώμονα δοῦλον ἐκά- D λεσεν, οὐκ ἀναλγήτως τὰ ῥήματα ἤνεγκε, καὶ ὅτε πρὸς τὸν Ἀγχοῦς ἀπελθὼν, τοὺς μαινομένους ὑπεκρίνατο, καὶ κατέπιπτε, καὶ τὰ ὄμματα διαστρέφων καὶ πολὺν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἀφρὸν ἀφιεὶς, τῶν ἀληθῶς δαιμονώντων μᾶλλον ἐτήκετο, λογιζόμενος εἰς οἵαν κατέστησεν ἑαυτὸν ἀνάγκην ὁ τοσαῦτα εὐεργετηθείς. ἐπειδὴ δὲ μικρὸν ἀνέθη, παρὰ τοῖς πολεμίοις γινόμενος, ἔδει μὲν ἐπιστρατεύειν τοῖς ἐκείνων ἐχθροῖς· διαφθονούμενοι δὲ αὐτῷ οἱ σατράπαι, καὶ διαβαλεῖν πρὸς τὸν βασιλέα E βουλόμενοι, ἐξέπεμπον αὐτὸν τῆς στρατιᾶς ὡς ἄχρηστον αὐτοῖς καὶ ἐπίβουλον καὶ προδότην ἐσόμενον. ἐθυμώθησαν γάρ, φησιν, ἐπ' αὐτῷ οἱ σατράπαι τῶν ἀλλοφύλων, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἀπόστρεψον τὸν ἄνδρα, καὶ ἀποστραφήτω εἰς τὸν τόπον οὗ κατέστησας αὐτὸν ἐκεῖ, καὶ μὴ ἐρχέσθω μεθ' ἡμῶν εἰς πόλεμον, καὶ μὴ γινέσθω ἐπίβουλος τῇ παρεμβολῇ. καὶ ἐν τίνι διαλλαγήσεται οὗτος τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, ἢ οὐχὶ ἐν ταῖς κεφαλαῖς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων; ὁ δὲ τοῖς ῥήμασι τούτοις πληγεὶς, ἀνεχώρησε μετὰ πολλῆς τῆς ὕβρεως καὶ τῆς ἀθυμίας. ἐλθὼν δὲ οἴκοι τοσαῦτα εὗρε κακὰ, ὡς μικροῦ δεῖν καὶ ἀποπνιγῆναι τῇ λύπῃ.

τὰ γὰρ

τὰ γὰρ τότε συμβεβηκότα δεινὰ, ἦν μὲν ἱκανὰ καὶ προμελετηθέντα, τὴν ἐκείνου σκοτῶσαι ψυχήν. τοῦ δὲ ἀπροσδοκήτου προστεθέντος, καὶ παρ' ἐλπίδας διπλάσια τῶν ὄντων ἐφαίνετο, καὶ οὐκ ἔτι ἦν φορητά. ἀπῄει μὲν γὰρ, ὡς ἀναπαυσόμενος οἴκοι, καὶ τῆς ἀθυμίας ἐκείνης εὑρήσων παραμυθίαν τὰ παιδία καὶ τὰς γυναῖκας· ἐπιστὰς δὲ ἄφνω, ἤκουε μὲν οὐκ ἔτι παρὰ τοῖς πολεμίοις δουλεύουσιν· ἐθεώρει δὲ πῦρ καὶ καπνὸν, καὶ αἷμα καὶ νεκροὺς, καὶ πρὶν ἢ τούτοις ἀλγῆσαι, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ὀδύρασθαι, θηρίων χαλεπώτερον ἐπέπεσον οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες αὐτῷ, ἀπὸ τῆς ἐκείνου κεφαλῆς ἕκαστος τῶν οἰκείων κακῶν εὑρέσθαι παραμυθίαν ζητῶν. καὶ καθάπερ ἐναντίων ἀνέμων εἰς τὴν θάλατταν ἐμπεσόντων πολὺς καὶ ἄγριος ἀπὸ τῆς μάχης ἐκείνης γίνεται ὁ χειμὼν, οὕτω καὶ τότε, καὶ ἀθυμίας καὶ φόβου τοῦ δικαίου διακοπτόντων ψυχὴν, καὶ πολλὴ ἦν ἡ ζάλη καὶ ὁ θόρυβος, τῶν παθῶν τούτων ὑπ' ἀλλήλων κρατούντων καὶ κρατουμένων συνεχῶς. δυνηθεὶς δὲ ταῦτα διαδῦναι τὰ κακὰ, καὶ τὰς γυναῖκας ἀπολαβεῖν, καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν ἅπασαν, πρὶν ἢ πάλιν αἰσθέσθαι τῆς νίκης ἐκείνης, πλήττεται ἀγγελίᾳ πικρᾷ, τῇ περὶ τοῦ Ἰωνάθαν σφαγῇ, ἣ τὴν ψυχὴν οὕτω κατέβαλε τὴν ἐκείνου, ὡς ἔστιν ἐκ τῶν θρήνων μαθεῖν. ἐπέπεσε γάρ, φησιν, ἐπ' ἐμὲ ἡ ἀγάπησίς σου, ὡς ἡ ἀγάπησις τῶν γυναικῶν. καὶ τί λέγω τὸν θρῆνον; ὁ γὰρ τὸν ἐκείνου πατέρα, τὸν ἐχθρὸν τὸν ἑαυτοῦ καὶ ἐπίβουλον, καὶ μυριάκις τῆς ἀπωλείας ἐπιθυμήσαντα τῆς αὐτοῦ οὕτω δακρύσας, τί ἂν ἔπαθε τὸν ἐν ἐκείνοις παραστάντα τοῖς κινδύνοις αὐτῷ καὶ πολλάκις αὐτὸν τῆς τοῦ πατρὸς ἐπιβουλῆς ἐξελόμενον, καὶ ἀπορρήτων κοινωνήσαντα, καὶ συνθήκας ὑπὲρ πολλῶν θέμενον πρὸς αὐτὸν, τοῦτον, ὅτε αὐτῷ τὰς ἀμοιβὰς ἀποδοῦναι τῶν εὐεργεσιῶν ἐκείνων ἠδύνατο, τότε ἐξαρπασθέντα τοῦ βίου μαθών;

Ἀκμάζοντος δὲ ἔτι τούτου τοῦ πάθους ἑτέρᾳ περιέβαλλε πάλιν αὐτὸν ὁ στρατηγὸς ἀθυμίᾳ, τὸν ἀπονητὶ καὶ μετὰ πάσης εὐκολίας πᾶσαν αὐτῷ παραδοῦναι τὴν στρατιὰν ἐπαγγειλάμενον, τοῦτον προαναρπάσας τῆς ὑποσχέσεως, καὶ δόλῳ διαχειρισάμενος. τοσοῦτον γὰρ ἤλγησεν ἐκείνῃ τῇ σφαγῇ, ὡς καὶ τότε καταράσασθαι τῷ Ἰωάβ, καὶ παρ' αὐτὸν τῆς τελευτῆς τὸν καιρὸν ἐπισκῆψαι τῷ ἑαυτοῦ παιδὶ δίκην ταύτην εἰσπράξασθαι τῆς μιαιφονίας αὐτόν. καὶ τὰ ῥήματα δὲ, ἅπερ αὐτὸς ἀνακαλῶν ἐθρήνησεν, ἱκανὰ τὸ πάθος ἡμῖν παραστῆσαι τῆς ψυχῆς. ἐπῆρε γάρ φησιν ὁ βασιλεὺς τὴν φωνὴν αὐτοῦ, καὶ ἔκλαυσεν ἐπὶ τῷ τάφῳ Ἀβεννήρ, καὶ εἶπεν· εἰ κατὰ τὸν θάνατον Νάβαλ ἀποθανεῖται Ἀβεννήρ, αἱ χεῖρές σου οὐκ ἐδέθησαν, οὐδὲ οἱ πόδες σου ἐν πέδαις· οὐδὲ προσήγαγες ὡς Νάβαλ, ἐνώπιον υἱοῦ ἀδικίας ἔπεσες. τί δὲ μετὰ τοῦτο; δολοφονεῖται μὲν ὁ Μεμφιβοσθαί, καὶ τῇ διὰ τοῦτον αὐτῷ γινομένῃ λύπῃ· καὶ γὰρ ἐπὶ τούτῳ πάλιν ἤλγησεν, ὡς καὶ ἀνελεῖν τοὺς φονεύσαντας· ἡ τῶν χωλῶν καὶ κυλλῶν ἀντίστασις προστεθεῖσα σφόδρα αὐτὸν διετάραξε. κρατήσας δὲ καὶ τούτων καὶ ἑτέρων πολεμίων, ἀνάγει μὲν τὴν κιβωτὸν μετὰ πολλῆς τῆς εὐφροσύνης. ἔτι δὲ αὐτῆς ἀναγομένης, καὶ πάντων χαιρόντων, ἐν μέσῳ τῆς εὐθυμίας πρᾶγμα συμβὰν πάντων ἠμαύρωσε τὴν ἡδονὴν, καὶ ἀθυμίᾳ καὶ φόβῳ πολλῷ τὴν τοῦ βασιλέως ἔβαλε ψυχήν· τὸν γὰρ Ὀζὰν βουληθέντα περιτρεπομένην ὀρθῶσαι τὴν κιβωτὸν, παραχρῆμα ἐπάταξε, καὶ νεκρὸν ἔθηκεν ἡ τοῦ θεοῦ ὀργή. καὶ οὕτως ἐπὶ πολὺ κατέσεισε τοῦ Δαβὶδ τὴν ψυχὴν οὗτος ὁ φόβος, ὡς μὴ πρότερον τολμῆσαι πρὸς αὐτὸν ἀνενεγκεῖν τὴν κιβωτὸν, πρὶν ἢ μαθεῖν ὅπως χρήσαιτο τῷ τότε αὐτὴν ὑποδεξαμένῳ Ἀβεδδαρᾷ. μετὰ δὲ ταῦτα τελευτήσαντος τοῦ Ἀμμανιτῶν βασιλέως, πρᾶγμα ἀνδρὸς χρηστοῦ καὶ φιλανθρώπου ποιῶν, ἔπεμψε παραμυθησομένους τὸν υἱὸν τὸν ἐκείνου, καὶ πείθων πρᾴως ἐνεγκεῖν τὴν τοῦ πατρὸς τελευτήν. ὁ δὲ ἀντὶ τῆς τιμῆς ταύτης ὑβρίσας τοὺς ἀπελθόντας αἰσχρῶς, οὕτως ἀπέπεμψε τῷ βασιλεῖ. ἆρά σοι μικρὸν εἶναι τοῦτο δοκεῖ πρὸς τὸ πλῆξαι ψυχὴν καὶ καταβαλεῖν; ἀλλ' οὐχ ὁ πόλεμος ἐκεῖνος τοῦτο δείκνυσιν, ὁ μηδαμόθεν ἑτέρωθεν τὴν ὑπόθεσιν ἐσχηκώς; καὶ πρὸς τοσαύτην σφοδρότητα ἐκταθεὶς, ὡς μυρίοις αὐτὸν περιβαλεῖν κακοῖς. ἱκανὰ μὲν οὖν καὶ ταῦτα, κἂν μυρίας τις αὐτοῖς ἀναμιγνύῃ τὰς ἡδονὰς, εἰς τὸν τῶν ὀδυνηρῶν βίον καταλέξαι τὴν ἐκείνου ζωήν· νυνὶ δὲ τοιαῦτα τὰ μετὰ ταῦτά ἐστιν, ὡς μηδὲ ἦρχθαι τῶν ἀληθῶς λυπηρῶν. πάντα γὰρ μῦθον καὶ πᾶσαν τραγῳδίαν, ἐνίκησε τὰ τοῦ βασιλέως τούτου πάθη, οὕτως ἀλλόκοτα καὶ ἐπάλληλα προσέπεσεν αὐτοῦ τῇ οἰκίᾳ τὰ δεινά· κακῷ τὸ κακὸν ἀεὶ ἰάσασθαι σπουδαζόντων αὐτῷ. ὅρα γὰρ, ἠράσθη τῆς ἀδελφῆς ὁ Ἀμνὼν τῆς αὐτοῦ, ἐρασθεὶς ὕβρισεν εἰς αὐτήν· ὑβρίσας ἐμίσησε, καὶ τὴν ὕβριν ἐξεπόμπευσε καὶ τὴν μίξιν· εὐθέως προστάξας τινὶ τῶν οἰκετῶν ἐκβαλεῖν ἄκουσαν τῆς οἰκίας, καὶ παραπέμψαι διὰ τῆς ἀγορᾶς βοῶσαν καὶ ὀδυρομένην. ταῦτα μαθὼν ὁ Ἀβεσσαλὼμ, καὶ καλέσας ἐπ' ἄριστον τοὺς ἀδελφοὺς ἅπαντας, ἐν οἷς ἦν κἀκεῖνος ὁ ὑβριστής, ἐσθιόμενον αὐτὸν μεταξὺ καὶ πίνοντα κατασφάττει διὰ τῶν οἰκετῶν. εἶτα ἐξαναστάς τις ἐκεῖθεν, καὶ τὸ σαφὲς οὐ μαθὼν διὰ τὸν θόρυβον, ἀπήγγειλε τῷ βασιλεῖ, ὅτι τεθνήκασι πάντες οἱ παῖδες αὐτοῦ. καὶ ἐκάθητο θρηνῶν τὸν ἁπάντων φόνον τὸν οὐ γεγενημένον

Quæ enim tunc contigerunt adverſa, ea erant, ut poſſent prævifa etiam & præmeditata illius animum tenebris obducere. Porrò ex inſperato ſupervenientia duplo quam erant, graviora videbantur, neque jam tolerabilia. Iverat enim enim ille quaſi quieturus domi, mœroris præteriti conſolationem inventurus; uxores ſcilicet ac liberos: cùm repente audivit illos in ſervitium ab hoſtibus abductos, hauſitq; oculis ignem, fumum, ſanguinem, cadavera, atque antequam iſtos lugeret, captivóſque defleret, irruunt in eum feris omnibus immaniùs habitatores civitatis, quærentes ſinguli caſuum ſuorum conſolationem ex illius capite. Et quemadmodum cùm venti contrarii in mare irruunt, ingens & ſæva procella ex ea pugna concitatur: ita & tunc triſtitia & metu juſti hujus perturbantibus animum tempeſtas maxima, tumultuſque harum paſſionum invicem ſe collidentium jugiter inerat. Fretus autem copiis, & dolore concitatus, cum uxores ac natos captivitatémque omnem recepiſſet; antequam victoriæ illius voluptate frueretur, mœſtiſſimo percuſſus eſt nuntio, mortē Jonathæ comperiens: quæ illius animū tanto dolore proſtravit, quantus ex illius lamentatione cognoſcitur. *Incidit enim*, inquit, *ſuper me dilectio tui, quaſi dilectio mulierum.* Quid autem lamentationes proſequar? Qui enim patrem illius inſidiatorē ſuum atq; inimicum, & qui millies illius mortem concupierat, ita flevit & lachrymatus eſt: quid paſſus exiſtimetur, cùm illum, qui ſibi in illis periculis ſemper adſtiterat; ac ſæpiſſimè patris inſidiis eripuerat; ſecretorumque ſuorum particeps fuerat: tum quo pacta plurima inierat; ante è vita deceſſiſſe cognoſceret, quàm illi acceptorum beneficiorum vicem reſtituere valeret?

2. Reg. 1, 26.

Cùm adhuc vigeret illa perturbatio, alio rurſus mœrore dux illum ſuæ militiæ excruciat, dum Abenner, qui ſine dolore ac vexatione aliqua, imò & cum facilitate omni totum illi exercitum ſe præbiturum pollicitus fuerat, ante impletam pollicitationem occupans, fraude interimitur. Cui cædi intantum condoluit, ut ex tunc mala Joab imprecaretur, & ipſo mortis ſuæ tempore filio imperaret, ut ultionem ab eo tanti ſceleris exigeret: at præterita verba ipſa lamentationis ſuæ perturbationem animi illius facilè nobis inſinuare poſſunt. *Elevavit enim rex*, inquit, *vocem ſuam, ac flevit ſuper tumulo Abenner. Si ſecundum mortem Nabal, morietur Abenner, manus tua non fuerunt vinctæ, neque pedes tui in compedibus; neque acceſſiſti ſicut Nabal; coram filio iniquitatis corruiſti.* Quid igitur poſt hæc? Dolo interficitur Memphiboſthe, ſucceſſitque hic mœror: quippe & illum ita luxerat, ut interfectores ejus morte mulctaret: claudorum adjecta reluctatio; quæ illum immodicè turbavit. Eis tamen aliiſque hoſtibus nonnullis ſuperatis, arcam ingenti cum lætitia reducere inſtituit. Verum cum ea reduceretur, gaudentibus omnibus, in medio lætitiæ communis res contigit, quæ voluptatem obſcuraret omnium, regiſque animum ingenti metu ac dolore confoderet. Oza enim cum vellet arcam labantem erigere, Dei confeſtim iracundia percuſſus ac mortuus eſt: atque diutiſſimè adeo regis animum metus iſte commovit, ut non prius auderet arcam ad ſe introducere, quam addiſceret, quonam modo erga eum ſe gereret, qui illam ſuſceperat Abeddara. Intereà mortuo Ammonitarum rege, rem boni ac benigni hominis faciens, miſit, qui conſolarentur ſuperſtitem filium, perſuaderéntque patris obitum patienter tolerare. Tum ille pro honore ſuſcepto, ſummis injuriis abeuntes proſecutus; atque turpiter dehoneſtatos remiſit ad regem. Parúmne hoc tibi videretur ad feriendum dejiciendúmque animum? At inde ſecutum utriuſque bellum quanto dolore pertulerit; oſtendit quod nullum aliud initium cepit, atque in tantum vehementiæ progreſſum eſt, ut innumeris illum incommodis afficeret. Sufficere quidem & iſta poterant, etiamſi eis quiſpiam innumera jucunda permiſceat, ad illius vitam inter eos numerandam, qui ſemper in luctu & miſeriis vixerunt: nunc verò talia poſtmodum ſecuta ſunt, ut nec olim verè triſtia pati cœpiſſe videatur. Quippe fabulas omnes, omnémq; tragœdiam vicerunt regis hujus clades: adeò illi monſtruoſa, & invicem ſibi ſuccedentia, domuiq; ſuæ contigerunt, cum clades cladibus ſuccedere ſemper pergerent. Conſidera, quæſo, Adamavit ſororem Thamar Amnon frater, amatam vi oppreſſit, oppreſſam odio habuit, eámq; violationem nefariumq; contubitum, prior ipſe patefecit, alicui ex ſervis mandans, ut invitam pelleret domo, ac per plateam emitteret clamantem, ploratuque & lamentis omnia implentem. Id cùm didiciſſet Abſalon, ad prandium fratres invitat univerſos, inter quos & ſtuprator ille ſororius aderat, edentem illum atq; bibentem cum cæteris inter convivandum per ſervos jugulat. Inde quiſpiam exurgens, nec plenè rei geſtæ ordinem noſcens, regi mortuos omnes illius filios annunciat. Quò ille percepto, ſedens filiorum, quæ non erat, lugebat cædem

2. Reg. 3, 33.

2. Reg. 5, 6.

2. Reg. 6.

Cap. IX. *Alia tribulatione David affligitur.*

Sceleribus filiorum affligitur David.

2. Reg. 13.

Poſtquam verò ille rem geſtam apertius audivit, filio quidem comminatus eſt, eúmque ſe morti addicturum aſſeveravit. Cùm vero ille effugiſſet, totumque triennium in aliena vixiſſet regione, toto illo tempore rex permanſit iratus: & ne tunc quidem illum accerſiſſet, niſi cum ducis ſui ſapientia flexiſſet. Eo autem accerſito, nec ſic quidem extincta eſt doloris flamma; ſed duos rurſus annos illum aſpectu removit ſuo, víxque poſt adeò prolixum tempus à duce exoratus, ſuis illum aſpectibus dignatus eſt. At verò ille harum rerum memoria indignatus, ſive aliàs tyrannidem affectans, inſurgit in patrem, illumque rurſus ad fugas erroréſque perpetuos, quos perpeſſus erat ſub Saul, revocat: immò verò multò illi moleſtior ea fuga, quam prior fuit. Nam prius quidem dux cùm eſſet, iſta perpeſſus eſt: nunc autem cum annis plurimis regnaſſet, hoſtéſque ferè omnes ſuperaſſet, migrare cogebatur, ac profugus fieri: qui autem illum conditione tam miſerabili profugum agebat, non alienus quiſpiam, ſive hoſtis erat; ſed qui ex ipſius utero egreſſus fuerat, ſicut & ipſe lamentabatur plorans. Et tunc quidem cùm in fervore eſſet ætatis, ferre univerſa fortiter poterat: nunc verò florido illo tempore emenſo, quando ſenectutis ſuæ ſolatium ſceleſtum illum habere debuerat, tunc maximè inſidioſum, ſibique infeſtiſſimum ſentiebat. Egrediebaturque cum paucis pedibus nudis rex ille ſublimis, ſe occultans, ac lachrymas fundens, pudore ac dolore pleniſſimus. Bellum quippe illud non calamitatis tantum; ſed confuſionis quoque materia illi & cauſa erat. Tantò enim contumelioſius quàm Saul, impius filius beato illo tunc utebatur, ut patris quoque thorum violaret: idque non clam; ſed in tecto domus, videntibus omnibus, ac jura naturæ legéſque concubitus per nimiam, qua in patrem ferebatur inſaniam, perverteret: atque amentia ebrius, bello necdum confecto, quaſi jam viciſſet, captivóſque duxiſſet adverſarios, iſta audebat, ac præ ſe ferebat. Sic igitur mœſtum & metuentem Sibas cum inveniſſet, turbavit amplius, contra dominum mentitus ſuum, aſſerénſque illum tyrannicè ſentire.

Cap. X. Huic ſucceſſit Semei vir quidam ſceleratus & ingratus, innumeriſque illum probris reſperſit, verbis lapides admiſcens, 2.Reg. 16, 7. *Egredere*, inquiens, *vir ſanguinum, & vir nequam. Convertit in te Dominus omnem ſanguinem domus Saul, qui regnaſti pro eo, & dedit Dominus regnum in manus Abſalon filii tui, oſtenditque tibi malitiam tuam, quia vir ſanguinum es tu.* His ille auditis atq; toleratis, tabeſcebat quidem: quod ex ipſis lamentis manifeſtè comprobatur: verum nihil ultra facere audebat. Sed cum dixiſſet inſurgenti in illum, ac domini ſui injurias ulciſci cupienti, *Dimitte illum maledicere mihi: Dominus enim dixit illi, ut videat humilitatem meam, retribuátq; mihi Dominus bona pro maledictione viri hujus, vivum abſe abire permiſit.* Ipſe autem Chuſi adventum præſtolabatur, ſolicitúſque ac tremens rei expectabat exitum. Ut autem & iſta nunciata ſunt, bellum inſtruebatur, bellis omnibus, quæ unquam contigerunt, inſolentius, ænigmati quàm veritati ſimilius. Eum enim, qui cauſa fuerat malorum omnium, ejúſque belli totam materiam præbuerat, & quo mortuo adverſa omnia finiebantur, hunc ducibus ſuis tota providentia & cura commendabat, iſta illis jugiter replicans: *Parcite*, ajebat, *filio meo Abſalon.* Quid hac hæſitatione & ambiguitate deterius? Quid ea miſeratione miſerabilius? Suſcipere bellum cogebatur, in quo & vincere & vinci æquè illi moleſtum erat. Nam neque ſuperari volebat, qui tantas copias emiſerat: neque rurſum ſuperare, qui belli authorem necari prohibebat. Verùm diſcreto bello, ac fine, quem voluit Deus, conſecuto, ac parricida illo interfecto: reliquis omnibus in lætitia & gaudio agentibus, ſolus rex lugebat & lachrymabatur, ac ſeipſum includens defunctum lamentabatur filium: ferebátque graviter, quod pro illo ipſe non occubuiſſet. 2.Reg. 18, 33. *Quis enim*, ajebat, *mihi mori pro te dabit Abſalon fili mi?* Quid hac clade perplexius unquam auditum eſt? Quando fratrem ille necaverat, ipſum interficere quærebat: quando autem contra ſe veſanus ferebatur, tunc filio parcebat. Neque flere quidem deſtitiſſet mortuum, niſi ingreſſus Joab indignitatem rei arguiſſet, ac vehementius alloquens erexiſſet illum, exercitumq; decenti facie & habitu ſuſcipere perſuaſiſſet. Ne tum quidem clades ſuæ finem acceperunt; ſed primo quidem adverſum ſe verſi in ſeditionem milites diviſiq; ſunt. Poſtea verò quam vix & per ſummas blanditias ceſſarunt, reſilientes rurſus adjecti ſunt Sabee, bellúq; aliud conflari cœpit, cùm adhuc prioris reliquiæ remanerent: quibus reb⁹ perturbat⁹ David, coactis copiis eas cū ducib⁹ miſit: Joab autē & ex hoc bello peracta victoria non permiſit victorię voluptatem ſine mœrore contingere. Namq; ducem unà ſecum 2. Reg. 20, 9. conſtitutum, qui omnē populum ſubjecerat Davidi, innocentem, & qui in nullo ſe læſerat, invidiæ ſtimulis agitatus occidit.

A ὡς δὲ ἔγνω τὸ σαφές, ἠπείλει μὲν τῷ παιδὶ, καὶ ἀναιρήσειν ἔλεγεν· ἀποδράντι δὲ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας τριῶν διατρίψαντι περίοδον ἐτῶν, πάντα τὸν χρόνον ἐκεῖνον ἔμενεν ὀργιζόμενος. καὶ οὐδ' ἂν τότε αὐτὸν ἐκάλεσεν, εἰ μὴ ἡ τοῦ στρατηγοῦ σοφία, ἄκοντα αὐτὸν εἰς ταύτην ἐνέβαλε τὴν ὑπόσχεσιν· καλέσας δὲ, οὐδὲ οὕτως ἔσβεσε τῆς καρδίας τὴν πληγὴν, ἀλλ' ἕτερα πάλιν δύο αὐτὸν ἔτη τῆς ὄψεως ἀποστήσας τῆς αὐτοῦ, μόλις μετὰ τὸν μακρὸν χρόνον τοῦτον παλιν ἀξιωθεὶς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ παρρη-
B σίας μετέδωκεν. ὁ δὲ ὑπὲρ τούτων μνησικακῶν, ἢ καὶ ἄλλως τυραννίδος ἐρῶν ἐπανίσταται τῷ πατρὶ, καὶ πάλιν αὐτὸν εἰς τοὺς πλάνους καὶ τὰς φυγὰς, ἃς ὑπέμεινεν ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ, ἐπανήγαγε, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ τοῦ τότε ἐκείνου χαλεπώτερον ἀπέδειξε τὸν καιρόν. τότε μὲν γὰρ στρατηγὸς ὢν τοιαῦτα ἔπασχε, νῦν δὲ μετὰ τὸ χρόνους ἐν τῇ βασιλείᾳ ποιῆσαι πολλοὺς, καὶ κρατῆσαι τῶν πολεμίων ἁπάντων ὡς εἰπεῖν, μεταναστεύειν ἠναγκάζετο· ὁ δὲ ἀναγκάζων οὐκ ἀλλότριός τις ἦν, οὐδὲ πο-
C λέμιος, ἀλλ' ὁ ἐκ τῆς κοιλίας, ὡς αὐτὸς ἀπωδύρετο λέγων, ἐξελθὼν τῆς αὐτοῦ. καὶ τότε μὲν ἐν ἀκμῇ τῆς ἡλικίας ὢν, καὶ φέρειν ἠδύνατο πάντα γενναίως· νυνὶ δὲ παρὰ τὸν καιρὸν, ὃν γηροτροφεῖσθαι αὐτὸν ἐχρῆν ὑπ' ἐκείνου τοῦ μιαροῦ, τότε ἐπεβουλεύετο, καὶ ἐπολεμεῖτο, καὶ ἐξῄει μετ' ὀλίγων ἀνυπόδετος ὁ βασιλεὺς ἐγκαλυπτόμενος, καὶ δακρύων. οὐ γὰρ συμφορᾶς αὐτῷ μόνον, ἀλλ' αἰσχύνης ὑπόθεσιν εἶχεν ὁ πόλεμος. τοσούτῳ γὰρ τοῦ Σαοὺλ ὑβριστικώτερον ὁ υἱὸς ἐχρήσατο τῷ μακαρίῳ τό-
D τε ἐκείνῳ, ὡς καὶ εἰς τὰς παλλακὰς ἐνυβρίσαι τοῦ πατρός. καὶ ταῦτα οὐ λάθρα, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ δώματος ὁρώντων ἁπάντων, καὶ τοὺς τῆς φύσεως θεσμοὺς καὶ τοὺς τῆς μίξεως νόμους, διὰ τὴν κατὰ τοῦ πατρὸς ὕβριζε μανίαν, καὶ ὑπὸ τῆς ἀνοίας μεθύων, ἔτι τοῦ πολέμου συνεστῶτος, ὡς τῶν ἤδη νενικηκότων, καὶ λαβόντων αἰχμαλώτους τοὺς ἐναντίους, ἐτόλμα καὶ ἐπεδείκνυτο. οὕτω τοίνυν ὄντα κατώδυνον καὶ φοβούμενον εὑρὼν ὁ Σιβὰ συνετάραξε πλέον καταψευσάμενος τοῦ δεσπότου, καὶ εἰπὼν, ὅτι τὰ τοῦ τυράννου
E φρονεῖ.

Τοῦτον διαδέχεται ὁ Σεμεῒ, μιαρός τις ἀνὴρ καὶ ἀχάριστος, καὶ μυρίοις ὀνείδεσιν ἔβαλλε καὶ λίθοις μετὰ τῶν ῥημάτων ἐκείνων· ἔξελθε, φησὶν, ἀνὴρ αἱμάτων, καὶ ἀνὴρ ὁ παράνομος. ἐπέστρεψεν ἐπὶ σὲ κύριος πάντα τὰ αἵματα τοῦ οἴκου Σαοὺλ, ἀνθ' ὧν ἐβασίλευσας ἀντ' αὐτοῦ, καὶ ἔδωκε κύριος βασιλείαν εἰς χεῖρας Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ σου, καὶ ἔδειξέ σοι τὴν κακίαν σου, ὅτι ἀνὴρ αἱμάτων σὺ εἶ. ὁ δὲ ἐτήκετο μὲν ταῦτα
A ἀκούων καὶ πάσχων, ὡς καὶ ἀπ' αὐτῶν τῶν θρήνων τοῦτο ἐδήλου, οὐδὲν δὲ ἐτόλμα περαιτέρω ποιεῖν· ἀλλ' εἰπὼν ἄφες αὐτὸν καταρᾶσθαι, ὅτι κύριος εἴρηκεν αὐτῷ, ὅπως ἴδῃ τὴν ταπείνωσίν μου, καὶ ἀποδώῃ μοι κύριος ἀγαθὰ ἀντὶ τῆς κατάρας τῆς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, ἀφῆκε ζῶντα ἀπελθεῖν. αὐτὸς δὲ περιέμενε τὰ παρὰ τοῦ Χουσὶ μεριμνῶν καὶ τρέμων, τί ποτε ἄρα ἔσται τὸ τέλος. ὡς δὲ ἀπηγγέλθη καὶ ταῦτα, συνεκροτεῖτο ὁ πόλεμος πάντων πολέμων τῶν πώποτε γενομένων καινότε-
B ρος ὢν, καὶ αἰνίγματι μᾶλλον ἐοικώς. τὸν γὰρ αἴτιον τῶν τοσούτων κακῶν, καὶ ἐκείνῃ τῇ μάχῃ παρασχόντα τὴν ὑπόθεσιν ἅπασαν, καὶ οὗ πεσόντος ἅπαντα ἔλυτο τὰ δεινὰ, τοῦτον ἔχων ἐν πολλῇ προνοίᾳ καὶ φειδοῖ τοὺς στρατηγοὺς παρεκάλει τοὺς αὐτοῦ, συνεχῶς ἐπιλέγων· φείσασθέ μου τοῦ παιδαρίου Ἀβεσσαλώμ. τί ταύτης ἂν γένοιτο τῆς ἀπορίας χεῖρον; τί τῆς ἀμηχανίας ἐλεεινότερον; πόλεμον ἀναδέξασθαι ἠναγκάζετο, ἐν ᾧ καὶ τὸ νικῆσαι καὶ τὸ κρατηθῆναι ὁμοίως ἀπευκτὸν ἦν αὐτῷ. οὔτε γὰρ
C ἔλαττον ἔχειν ἤθελεν· οὐδὲ γὰρ ἂν τοσοῦτον ἐξέπεμψε στρατόν· οὔτε περιγενέσθαι, οὐδὲ γὰρ ἂν τὸν συνέχοντα καὶ συγκροτοῦντα τῆς μάχης παράταξιν ἐκώλυεν ἀνελεῖν· κριθέντος δὲ τοῦ πολέμου καὶ τέλος λαβόντος ὅπερ ἤθελεν ὁ θεὸς, καὶ τοῦ πατραλοίου πεσόντος ἐκείνου, οἱ μὲν λοιποὶ πάντες ἦσαν εὐφροσύνῃ καὶ χαρᾷ, μόνος δὲ ἐκεῖνος ἐπένθει καὶ ἐδάκρυε, καὶ καθείρξας ἑαυτὸν, ἀνεκαλεῖτο τὸν τεθνηκότα, καὶ ἐδυσχέραινεν ὅτι μὴ ἀντ' ἐκείνου τὴν ἐκείνου τελευτὴν ἐδέξατο. τίς δώσει γάρ μοι, φησὶ, θά-
D νατον, ἀντὶ σοῦ Ἀβεσσαλὼμ υἱέ μου; τί ταύτης ἠκούσθη πολυπλοκώτερον τῆς συμφορᾶς; ὅτε μὲν τὸν ἀδελφὸν ἀνεῖλεν, ἀνελεῖν αὐτὸν ἐσπούδαζεν· ὅτε δὲ ἐμάνη κατ' αὐτοῦ, τότε φείδεται τοῦ παιδὸς, καὶ οὐδ' ἂν ἐπαύσατο θρηνῶν ἐπὶ πολὺ τὸν νεκρὸν, εἰ μὴ εἰσῆλθεν ὁ Ἰωὰβ, καὶ τὴν ἀτοπίαν τοῦ πράγματος ἔδειξε, καὶ σφοδρότερον διαλεχθεὶς ἀνέστησέ τε αὐτὸν, καὶ ἐν σχήματι τῷ προσήκοντι δέξασθαι τὴν στρατιὰν παρεσκεύασε. καὶ οὐδὲ τότε αὐτῷ τὰ τῶν δεινῶν τέλος ἐλάμβανεν, ἀλλὰ πρῶ-
E τον μὲν ἐστασίασαν πρὸς ἀλλήλους οἱ στρατιῶται, καὶ διῃρέθησαν· ὡς δὲ μόλις καὶ μετὰ πολλῆς τῆς κολακείας εἶξαν τῷ βασιλεῖ, πάλιν ἀποπηδήσαντες, προσετέθησαν τῷ Σαβεὲ, καὶ πάλιν ἐξ ἀρχῆς ἕτερος ἐτίκτετο πόλεμος, τῶν τοῦ προτέρου λειψάνων μενόντων ἔτι· ὑπὲρ ὧν θορυβηθεὶς ὁ Δαβὶδ, καὶ συγκροτήσας τοὺς στρατιώτας, ἐξέπεμψε μετὰ τῶν στρατηγῶν· ὁ δὲ Ἰωὰβ τροπωσάμενος τοῦτον τὸν πόλεμον, οὐκ ἀφῆκε καθαρὰν ἀθυμίας γενέσθαι τὴν ἀπὸ τῆς νίκης ἡδονήν. τὸν γὰρ συστράτηγον τὸν αὐτοῦ καὶ πάντα τὸν λαὸν ὑποτάξαντα τῷ Δαβὶδ, ἁπλῶς καὶ οὐδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν, ὑπὸ βασκανίας μανεὶς ἀνεῖλε καὶ διεχειρίσατο,

ὅπερ

ὅπερ οὕτω δὴ ἐτάραξε τὸν βασιλέα, καὶ συνέχεεν· ὡς καὶ περὶ τούτου τελευτῶντα ἐπισκῆψαι τῷ παιδὶ, καὶ δεηθῆναι μὴ περιιδεῖν ἀτιμώρητον ἀπελθόντα τὸν Ἀμεσσά, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, οὕτω διακείμενος οὐδὲ ἐξειπεῖν ἐτόλμα τῆς ἀθυμίας τὴν ὑπόθεσιν, διὰ τὸ μυρίοις ἤδη προσταλαιπωρηκέναι κακοῖς. καὶ γὰρ μετὰ τοὺς πολέμους τούτους, διεδέξατο λιμὸς χώραν πᾶσαν, καὶ τοῦ κακοῦ ζητῶν λύσιν εὑρεῖν, ἠναγκάζετο τοὺς τοῦ Σαοὺλ ἐκδοῦναι παῖδας εἰς σφαγήν. τοῦτο γὰρ ἔλεγεν ὁ χρησμός· ἐπὶ Σαοὺλ, φησι, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὕτη, διὰ τὸ θανατῶσαι αὐτὸν τοὺς Γαβαωνίτας. εἰ δέ τις μέμνηται πῶς τὸν Σαοὺλ ἐθρήνησεν, οἶδε τί καὶ τότε ἔπασχε παραδιδοὺς τοῖς Γαβαωνίταις αὐτούς· ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα ἔφερε, καὶ περαιτέρω πάλιν προῄει τὰ τῶν συμφορῶν. μετὰ γὰρ τὸν λιμὸν, ἐπέστη λοιμὸς, καὶ πίπτουσιν ἑβδομήκοντα χιλιάδες ἀνδρῶν, ἐν τῷ τῆς ἡμέρας ἡμίσει καιρῷ, ὅτε καὶ τὰ ἐλεεινὰ ἐκεῖνα ῥήματα φθέγγεται ὁ βασιλεύς. ἰδὼν γὰρ τὸν ἄγγελον ἐσπασμένον τὴν ῥομφαίαν ἔλεγεν· ἰδοὺ ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἥμαρτον, καὶ ἐγὼ ὁ ποιμὴν ἐκακοποίησα, καὶ οὗτοι τὸ ποίμνιον τί ἐποίησαν; γενέσθω ἐν ἐμοὶ ἡ χείρ σου, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ πατρός μου. πάσας μὲν οὖν αὐτοῦ τὰς ἀθυμίας, πρὸς ἀκρίβειαν οὐ δυνατὸν ἡμῖν ἐξειπεῖν· οὐδὲ γάρ εἰσιν ἀναγέγραπτοι πᾶσαι· ἀπὸ δὲ τῶν θρήνων αὐτοῦ καὶ τῶν ὀδυρμῶν δυνατὸν στοχάσασθαι καὶ τῶν παραλειφθεισῶν τὸ μέγεθος, καὶ ὡς οὐδέποτε διέλιπεν αὐτὸν κοπτόμενος καὶ ἀλγῶν ὁ δίκαιος. τί γάρ φησιν; αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη· ἐὰν δὲ ἐν δυναστείαις, ὀγδοήκοντα ἔτη, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος. εἰ δὲ λέγοις, ὅτι τῆς κοινῆς οὗτος κατέγνω ζωῆς, οὐ τῆς αὐτοῦ μόνον, μεῖζον ἢ ἐγὼ βούλομαι λέγεις, καὶ λύεις ἡμᾶς ἀπαλλάττεις πολλῶν, αὐτὸς ὁμολογῶν, ὅτι οὐ μόνον ἐκείνου, ἀλλ' οὐδὲ ἑτέρου τινὸς βίον ἐστὶν εὑρεῖν, μὴ πολλῷ πλείονα τῶν χρηστῶν ἔχοντα τὰ δυσχερῆ. καὶ γὰρ, ὥσπερ οὖν καὶ αὐτὸς ἔφης καλῶς, οὐ τὰ αὐτοῦ μόνον ἐκεῖνος, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν ἄλλων διασκεψάμενος, οὕτω ταύτην ἐξήνεγκε τὴν ἀπόφασιν, τὰ μὲν αὐτὰ τῷ πατριάρχῃ φθεγγόμενος, μετὰ δὲ μείζονος τῆς σφοδρότητος· ὁ γὰρ ἐκεῖνος ἐπὶ μέρους, τοῦτο καθόλου οὗτος ὕστερον ἀπεφήνατο. ὁ μὲν γὰρ ἔλεγε· μικραὶ καὶ πονηραὶ αἱ ἡμέραι μου· οὗτος δὲ, αἱ ἡμέραι τῶν ἐτῶν ἡμῶν ἐν αὐτοῖς ἑβδομήκοντα ἔτη, τουτέστι πάντων ἀνθρώπων, καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν, κόπος καὶ πόνος.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὅπερ ἔφην, ἀφίημί σοι μετ' ἀκριβείας ἁπάσης κατὰ σχολὴν ἐπελθεῖν· ἐγὼ δὲ ἐπὶ τοὺς λοιποὺς ἥξω προφήτας, καίτοιγε οὐδαμοῦ τὸν βίον αὐτῶν ἀναγεγραπτὸν ἀφῆκαν ἡμῖν, ἀλλ' ὅμως καὶ εἰς τοσαύτην στενοχωρίαν ἐμπεσόντες, διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν κατασχόντων αὐτοὺς κακῶν, καὶ ἀπὸ ῥήματος ἑνὸς οἶμαι δυνήσεσθαι δεῖξαι πάντα τὸν βίον αὐτῶν ὄντα κατώδυνον. καὶ πρῶτον μὲν, ὃ κοινὸν πᾶσιν ὑπῆρχεν αὐτοῖς, στρεβλούμενοι, μαστιζόμενοι, πριζόμενοι, λιθαζόμενοι, φυλακιζόμενοι, ἐν φόνῳ μαχαίρας ἀποθνήσκοντες, περιερχόμενοι ἐν μηλωταῖς, ἐν αἰγείοις δέρμασιν, ὑστερούμενοι, θλιβόμενοι, κακουχούμενοι, τὸν ἅπαντα χρόνον διετέλουν. μετὰ δὲ τούτου καὶ ἑτέραν εἶχον ἀθυμίας προσθήκην ταύτης χαλεπωτέραν, τῷ τὴν κακίαν ὁρᾶν προβαίνουσαν τῶν ταῦτα διατιθέντων αὐτούς· ἐφ' ᾧ μᾶλλον τῶν οἰκείων ἐδάκνοντο θλίψεων. καὶ ὁ μὲν ἔλεγεν· ἀρὰ, καὶ ψεῦδος, καὶ κλοπὴ, καὶ μοιχεία, καὶ φόνος κέχυται ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι· τὸ ἄδεες καὶ πολύπλοκον καὶ δαψιλὲς τῆς κακίας ἐμφαίνων ἡμῖν. ἕτερος δὲ ἐβόα πάλιν· οἴμοι ὅτι ἐγενόμην ὡς συνάγων καλάμην ἐν ἀμητῷ, καὶ ὡς ἐπιφυλλίδα ἐν τρυγητῷ οὐχ ὑπάρχοντος βότρυος, τὸ σπάνιον τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν διὰ τούτων θρηνῶν· ἄλλος πάλιν ἕτερα τοιαῦτα ἀπωδύρετο· ὁ δὲ αἰπόλος οὐ τὰς κακίας αὐτῶν ἐπένθει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς συμφορὰς μᾶλλον τῶν οἰκείων ἐθρήνει πειρασμῶν, καὶ τοῦ Θεοῦ ἐδεῖτο λέγων· ἵλεως γενοῦ κύριε· τίς ἀναστήσει τὸν Ἰακώβ, ὅτι ὀλιγοστός ἐστι; μετανόησον κύριε ἐπὶ τούτῳ. καὶ οὐδὲ οὕτω τυγχάνει τῆς σωτηρίας. εἶπε γὰρ, καὶ οὐ μὴ γένηται, λέγει κύριος. ὁ δὲ Ἡσαΐας ἀκούσας ὅτι ἔρημος ἔσται πᾶσα ἡ γῆ, οὐδὲ παρακληθῆναι ἤθελεν, ἀλλ' ἐπένθει διηνεκῶς καὶ ἔλεγεν· ἄφετέ με, πικρῶς κλαύσομαι, μὴ κατισχύσητε παρακαλεῖν με· ὁ γὰρ τοῦ θανάτου τρόπος πάσας ὑπερβαίνει συμφοράς. τοῦ δὲ Ἱερεμίου τοὺς θρήνους, καὶ τοὺς ἰδίᾳ συντεταγμένους, καὶ τοὺς πανταχοῦ τῆς προφητείας διεσπαρμένους, τούς τε ὑπὲρ τῆς πόλεως, τούς τε ὑπὲρ αὐτοῦ, τίς ἀδακρυτὶ δυνήσεται ἐπελθεῖν; νῦν μὲν γὰρ ἔλεγε· τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων, καὶ κλαύσομαι τὸν λαὸν τοῦτον ἡμέρας καὶ νυκτός; νῦν δέ· τίς δώσει μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ σταθμὸν ἔσχατον, καὶ καταλείψω τὸν λαόν μου τοῦτον, καὶ ἀπελεύσομαι ἀπ' αὐτῶν; ὅτι πάντες μοιχῶνται. καὶ ποτὲ μὲν σχετλιάζων ἐβόα· οἴμοι ἐγὼ μῆτερ, ὡς τίνα με ἔτεκες ἄνδρα δικαζόμενον, καὶ διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ; ποτὲ δὲ καὶ τὴν ἡμέραν τῆς γενέσεως αὐτοῦ κατηρᾶτο λέγων· ἐπικατάρατος ἡ ἡμέρα, ἐν ᾗ ἐγεννήθην ἐν αὐτῇ. ὁ δὲ τοῦ βορβόρου λάκκος, καὶ αἱ τῶν δεσμῶν θλίψεις καὶ μάστιγες, καὶ αἱ ἐπιβουλαί,

A Quæ res ita gravis ac moleſta fuit regi, tantóque illum confudit mœrore, ut filio moriens mandarit, Amellæ ſanguinem ulciſci, oraveritque ne tanti ſceleris authorem impunè mori pateretur, & quod longè gravius eſt, ita affectus, neque mœroris ſui cauſam dicere audebat, eo quòd adverſus innumera incommoda jam obluctarus eſſet. Etenim poſt bellorum fremitus, fames cunctam provinciam depaſta eſt: & cum ejus incommodi abſolutionem quæreret, cogebatur filios Saul ad B mortem tradere. Quippe hoc cœleſte oraculum præcipiebat: *Super Saul*, inquiens, & *ſuper domum ejus hæc injuſtitia, eo quod Gabaonitas morti addixerit.* Quòd ſi quis recolat, quantum Saul inimiciſſimi mortem defleverit, animadvertet, quid tum quoque paſſus ſit, cum filios innocuos tradidit Gabaonitis. Attamen & iſta tolerabat, ulteriuſque clades procedebant. Nam poſt famem protinus inſurrexit peſtis, ceciderúntque in dimidio diei ſeptuaginta millia virorum, quandò C miſeranda illa verba locutus eſt rex. Cum enim vidiſſet Angelum diſtrictum gladium tenentem, dicebat: *Ecce ego paſtor peccavi, & ego paſtor malè feci: iſti qui ſunt grex, quid fecerunt? ſit in me manus tua, & in domum patris mei.* Denique ipſius adverſos omnes caſus mœroriſque cauſas diligentius enumerare poſſibile non eſt: neque enim omnes conſcriptæ ſunt; verum ex ipſius lamentis & gemitibus poſſumus conjicere calamitatum quoque omiſſarum magnitudinem, utque juſtus ille nun- D quam plangere ac dolere deſierit. Quid enim ille ait? *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni. Si autem in potentatibus octoginta anni, & quod in his eſt amplius, labor & dolor.* Sin verò tu dixeris, per hæc illum verba non ſuam ſolùm; ſed communem vitam omnium reprehendiſſe: plus aliquid quam ego velim concedis, pluriműſque nos controverſiis liberas; ipſe conſentiens non illius ſolum; ſed ne alterius quidem cujuſquam vitam inveniri poſſe, cujus non multò ſint plura triſtia ac dif- E ficilia, quàm læta & jucunda. Siquidem ille, ut tu quoque ritè confiteris, non ſuas ſolùm calamitates; ſed aliorum quoque in commune conſiderans, ita demum hanc ſententiam tulit, eadem ferè quæ patriarcha locutus, niſi quòd iſte majori cum vehementia. Quam enim ille de ſe, hic de omnibus protulit. Ajebat ille: *Parvi & mali ſunt dies mei*: hic autem, *Dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta anni*: hoc eſt, omnium hominum; *& quod plus his eſt, labor & dolor.*

Cap. XI.

A Verumenimvero, hæc ut dixi, tibi diligentius in otio examinanda relinquens ego, ad Prophetas reliquos veniam: tametſi nuſquam vitam ſuam illi nobis conſcriptam reliquerint; ob malorum tamen quæ illos oppreſſerunt magnitudinem, vel ex uno verbo omnem illos vitam in laboribus, ærumnis, & doloribus egiſſe reor oſtendi poſſe. Ac primum, quòd commune illis omnibus fuit, *verberibus affecti, ſecti, lapidibus obruti, carceribus incluſi, in occiſione gladii morientes, circumeuntes in melotis* B *& pellibus caprinis, egentes & preſſi, & afflicti per omnem vitam perſtiterunt.* Ad hæc aliam quoque mœroris adjectionem his omnibus acerbiorem habuere, quòd illorum nequitiam, qui ſe ita afficiebant, ſemper ad deteriora progredi intuerentur. Quã ex re longè plus, quàm ex incommodis ac preſſuris angebantur. Et alius quidem ajebat: *Execratio & mendacium, & furtum, & adulterium, & homicidium effuſa ſunt in terra, & ſanguinem ſuper ſanguinem admiſcent*, per hæc verba C malitiæ licentiam perplexitatemque & copiam nobis inſinuans. Alius rurſus clamabat: *Væ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe, & ſicut racemum in vindemia, cum non adſint botri*: per hæc raritatem bonorum hominum deplorans. Item alius alia ſimilia queritur. Porrò caprarius ille non eorum vitia lugebat ſolùm; verùm plus in illorum calamitatibus, quàm in ſuis tentationibus mœrebat; ac Deum obſecrabat, dicens: *Propitius eſto Domine, quis ſuſcitabit Jacob, quia par-* D *vulus eſt? Pœnitere Domine ſuper hoc.* Et ne ſic quidem precum ſuarum effectu potitus eſt. *Dixit enim, & non ſiet, dicit Dominus.* Eſaias verò cùm audiſſet, quia deſerta erit omnis terra, ne conſolari quidem voluit; ſed aſſiduè lugebat, dicens: *Dimittite me, amarè flebo, nolite contendere, ut conſolemini me.* Hieremiæ autem lamentationes & ſeorſum conſcriptas, & per omnem prophetiæ textum diſperſas, partim de ſeipſo compoſitas, quis poſſit ſine lachrymis legere? Nam nunc quidem ajebat: E *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum; & plangam populum iſtum die ac nocte?* nunc autem: *Quis dabit mihi in deſerto manſionem extremam, & derelinquam populum iſtum, & recedam ab eis? Omnes enim adulteri ſunt.* Nonnunquam verò indignans ac mœrens clamat: *Væ mihi mater mi quid me genuiſti virum, qui diſcernat, & dijudicet omni terræ?* Aliquando diei quoq; nativitatis ſuæ malè dixit, dicens, *Maledictus dies, in qua natus ſum in ea.* Sed & cœni lacus, & vinculorũ preſſuræ, &

2.Reg 21,1. 2.Reg. 24,17. Pſ. 89,10. Gen.47,9. Hebr.11,37. Oſee 4,2. Mich.7,1. Amos 7,2. Eſa.22,4. Eſa.24,4. Hier.9,1. Ibid. v.2. Hier.15,10. Hier.20,14.

& verbera, & inſidiæ, irriſionéſque perpetuæ ita illum excruciabant, ut jam penè deſperaret. Quid autem, quando capta urbe, providentia & honore à barbaris dignatus eſt? num iſta ſentiebat? Imò verò tunc maximè amara illa lamenta conſcripſit, mortuos & abeuntes lugens. Neque minora illi viſa ſunt ſequentia mala præteritis, cùm hi qui ex bello reliqui fuerant, rurſus per ſua ſcelera Deum irritarent. Cum enim pollicerentur ſe illi per omnia obtemperaturos, nihilque reluctaturos, in Ægyptum rurſus deſcenderunt, oraculo contraria præcipiente: Prophetamque ſecum deduxerunt, ac per ſuam ingratitudinem illum ſibi longè graviora prioribus dicere atque imprecari coëgerunt. Quid verò Ezechiel? Quid Daniel? nónne in captivitate tempus omne vixerunt? Quorum quidem prior fame ac ſiti pro alienis cruciabatur malis, uxoréque defuncta eum caſum abſque lachrymis perferre jubebatur. Porrò quid gravius dici poſſit, quàm in ſuis adverſis caſibus ne flere quidem permitti? Omitto enim modò, *quod in fimo panem ſuum* Eze.4, 12. *comedere coactus ſit, & quod ſuper unum latus centum & nonaginta diebus jacere, aliáque hujuſmodi tolerare ſit juſſus.* Etſi enim illi ex his, quæ vel omiſimus, vel diximus, nihil triſte contigiſſet: certè id ſolùm quod inter hoſtes ac Barbaros impuróſque homines vir juſtus & ſanctus jugiter verſatus ſit, omni erat illi ſupplicio acerbius. At verò Daniel videbatur quidem ſummis honoribus frui, & quaſi captivitatis & ſervitutis injuriis non tangi, cum in regia jugiter verſaretur aula, eſſetque potentiſſimus: Cæterùm ſi quis illius orationem audiat, jejuniúmque conſideret, facieiq; immutationem, ac juges precationes, agnoſcátque diligenter quorum gratia iſta faciebat: animadvertet hunc ex omnibus maximè in doloribus angoribúſque vixiſſe. Neque enim illum præſentia tantum mala excruciabant, verum & futura perturbabant: quæ etiam cum necdum contigiſſent, prænoſcere dignus eſt habitus, atque propheticis oculis aſpicere. Cúmque necdum præſenti ſervitute liberatos Judæos cerneret, aliam illis rurſus captivitatē prævidere cogebatur: & quæ nondum ædificata fuerat, eam urbem capi cernebat, ſacrificiiſq; contaminatū templum ac deſolatum, omnémq; everſam ſanctificationē: idcirco lugebat & lachrymabatur, dicens: *Nobis autē confuſio faciei, & regibus noſtris, quia peccavimus tibi Domine.*

Daniel & ipſe afflictus fuit.

Dan.9, 8.

Baruc.1, 15.

Cap. XII.

Verum neſcio quo pacto me penè inter Prophetas effugerat cœleſtis ille animus, qui ſic in terra verſabatur, ut in cœlo ſemper eſſet. Nihil enim illi terrenum præter meloten erat. Quid igitur ſummus iſte atque admirabilis vir, ſi virum illum vocare oportet? Nam poſt ingentem illam fiduciam, qua adverſus Achab uſus fuerat, poſt ignis illam è cœlo demiſſionem, poſt necem ſacerdotum, poſteaquam clauſerat & aperuerat cœlum, quo tempore utrumque voluerat, poſt tanta ac talia rectè facta & ſigna fiduciæ, ita metu mœroriſque magnitudine detinebatur, ut hæc verba loqueretur: *Tolle animam meam à me: non enim ſum melior ego quam patres mei:* Iſta ille, qui hodiéque necdum mortuus eſt. Neque iſtud ſolum; ſed in deſertum profectus obdormiebat, præ doloris ac mœroris onere laſſus ac fatigatus. Porrò hujus diſcipulus non ſolùm ſpiritum magiſtri duplicem accepit; ſed & preſſuras longè etiam majores. Hos denique paulò ante beatus Paulus oſtendens, illorumque ærumnas enumerans, ajebat: *Quibus dignus non erat mundus.* Peropportunè nunc Pauli fecimus mentionem: qui enim per ſe ſolus inſpectus ad conſolandum ſufficere poſſet, hic poſt alios veniens, cujus non dolorem ac mœrorem evaneſcere facit? Ejus nempe famem, ſitim, nuditatem, naufragia, deſertique habitationes, timores ac pericula, inſidias, carceres, verbera, vigilias, innumeras mortes, & alia, quæ prædicationis cauſa perpeſſus eſt, ne referenda quidem arbitror. Iſta enim etſi preſſuras illi exhibebant, non tamen erant abſque voluptate quadam. At verò quando *illum Aſiatici omnes averſati ſunt*, quando Galatæ perverſi gens integra, & eatenus grata, quando ſuam Eccleſiam Corinthii plurimas in partes ſciderunt, fornicatorique teterrimo per ſuas blanditias pudoris quoque ſenſum abſtulerunt: quid illum perpeſſum putas, quantas illius animo tenebras offuſas arbitraris? Sed quid nos iſta conjecturis colligimus, cùm illius verba audire liceat? Corinthiis enim ſcribens, dicebat: *Quoniam ex multa tribulatione & anguſtia cordis ſcripſi vobis per multas lachrymas.* Et rurſum: *Ne fortè cum venero, humiliet me Deus, & lugeam multos qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam.* Galatis verò: *Filioli, inquit, mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* De Aſiaticis verò ſcribens ad diſcipulum, queritur & ingemiſcit. Neque enim iſta ſolùm tunc illum mœrore afficiebant; ſed & *datus illi ſtimulus ita eum vexabat atque affligebat, ut ſæpe pro hujus abſolutione Deum deprecatus ſit.* Quòd enim hic ait, *ter, ſæpius* ſignificat.

3.Reg.19.

Helias & ipſe afflictus.

Eliſæus Propheta 4. Reg.2.

Heb.11,38.

Paulus Apoſtolus inter eos, qui afflicti ſunt.

1.Cor.2,4.

12, 21.

Gal.4,19.

2.Cor.12,7

2.Cor.2,11.

A καὶ γέλως ὁ διηνεκής, οὕτως αὐτὸν διέθηκαν, ὡς καὶ ἀπαγορεῦσαι λοιπόν. Τί δὲ ἡνίκα τῆς πόλεως ἁλούσης, προνοίας ἔτυχε παρὰ τῶν βαρβάρων καὶ τιμῆς; ἆρα ᾔσθετο τούτων; τότε μὲν οὖν καὶ τοὺς πικροὺς θρήνους ἔγραψε τοὺς ἀπελθόντας πενθῶν. Καὶ τῶν παρελθόντων οὐκ ἐλάττονα εἶδε δεινὰ, αὐτῶν τῶν ἀπὸ τοῦ πολέμου ὑποληφθέντων, παροξυνάντων τὸν Θεόν. ἐπαγγειλάμενοι γὰρ πάντα αὐτῷ πεισθήσεσθαι, καὶ μηδὲν ἀντερεῖν, εἰς Αἴγυπτον πάλιν κατῄεσαν, τοῦ χρησμοῦ τἀναντία λέ-

B γοντος, καὶ τὸν προφήτην κατῆγον μεθ' ἑαυτῶν, καὶ χαλεπώτερα τῶν προτέρων αὐτοῖς ἠνάγκαζον προαναφωνεῖν διὰ τῆς ἀγνωμοσύνης τῆς ἑαυτῶν. Τί δὲ ὁ Ἰεζεκιήλ; Τί δὲ ὁ Δανιήλ; οὐκ ἐν αἰχμαλωσίᾳ τὸν ἅπαντα χρόνον διήγαγον; καὶ ὁ μὲν λιμῷ καὶ δίψει ὑπὲρ τῶν ἀλλοτρίων ἐκολάζετο κακῶν, καὶ τῆς γυναικὸς ἀπελθούσης τοσαύτην συμφορὰν ἀδακρυτὶ προσετάττετο φέρειν, οὗ τί βαρύτερον γένοιτ' ἂν τοῦ μηδὲ θρηνεῖν συγχωρεῖσθαι τὰ οἰκεῖα κακά; τὸ γὰρ ἐπὶ βολβίτων ἀναγ-"

C κάζεσθαι τὸν ἄρτον ἐσθίειν τὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῆς μιᾶς πλευρᾶς κατακλί-" νεσθαι ἐπὶ ἐνενήκοντα ἡμέρας καὶ ἑκατὸν, καὶ ὅσα ἕτερα τοιαῦτα ἐκε-" λεύετο ὑπομένειν, παρίημι νῦν. εἰ γὰρ καὶ μηδὲν αὐτῷ συμβεβήκει τῶν ἀνιαρῶν τῶν τε παραλειφθέντων ὑφ' ἡμῶν, τῶν τε λεχθέντων νῦν, αὐτὸ μόνον τὸ μεταξὺ τῶν πολεμίων εἶναι καὶ βαρβάρων, καὶ ἀνδρῶν ἀκαθάρτων τὸν δίκαιον καὶ καθαρὸν, πάσης τιμωρίας χαλεπώτερον ἦν. ὁ δὲ Δανιὴλ, ἐδόκει μὲν τιμῆς ἀπολαύειν πολλῆς, καὶ οὐχ ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ

D ζῆν ἐν τοῖς βασιλείοις ἀεὶ στρεφόμενος, καὶ ἐν δυναστείαις ὤν· εἰ δέ τις αὐτοῦ τῆς εὐχῆς ἐπακούσειε καὶ τὴν νηστείαν καταμάθοι, καὶ τοῦ προσώπου τὴν ἀλλοίωσιν καὶ τὰς ἱκετηρίας τὰς συνεχεῖς, καὶ ὑπὲρ ὧν ταῦτα ἔπραττε, γνοίη καλῶς, εἶ ὅτι πάντων μάλιστα οὗτος ἐν ὀδύναις ἦν καὶ ἀθυμίαις. οὐ γὰρ τὰ παρόντα μόνον αὐτὸν ἠνία κακὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ μέλλοντα συνετάραττεν· ἅπερ καὶ μήπω γεγενημένα κατηξιώθη μαθεῖν προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τῆς προτέρας οὐδέπω δουλείας

E ἀπαλλαγέντας ἰδὼν τοὺς Ἰουδαίους, ἑτέραν αὐτοῖς αἰχμαλωσίαν ἠναγκάζετο προορᾶν, καὶ τὴν οὔπω κατασκευασθεῖσαν πόλιν, ταύτην ἁλισκομένην ἔβλεπε, καὶ ταῖς θυσίαις μολυνόμενον τὸν ναὸν καὶ ἠρημωμένον, καὶ τὴν ἁγιαστείαν ἀνατρεπομένην ἅπασαν. διόπερ ἐπένθει καὶ ἐδάκρυε λέγων· ἡμῖν ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου καὶ τοῖς βασιλεῦσιν" ἡμῶν, καὶ τοῖς πατράσιν ἡμῶν, οἵτινες ἡμάρτομέν σοι τῷ κυρίῳ. "

Ἀλλὰ γὰρ οὐκ οἶδα πῶς μεταξὺ τῶν προφητῶν παρέδραμον τὴν οὐρανο-

A μήκη ψυχὴν, τὴν οὕτως οἰκήσασαν τὴν γῆν, ὡς τὸν οὐρανόν. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ τῆς μηλωτῆς πλέον ἦν. Τί οὖν οὗτος ὁ μέγας καὶ θαυμαστὸς ἀνὴρ, εἴ γε ἄνδρα αὐτὸν δεῖ καλεῖν, μετὰ τὴν παῤῥησίαν τὴν πρὸς τὸν Ἀχαὰβ, μετὰ τὴν τοῦ πυρὸς καταπομπὴν, μετὰ τὴν τῶν ἱερέων κατασφαγὴν, μετὰ τὸ κλεῖσαι καὶ ἀνοῖξαι τὸν οὐρανὸν, καθ' ὃν ἐβούλετο ἀμφότερα χρόνον, μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κατορθώματα, οὕτως ἐκρατεῖτο τῷ φόβῳ καὶ τῇ τῆς ἀθυμίας ὑπερβολῇ, ὡς ταῦτα τὰ ῥήματα φθέγξασθαι· λάβε τὴν ψυχήν"

B μου ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι οὐ κρείττων εἰμὶ ἐγὼ ὑπὲρ τοὺς πατέρας μου. Ταῦτα" ἐκεῖνος ὁ μηδέπω καὶ νῦν τετελευτηκώς. καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπελθὼν εἰς τὴν ἔρημον ἐκάθευδεν ὑπὸ τῆς βαρυθυμίας καταχαμφθείς· ὁ δὲ μαθητὴς ὁ τούτου, οὐ τὸ πνεῦμα διπλοῦν ἔλαβε τοῦ διδασκάλου μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς θλίψεις πολλῷ μείζονας. τούτους γοῦν ἡμῖν πρὸ μικροῦ ὁ μακάριος Παῦλος παραδεικνὺς, καὶ τὰς ταλαιπωρίας αὐτῶν ἀπαριθμούμενος, ἔλεγεν· ὧν οὐκ ἦν ἄξιος ὁ κόσμος. εὐκαίρως δὲ

CAP. I. MAjoribus noſtris duæ tantum cognitæ fuerunt cauſæ, propter quas mulieribus viri cohabitarent. Et una quidem vetus eſt ac juſta rationiq; conſentanea: nempe matrimonium, quod Deo legiſlatore inſtitutum eſt: *Propter hoc enim*, inquit, *relinquet vir patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, eruntque duo in carnem unam:* altera vero poſterior & ex confeſſo injuſta, & legi adverſa, nempe ſtuprum, quod à malignis introductum eſt dæmonibus. Atqui noſtra hac ætate tertius quidam novus & inſolitus mos prodiit, cujus cauſam haud facile inveſtigaveris. Sunt enim nonnulli, qui puellas nuptiarum inexpertas domum ducant, & uſque in extremam ſenectutem incluſas tenent, ac fovent, non procreandorum liberorum gratia, negant enim ſe cum illis rem habere: neque libidinis cauſa: ajunt enim quòd illas & integras & incorruptas ſervent. Et ſi quis ab eis cauſam rogaverit, dicunt ſibi multas eſſe: ſed fingunt. Ego enim nullam eos habere crediderim, quæ vel honeſta vel idonea ſit. Verum de his nunc non dicemus. Afferemus autem in medium, quam nos potiſſimum cauſam ſuſpicemur. Et quænam illa? Omnino, ſi à ſcopo aberravero, fas vobis eſto, ut me redarguatis. Et quænam cauſa? quis ille prætextus? Videtur mihi mulieris convictus, non ex lege nuptiarum modo; ſed etiam abſque nuptiis ac congreſſu, voluptatis habere nonnihil. Quod ſi non rectè ſentio, non poſſum dicere. Meam vobis ſententiam narro, forte autem non meam ſolum; ſed & illorum: nam & illis ſic videtur; quod hinc liquet. Tantam enim gloriam, & ſcandala neutiquam deſpicerent, niſi ingens quædam & vehemens cohabitandi voluptas eſſet. Quòd ſi fortè ſuccenſeant quidam, quod hæc dicamus: precor ut nobis venia detur, abſitque indignatio. Neque enim temere, & ſimpliciter inimicos vellem. Non ſum tam miſer ac ærumnoſus, qui temere omnes offendere velim; ſed valde doleo ac crucior, & gloriam Dei blaſphemari intuens, & multorum ſalutem propter voluptatem hanc paulatim perire. Et habet voluptas hæc majorem cohabitandi amorem, quàm legitimæ nuptiæ. Quòd nunc fortè vobis mirum videtur; ſed ubi, quod auditis declarabo, eritis & vos mihi teſtes. Etenim cum legitima muliere congredi, cum non ſit vetitum, concupiſcentiæ vehementiam demulcet, & ſæpenumero ſatietatem affert, immodicum reſtinguens ardorem. Præterea partus & partuum dolores, puerorumque procreationes ac educationes, nec non & frequentes, qui ex his ſequuntur morbi, corpus affligunt, florem ætatis marcidum reddunt, invalidumque voluptatis calcar faciunt: in virgine autem cohabitatrice nihil horum reperies. Abeſt enim coitus, qui naturæ impetum deprimat, ac calcar obtundat: neque dolores partûs, neque puerorum educationes carnem langueſcere faciunt;

Gen. 2, 24.

A καὶ τὸν ἄνω δυνάμεων δεσπότην ἐραστὴν λάβῃς, ἀπαλλαγεῖσα τούτων τῶν εὐτελῶν ὁμοδούλων σου, καὶ καταισχυνόντων σου τὴν εὐγένειαν; διὸ δὴ καὶ ἐνταῦθα καταλῦσαι τὸν λόγον, καλόν. οὐδὲν γὰρ ἴσον εἰπεῖν ταύτης ἔχομεν τῆς τιμῆς. εἰ γὰρ βασιλέα τὸν ἐπὶ γῆς λαβοῦσά τις νυμφίον πάντων ἡγεῖται εἶναι ἑαυτὴν μακαριωτέραν, σὺ οὐ τὸν ἐπὶ γῆς, οὐδὲ τὸν ὁμόδουλον, ἀλλὰ τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς, καὶ ἐξουσίας, καὶ δυνάμεως, καὶ παντὸς ὀνόματος B ὀνομαζομένου, τὸν ἐπάνω τῶν Χερουβὶμ καθήμενον, τὸν σείοντα τὴν γῆν, τὸν ἐκτείναντα τὸν οὐρανὸν, τὸν φοβερὸν μὲν τοῖς Χερουβὶμ, ἀπρόσιτον δὲ τοῖς Σεραφίμ· οὐχὶ νυμφίον ἔχουσα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐραστὴν παντὸς ἀνθρώπου σφοδρότερον, πῶς οὐ πάντα ἀφήσεις τὰ ἐνταῦθα, εἰ καὶ αὐτὴν δέοι προέσθαι τὴν ψυχήν; ἐπεὶ οὖν ἀρκεῖ τὸ ῥῆμα μόνον, καὶ τὸν μολύβδου παντὸς βαρύτερον ὀρθῶσαι, καὶ πρὸς τὰς ἄνω πτερῶσαι διατριβὰς, καὶ ἡμεῖς ἐνταῦθα καταλύομεν, καί σοι C παραινοῦμεν καθάπερ τινὰ θείαν ἐπᾴδειν τὴν ἐπῳδὴν, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ, καὶ ἐν νυκτὶ, καὶ ἐν ὁδῷ, καὶ ἐν θαλάμῳ, καὶ διὰ φωνῆς, καὶ κατὰ διάνοιαν, καὶ συνεχῶς ἐπιλέγειν τῇ ψυχῇ· ἄκουσον ψυχή μου, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τῆς πονηρᾶς σου συνηθείας, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. κἂν τοῦτο ἐπιλέγῃς διηνεκῶς τὸ ῥῆμα, χρυσίου παντὸς καθαρωτέραν ἐργάσῃ τὴν ψυχὴν, πυρὸς σφοδρότερον τῆς λέξεως D ταύτης τοῖς τῆς διανοίας ἐμπνευσάσης λογισμοῖς, καὶ πᾶσαν ἐκκαθαιρούσης κηλῖδα ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΣΥΝ-εισάκτους ἔχοντας.

E Ἐπὶ μὲν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δύο τινὲς ἦσαν προφάσεις, αἳ τὰς γυναῖκας συγκατοικίζουσαι τοῖς ἀνδράσι· μία μὲν, ἡ τοῦ γάμου ἀρχαία τε, καὶ δικαία, καὶ εὔλογος, ἅτε τὸν Θεὸν ἔχουσα νομοθέτην· ἀντὶ γὰρ τούτου, φησὶ, καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ἑτέρα δὲ ἡ τῆς πορνείας, καὶ νεωτέρα ταύτης, καὶ ἄδικος, καὶ παράνομος, ἅτε παρὰ τῶν πονηρῶν εἰσενεχθεῖσα δαιμόνων. ἐπὶ δὲ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, καὶ A τρίτος ἐπενοήθη τρόπος καινός τις, καὶ παράδοξος, καὶ πολλὴν ἔχων τὴν ἀπορίαν τοῖς βουλομένοις τὴν αἰτίαν εὑρεῖν. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ γάμου, καὶ συνουσίας χωρὶς, κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι, καθίζουσιν οἴκοι διαπαντὸς, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε ἐπὶ παιδοποιΐας· οὐ γάρ φασιν αὐταῖς συγγίνεσθαι, οὔτε ἐξ ἀκολασίας· λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. ἀλλ' ἐάν τις ἔρηται τὴν αἰτίαν, ἔχουσι μὲν πολλὰς, καὶ μεμελετήκασιν· εὔλογον B δὲ, ὡς ἔγωγε οἶμαι, οὐδεμίαν. οὐδὲ σεμνήν. ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων, μηδὲ τὰς ἐκείνων λέγωμεν προφάσεις, ἀλλ' ἣν αὐτοὶ μάλιστα ὑποπτεύομεν εἶναι, ταύτην εἰς μέσον ἀγάγωμεν. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; πάντως δὲ εἰ διαμάρτοιμι τοῦ σκοποῦ, ἔξεστιν ἐπιλαβέσθαι τοῖς βουλομένοις ὑμῶν. τίς οὖν ἐστιν ἡ πρόφασις; δοκεῖ μοί τινα ἡδονὴν ἔχειν τὸ συνοικεῖν γυναιξὶν, οὐ νόμῳ γάμου μόνον, ἀλλὰ καὶ γάμου, καὶ συνουσίας χωρίς. εἰ δὲ οὐκ ὀρθῶς δοκῶ, λέγειν οὐκ ἔχω· τὴν C γὰρ ἐμαυτοῦ τέως ὑμῖν διηγοῦμαι γνώμην, τάχα δὲ οὐ τὴν ἐμαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῶν ἐκείνων· ὅτι γὰρ καὶ ἐκείνοις οὕτω δοκεῖ, δῆλον ἐκεῖθεν. οὐ γὰρ ἂν τοσαύτης κατεφρόνησαν δόξης, καὶ τοσούτων σκανδάλων, εἰ μὴ σφοδρά τις ἦν καὶ τυραννικὴ τῆς συνοικήσεως ταύτης ἡ ἡδονή. εἰ δέ τινες δυσχεραίνοιεν ταῦτα λεγόντων ἡμῶν, παραιτήσομαι συγγινώσκειν ἡμῖν, καὶ μὴ ἀγανακτεῖν. οὐ γὰρ ἑκὼν, οὐδὲ ἁπλῶς τὴν ἀπέχθειαν ἀναδέξασθαι ταύτην εἱλόμην. οὐχ οὕτως ἄ-D θλιος ἐγὼ, καὶ ταλαίπωρος, ὡς εἰκῇ βούλεσθαι προσκρούειν ἅπασιν· ἀλλ' ὀδυνῶμαι σφόδρα, καὶ ἀλγῶ, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δόξαν ὑβριζομένην ὁρῶν, καὶ τὴν τῶν πολλῶν σωτηρίαν κατὰ μικρὸν ἀπορρέουσαν, διὰ τὴν ἡδονὴν ταύτην. ὅτι γὰρ ἡδὺ τοῦτο καὶ τοῦ νόμῳ γάμου συνοικεῖν δριμύτερον ἔχει τὸν ἔρωτα· νῦν μὲν ἴσως καὶ θορυβεῖσθε ἀκούοντες, μετὰ δὲ τὴν ἀπόδειξιν, καὶ αὐτοὶ συνομολογήσετε. ἐπὶ μὲν τῆς ἐννόμου γυναικὸς ἡ μῖξις ἀκώλυτος οὖσα, τόν τε πόθον παρεμυθήσατο, E καὶ εἰς κόρον πολλάκις τὸν ἄνδρα ἤγαγε, καὶ τὴν σφοδρὰν κατέλυσεν ἐπιθυμίαν. καὶ χωρὶς δὲ τούτων, καὶ ὠδῖνες, καὶ τόκοι, καὶ παιδοποιΐαι, καὶ παιδοτροφίαι, καὶ τὰ ἐκ τούτων ἑπόμενα συνεχῆ νοσήματα, πολιορκοῦντα τὸ σῶμα, καὶ μαραίνοντα τὸ ἄνθος τῆς ὥρας, ἀσθενέστερον τὸ κέντρον ἐργάζεται τῆς ἡδονῆς· ἐπὶ δὲ τῆς παρθένου οὐδὲν τούτων ἔνι· οὔτε γὰρ μῖξις ἐστὶ τὸν οἶστρον τῆς φύσεως δυναμένη χαλάσαι καὶ κατενεγκεῖν· οὔτε ὠδῖνες, καὶ παιδοτροφίαι τὴν σάρκα μαραίνουσαι.

ἀλλ'

ἀλλ᾽ ἐπιπολὺ διασώζουσαι τὴν ἀκμὴν, ἅτε ἀνέπαφοι μένουσαι τῶν ἐντεῦθεν. τῶν μὲν γὰρ γαμουμένων μετὰ τοὺς τόκους, καὶ τὰς παιδοτροφίας ἀσθενέστερα τὰ σώματα γίνεται· αἱ δὲ καὶ εἰς τεσσαρακοστὸν ἔτος μένουσιν, ἁμιλλώμεναι ταῖς παρθένοις ταῖς θαλαμευομέναις. ὅθεν διπλᾶ τὰ τῆς ἐπιθυμίας ἐγείρεται τοῖς συνοικοῦσιν αὐταῖς, τῷ τε μὴ συγχωρεῖσθαι τῇ μίξει τὸν πόθον παραμυθεῖσθαι, καὶ τῷ μένειν ἐπιπολὺ τοῦ πόθου τὴν ὑπόθεσιν ἰσχυροτέραν. ταύτην ὑποπτεύω πρόφασιν εἶναι ἐγὼ τῆς ὁμοσκηνίας ταύτης. ἀλλὰ μὴ ἀγανακτῶμεν πρὸς αὐτοὺς, μηδὲ δυσχεραίνωμεν· οὐδεὶς γὰρ τὸν κάμνοντα ἀναστῆσαι βουλόμενος, μετ᾽ ὀργῆς καὶ ἐπιπλήξεως τοῦτο ποιεῖ, ἀλλὰ μετὰ θεραπείας, καὶ παρακλήσεως προσάγει τὰ φάρμακα. καὶ γὰρ εἰ μὲν κολάσαι προσήκει, καὶ τὴν τῶν δικαζόντων εἰχόμεθα τάξιν, ἐξῆν καὶ ἀγανακτεῖν· εἰ δὲ ἐκείνην ἀφέντες, τὴν τῶν ἰατρῶν, καὶ θεραπεῦσαι βουλομένων μεταλαμβάνομεν, παρακαλεῖν χρὴ, καὶ δεῖσθαι, καὶ αὐτῶν, εἰ δέοι, τῶν γονάτων ἅπτεσθαι, ὥστε γενέσθαι τὸ σπουδαζόμενον. καθάπερ οὖν οἱ ἰατροὶ, τῶν βλαπτόντων μὲν, ἡδονὴν δὲ ἐχόντων ἀπάγοντες, εἴτε σιτίων, εἴτε ποτῶν· τοῦτο πρὸ τῶν ἄλλων πείθουσι τοὺς ἀρρώστους, ὅτι τὸ τοιοῦτον μετὰ τῆς βλάβης πολλὴν ἔχει καὶ τὴν ἀηδίαν. οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, δεικνύντες αὐτοῖς, ὅτι ἡ ἡδίστη αὕτη συνοίκησις πολὺν ἔχει τὸν ὄλεθρον, καὶ τῶν δηλητηρίων οὐδὲν ἄμεινον φαρμάκων κατεσκεύασται. καὶ δοκεῖ μὲν εὐφροσύνην τινὰ ἔχειν, πολλὴν δὲ ἐναποκεκρυμμένην δριμύτητα, καὶ πικρίαν καταχεῖ τῆς ἡδομένης ψυχῆς· ἐπεὶ καὶ αὐτὴ ἡ μετὰ πειθοῦς ἀναχώρησις ἀσφαλής. ὁ μὲν γὰρ φόβῳ τῆς φιλουμένης διαζευγνύμενος καὶ ἀνάγκῃ, σφοδρότερος τῆς ἐραστὴς γίνεται, καὶ ἴσως καὶ ἐπανήξει πάλιν. ὁ δὲ τοῦ πράγματος καταγνοὺς, καὶ οὕτω φυγὼν ὡς ἐπιβλαβὲς, καὶ πικρὸν, οὐδ᾽ ἂν ἐπιστρέψειεν αὖθις, τὴν ἐκ τῆς οἰκείας γνώμης ψῆφον πάσης ἀνάγκης ἔχων ἰσχυροτέραν. πῶς οὖν αὐτοὺς πείσομεν, ὅτι οὐ βλαβερὸν τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ πικρόν; πῶς δὲ ἄλλως, ἢ ἐξ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως; ἐρώμεθα οὖν αὐτοὺς, εἴ τις πολυτελῆ τράπεζαν παραθεὶς, πολλῶν καὶ ἡδίστων γέμουσαν ἐδεσμάτων, ἀπηγόρευσε μετὰ σφοδρᾶς τῆς ἀπειλῆς, μὴ ἅπτεσθαί τινος τῶν προκειμένων· ἆρα ἄν τις εἵλετο τοιαύτῃ παρακαθῆσθαι τραπέζῃ καὶ κολάζειν ἑαυτόν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι· οὔτε γὰρ τοσαύτην ἀπὸ τῆς ὄψεως ἐκαρποῦτο τὴν ἡδονὴν, ὅσην ἀπὸ τῆς κωλύσεως ὑπέμενε τὴν ἀθυμίαν. τί δὲ εἰ διψῶντι καὶ καιομένῳ πηγήν τις ἐπιδείξας καθαρὰν καὶ διαυγῆ, μὴ μόνον αὐτῆς ἀπογεύσασθαι, ἀλλὰ μηδὲ ἄκροις θιγεῖν τοῖς δακτύλοις ἐπέτρεπεν· ἆρα ἂν ταύτης ἐγένετό τι πικρότερον τῆς κολάσεως;

A ſed juvenilem vigorem diu conſervat, utpote intacta manens. Unde poſt partus & educationes puerorum, corpora uxorum infirmiora fiunt: illa autem uſque in quadrageſimum annum in ſua permanet forma. & cum virginibus jam elocandis certat: hinc eſt, quòd cohabitantes duplici igne accenduntur: nam & ardor eorum non reſtinguitur coitu eis interdicto, & ardoris fomes redditur validior. Hanc ego hujus contubernii cauſam ſuſpicor: ſed ne valde ſuccenſeamus eis, neque difficiles ſi- B mus & importuni. Nam qui ægrum vult reſtituere, non hoc agit ira & verberibus; ſed aptat magis pharmaca magna cura, & blanda adhortatione. Nobis, quamvis illos punire & eis indignari liceret, utpote in judicum adſcitis ordinem: non tamen hoc facimus; ſed medicorum magis, & eorum, qui curare ſolent, morem ſequi lubet: unde obſecramus & adhortamur, & eorum ſi opus eſt genua contingimus, ſi fortè quod agendum ſuſcepimus, perficiamus. Igitur quemadmo- C dum medici, qui ægros à cibo vel potu nocivo arcere cupiunt, licet illa mixtam habeant voluptatem, ante omnia tamen perſuadent, ineſſe illis præter nocumenta etiam multum inſuavitatis: ſic & nos faciamus, commonſtrando illis, quòd cohabitatio illa, quamvis ſuavis & jucunda videatur, pernicioſa ſit, & nihilo melior, quàm mortiferæ potiones. Et videtur quidem multam habere lætitiam, latet tamen multum in ea amaritudinis, quam animæ, quæ voluptatibus oblectatur, D infundit. Nam qui perſuaſus diſcedit, ſecurè diſcedit. Sanè qui metu & neceſſitate à dilecta ſejungitur, fortior amator fit, & fortaſſis iterum ad illam accedet: at ſi ut rem damnoſam & amaram fugit, haudquaquam iterum revertitur ob calculum ſententiæ ſuæ, quæ quavis neceſſitate violentius illi perſuadet. Quocirca quomodo perſuadebimus illis, quòd hoc non ſolùm noceat, ſed & amarum ſit? & quomodo aliter, quàm ex ipſa rerum natura? Interrogemus ergo eos, ſi E quis menſa ſumptuoſa appoſita, variis dulciſſimiſque plena eduliis, denunciet ſummis minis, ne quid propoſitorum contingatur: num vellet aliquis ad talem menſam conſidere, & ſeipſum cruciare? Ego utique non opinor: neque enim tanta ex aſpectu voluptate frueretur, quantam triſtitiam ex interdicto conciperet. Quid autem ſi quis ſitienti & ardenti præ ſiti fontem limpidum & purum demonſtratum, non ſolùm non deguſtare, ſed ne extremis quidem digitis contingere permitteret, A an quid eo cruciatu acerbius?

Οὐδὲ ἐνταῦθα οἶμαί τινα ἀντερεῖν. τοσοῦτον γάρ ἐστι τοῦτο κακὸν, ὅτι καὶ τῶν ἔξωθεν οἱ ταῦτα διασκέπτεσθαι μάλιστα ὄντες δεινοὶ, ἡδονῆς φύσιν λέγω καὶ λύπης, θελήσαντες ποιῆσαι κολαζομένους τινὰς σφοδρῶς, οὐκ ἄλλως ἐποίησαν, ἢ τούτῳ τῷ τρόπῳ. πλάσαντες γάρ τινα μῦθον, ἄγουσιν ἐν τῷ μύθῳ τινὰ, ὃν ἔδει δοῦναι δίκην ἐσχάτην, καὶ ἕτερον μὲν οὐδὲν, πανδαισίαν δὲ παραθέντες αὐτῷ, καὶ παραρρέον δείξαντες ὕδωρ, οὐδενὸς ἀπολαῦσαι τούτων συνεχώρουν, ἀλλ᾽ ὁμοῦ τε ἐξέτεινε τὴν χεῖρα ἐκεῖνος, καὶ τὰ ὁρώμενα ἅπαντα ἀφίπτατο, καὶ τοῦτο ἐγίνετο διαπαντός. καὶ οὗτος τῆς κολάσεως ὁ τρόπος ἦν, κατὰ τὸν μῦθον τῶν ἔξωθεν. καὶ φιλοσόφων δέ τις ἰδών τινα τῶν αὐτῷ συνόντων καταφιλήσαντα νέον εὔμορφον, ἐθαύμασεν εἰπὼν ὅτι καὶ εἰς πῦρ οὗτος ῥᾳδίως ἂν κυβιστήσειεν ὁ ταύτην τολμήσας διὰ τοῦ φιλήματος ἀνάψαι ἐν ἑαυτῷ κάμινον. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν εἴποιμι, ὅτι τὰς συνοικούσας φιλοῦσιν, ἢ ἐπαφῶνται· εἰ δέ τινες ταῦτα κατηγοροῖεν, δεῖξαι πειράσομαι, ὅτι κἂν μέχρι τούτου προΐωσι, πικροτέραν πάλιν καθ᾽ ἑαυτῶν τῆς προτέρας ἐπισπῶνται τὴν βάσανον. εἰ γὰρ ὄψις μόνη τοσαύτην ἐνέθηκεν ὀδύνην, ὅταν καὶ ἁφὴ προσῇ, τῆς ὄψεως πολὺ παχυτέρα ἀπόλαυσις, μείζονα αἴρει τὴν φλόγα, καὶ δριμυτέραν ἐργάζεται τὴν ἀλγηδόνα, καὶ χαλεπώτερον ποιεῖ τὸ θηρίον. ὅσον γὰρ ἂν αὔξωμεν τὰ τῆς ἐπιθυμίας, καὶ ἰσχυροτέραν αὐτῇ παρέχωμεν τὴν τροφὴν, τοσοῦτον καὶ τὰ τῆς ὀδύνης ἡμῖν ἐπιτείνεται. καὶ καθάπερ ὁ τῇ τραπέζῃ καὶ τῇ πηγῇ παρακαθήμενος οὐχ οὕτως ὁρῶν ὀδυνᾶται, ὡς ὅταν καὶ τῇ χειρὶ θιγεῖν ἐπιτραπεὶς ἀπογεύσασθαι κωλυθῇ πάλιν· οὕτω δὴ καὶ οἱ τῶν παρθενικῶν σωμάτων ψαῦσαι ἐπιτρεπόμενοι, χαλεπώτερον τῆς θέας ἀπὸ τῆς ἁφῆς κολάζονται, πικροτέραν ἐφελκόμενοι τὴν ἐκ τῆς ἀτυχίας ὀδύνην. καὶ τί δεῖ ταῦτα ἀπὸ τῶν ἔξωθεν πραγμάτων φιλοσοφεῖν; ἡ γὰρ τοῦ θεοῦ ψῆφος ἡ τούτων ἁπάντων ἰσχυροτέρα, αὐτὴ δείκνυσι τοῦτο τοιοῦτον ὄν. τὸν γὰρ Ἀδὰμ κολάσαι βουλόμενος, οὐ πόρρω τοῦ παραδείσου κατῴκισεν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ πλησίον ἐκείνου· ἵν᾽ ἔχῃ διηνεκῆ κόλασιν, τὴν θέαν τοῦ ποθουμένου χωρίου, θεωρῶν μὲν αὐτὸ διαπαντὸς, ἀπολαῦσαι δὲ οὐκ ἐπιτρεπόμενος. ἀλλ᾽ ἴσως εἴποι τις ἄν· καὶ πῶς εἰ πικρὸν τοῦτο οὕτως ἐστὶ τῇ φύσει, μετὰ τοσαύτης αὐτὸ οἱ πολλοὶ διώκουσι τῆς σπουδῆς; ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτο, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι· ὅτι αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μέγιστον τεκμήριον τῆς ἐσχάτης αὐτῶν ἀρρωστίας ἐστί.

CAP. II. *Tantalus.*

Neque hîc mihi contradixerit ullus. Tantum enim hoc malum eſt, ut etiam profani, qui plurimum valent in naturæ voluptate & triſtitia expendenda, volentes effingere quoſdam, qui valde cruciantur, talem quandam fabulam in medium proferant. Introducitur in fabula quidam extremo ſupplicio B afficiendus, cui oſtenditur omnium ciborum copia, & præterfluens aqua: nec conceditur, ut aliquo iſtorum fruatur: & cum extendit ille manum, omnia, quæ videntur, à tactu fugiunt, fitque hoc ſemper. Et hæc eſt profanorum de illo ſupplicii genere fabula. Philoſophorum vero quidam, cum vidiſſet ſodalium quendam oſculum formoſo puero dare, admirabundus dixit: Hic opinor præcipitem facile ſe in ignem in- C jiceret, qui tantam in ſe fornacem oſculo eſt auſus accendere. Ego autem non idem dixerim de his, qui cohabitantes oſculantur & contrectant? At ſi qui ſunt, qui hæc calumnientur, demonſtrare tentabo, quòd & hi illo uſque perveniant, & durius ſibi quàm ſit dictum ſupplicium accerſant. Nam ſi aſpectus ſolus tantum infert dolorem: quanto majorem & contactus accendit? ex quo ut eſt voluptas multo craſſior, quàm ex aſpectu, ita majorem ſtruit flammam, acerbiorem D efficit dolorem, & vehementius feram exaſperat. Quanto enim magis concupiſcentias augemus, & plurima eis fomenta ſuppeditamus, tanto & dolores noſtri magis intenduntur. Et quemadmodum qui menſæ & fonti aſſidet, non ſic videndo dolet, ut cui permiſſum eſt attingere, & tamen ne deguſtet prohibetur: ſic utique qui ad contrectanda virginum corpora admittuntur, graviorem hauriunt cruciatum ex tactu, quam E ex aſpectu, dum acerbius rei tactæ privatione torquentur. Et quid opus eſt philoſophari in his afferendo res externas? Dei enim ſententia his omnibus potentior, ipſa nobis oſtendit rem ita ſeſe habere. Nam cum vellet punire Adam, non procul à paradiſo ipſum habitare fecit; ſed prope paradiſum, ut continuam pœnam haberet è ſpectaculo loci, quem deſiderabat, & eo, quamvis ſemper illum ante ſe videret, frui non permitteretur. Jam forte aliquis dixerit, & quomodo ſi hoc natura tam amarū, pleriq; tanto ſtudio ſectantur? Ad quod ego dixerim, quod iſtuc ipſum extremæ illorū ægritudinis maximū eſt argumentū: Genes. 3.

Nam hic mos eſt ægrotantium, ut quærant frigidam quan- A
dam, breviſque temporis voluptatem, unde prolixiorem ſibi
conciliant pœnam. Hoc & in febricitantibus videre quis po-
teſt, qui cum pauliſper abſtinere uolunt à refocillatione mo-
mentanea vetitorum vel eſculentorum, vel potulentorum, lon-
gum quendam & difficillimum invehunt ſibi morbum. Opor-
tet autem, ut hi, qui bene valent, non eorum, qui male habent,
ſententiam & mores ſequantur. Nam ſi illos ſequemur, & à
medica arte, & à philoſophia condemnabimur. Neque enim B
hoc ſolum in febri contingit, vel mulierum amore; ſed & in
divitiis & in omnibus aliis, qui ita ægrotant. Etenim, qui in
pecunias inſaniunt, licet ſciant, quòd hi qui parva hæc indigis
impartiantur, infinita bona inde capiant, detinent tamen ea &
defodiunt, & bonis omnibus excidere malunt, ob frigidam
brevemque hanc voluptatulam, quàm æterna pœna liberari, &
immortalem vitam adipiſci, illas ad breve tempus deſpiciendo.
Hoc utique & illis contingit ob parvam oculorum concupiſcen- C
tiam: nam dum non ferunt ut ſeipſos aliquantiſper contineant,
intolerabilem intra ſe ignem cogunt: & quanto ſcilicet ſe ma-
gis oblectari putant, tanto magis malo implicantur, diabolo
ſuis artibus hoc curante ad incrementum & perſeverantiam in-
cendii, ut ardentes & delectentur, & doleant abſurdum quod-
dam temperamentum in animabus ſuis plantantes. Jam verò ſi
quis nos intemperantiæ ob hæc verba condemnet: ſane ſtre-
nuos illos viros, & cum mulieribus habitantes, qui nihil grave D
patiantur, beatos quidem dico, qui tales ſunt, & vellem etiam
ipſe hoc robore donari: & ipſe quidem fortè adducor ut credam,
quòd poſſibile ſit, eſſe aliquos tales. Vellem tamen eos, qui
nos reprehendunt, poſſe hoc nobis perſuadere, quod adoleſ-
cens fervens corpore, puellæque virgini cohabitans, & ad la-
tera ejus aſſidens, & ſimul cœnans, & per diem totum confa-
bulans, ut nihil aliud apponam, intempeſtivos riſus & effuſos
cachinnos, & mollia verba, atque alia quæ dictu inhoneſta au- E
diens, & in eadem habitans domo, eademque communicans
menſa, ubi multa eſt libertas verborum, & ultro citróque ac-
cipiuntur multa danturque, nulla humanarum affectionum ca-
piatur; ſed purus à mala voluptate & concupiſcentia perma-
neat. Vellem hæc, ab his, qui nos arguunt, me doceri poſſe;
ſed neque ipſi volunt doceri, & reclamant nobis, quaſi impuden-
tibus & in eodem morbo decumbentibus, ſuóque vitio correp-
tis, ſi nos defendamus. Et quid hæc ad nos, inquit? Neque nos A
ſumus obnoxii inſipientiæ alienæ, neque ſi quis ſtultè ſcandali-
zetur, dignus ego ſum, qui pœnas dem ob illius inſipientiam.
Sed Paulus non dixit hoc; ſed iuſſit, ut ſi injuſte ſcandalizetur ali-
quis, ejus infirmitati conſulatur. Tunc enim ſolum liberamur
à pœna, quæ poſita eſt in eos, qui ſcandalum dant aliis, ſi ex
ſcandalo aliud quoddam lucrum naſcatur majus damno, quod
ex ſcandalo fit. Adeóque ſi hòc non fuerit, & hoc ſolum ob-
venerit, ut ſcandalizentur alii, ſive ob rationem aliquam, ſive B
ob nullam, ſive ut infirmi offendantur, ſanguis illorum ſuper
caput noſtrum, & ex manibus noſtris Deus animas tales requi-
ret. Et propter hoc ne per omnia curam nullam haberemus
vel abjiceremus eorum, quibus offendiculo ſumus, terminos
quoſdam & regulas tales nobis Chriſtus præſcripſit. Nam &
hoc & illud fecit, nunc illos curans, nunc contemnens, prout
tempus poſtulabat. Enimvero cum de natura ciborum diſſereret, C
& oſtenderet eam eſſe puram, & à Judaica obſervatione libera-
ret, ubi ſcilicet Petro egreſſo & dicente, *Scandalizati ſunt*;
Matt.15,12. dixit: *Sinite ipſos.* Et non ſolum deſpexit, quin & accuſavit.
*Omnis enim plantatio, quam non plantavit pater meus cœleſtis e-
radicatur.* Ita legem de cibis ſtatuit. Ubi autem qui pete-
bant didrachma, ad Petrum accedentes dixerunt: *Magiſter tuus*
Ibid.17,24. *non ſolvit didrachma, tunc non idem egit, ſicut antea; ſed ra-
tionem habuit ſcandali, & ait: Ut autem non ſcandalizemus* D
*ipſos, mitte hamum in mare, & piſcem, qui primum egreſſus fue-
rit, tolle, invenieſque in ore ejus ſtaterem: hunc acceptum da pro
me & te.* Vides ut ſcandali & curam habet, & negligit? Nam
hoc loco nihil valde referebat etiam gloriam unigeniti obſcura-
ri: aut quomodo, cum & alibi ſtuduerit eam obumbrare, præ-
ceperitque multis, ne cui dicerent, quòd ipſe eſſet Chriſtus?
Et propterea nihil damni ex eo quòd dependit didrachma: ſi au-
tem non ſolviſſet, nata fuiſſent mala. Nam ut tyrannum & E
obluctantem & civitatis univerſæ inimicum, & in extrema peri-
cula injicientem utique averſati fuiſſent: propterea ipſos, qui
volebant rapere Chriſtum, & facere regem longius fugit, eamq;
opinionē à multis, qui circa ipſum erant, repulit. Alio autē loco
opus erat, ut corrigeretur factū, propteteaq; utiliter ac tēpeſtive,

A τοῦτο γὰρ τῶν νοσούντων τὸ ἔθος· ψυχράν τινα, καὶ ὀλιγοχρόνιον ἡδονὴν καρ-
πώσασθαι, καὶ μακρὰν ἑαυτοῖς ἐντεῦθεν κατασκευάζειν κόλασιν. τοῦτο γὰρ καὶ
ἐπὶ τῶν πυρεττόντων ἴδοι τις ἄν· οἱ μὴ βουλόμενοι καρτερῆσαι μικρὸν,
δι' ὀλιγοχρόνιόν τινα ψυχαγωγίαν, καὶ ποτῶν, καὶ σιτίων κεκωλυ-
μένων ἀπολαύοντες, μακράν τινα, καὶ χαλεπωτάτην ἑαυτοῖς ἐργά-
ζονται νόσον. δεῖ δὲ τοὺς ὑγιαίνοντας οὐκ ἀπὸ τῶν νοσούντων λαμβάνειν
τὰς περὶ τῶν πραγμάτων ψήφους. ἐπεὶ εἰ τούτοις ἑψόμεθα, καὶ ὑπὸ τῆς
B ἰατρικῆς, καὶ ὑπὸ τῆς φιλοσοφίας καταγνωσόμεθα. οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ ἐπὶ
πυρετῶν, οὐδὲ ἐπὶ γυναικῶν αὐτὸ πάσχουσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ
χρημάτων, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οἱ τὰ τοιαῦτα νοσοῦντες. καὶ γὰρ
οἱ περὶ τὰ χρήματα μεμηνότες, εἰδότες, ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα ἐνδόντα
προϊέμενοι τοῖς δεομένοις, μυρία ἐκεῖ λήψονται ἀγαθὰ, κατέχουσιν
ὅμως αὐτὰ, καὶ κατορύττουσι, καὶ πάντων ἐκπεσεῖν αἱροῦνται τῶν ἀγα-
θῶν μᾶλλον, διὰ τὴν ψυχρὰν ταύτην, καὶ βραχεῖαν ἡδονὴν, ἢ τῆς αἰω-
C νίου κολάσεως ἀπαλλαγῆναι, καὶ τὴν ἀθάνατον καρπώσασθαι ζωὴν,
διὰ τῆς προσκαίρου τούτων ὑπεροψίας. τοῦτο δὴ καὶ οὗτοι πάσχουσι, τῆς
μικρᾶς ταύτης ἐπιθυμίας, τῆς διὰ τῶν ὀφθαλμῶν οὐκ ἀνεχόμενοι
μικρὸν ἑαυτοὺς ἀποστῆσαι, ἀφόρητον ἑαυτοῖς συνάγουσι πῦρ· καὶ ὅσω-
περ ἂν νομίζωσιν ἥδεσθαι, τοσούτῳ μᾶλλον ἐμπλέκονται τῷ κακῷ, τοῦ
διαβόλου τοῦτο τεχνασαμένου πρὸς τὴν παραμονὴν τῆς φλογὸς καὶ ἐπί-
δοσιν, ὅθεν καιόμενοι καὶ ἥδονται. καὶ ἀλγοῦσιν, ἄτοπόν τινα κρᾶσιν ἐν
D ταῖς ἑαυτῶν καταφυτεύοντες ψυχαῖς. εἰ δέ τις ἡμῶν ἀκρασίαν κα-
ταγινώσκει ἀπὸ τούτων τῶν ῥημάτων, τοὺς γενναίους ἄνδρας, καὶ γυναιξὶ
συνοικοῦντας μηδὲν πάσχειν δεινὸν, μακαρίζω μὲν τοὺς τοιούτους τι-
νάς· καὶ βουλοίμην ἂν καὶ αὐτὸς τοσαύτην λαβεῖν ἰσχύν· καὶ ἴσως μὲν
καὶ αὐτὸς πείθομαι, ὅτι δυνατὸν εἶναι τοιούτους τινάς. ἐβουλόμην δὲ καὶ
τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν δυνηθῆναι πεῖσαι τοῦτο, ὅτι νέος σφριγῶν τῷ
σώματι, κόρῃ συνοικῶν παρθένῳ, καὶ συγκαθήμενος, καὶ συνδειπνῶν, καὶ
συνδιαλεγόμενος δι' ἡμέρας· τὰ γὰρ ἄλλα οὐδὲν προστίθημι· τοὺς
E ἀκαίρους γέλωτας, τὰς διαχύσεις, καὶ τὰ μαλακὰ ῥήματα, καὶ τὰ
ἄλλα, ἃ μηδὲ λέγειν ἴσως καλόν· ἀλλ' οὖν τὴν αὐτὴν ἔχων οἰκίαν, καὶ
τραπέζης, καὶ λόγων κοινωνῶν, καὶ μετὰ παῤῥησίας πολλῆς, καὶ μετα-
λαμβάνων πολλῶν, καὶ μεταδιδοὺς οὐδενὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἁλίσκεται ἀλ-
λὰ καθαρὸς ἐπιθυμίας τε μένει πονηρᾶς, καὶ ἡδονῆς. ἐβουλόμην ταῦ-
τα δύνασθαι πείθειν τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν. ἀλλ' οὐκ ἐθέλουσι πείθε-
σθαι· ἀλλὰ καὶ ἡμῶν τὰ ταῦτα ἀπολογουμένων καταβοῶσιν ὡς ἀναι-
A σχυντῶν, καὶ τὰ αὐτὰ νοσούντων αὐτοῖς, τῇ οἰκείᾳ περιστελλόντων κα-
κίᾳ. καὶ τί ταῦτα πρὸς ἡμᾶς φησιν; οὐδὲ γὰρ τῆς ἑτέρων ἀνοίας ἡμεῖς
ὑπεύθυνοι, οὐδὲ εἴ τις ἀλόγως σκανδαλίζοιτο, δοῦναι δίκην ἄξιος
ἐγὼ διὰ τὴν ἄνοιαν τὴν ἐκείνου. ἀλλὰ Παῦλος οὐκ εἶπε τοῦτο, ἀλλὰ κἂν
ἀδίκως σκανδαλίζηταί τις δι' ἀσθένειαν, βοηθεῖν ἐκέλευσε. τότε γὰρ
μόνον ἀπαλλαττόμεθα τῆς ἐπὶ τοῖς σκανδαλιζομένοις τιμωρίας κει-
B μένης, ὅταν ἐκ τοῦ σκανδάλου κέρδος ἕτερον τίκτηται τῆς ἀπὸ τοῦ σκαν-
δάλου βλάβης μεῖζον· ὡς ἂν τοῦτο μὴ ᾖ, ἀλλ' ἓν μόνον συμβαίνῃ τὸ
σκανδαλίζεσθαι ἑτέρους, ἄν τε εὐλόγως, ἄν τε ἀλόγως σκανδαλίζων-
ται, ἄν τε ὡς ἀσθενεῖς, τὸ αἷμα αὐτῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τὴν ἡμετέραν,
καὶ ἐκ τῶν χειρῶν τῶν ἡμετέρων ὁ Θεὸς τὰς τοιαύτας ἐκζητήσει ψυχάς.
διά τοι τοῦτο, ἵνα μὴ πανταχοῦ, μήτε φροντίζωμεν, μήτε καταφρονῶ-
μεν τῶν σκανδαλιζομένων, ὅρους τινὰς, καὶ κανόνας ἔθηκε τούτου ὁ Χρι-
C στὸς, καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ποιήσας μετὰ τοῦ καιροῦ τοῦ προσήκοντος. ὅτε μὲν γὰρ
περὶ τῆς τῶν ἐδεσμάτων διελέγετο φύσεως, καὶ ἐδείκνυ καθαρὰν αὐτὴν
οὖσαν, καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀπήλλαττε παρατηρήσεως, εἰσελθόντος τοῦ Πέ-
τρου, καὶ εἰπόντος, ὅτι ἐσκανδαλίσθησαν, ἄφες αὐτοὺς, φησι, καὶ οὐ μό-
νον κατεφρόνησεν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ κατηγόρησεν εἰπὼν, πᾶσα γὰρ
φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος, ἐκριζωθήσεται· «
οὕτω τὸν νόμον ἐκύρωσε τὸν περὶ βρωμάτων. ἐπειδὴ δὲ οἱ τὰ δίδραχμα
D ἀπαιτοῦντες, τῷ Πέτρῳ προσελθόντες ἔλεγον· ὁ διδάσκαλός σου «
οὐ τελεῖ τὰ δίδραχμα, οὐκέτι τὸ αὐτὸ πεποίηκεν, ὅπερ ἐπ' ἐκεί- «
νων· ἀλλὰ φροντίζει τοῦ σκανδάλου καί φησιν· ἵνα δὲ μὴ σκανδαλί- «
σωμεν αὐτοὺς, πορευθεὶς εἰς τὴν θάλασσαν βάλε ἄγκιστρον, καὶ τὸν ἀνα- «
βάντα πρῶτον ἰχθὺν ἆρον· καὶ εὑρήσεις ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ στατῆρα· «
τοῦτον λαβὼν, δὸς ἀντὶ ἐμοῦ, καὶ σοῦ. ὁρᾷς φροντίζοντα, καὶ μὴ φρον- «
τίζοντα; ἐνταῦθα μὲν γὰρ οὐκ ἦν κατεπεῖγον ἐγκαλυφθῆναι τοῦ μονο-
γενοῦς τὴν δόξαν. πῶς γὰρ, ὅπου καὶ ἐπετήδευεν αὐτὴν συσκιάζειν, καὶ ἐκέ-
E λευε πολλοὺς μὴ λέγειν ὅτι αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός· καὶ διὰ τοῦτο ἀπὸ μὲν τοῦ
καταθεῖναι τὰ δίδραχμα, οὐδὲν ἦν βλάβος. ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ καταθεῖ-
ναι, μεγάλα ἔτικτετο κακά. ὡς γὰρ τύραννον, καὶ ἀνταίροντα,
καὶ τῆς πόλεως ἁπάσης ἐχθρὸν, καὶ εἰς τοὺς ἐσχάτους ἐμβάλλοντα
κινδύνους, οὕτως ἂν ἀπεστράφησαν· διὰ δὴ τοῦτο καὶ βουλομένους
αὐτοὺς ἁρπάσαι τε αὐτὸν, καὶ βασιλέα ποιῆσαι, ἀπέφυγε πόρ-
ρωθεν, ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος ταύτην ἀποκρουόμενος τὴν ὑπόληψιν· ἐκεῖ δὲ ἀναγκαῖον τὸ κατορθούμενον ἦν· διὸ χρησίμως τε, καὶ εὐκαίρως,

καὶ ἐπὶ κατορθώματι μείζονι κατεφρόνησε τοῦ σκανδάλου. καὶ γὰρ εὔκαιρον ἦν λοιπὸν τοὺς μέλλοντας ἐπὶ τὴν ἀκροτάτην ἀναβαίνειν φιλοσοφίαν, μὴ κωλύειν διὰ τὸν εἰς Ἰουδαίους φόβον· ἀλλ᾽ ἀφιέναι λοιπὸν τοῦ καιροῦ καλοῦντος ἐπὶ τὴν τῆς ψυχῆς καθαρότητα, καὶ μὴ κατέχειν ἐν τῇ σωματικῇ παρατηρήσει, ἀλλὰ συγχωρεῖν τῆς ταπεινότητος ἀπαλλάττεσθαι ἐκείνης. οὕτω καὶ Παῦλος καταφρονεῖ τῶν σκανδαλιζομένων, καὶ οὐ καταφρονεῖ ἀκολουθῶν τῷ διδασκάλῳ, καί φησι· πάντα πᾶσιν ἀρέσκω μὴ ζητῶν τὸ ἐμαυτοῦ συμφέρον· ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν, ἵνα σωθῶσιν. εἰ δὲ Παῦλος τὸ οἰκεῖον παρορᾷ συμφέρον, ἵνα τὸ τῶν ἄλλων εὕρῃ· πόσης οὐκ ἂν εἴημεν ἄξιοι κολάσεως, μηδὲ οἰκείας ἀποστῆναι βλάβης ἀνεχόμενοι ὑπὲρ τοῦ τὸ ἑτέρων συμφέρον εὑρεῖν, ἀλλ᾽ ἡδέως μεθ᾽ ἑαυτῶν καὶ ἑτέρους προσαπολλύντες, παρὸν καὶ ἑαυτοὺς καὶ ἑτέρους διασῶσαι. διὰ δὴ τοῦτο, ὅταν μὲν ἴδῃ πολὺ τὸ κέρδος, καὶ τῆς τοῦ σκανδάλου βλάβης μεῖζον, καταφρονεῖ τῶν σκανδαλιζομένων. ὅταν δὲ κέρδος ᾖ μηδὲν, τοῦτο δὲ μόνον τὸ σκανδαλίζεσθαι ἐκβῆναι, πάντα καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν αἱρεῖται, ὥστε μὴ τοῦτο γενέσθαι. καὶ οὐ φιλοσοφεῖ τοιαῦτα, οἷα ἡμεῖς οὐδὲ λέγει, διὰ τί γάρ εἰσιν ἀσθενεῖς; διὰ τί γὰρ ἀλόγως ταῦτα πάσχουσιν; ἀλλὰ δι᾽ αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα αὐτῶν φείδεται, ἐπειδὴ ἀλόγως τοῦτο πάσχουσιν, ἐπειδὴ ἀσθενεῖς εἰσιν.

Εἰπὲ γάρ μοι, ποίαν ἔχει πρόφασιν εὔλογον εἰπεῖν ὁ σκανδαλιζόμενος ἐπὶ τῷ ἐσθίοντι κρέας, καὶ οἶνον πίνοντι; τοῦτο γὰρ ὁ Θεὸς τὸν νόμον ἄνωθεν ἐξέθετο. ἀλλ᾽ ὅμως κἂν ἐπὶ τούτοις σκανδαλίζηταί τις, καὶ τούτων ὁ Παῦλος ἀπέχεται. οὐ γὰρ μὴ φάγω κρέας, φησὶ, οὐδὲ πίω οἶνον, ἵνα μὴ τὸν ἀδελφόν μου σκανδαλίσω. καὶ οὐκ εἶπε ταῦτα, ἅπερ ἡμεῖς· ὅτι ἐγὼ μέλλω τῆς ἑτέρων ἀλογίας ὑπεύθυνος εἶναι; καὶ ἐάν τινι δόξῃ σκανδαλισθῆναι ἁπλῶς, ἐγὼ ἔσομαι ἄξιος δίκην δοῦναι; καί τοι καὶ εἰ εἶπε, πολλῷ δικαιότερον ἂν ἡμῶν εἶπε. ὁ μὲν γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνοις σκανδαλιζόμενος, ἀλόγιστος σφόδρα, καὶ ἀνόητος· ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις, πολλὰς ἂν ἔχοι δικαίας καὶ εὐλόγους αἰτίας εἰπεῖν· ἀλλ᾽ ὅμως καὶ δικαιότερα ἡμῶν ὁ Παῦλος, εἴπερ ἂν ἠθέλησεν, οὐκ εἶπεν· ἀλλ᾽ εἰς ἓν μόνον εἶδε, τοῦ πλησίον τὴν σωτηρίαν. καὶ θέα τὴν ὑπερβολήν· οὐ γὰρ εἶπεν ἅπαξ, ἢ δὶς, ἢ τόσον, καὶ τόσον χρόνον· ἀλλ᾽ εἰς τὸν αἰῶνά, φησιν, οὐ μὴ φάγω, εἰ σκανδαλίζοιτο ἕτερος. καὶ ἵνα μὴ νομίσῃς μέχρι τούτων αὐτὸν ἑστάναι, καὶ ἕτερόν τι προσέθηκε τούτου πλέον. εἰπὼν γὰρ, καλὸν τὸ μὴ φαγεῖν κρέας, μηδὲ πιεῖν οἶνον, συνῆψε κἀκεῖνο· μηδὲ ἐν ᾧ ἀδελφός σου προσκόπτει, ἢ σκανδαλίζεται, ἢ ἀσθενεῖ· καὶ πάλιν σκόπει μοι τὴν σοφίαν τοῦ διδασκάλου· τὸν μὲν γὰρ ἀσθενοῦντα ἀφεὶς, τὸν ἰσχυρὸν διορθοῖ πρὸ ἐκείνου. οὗτος γὰρ αἴτιος τοῦ ἀσθενεῖν ἐκεῖνον, ὁ κύριος ὢν διορθῶσαι τὴν ἀρρωστίαν, καὶ μὴ τοῦτο ποιῶν. καὶ τί λέγω περὶ τῶν ἀσθενῶν ἀδελφῶν; καὶ γὰρ καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι κελεύει ταύτην παρέχειν τὴν πρόνοιαν. ἀπρόσκοποι γάρ, φησι, γίνεσθε καὶ Ἰουδαίοις, καὶ Ἕλλησι, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ. ὥστε ἂν ἰσχυρότερον εἶναι λέγῃς σαυτὸν, καὶ μηδὲν ἀπὸ ὁμοσκηνίας βλάπτεσθαι ταύτης, τοσούτῳ μᾶλλον ὑπεύθυνον σαυτὸν καθιστᾷς τοῦ διασπάσαι τὸν δεσμόν. ὅσῳ γὰρ ἂν ᾖς ἰσχυρότερος, τοσούτῳ δικαιότερος ἂν εἴης τὸν ἀσθενέστερον διαβαστάσαι· ἂν μὲν οὖν ἀσθενὴς ᾖς, διὰ σαυτὸν ἀπόστηθι· ἐὰν δὲ ἰσχυρότερος, διὰ τὸν ἀσθενοῦντα. οὐ γὰρ ἑαυτῷ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἰσχυρὸν εἶναι χρὴ τὸν ἰσχύοντα. εἰ δὲ λέγων ἰσχύειν, τὴν ἀσθένειαν τὴν ἐκείνου περιορᾷς, διπλῆν δώσεις δίκην, ὅτι περ οὐκ ἐφείσω, καὶ ὅτι πολλὴν ἔχων τοῦ φείσασθαι δύναμιν. ὑπεύθυνος γὰρ ἕκαστος ἡμῶν τῆς τοῦ πλησίον σωτηρίας ἐστί· διὰ τοῦτο οὐχὶ τὰ ἑαυτῶν σκοπεῖν, ἀλλὰ τὰ τοῦ πλησίον ἐκελεύσθημεν. τιμῆς γὰρ ἠγοράσθημεν· ὁ δὲ ἀγοράσας ἡμᾶς, τοῦτο προσέταξεν ἐπὶ τῇ κοινῇ πάντων ἡμῶν λυσιτελείᾳ. οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον συμβαίνει τὸ κέρδος, ὅτι τὰ οἰκεῖα σώζομεν μέλη, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἑτέρους ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστῶμεν μείζονι. κἂν γὰρ μυριάκις φιλοσοφῇς, δι᾽ αὐτῶν ἐλέγχῃ τῶν πραγμάτων· οὐ τὴν τυχοῦσαν δεχόμενος βλάβην ἀπὸ τῆς συνοικήσεως ταύτης. ὅταν γὰρ ἴδω σε δυσαποσπάστως ἔχοντα, καὶ μυρίων βλαπτομένων καταφρονοῦντα, καὶ πολλῶν ἐγκαλούντων οὐδὲ ἐπιστρεφόμενον, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν σαυτοῦ καταπατοῦντα, καὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας προστριβόμενον κατηγορίαν πολλὴν, καὶ τὰ τῶν ἀπίστων ἀνοίγοντα στόματα, καὶ πάντας πονηρᾷ περιβάλλοντα δόξῃ. καὶ τοσαῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ συνοικεῖν κακὰ, ἀγαθὸν δὲ μηδὲν ὑμῖν ἐγγινόμενον ἀπὸ δὲ τοῦ χωρισμοῦ, τούτων μὲν ἁπάντων τὴν ἀναίρεσιν τῶν κακῶν, πολλῶν δὲ ἑτέρων κτῆσιν ἀγαθῶν, εἶτα οὐκ ἀνεχόμενον ἀποπηδῆσαι, πῶς δυνήσομαι πεῖσαι τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πάσης ἀπήλλαξαι προσπαθείας, καὶ ἐπιθυμίας εἶ πονηρᾶς καθαρός; μᾶλλον δὲ οὐδὲν ὑπὲρ τούτων φιλονεικῶ· ἀλλ᾽ ἔστω σε εἶναι συνοικοῦντα καθαρόν· καίτοιγε ὁ μακάριος Ἰὼβ οὐκ ἐτόλμησε τοσαύτην ἑαυτῷ μαρτυρῆσαι δύναμιν, καὶ φιλοσοφίαν· ἀλλ᾽ ὁ πᾶσαν ὑπερελθὼν ἀρετὴν, καὶ πάντων ὑπερεκχυθεὶς τῶν τοῦ διαβόλου δικτύων,

& ut in meliori opere contempſit ſcandalum. Etiam poſtea valde tempori congruebat, ut ad excellentiorem philoſophiam aſcenſuri, non prohiberentur lege, quæ ad Judæos pertinebat; ſed abirent poſt hac ita vocante tempore ad animi puritatem, neq; remorarentur corporali obſervatione; ſed permitterentur ab humilitate illa eximi. Sic & Paulus contempſit eos, qui ſcandalizabantur magiſtrum ſequens, & dixit: *Per omnia omnibus placeo, non querens, quod mihi conducit; ſed quod multis, ut ſalventur.* 1. Cor. 10, 33. Si autem Paulus ſuam contemnit utilitatem, ut inveniat, quod multis proſit: quanta nos digni erimus pœna, ſi neque proprium fugimus damnum, nec cogitamus quomodo inveniamus, quod utile ſit aliis; ſed nos quoque cum aliis ſuaviter perdimus, cum poſſemus & noſipſos & alios ſervare? Atque propter hoc cum videt majus lucrum quàm damnum, quod oritur, contemnit eos, qui ſcandalum patiuntur. Ubi autem lucrum nullum, ſolum autem ſcandalum inde evenire, omnia & facere & pati paratus eſt, ne eveniat. Et non diſputat talia more noſtro. Non enim dicit. Quare ſunt tam infirmi? quare affectiones illas admittunt? Sed ea de cauſa ipſis potiſſimum parcit, quia ob rationis penuriam ita ſe habent, & ita infirmi ſunt,

Dic enim mihi, qualem ille rationabilem prætextum dicere poteſt, qui ſcandalizatur in comedente carnem & bibente vinum? Cap. VI. An non hæc olim nobis lege Deus ipſe permiſit? Veruntamen in his ſi ſcandalizetur aliquis, Paulus abſtinet. *Nunquam enim carnem comedam*, inquit, *ut ne ſcandalizem fratrem*: 1. Cor. 8, 13 & non dixit, ſicut nos: Subjiciendusne ego alienæ inſipientiæ? num quia alicui ſimpliciori videtur eſſe ſcandalum, ego dignus qui ſupplicium luam? Quamvis ſi etiam dixiſſet, multò tamen juſtius dixiſſet quàm nos. Nam qui in illis ſcandalizatur, inſenſatus eſt, & valde inſipiens. Verum in his ipſe multas juſtas & dignas cauſas, quas dicat, habet. At multo juſtiores dixiſſet Paulus, ſiquidem dicere voluiſſet: at non dixit; ſed ad unum ſolum ſpectavit, nempe ſalutem proximi. Et vide eminentiam: non enim dixit ſemel, aut bis, vel tanto tempore: ſed, in æternum, ait, non comedam, ſi ſcandalizetur alius. Et ut ne putes in his eum ſubſiſtere, & aliud quiddam adjicit hoc majus. Ut enim dixit, *bonum eſt non comedere carnem, & non bibere vinum*, conjunxit & illud: *Neque illud, per quod frater tuus impingit, vel ſcandalizatur, vel infirmatur.* Rom. 14, 21. Et animadverte rurſus ſapientiam præceptoris. Relicto enim infirmo, fortem corrigit ante illum. Nam fortis author eſt, quòd ille infirmus eſt, eo quòd poſſit infirmitatem corrigere, & non facit. Et quid dico de infirmis fratribus? Etenim Judæis & gentibus jubet eandem curam impendi. *Abſque offendiculo enim*, ait, *ſitis & Judæis & Gentibus, & Eccleſiæ Dei.* 1. Cor. 10, 32. Itaque quanto fortiorem eſſe dicis, nihilque ab cohabitatione incommodi accipere, tanto magis teipſum debitorem conſtituis, ut vinculum hoc rumpas. Nam quanto fortior eras, tanto æquius fuit, ut infirmiorem geſtares. Igitur ſi infirmus es, propter teipſum deſiſte: ſin robuſtior, propter alterius infirmitatem. Non enim ſibiipſi duntaxat; ſed & aliis fortem eſſe oportet eum qui fortis eſt. Quòd ſi te fortem eſſe dicis, & infirmitatem illius contemnis: duplam dabis pœnam, tum quod non peperciſti, tum quod multa tibi vis erat, ut illi parcere poſſes. Nam unuſquiſque noſtrum debitor eſt ſalutis proximi. Propterea juſſi ſumus, *ut non quæ noſtra ſunt; ſed quæ proximi ſpectemus.* 1. Cor. 10. *Precio enim empti ſumus*, 1. Cor. 6, 20 & qui nos redemit, hoc præcepit in communem animarum noſtrarum utilitatem. Non enim hoc ſolum noſtrum eſt lucrum, quando propria ſalvamus membra, ſed & quando alios in majori ſecuritate conſtituimus. Quamvis te perpetuò defendas, ac philoſophiam te religioſam profiteri dicas: redargueris tamen per opera, damnum ex hac cohabitatione accepturus non vulgare. Quando enim te video ita avelli non poſſe, & deſpicere millia eorum, qui offenduntur, & non converti te tam multis reprehendentibus; ſed & gloriam tuam conculcare, Eccleſiæque accuſationem magnam & invidiam conflare, atque infidelium ora laxare, omneſque mala opinione imbuere: & tanta quidem ex cohabitatione nobis naſci mala, nullum autem provenire bonum: ex ſeparatione vero, horum omnium malorum ſublevationem, multorum autem aliorum bonorum poſſeſſionem adipiſci licere, quum non feras, ut à te tranſeat, quomodo perſuadere potero aliis, quod affectionis ſis expers, & à concupiſcentia mala purus? Imo vero propter hæc nihil contendo; ſed eſto, quod ſis etiam cohabitando purus, quamvis ne Job quidem ille beatus auſus fuit tantam virtutem & ſapientiam ſibi adſcribere, & de ſe ita teſtari. Sed qui omnem tranſcenderet virtutem, ex omnibus diaboli retibus extractus,

&

& primus & ſolus tantam fortitudinem demonſtravit, & omne A ferrum, & adamantem ſua continentia prætergreſſus, ſubnervavit diaboli poteſtatem: ſic veritus erat talem pugnam, & putavit impoſſibile eſſe cohabitare virgini ſine damno & purum, adeo ut non ſolum à cohabitatione tali procul & longe ſeipſum; ſed & ab aſpectu prorſus & occurſu ſubduxerit, legemq; poſuerit oculis ſuis omnino in virginem ne reſpicere quidem: ſciebat Job. 31. 1. enim manifeſte, quòd non ſolum cohabitantem; ſed & aſpicientem curioſè in faciem virginis, difficile, fortè autem & im- B poſſibile ſit effugere damnum, quod inde oritur. Propter quod & dicebat, *ne cogitem quidem de virgine.*

CAP. V. At ſi parvus videtur vobis ad certamen Job, quamvis revera neque ſtercore illius ſimus digni: veruntamen licet minus tua magnanimitate eſſe putes exemplum, cogita vocaliſſimum præ- C conem veritatis Paulum, qui totum orbem circuit, & dicere potuit verba illa multa ſapientia referta, *quòd non jam ipſe ſit* Galat. 2. 20 *vivens; ſed Chriſtus in ipſo: & quòd crucifixus ſit mundo,* & 6. 14. *& mundus ſibi: & quòd quotidie moriatur,* poſt 1. Cor. 15. 31 tantam ſpiritus gratiam, & tanta certaminum ſpecimina, poſt tam innumera pericula, poſt tam eximiæ diligentiæ & ſapientiæ ſtudium: declarat nobis & commonſtrat, quòd donec ſpiraverimus, & hac carne fuerimus circumdati, certaminibus no- D bis opus eſt & laboribus, neque ocio temperantia patatur; ſed multis ſudoribus & laboribus opus eſt. Ad hoc enim trophæum parandum ſic dicebat: *Caſtigo corpus meum, & in ſervitutem* 1. Cor. 9. 27 *redigo: ne dum aliis prædicavero, ipſe reprobus ſiam.* Hæc autem dicebat declarans ſeditionem carnis, & concupiſcentiæ tabiem, prælium que continuum, ac vitam ſemper in agone conſtitutam. Et idcirco etiam Chriſtus difficultatem rei declarans, neque vel licite aſpicere permittit mulierum facies: quoniam E & adulterorum pœna puniendos ſic ſpectantes interminatus eſt. Matt. 18. 12. Et eum dixiſſet Petrus, *Non expedit uxorem ducere:* non ſtatuit legem, ne ducantur uxores; ſed naturam rei declarans dicebat: *Qui poteſt capere, capiat.* Audimus autem & hoc noſtro ſeculo, quòd nonnulli ferro totum corpus obligantes: & ſacco veſtientes, & ad vertices montium currentes, & in continuis vigiliis ac inedia ſumma viventes, & omnem diſciplinæ ſeveritatem oſtendentes, & omnibus mulieribus ingreſſum in domun- A culam & tugurium ſuum interdicere, atque hac ratione ſeipſos caſtigantes ægre tamen concupiſcentiæ furorem comprimere. At tu dicis, quòd licet videas cohabitantem virgini, & alligatum, & deliciantem, & animam potius amittentem, quàm cohabitatricem, paratumque omnia & facere & pati potius quam ſeparari à dilecta, ne ſuſpiceris aliquid mali, ne putes concupiſcentiæ negocium; ſed pietatis potius. Admirande vir, is affectus eſt his, qui lapidibus cohabitant, non homi- B nibus. Et tu quidem fortè non credis ob magnam tuam continentiam: ego autem audivi multos dicentes, quòd etiam multi erga lapides & ſtatuas nonnihil affecti ſint. Quòd ſi tantum valuit artificium ſolum, ubi aſpera & dura effigies, quantam operabitur inſaniam in effigie pulchra tenerum corpus? Quomodo non credentur magis veriſimilia dicere, qui vos accuſant, quàm vos, qui defenditis? Quid n. veriſimile, dic mihi? An quòd C vir mulierem concupiſcit, vel quòd nõ concupiſcit? Omnino dixerimus, quòd concupiſcat. Rurſum quum innumeræ cauſæ impellunt, ut egrediatur, & non fert, quòd egrediatur; ſed vult, ut intra domum ſe contineat, haud in ullum bonum: quin potius multa ſunt probra, & damna tam à ſuis, quàm ab alienis. Quid hic veriſimile? Ex bono ne hoc agatur propoſito, an ex malo? Opinor quis facilè dixerit, quòd ex malo. Veruntamen non de his ipſis diligenter ſcrutabimur; ſed ponatur, D ut fingi poteſt, quòd ii, qui ſcandalizantur, non ſcandalizentur juſte; ſed temere & ſine cauſa: dic mihi, cujus gratia virgini cohabitas? Nulla enim alia cauſa cœpta eſt cohabitatio hæc, quàm propter dilectionem & amorem; ſed aufer hoc, & auferetur rei utilitas. Quis enim vir eſt, qui vellet ſine hac neceſſitate ferre delicias & injurias mulierum & alias hujus generis imperfectiones? Propterea & ab initio Deus mulierem hoc robore armavit, probè ſciens quòd valde deſpicabilis ei E eſſet, niſi hoc ipſi initio conferret, & quòd nullus ei cohabitaturus eſſet, qui à cupiditatibus eſſet immunis: nam quòd nunc tam neceſſariæ & utiles ſunt, ideo eſt, quia & pueros procreant, & domum cuſtodiunt, & alia multa his plura adminiſtrant. Si igitur inquam, quæ ita viris miniſtrant, ſæpe tamen contemptæ ſunt, ut è domo ejiciantur: quomodo abſque concupiſcentia nobis eſſe poſſunt dilectæ, præſertim à quibus tot opprobria? Vel ergo cauſam cohabitationis dicite,

A καὶ πρῶτος, καὶ μόνος τοσαύτην ἐπιδειξάμενος καρτερίαν, καὶ πάντα σίδηρον, καὶ ἀδάμαντα τῇ τῆς ψυχῆς παρελθὼν ἐγκρατείᾳ καὶ καταπρήψας τοῦ διαβόλου τὴν ἰσχύν, οὕτως ἐδεδοίκει τὴν τοιαύτην πάλην, καὶ ἐνόμιζεν ἀδύνατον εἶναι συνοικοῦντα παρθένῳ μένειν ἀσινῆ, καὶ καθαρὸν, ὡς μὴ μόνον συνοικήσεως πόρρω, καὶ μακρὰν ἑαυτὸν καταστῆσαι, ἀλλὰ καὶ τῆς ὄψεως τῆς ἁπλῶς, καὶ ἀπὸ συντυχίας γενομένης, καὶ νόμον ἔθηκε τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῖς ἑαυτοῦ, μηδὲ ἁπλῶς εἰς παρθένον ἰδεῖν· B ᾔδει γὰρ ᾔδει σαφῶς, ὅτι οὐ μόνον συνοικοῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν βλέποντα περιέργως εἰς ὄψιν παρθενικὴν δύσκολον, τάχα δὲ καὶ ἀδύνατον τὴν ἐκεῖθεν διαφυγεῖν βλάβην. διὸ ἔλεγεν· καὶ οὐ συνήσω ἐπὶ παρθένῳ.

Εἰ δὲ μικρός σοι πρὸς ἅμιλλαν ὁ Ἰὼβ, καίτοι γε οὐδὲ τῆς κοπρίας ἐσμὲν ἄξιοι τῆς ἐκείνου, πλὴν ἀλλ' εἰ ἔλαττον σου νομίζεις τῆς μεγαλοψυχίας εἶναι τὸ ὑπόδειγμα, ἐννόησον τὸν μεγαλοφωνότατον κήρυκα τῆς ἀληθείας Παῦλον, ὃς ἅπασαν περιελθὼν τὴν οἰκουμένην, καὶ δυ- C νηθεὶς εἰπεῖν ἐκεῖνα τὰ πολλῆς γέμοντα σοφίας ῥήματα, ὅτι οὐκέτι αὐτὸς ἔτι ζῇ, ἀλλ' ὁ Χριστὸς ἐν αὐτῷ. καὶ ὅτι ἐσταύρωται τῷ κόσμῳ, καὶ ὁ κόσμος αὐτῷ, καὶ ὅτι καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκει μετὰ τὴν τοσαύτην τοῦ πνεύματος χάριν καὶ τὴν τοσαύτην τῶν ἄθλων ἐπίδειξιν, μετὰ τοὺς ἀφάτους κινδύνους, μετὰ τὴν ἠκριβωμένην φιλοσοφίαν, δείκνυσιν ἡμῖν, καὶ παραδηλοῖ, ὅτι ἕως ἂν ἐμπνέωμεν, καὶ τὴν σάρκα ὦμεν περικείμενοι ταύτην, παλαισμάτων ἡμῖν χρεία, καὶ πόνων, καὶ οὐκ ἔστιν ἀπραγμόνως D κατορθῶσαι σωφροσύνην ποτὲ, ἀλλὰ πολλῶν ἱδρώτων ἡμῖν δεῖ, καὶ καμάτων πρὸς τοῦτο τὸ τρόπαιον. οὕτως ἔλεγεν· ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα, καὶ δουλαγωγῶ, μήπως ἄλλοις κηρύξας, αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. ταῦτα δὲ ἔλεγε, δηλῶν τὴν ἐπανάστασιν τῆς σαρκὸς καὶ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας λύτταν, καὶ τὸν διηνεκῆ πόλεμον, καὶ τὸν ἐναγώνιον αὐτοῦ βίον. διὰ τοῦτο καὶ ὁ Χριστὸς τοῦ πράγματος αὐτοῦ δηλῶν τὴν δυσκολίαν, οὐδὲ ἐμβλέπειν ἠφίει εἰς τὰς τῶν γυναικῶν ὄψεις, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν μοιχῶν κο- E λάσει τοὺς οὕτως ὁρῶντας κολάζειν ἠπείλησε. εἰπόντι δὲ καὶ τῷ Πέτρῳ, ὅτι οὐ συμφέρει γαμῆσαι, οὐκ ἐνομοθέτησε μὴ γαμεῖν, ἀλλὰ τὸ παραδηλῶν τοῦ πράγματος τὸν ὄγκον, ἔλεγεν· ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. ἀκούομεν δὲ καὶ ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, ὅτι πολλοὶ καὶ σιδήρῳ ἅπαν τὸ σῶμα καταδήσαντες, καὶ σάκκῳ περιβαλόντες, καὶ πρὸς τὰς ὀρῶν ἀναδραμόντες κορυφὰς, καὶ νηστείᾳ συζῶντες διηνεκεῖ, καὶ παννυχίσι, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ πᾶσαν ἐπιδεικνύμενοι σκληραγωγίαν, καὶ γυναιξὶν ἁπάσαις ἀπαγορεύσαντες ἐπιβαίνειν τοῦ δωματίου καὶ τῆς καλύ- A βης τῆς ἑαυτῶν, καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ παιδαγωγοῦντες ἑαυτοὺς, μόλις περιγίνονται τῆς κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν μανίας. σὺ δὲ λέγεις, ὅτι κἂν συνοικοῦντα ἴδῃς παρθένοις, καὶ προσδεδεμένον, καὶ τρυφῶντα, καὶ τὴν ψυχὴν προϊέμενον μᾶλλον, ἢ τὴν συνοικον, καὶ πάντα καὶ παθεῖν, καὶ ποιῆσαι αἱρούμενον, ἢ χωρισθῆναι τῆς ποθουμένης, μὴ πιστεύσῃς τι πονηρὸν, μηδὲ ἐπιθυμίας εἶναι νομίσῃς τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ εὐλαβείας. ἀλλ' οὐ περὶ τῶν σώματα ἐχόντων, ὦ θαυμάσιε, ἀλλὰ περὶ τῶν λίθοις συνοι- B κούντων οὕτω διακεῖσθαι χρή. καὶ σὺ μὲν ἴσως ἀπιστεῖς, διὰ τὴν πολλὴν σωφροσύνην· ἐγὼ δὲ ἤκουσα διηγουμένων τινῶν, ὅτι πολλοὶ καὶ πρὸς ἀγάλματα, καὶ λίθους ἔπαθόν τι. εἰ δὲ ἔνθα σκληρότης, καὶ ἀντιτυπία, καὶ ἡ διάπλασις μόνη τοσοῦτον ἰσχυσεν, ὅταν μετὰ τῆς διαπλάσεως καὶ σῶμα ἁπαλὸν ὑποκείμενον ᾖ, τίνα οὐκ ἐργάσεται μανίαν; πῶς δὲ οὐ δόξουσιν εἰκότως λέγειν μᾶλλον οἱ κατηγοροῦντες, ἢ ὑμεῖς οἱ ἀπολο- C γούμενοι; τί γὰρ εἰκὸς, εἰπέ μοι, ἐπιθυμεῖν ἄνδρα γυναικὸς, ἢ μὴ ἐπιθυμεῖν; πάντως ἂν εἴποιμεν, ἐπιθυμεῖν. πάλιν τῶν μυρίων αἰτιῶν ἔξω προφάσεων εὐλόγων οὐκ ἀνεχόμενον ἐξελθεῖν, ἀλλ' εἴσω θοῦντα ἑαυτὸν ἐπ' οὐδενὶ μὲν κατορθώματι, μυρίοις δὲ ὀνείδεσι, καὶ βλάβαις οἰκείων τε, καὶ ἀλλοτρίων, τί εἰκὸς; ἐξ ἀγαθῆς τοῦτο προαιρέσεως πάσχειν, ἢ ἐκ πονηρᾶς; τάχα ἂν ἐκ πονηρᾶς εἴποι τις μᾶλλον. πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ὑπὲρ τούτων ἀκριβολογώμεθα· ἀλλὰ κείσθω D μήτε κατὰ λόγον σκανδαλίζεσθαι τοὺς σκανδαλιζομένους, μήτε δικαίως, ἀλλ' εἰκῇ, καὶ μάτην· τίνος ἕνεκεν συνοικεῖς, εἰπέ μοι, τῇ παρθένῳ; δι' οὐδὲν γὰρ ἡ συνοίκησις αὕτη νενομοθέτηται, ἢ δι' ἔρωτα, καὶ πόθον. ἐπεὶ περίελε τοῦτο, καὶ ἀνῄρηται ἡ τοῦ πράγματος χρεία. τίς γὰρ ἂν εἵλετο ἀνὴρ ὢν, ταύτης χωρὶς τῆς ἀνάγκης, γυναικείας ἀνέχεσθαι τρυφῆς, καὶ ὕβρεως, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοῦ γένους ἐλαττωμάτων ἐκείνου; διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς τὴν γυναῖκα ταύτῃ καθώπλισε τῇ ἰσχύϊ, εἰ- E δὼς, ὅτι σφόδρα εὐκαταφρόνητος ἔσται, μὴ ταύτην ἐπαγομένη τὴν ἀρχὴν, καὶ ὅτι οὐδεὶς ἂν εἵλετο αὐτῇ συνοικῆσαι καθαρεύων ἐπιθυμίας· εἰ γὰρ τοσαύτης ἐπικειμένης ἀνάγκης νῦν, καὶ πολλῆς ἑτέρας χρείας· καὶ γὰρ καὶ παιδοποιοῦσι, καὶ οἰκουροῦσι, καὶ ἕτερα ἄλλα διακονοῦνται πολλὰ πλείονα τούτων· εἰ δὲ τοσαῦτα λειτουργοῦσαι τοῖς ἀνδράσιν, εὐκαταφρόνητοι πολλάκις ἐγένοντο, καὶ τῆς οἰκίας ἐξεβλήθησαν, πῶς ἂν ἐπιθυμίας χωρὶς ἦσαν ἡμῖν ποθειναὶ, καὶ ταῦτα τοσούτοις ἡμᾶς ὀνείδεσι περιβάλλουσαι; ἢ λέγετε τοίνυν τὴν αἰτίαν τῆς συνοικήσεως;

ἢ

ἢ οὐδεμίαν ὑποπτεύειν ἑτέραν ἀνάγκη, ἀλλ' ἢ πονηρὰν ἐπιθυμίαν, καὶ ἡδονὴν ἐπονείδιστον.

Τί οὖν ἂν δυνηθῶμεν αἰτίαν εὔλογον, καὶ δικαίαν εἰπεῖν; ἔσῃ μάτην ταῦτα περὶ ἡμῶν εἰρηκώς; μάλιστα μέν, ἀλλ' οὐδεμίαν ἐρεῖτε τοιαύτην· πλὴν ἀλλὰ οὕτως ἐβουλόμην μαθεῖν, εἴ τινα σκιὰν γοῦν ἔχετε εὔλογον προφάσεως εἰπεῖν. ἀπροστάτευτος, φησίν, ἐστὶν ἡ παρθένος, οὐκ ἄνδρα ἔχουσα, οὐ κηδεμόνα, πολλάκις δὲ οὐδὲ πατέρα, οὐκ ἀδελφόν, καὶ δεῖται τοῦ χεῖρα ὀρέξοντος, καὶ τὴν ἐρημίαν παραμυθησομένου, καὶ πανταχοῦ περιβεβλημένου καὶ καταστήσοντος αὐτὴν ἐν ἀσφαλείᾳ πολλῇ, καὶ λιμένι. ποίᾳ ἀσφαλείᾳ, καὶ ποίῳ λιμένι; τὸν γὰρ περίβολον οὐκ εἴργοντα ὁρῶ τὰ κύματα, ἀλλ' ἐπεγείροντα, καὶ τὸν λιμένα οὐκ ἀναστέλλοντα τὸν χειμῶνα, ἀλλὰ καὶ τὰς οὐκ οὔσας τίκτοντα τρικυμίας. οὐκ αἰσχύνεσθε, οὐκ ἐγκαλύπτεσθε τοιαῦτα ἀπολογούμενοι; εἰ γὰρ μηδεμία ἐκ ταύτης τῆς διακονίας ἐτίκτετο κατηγορία, μηδὲ βλάβη, μηδὲ σκάνδαλον, ἀλλὰ μετ' εὐφημίας ἐξῆν τοῦτο αὐτὸ ποιεῖν, τίνος οὐκ ἂν ἦτε ἐλεεινότεροι τὸν πλοῦτον αὐτῆς αὔξοντες, καὶ πρὸς φιλοχρηματίαν γυμνάζοντες, καὶ εἰς πράγματα ἐκβάλλοντες καὶ πρὸς κοσμικὰς παιδοτριβοῦντες φροντίδας, οἰκονόμων τάξιν, καὶ ἐπιτρόπων, καὶ ἀγοραίων τινῶν ἀνταλλαττόμενοι; σφόδρα γε. οὐ γὰρ δυνήσεσθε περὶ ἀκτημοσύνης διαλεχθῆναι, καὶ πεῖσαι τῶν ὄντων καταφρονεῖν, οἱ πάντα ποιοῦντες, ὅπως μὲν καὶ αὔξοιτο τὰ ὄντα, καὶ πόροι πόροις ἐπιγίγνοιντο, κάπηλοί τινες, καὶ πάλιν κάπηλοι δι' ἐκείνας γινόμενοι, ἄχρηστοί γε. οὐ γὰρ γενναῖαι ὑμῶν αἱ ἐλπίδες, οἱ τὸν σταυρὸν κελευσθέντες βαστάζειν, καὶ ἕπεσθαι τῷ Χριστῷ, ῥίψαντες τὸν σταυρόν, καθάπερ στρατιῶται μαλακοὶ τὴν ἀσπίδα, ἠλακάτῃ παρακάθησθε, καὶ καλαθίσκῳ, δι' ἑτέρας αἰσχροτέρας μεθόδου τῆς εἰς τὸν παρόντα βίον ἀνοίξαντες θύραν. οὐ γὰρ οὕτως αἰσχρόν, τοὺς γεγαμηκότας ταῦτα οἰκονομεῖν, ὡς τοὺς προσποιουμένους ὑμᾶς ἀποπεπηδηκέναι μὲν τῶν παρόντων, δι' ἑτέρου δὲ προσώπου πάλιν αὐτὰ ὑποδυομένους. διὰ τοῦτο λαιμάργων, καὶ παρασίτων, καὶ κολάκων, καὶ γυναικοδούλων πανταχοῦ δόξαν λαμβάνομεν, οἱ χαμαὶ τὴν εὐγένειαν ἅπασαν ῥίψαντες τὴν ἄνωθεν δοθεῖσαν ἡμῖν, ἀντικαταλλαττόμεθα τὴν ἀπὸ τῆς γῆς δουλοπρέπειάν τε καὶ εὐτέλειαν. καὶ χήραις μὲν διανεῖμαι χρήματα οὐκ εἵλοντο οἱ γενναῖοι τότε ἄνδρες ἐκεῖνοι, καὶ ταῦτα τοσαύτης βλασφημίας γινομένης, διὰ τὸ μηδένα εἶναι τὸν οἰκονομοῦντα, ἀλλὰ ἔλαττον τῆς αὐτῶν φιλοσοφίας εἶναι τοῦτο νομίσαντες, ἑτέροις ἐπέτρεψαν. ἡμεῖς δὲ οὐκ αἰδούμεθα πλοῦτον ἀλλότριον αὔξοντες ἐπὶ λύμῃ τῶν κεκτημένων, τῶν εὐνούχων τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα ἐσχολακότων οὐδὲν ἄμεινον διακείμενοι, οἱ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ αἷμα, καὶ τὰς ψυχὰς ἐπὶ τῶν χειρῶν προσταττόμενοι φέρειν ἀντὶ μεγάλων ὅπλων. τί οὖν, ἁρπαζόμενα πάντα τὰ τῆς παρθένου χρὴ περιιδεῖν, ἀγόμενά τε, καὶ περιφερόμενα ὑπὸ συγγενῶν, ὑπὸ οἰκετῶν, καὶ ἀλλοτρίων, ἢ καὶ οἰκείων; καλήν γε οὐκ ἀποδώσομεν τῇ παρθένῳ τὴν ἀμοιβήν, ἀνθ' ὧν οὐκ ἐγήματο, οὐδὲ τὸν παρόντα κόσμον ἠγάπησεν, ἀλλ' ἀντὶ πάντων εἵλετο τὸν Χριστόν· ἀφέντες αὐτὴν προκεῖσθαι τοῖς βουλομένοις τῶν ὄντων ἀποστερεῖν· καὶ πόσῳ βέλτιον ἦν ὁμιλῆσαι γάμῳ, καὶ τῷ συνοικοῦντι πρὸς τὴν τῶν πραγμάτων τούτων οἰκονομίαν κεχρῆσθαι, ἢ μένουσαν ἄγαμον, πατῆσαι μὲν τὰς πρὸς τὸν Θεὸν συνθήκας, ὑβρίσαι δὲ εἰς πρᾶγμα οὕτω σεμνόν, καὶ φρικῶδες, καθελκῦσαι δὲ καὶ ἑτέρους πρὸς τὰ ναυάγια τῶν οἰκείων κακῶν. πῶς δὲ αὐτὴν ἀντὶ πάντων ἑλέσθαι λέγεις τὸν Χριστόν; τοῦ Χριστοῦ βοῶντος καὶ λέγοντος, οὐ « δύνασθε Θεῷ δουλεύειν, καὶ μαμμωνᾷ. πῶς δὲ τὸν κόσμον μισῆσαι καὶ τὰ παρόντα, πρὸς τὰς τοῦ κόσμου πείθων ἐπτοῆσθαι ἐπιθυμίας; τίνι δέ ποτε τὴν ἄνδρα ἔχουσαν δυνήσῃ παραινέσαι χρημάτων περιιδεῖν, τῇ παρθένῳ συγκατασκευάζων τὸν πλοῦτον; αὐτὴν δὲ ταύτην πότε ἀφήσεις εὐπρόσεδρον εἶναι τῷ Κυρίῳ καὶ ἀπερίσπαστον, πάντα τὸν βίον, καὶ τὴν σπουδὴν εἰς τὰ ἐκείνης ἀναλίσκων πράγματα; πότε δὲ δυνήσεται ἡ παρθένος φιλοσοφῆσαι, σὲ τὸν ἄνδρα ὁρῶσα δεινὸν ἡγούμενον εἶναι, εἰ τὰ ἐκείνης διαρπασθείη χρήματα; πῶς δὲ ἀνέξεται ζημίας ὑπερορᾷν, πάντα σε καὶ ποιοῦντα, καὶ πάσχοντα βλέπουσα, ὥστε ἐπιτείνειν αὐτῇ τὸν παρόντα πλοῦτον; οὐχ οὕτως ἡμᾶς ἀπηλλάχθαι βούλεται πραγμάτων ὁ Θεός, ἀλλ' ἐν τῷ τῶν ὄντων καταφρονεῖν, τὸ πάντα ἀπαρνήσασθαι τὰ βιωτικά· ἀλλ' οὐκ ἐᾶτε ὑμεῖς, οὐδὲ συγχωρεῖτε τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον ἰσχύειν. τί οὖν, ἂν τῶν ἑτέρων δέηται προστασίας, φησί, καὶ πολλὰ ἀνάξια ὑπομείνῃ; νῦν γὰρ οὐκ ἀνάξια ταῦτα τῆς παρθένου; οὐδὲν οὕτως ἀνάξιον τῆς παρθένου, ὡς τὸ πλουτεῖν, καὶ περιβεβλῆσθαι πραγμάτων πλῆθος. τί δέ, εἰ καὶ ἕτερα πρὸς τούτοις κελεύει; οἷον, δανείζειν χρυσίον· εἶτα καλέσασα ἡμᾶς εἰς τὰ συναλλάγματα μὴ πείθοι, καὶ μὴ πείσασα ἑτέρους λάβῃ, ἡμεῖς ἐσόμεθα αἴτιοι; τί δέ, εἰ καπηλείας ἄλλας τινὰς ἀνελευθέρους, καὶ ἀπρεπεῖς κατασκευάζει; εἶτα μὴ βουλομένων ἡμῶν συμπράττειν ἄλλων δεηθείη τινῶν, ἐγκαλεῖσθαι ἂν εἴημεν ἄξιοι; οὐδαμῶς, ἀλλὰ καὶ ἐπαινεῖσθαι.

A vel nullam aliam ſuſpicari neceſſe, quàm malam concupiſcentiam, & ignominioſam voluptatem.

Nunc ſimile quiddam nobis ac pullis contigit. Nam ubi eos educavit mater, profert illos quidē ē nido: ſed ſi imbecilles videt, D ac lapſantes, & qui adhuc opus habeant intus contineri, ſinit inſuper plures dies, non ut perpetuò intus hæreant; ſed ut alis probè confirmatis, atque omni contracto robore, exin ſecuri volatum ineant. Sic nos Dominus noſter jam olim ad cœlum trahebat, viámque, quæ eò ferret, monſtrabat: non ille quidem ignorans, quin bellè etiam conſcius, impares ad eum volatum futuros; ſed oſtendere nobis volens, non voluntate ſua; ſed imbecillitate noſtra caſum fieri. Quod ubi oſtendit, ſivit E porrò in hoc mundo & matrimonio tanquam nido quodam diutius ali: donec tandem virtutis quaſi quibusdam pennis longo intervallo enatis, ſenſim atque pedetentim aggreſſus, domicilio hoc eductos, altiùs docuit evolare. Ergo alii adhuc oſcitantes, arctóque ſomno conſopiti, nido etiamdum conſueſcunt, mundanis affixi rebus. Alii verò generoſi, ac lucis amatores, eo facillimè deſerto, ſupera capeſſunt, omnibúſque in terra relictis, matrimonio, nummis, curis, cunctíſque A reliquis quæ ad terram nos detrahere ſolent, cœlo initant. Quare ne putemus, matrimonii olim permiſſionem, neceſſitatem deinceps eſſe, ab eo refugere vetantem: nam velle eum ut id dimittamus, audi quid dicat, *Qui capere poteſt, capiat.* Quòd ſi id principiò minùs juſſit, nihil mirum: neque enim medicus omnia ſimul ægrotis eodémque tempore præſcribit: ſed cùm à febri tenentur, à firmiori cibo eos arcet: cùm æſtum eum, atque ab eo corpori contractam infirmitatem depule- B runt, tum, ingratis demùm cibis liberatos, aſſueto victui reddit. Quemadmodum verò in corporibus elementa inter ſe diſcordia exceſſu defectúve morbum concitant; ita & animi ſanitatem affectuum immoderationes corrumpunt: in primíſque opus eſt tempeſtivitas, atque ut ad ſubjectas affectiones accommodatum præceptum ſit: alioqui lex ſine his utriſque ad corrigendam excitatam in animo depravationem minimè ſufficiet: ut nec medicamentorum vis ulcus ſanare per ſe pote- C rit. nam quod remedia vulneribus, id vitiis leges præſtant. Tu verò medicum, ſæpe idem vulnus, nunc ſecantem, nunc urentem, nunc horum neutrum facientem, præſertim qui frequenter à fine aberret, non urgere: Deum verò, qui homo ſis, nunquam aberrantem; ſed omnia ut ejus dignum ſapientia eſt, moderantem, obtundere, ab eóque præceptorum rationem exigere, neque infinitæ Sapientiæ tanquam de via cedere? an non ea extrema amentia eſt? *Creſcite,* ait, *& multiplica-* D *mini.* Id enim tempus poſtulabat, furente natura, ac neque ad libidinis impetum conſiſtente, neque in ea tempeſtate portum alium, quò confugeret, habentes. Sed quid imperandum fuit? Ut continentes ac cœlibes degerent? At hoc & lapſum majorem, & vehementiorem flammam effeciſſet. Nam ſi quis pueros, qui lac ſolū deſiderent, ab eo cibo remotos, viris congruo veſci cogat, nihil impediet, quo minus è veſtigio pereant. Tantum malum eſt intempeſtivitas. Eapropter virginitas initiò data non eſt: imò E verò virginitas & initiò, & matrimonio prior extitit, ſed eapropter invaſit porrò matrimonium, viſúmque neceſſarium eſt,

XVII. *De Dei indulgentia.*

Mat. 19, 12.

Gen. 1, 28.

A cum, ſiquidem Adamus obediens manſiſſet, eo opus non fuiſſet. Atqui, inquit, tot millia prodiiſſent? Ego verò, quando hæc te formido admodum ſollicitans manet, iterum abs te quæro, unde nobis Adamus, unde Eva, non interveniente matrimonio? Quid igitur? itáne, inquit, homines omnes erant naſcituri? H c an alio modo, haud ſanè habeo dicere: illud enim nunc agitur, Deo ad frequentandos in terra homines matrimonio opus non fuiſſe.

XIIX. *Non virginitatem genus noſtrum imminuere; ſed peccata.* Gen. 6, 2.

B Nec verò mortalium generi virginitatem interitum comparare; ſed flagitia & fœdos coïtus, oſtendit illa Noæ tempeſtate hominum, jumentorum, breviter omnium in terris animantium internecio. Nam ſi tum obſcœnæ ei libidini reſtitiſſent Dei filii, ac virginitatem coluiſſent, neque hominum filias iniquis oculis aſpexiſſent, nunquam hæc eos pernicies oppreſſiſſet. Atque hæc nolim à me ita accipi, quaſi eorum cladem in matrimonium conferrem: non enim id nunc dico; ſed genus noſtrum perimere ac delere, id verò non eſſe virginitatis. C

XIX. *Matrimonio olim duas fuiſſe cauſas, nunc unā eſſe* 1. Cor. 7, 2.

Itaque cùm liberûm quærendorum cauſa proditum matrimonium eſt, tum multo magis ad naturæ ardorem reſtinguendum. Atque id Paulus teſtatur, dicens: *Sed propter fornicationem, ſuam quiſque uxorem habeat*: non propter liberorum procreationem. rurſumque convenire jubet, non ut multarum prolium parentes fiant: ſed cur? *Ne vos tentet*, inquit, *Satanas.* ac progreſſus, non dixit, ſin optant liberos; ſed quid? D qui ſe non continent, matrimonium contrahant. Principio enim, ut dicebam duplicem hanc occaſionem habebat; ſed deinde terra ac mari, atque orbe omni repleto, unus duntaxat prætextus eſt reliquus, nequitiæ & libidinis abolitio. Nam qui etiamnum in his vitiis erant volutaturi, & porcorum vitam agere, atque in luſtris perire cuperent, non minimum demeretur, quæ neceſſitate ea atque fœditate liberatos, ſanctos caſtóſque tueatur. E At enim quis umbratilis hujus pugnæ futurus modus eſt? & vos enim qui hæc diſſeritis, æquè atque nos virginitatis excellentiam tenetis, omniáque quæ à vobis dicuntur commenta ac prætextus ſunt, & libidinis tegumenta.

XX. *Etiam ſi nullum periculū eſſet iis qui virginitatem deſpiciant, tamen ne ſic quidem tutum eſſe eam deſpicere.*

Verùm ut hæc impunè dicere liceat, tamen vel hac ratione à calumnia temperatum oportuit. Nam qui de rebus præclaris ſecus ſentiat, præter alia damna, non leve etiam apud omnes improbitatis ſuæ teſtimonium, adeò depravatum & iniquum judicium profert. Itaque ſi nulla alia de cauſa, at ne tam tetram A opinionem de ſe concitarent, linguam continere decebat: cogitantes, qui ſummis certaminibus illuſtres laudet, eum licet eodem non evadat, facilè ab omnibus veniam conſequi. At qui nec ea exerceat, & multis coronis digna etiam damnet, meritò eum omnes oderint ceu hoſtem atque inimicum virtutis, & inſanis miſeriorem. Hi enim, & quæ committunt, neſciunt, nec quæ patiuntur, ultrò ſuſcipiunt: ideóque læſo magiſtratu non modo pœnas minimè dant; ſed eos ipſi etiam læſi miſerantur. B Quòd ſi quis autem prudens ea deſignet, quæ illi imprudentes faciunt, jure omnium ſententiis ut naturæ noſtræ perduellis damnetur.

XXI. *Ingens periculum eſſe iis qui virginitatem deſpiciant.* Pſ. 49, 20

Quare quod dicebam, ut accuſatio ea impunè eſſet, tamen ob ea, quæ jam dixi, abſtinere oportebat. Nam ineſt in eo ingens periculum: neque *enim qui ſedens contra ſuum fratrem loquitur, & adverſus filium matris ſuæ ſcandalum ponit*, ſolùm punietur, ſed etiam qui quæ Deo præclara videantur, culpare inſiſtat. C Jam accipe quid alius Propheta in eandem ſenteniam diſſerat: *Væ illi qui malum bonum, & bonum malum dicit; qui lucem in tenebras, & tenebras in lucem convertit; qui amarum in dulce, & in amarum dulce mutat.* Nam quid virginitate dulcius, quid melius, quid illuſtrius? quæ fulgores ipſis etiam Solis radiis luculentiores emittat, noſque ab omnibus ſeculi hujus negotiis abjunctos, in juſtitiæ Solē puris oculis aſſiduè contuentes præſtet. D Atque hæc quidem Eſaias, de his qui inter eos judicia haberent corrupta, vociferatur: audi verò quid alius etiam Propheta de his, qui eas verborum peſtes in vulgus ſpargant, dicat, ab eodem adverbio itidem exorſus: *Væ ei, qui proximo ſuo potum dat ſubverſionem turbidam.* Eſt autem væ, verbum non ſimplex; ſed quo ingentes continentur minæ, ut immiſericors ſupplicium promulgetur. Nam in ſacris literis adverbium hoc in eos uſurpatur, qui imminentes pœnas amplius effugere non poſſunt. Rurſum alius Propheta Judæos notans, *Vinum*, inquit, *ſanctificatis propinaviſtis.* E Quòd ſi, qui Nazaræis vinum propinet, adeò mulctabitur, quo non ſupplicio dignus erit, qui in ſimplicium mentes ſubverſionem turbidam effundat? Si qui exiguum legitimi † exercitii partem ſuccîdat, inexorabiles pœnas ſuſtinet, qui ſanctimoniam hanc omnem convellat, quibus modis accipietur?

Gen. 1.
Eſ. 5, 20.
Sap. 5.
Hab. 2, 15.
Amos 2, 12
† *Vox Græca monachorum propria eſt, ut velle mihi videatur, Nazaræos*

A ὡς εἴ γε ἔμεινεν ὑπακούων ὁ Ἀδάμ, οὐκ ἂν ἐδέησε τούτου. καὶ πῶς ἄν φησιν, αἱ τοσαῦται μυριάδες ἐγένοντο; ἐγὼ δέ σε πάλιν ἐρωτῶ, ἐπειδή σε σφόδρα παραμένει κατασείων οὗτος ὁ φόβος, πῶς ὁ Ἀδάμ, πῶς δὲ ἡ Εὔα, μὴ μεσιτεύοντος γάμου; τί οὖν; οὕτως, φησὶν, ἔμελλον ἅπαντες ἄνθρωποι γίνεσθαι; εἴτε οὕτως, εἴτε ἑτέρως, οὐκ ἔχω λέγειν. τὸ γὰρ ζητούμενον νῦν, ὅτι γάμου οὐκ ἔδει τῷ Θεῷ πρὸς τὸ πολλοὺς ποιῆσαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς ἀνθρώπους. Ὅτι δὲ οὐχ ἡ παρθενία ποιεῖ B τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐπιλιπεῖν, ἀλλ' ἡ ἁμαρτία καὶ αἱ ἄτοποι μίξεις ἔδειξεν ὁ κατὰ τὸν Νῶε γενόμενος ἀφανισμὸς καὶ ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν, καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν ἐμπνεόντων ἐπὶ τῆς γῆς. εἰ γὰρ ἔστησαν πρὸς τὴν ἄτοπον τότε ἐπιθυμίαν ἐκείνην οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν παρθενίαν ἐτίμησαν, εἰ μὴ εἶδον ἀδίκοις ὄμμασι τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, οὐκ ἂν αὐτοὺς ὁ τοσοῦτος κατέλαβεν ὄλεθρος. καὶ μή μέ τις οἰέσθω τῆς ἀπωλείας αὐτῶν αἰτιᾶσθαι τὸν γάμον· οὐ γὰρ τοῦτό φημι νῦν, ἀλλ' ὅτι τὸ ἀπολλῦσαι καὶ διαφθείρειν τὸ γένος τὸ ἡμέτερον, οὐ τῆς C παρθενίας ἐστίν.

Ἐδόθη μὲν οὖν καὶ παιδοποιίας ἕνεκεν ὁ γάμος· πολλῷ δὲ πλέον ὑπὲρ τοῦ σβέσαι τὴν τῆς φύσεως πύρωσιν. καὶ μάρτυς ὁ Παῦλος, λέγων· διὰ δὲ τὰς πορνείας ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω· οὐ διὰ τὰς παιδοποιίας· καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθαι κελεύει, οὐχ ἵνα πατέρες γένωνται παίδων πολλῶν· ἀλλὰ τί; ἵνα μὴ πειράζῃ ὑμᾶς ὁ σατανᾶς, φησί. καὶ προελθὼν δὲ οὐκ εἶπεν· εἰ δὲ ἐπιθυμοῦσι παίδων· ἀλλὰ τί; D εἰ δὲ μὴ ἐγκρατεύονται, γαμησάτωσαν. παρὰ μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν, ὅπερ ἔφην, δύο ταύτας εἶχε τὰς ὑποθέσεις· ὕστερον δὲ πληρωθείσης καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, μία λείπεται πρόφασις αὐτοῦ μόνη, ἡ τῆς ἀκολασίας καὶ τῆς ἀσελγείας ἀναίρεσις. τοὺς γὰρ ἔτι καὶ νῦν ἐν τούτοις καλινδουμένους τοῖς πάθεσι, καὶ χοίρων βίον ἐπιθυμοῦντας ζῆν, καὶ ἐν χαμαιτυπείοις φθείρεσθαι, οὐ μικρὸν ὀνίνησι, τῆς ἀκαθαρσίας καὶ τῆς ἀνάγκης ἀπαλλάττων ἐκείνης, καὶ ἐν ἁγιασμῷ E καὶ σεμνότητι διατηρῶν. ἀλλὰ γὰρ μέχρι τίνος οὐ παύσομαι σκιαμαχῶν; καὶ γὰρ ὑμεῖς οἱ ταῦτα λέγοντες, ἡμῶν οὐχ ἧττον ἴστε τὴν τῆς παρθενίας ὑπεροχὴν, καὶ πάντα ἅπερ ὑμῖν εἴρηται, σκήψεις καὶ προφάσεις εἰσὶ καὶ ἀκρασίας προκαλύμματα. Ἀλλ' εἰ μὲν ἀκινδύνως ἐνῆν ταῦτα λέγειν, ἔδει μὲν καὶ οὕτω παύεσθαι τῆς διαβολῆς. ὁ γὰρ πρὸς τὰ καλὰ τῶν πραγμάτων ἀπ' ἐναντίας διακείμενος τῆς γνώμης, μετὰ τῆς ἄλλης βλάβης, καὶ μαρτύριον οὐ μικρὸν παρὰ πᾶσι τῆς οἰκείας ἐκφέρει μοχθηρί- A ας, τῆς οὕτω διεστραμμένην καὶ ἄδικον ψῆφον· ὥστε εἰ καὶ μηδενὸς ἕνεκεν ἄλλου, ὑπέρ γ' οὖν μὴ περιβαλέσθαι δόξαν οὕτω πονηρὰν, ἐπέχειν τὴν γλῶτταν ἐχρῆν ἐνθυμουμένους, ὅτι ὁ μὲν θαυμάζων τοὺς ἐν τοῖς μεγίστοις διαλάμποντας ἄθλοις, κἂν μὴ δυνηθῇ τῶν αὐτῶν ἐφικέσθαι, συγγνώμης δυνήσεται παρὰ πάντων τυχεῖν. ὁ δὲ πρὸς τῷ μὴ μετιέναι καὶ κακίζων τὰ πολλῶν ἄξια στεφάνων, δικαίως ἂν παρὰ πάντων μισοῖτο ὡς ἐχθρὸς καὶ πολέμιος τῆς ἀρετῆς, καὶ τῶν μαινομένων ἀθλιώτε- B ρον διακείμενος. οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἴσασιν ἃ ποιοῦσιν, οὐδὲ ἑκόντες ἃ πάσχουσιν ὑπομένουσι· διὸ καὶ τοὺς ἐν δυναστείαις ὄντας ὑβρίζοντες, οὐ μόνον οὐ κολάζονται, ἀλλὰ καὶ ἐλεοῦνται παρὰ τῶν ὑβρισθέντων αὐτῶν. εἰ δέ τις ἑκὼν ταῦτα τολμήσειεν, ἅπερ ἄκοντες ἐκεῖνοι ποιοῦσι, δικαίως ἂν ταῖς ἁπάντων καταδικάζοιτο ψήφοις, ὡς τῆς φύσεως τῆς ἡμετέρας ἐχθρός.

Ἐχρῆν μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, εἰ καὶ ἀκίνδυνος ἦν ἡ τοιαύτη κατηγορία, C τῶν γ' οὖν εἰρημένων ἕνεκεν αὐτῆς ἀπέχεσθαι. νῦν δὲ καὶ κίνδυνος τῷ πράγματι κεῖται μέγας. οὐ γὰρ ὁ καθήμενος καὶ κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ καταλαλῶν, καὶ κατὰ τοῦ υἱοῦ τῆς μητρὸς τιθεὶς σκάνδαλον, κολασθήσεται μόνος, ἀλλὰ καὶ ὁ πράγματα διαβάλλειν ἐπιχειρῶν τῷ Θεῷ δοκοῦντα εἶναι καλά. ἄκουσον γ' οὖν τί φησιν ἕτερος προφήτης περὶ αὐτοῦ τούτου διαλεγόμενος· οὐαὶ ὁ λέγων τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· ὁ τιθεὶς τὸ φῶς σκότος καὶ τὸ σκότος φῶς· ὁ τιθεὶς τὸ γλυκὺ πικρὸν καὶ D τὸ πικρὸν γλυκύ. τί γὰρ τῆς παρθενίας ἥδιον, τί κάλλιον, ἢ φαιδρότερον; καὶ γὰρ αὐτῶν τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων φαιδροτέρας ἀφίησι τὰς μαρμαρυγὰς, πάντων μὲν ἡμᾶς ἀπαλλάττουσα βιωτικῶν, καθαροῖς δὲ ὀφθαλμοῖς εἰς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ἀτενὲς παρασκευάζουσα ἐνορᾷν. καὶ ταῦτα μὲν ὁ Ἡσαΐας περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς τὰς διεστραμμένας κρίσεις ἐχόντων ἐβόα· ἄκουσον δὲ καὶ περὶ τῶν εἰς ἑτέρους ἐκφερόντων τὰ λοιμικὰ ταῦτα ῥήματα, τί φησιν ἄλλος προφήτης, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πάλιν ὀπιφθέγματος ποιούμενος τὴν ἀρχήν· οὐαὶ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπὴν θολε- E ράν. τὸ δὲ οὐαὶ, οὐ ῥῆμα ψιλόν ἐστιν, ἀλλ' ἀπειλητικὸν φωνῆς· ἃ ... καὶ ἀσύγγνωστον προαναφωνοῦσα τὴν τιμωρίαν. ἐπὶ γὰρ τῶν οὐκέτι δυναμένων διαφυγεῖν τὴν μέλλουσαν κόλασιν, οὕτω τὸ ἐπίρρημα κεῖται ἐν ταῖς γραφαῖς. καὶ πάλιν ἕτερος προφήτης ἐγκαλῶν τοῖς Ἰουδαίοις ἔλεγεν· ἐποτίσατε τοὺς ἡγιασμένους οἶνον. εἰ δὲ ὁ τοὺς Ναζαραίους οἶνον ποτίζων, τοσαύτην ὑποστήσεται τιμωρίαν, ὁ τὴν θολερὰν ἀνατροπὴν ἐκχέων εἰς τὰς τῶν ἀφελεστέρων ψυχὰς, τίνος οὐκ ἔσται κολάσεως ἄξιος; εἰ μέρος μικρὸν κατὰ νόμον ἀσκήσεως ὑποτεμνόμενός τις, ἀπαραίτητον ἔχει τὴν κόλασιν, ὁ τὴν ἁγιωσύνην ταύτην ὁλόκληρον διασύρων, τίνα ὑφέξει δίκην;

ἐάν τις σκανδαλίσῃ, φησὶν, ἕνα τῶν μικρῶν τούτων, συμφέρει αὐτῷ, ἵνα μύλος ὀνικὸς κρεμασθῇ περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ καταποντισθῇ εἰς τὴν θάλασσαν. τί οὖν λέξουσιν οἱ διὰ τῶν ῥημάτων τούτων οὐχ ἕνα μικρὸν, ἀλλὰ πολλοὺς σκανδαλίζοντες; ὅπου γὰρ ὁ τὸν ἀδελφὸν καλῶν μωρὸν, ὀρθὴν ἐπὶ τὸ τῆς γεέννης ἀπαχθήσεται πῦρ· ὁ τὴν ἰσάγγελον ταύτην διαβάλλων πολιτείαν, πόσην ὀργὴν ἐπισπάσεται κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς; κατεγέλασέ ποτε τοῦ Μωϋσέως ἡ Μαρία, οὐχ οὕτως ὡς τῆς παρθενίας νῦν ὑμεῖς, ἀλλὰ πολλῷ ἔλαττον καὶ ἐπιεικέστερον. οὐ γὰρ διέσυρε τὸν ἄνδρα, οὐδὲ ἐχλεύασε τὴν ἀρετὴν τοῦ μακαρίου τούτου ἐκείνου, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἐθαύμασε· τοσοῦτον δὲ εἶπε μόνον, ὅτι καὶ αὐτὴ τῶν αὐτῶν ἀπήλαυσεν ὧνπερ ἐκεῖνος· ἀλλ' ὅμως οὕτως ἐξεκαλέσατο τοῦ Θεοῦ τὴν ὀργὴν, ὡς οὐδὲ αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ δοκοῦντος ὑβρίσθαι πολλὰ παρακαλοῦντος γενέσθαι τι πλέον, ἀλλὰ καὶ περαιτέρω τῆς ἐκείνου γνώμης ἐπιταθῆναι τὴν τιμωρίαν αὐτῇ.

Καὶ τί λέγω Μαριάμ; οἱ γὰρ παῖδες ἐκεῖνοι οἱ περὶ τὴν Βηθλεὲμ παίζοντες, ἵνα πρὸς τὸν Ἐλισσαῖον τοῦτο μόνον εἴπωσιν, ἀνάβαινε φαλακρέ· οὕτω παρώξυναν τὸν Θεὸν, ὡς ἅμα τῷ λόγῳ τούτῳ ἄρκτους αὐτῶν ἐπαφεῖναι τῷ πλήθει· καὶ γὰρ τεσσαράκοντα δύο ἦσαν· καὶ πάντες ἄρδην ὑπὸ τῶν θηρίων ἐσπαράττοντο τότε ἐκεῖνοι· καὶ οὔτε ἡλικία, οὔτε τὸ πλῆθος, οὔτε τὸ γελῶντας εἰπεῖν προὔστη τῶν μειρακίων· καὶ μάλα εἰκότως. εἰ γὰρ μέλλοιεν οἱ τοὺς τοσούτους ἀναδεχόμενοι πόνους, καὶ παρὰ παίδων καὶ παρὰ ἀνδρῶν διασύρεσθαι, τίς τῶν ἀσθενεστέρων αἱρήσεται πόνους ἀναδέξασθαι γέλωτας ἔχοντας καὶ χλευασίαν; τίς δὲ τῶν πολλῶν ζηλώσει τὴν ἀρετὴν, οὕτω καταγέλαστον αὐτὴν οὖσαν ὁρῶν; εἰ γὰρ νῦν πάντων αὐτὴν πανταχοῦ θαυμαζόντων, οὐ τῶν μετιόντων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐκπεπτωκότων αὐτῆς, ὅμως ὀκνοῦσι καὶ ἀναδύονται πρὸς τοὺς ἱδρῶτας ἐκείνους πολλοὶ, τίς ἂν αὐτῆς ἐπιλαβέσθαι ταχέως ἠθέλησεν, εἰ πρὸς τῷ μὴ θαυμάζεσθαι, καὶ διαβαλλομένην ἑώρα παρὰ πάντων ἀνθρώπων. οἱ μὲν γὰρ ἰσχυροὶ λίαν καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἤδη μεταστάντες, οὐδὲν δέονται τῆς ἀπὸ τῶν πολλῶν παραμυθίας, ἀλλ' ἀρκεῖ πρὸς πᾶσαν προθυμίαν αὐτοῖς ὁ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἔπαινος· οἱ δὲ ἀσθενέστερον διακείμενοι, καὶ ἄρτι πρὸς τὸ πρᾶγμα χειραγωγούμενοι, οὐ μικρὰν καὶ ἀπὸ τῆς τῶν πολλῶν δόξης δυνάμεως προσθήκην λαμβάνουσιν, ἕως ἂν παιδαγωγηθέντες πάντοθεν καταμικρὸν εἰς τὸ μηκέτι δεῖσθαι ταύτης τῆς χειραγωγίας καταστήσωσιν ἑαυτούς. οὐκ ἐκείνων δὲ μόνον ἕνεκεν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν χλευαζόντων αὐτοὺς σωτηρίας τοῦτο γίνεται· ὥστε μὴ περαιτέρω προελθεῖν τῆς κακίας αὐτούς, τῷ μηδεμίαν ὑπὲρ τῶν προτέρων δοῦναι δίκην. ἀλλὰ μεταξύ με ταῦτα λέγοντα καὶ ἡ τῶν κατὰ τὸν Ἠλίαν γενομένων εἰσῆλθε μνήμη. ὅπερ γὰρ οἱ παῖδες ὑπὸ τῶν ἄρκτων ἔπαθον διὰ τὸν Ἐλισσαῖον, τοῦτο διὰ τὸν τούτου διδάσκαλον ὑπὸ πυρὸς ἄνωθεν ἀφεθέντος δὶς πεντήκοντα ἄνδρες ἅμα τοῖς προεστῶσιν αὐτῶν ὑπέμειναν. ἐπειδὴ γὰρ κἀκεῖνοι μετὰ πολλῆς εἰρωνείας προσελθόντες ἐκάλουν τὸν δίκαιον, καὶ καταβαίνειν ἐκέλευον πρὸς αὐτούς, ἀντ' ἐκείνου πῦρ κατελθὸν ἅπαντας αὐτοὺς κατέφαγε τῶν θηρίων ἐκείνων οὐχ ἧττον. ταῦτ' οὖν ἐννοήσαντες ἅπαντες ὑμεῖς οἱ τῆς παρθενίας ἐχθροὶ, ἐπίθεσθέ ποτε τῷ στόματι θύραν καὶ μοχλὸν, ἵνα μὴ καὶ ὑμεῖς ἄρξησθε λέγειν κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κρίσεως τοὺς ἀπὸ τῆς παρθενίας ἐκεῖ λάμποντας ὁρῶντες· οὗτοι ἦσαν οὓς ἔσχομέν ποτε εἰς γέλωτα καὶ εἰς παραβολὴν ὀνειδισμοῦ· ἡμεῖς οἱ ἄφρονες, τὸν βίον αὐτῶν ἐλογισάμεθα μανίαν, καὶ τὴν τελευτὴν αὐτῶν ἄτιμον. πῶς κατελογίσθησαν ἐν υἱοῖς Θεοῦ, καὶ ἐν ἁγίοις ὁ κλῆρος αὐτῶν ἐστιν; ἄρα ἐπλανήθημεν ἀπὸ ὁδοῦ ἀληθείας, καὶ τὸ τῆς δικαιοσύνης φῶς οὐκ ἐπέλαμψεν ἡμῖν. ἀλλὰ τί τὸ κέρδος τῶν ῥημάτων τούτων, τῆς μετανοίας ἐκνενευρισμένης ὑπὸ τοῦ καιροῦ τότε;

Ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις ὑμῶν· οὐδεὶς οὖν μετ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἐκακηγόρησεν ἁγίους ἄνδρας; πολλοὶ, καὶ πολλαχοῦ γῆς. πῶς οὖν τὴν αὐτὴν δίκην οὐκ ἔδοσαν, φησίν; ἔδοσαν μὲν, καὶ τούτων ἴσμεν πολλούς· εἰ δὲ ἔνιοι καὶ διέφυγον, ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος διαφεύξονται. κατὰ γὰρ τὸν μακάριον Παῦλον, τινῶν αἱ ἁμαρτίαι πρόδηλοί εἰσι προάγουσαι εἰς κρίσιν, τισὶ δὲ καὶ ἐπακολουθοῦσι· καὶ καθάπερ οἱ νομοθέται τὰς τῶν ἀδικούντων τιμωρίας ἐν γράμμασι θέντες ἀφῆκαν· οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἕνα καὶ δεύτερον τῶν ἡμαρτηκότων κολάσας, καὶ ὥσπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ καὶ γράμμασι τὰς ἐκείνων καταθέμενος τιμωρίας, διὰ τῶν ἐκείνοις συμβάντων ἅπασι διαλέγεται, λέγων ὅτι κἂν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ τιμωρίαν μὴ δῶσι τὴν αὐτὴν οἱ τὰ αὐτὰ τολμῶντες τοῖς δεδωκόσι, κατὰ τὸν μέλλοντα καιρὸν χαλεπωτέραν ὑποστήσονται κόλασιν.

Ὥστε ὅταν ἄμετρα ἁμαρτάνοντες μηδὲν πάσχωμεν κακὸν, μὴ θαρρῶμεν, ἀλλὰ διὰ τοῦτο μᾶλλον φοβώμεθα. κἂν γὰρ ἐνταῦθα μὴ κριθῶμεν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ἐκεῖ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθησόμεθα. καὶ αὕτη πάλιν οὐκ ἐμὴ ἡ ἀπόφασις, ἀλλὰ τοῦ λαλοῦντος ἐν τῷ Παύλῳ Χριστοῦ. τοῖς γὰρ τῶν μυστηρίων ἀναξίως μεταλαμβάνουσι διαλεγόμενός φησι· διὰ τοῦτο ἐν ὑμῖν πολλοὶ ἀσθενεῖς, καὶ ἄρρωστοι, καὶ κοιμῶνται ἱκανοί. εἰ γὰρ ἑαυτοὺς διεκρίνομεν, οὐκ ἂν ἐκρινόμεθα· νῦν δὲ κρινόμενοι, ὑπὸ Κυρίου παιδευόμεθα, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν. εἰσὶ μὲν γὰρ οἱ τῆς ἐνταῦθα μόνον ἐπιτιμήσεως δεόμενοι, ὅταν αὐτῶν σύμμετρα ᾖ τὰ ἁμαρτήματα,

Quiſquis vel horum minimum (inquit ille) *incommodaverit, præſtaret ei, ſuſpenſa de ejus collo aſinaria mola, in mare demergi.* Quid igitur dicent, qui his verbis non unum aliquem minimũ; ſed multos ſcandalizant? Cùm namque, qui fratrem fatuum vocet, rectà ad gehennæ ignem abducendus ſit, qui Angelis æquale hoc inſtitutum accuſet, quantam ſuo capiti iram contrahet? Deriſit aliquando Moſen Maria, non ut vos nunc virginitatem; ſed leviùs multo ac moderatiùs: quippe quæ nec detraheret homini, & beati virtutem non ſolùm non exagitaret; ſed valde etiam ſuſpiceret: illud tantùm dicebat: iiſdem ſe, quibus illum, præditam: & tamen ideò Dei iram in ſe excivit, ut neque eo, qui læſus videretur, multum deprecante, quicquam proficeretur, & diutiùs quàm vellet, ei pœna prorogaretur.

hos tanquã monachos & aſcetas quoſdam legitimos fuiſſe.
Matt. 18, 6.
Marc. 5, 22.
Num. 12, 1.

XXII. Et quid Mariam dico? cùm pueri illi ad Bethlehemam ludentes, qui id Eliſæo tantùm dixiſſent: *Aſcende calve*, Deum tantopere irritaverint, ut † in dicto urſos in eorum multitudinem (erant enim duo & quadraginta) immitteret: qui ab iis ad unum omnes ſunt diſcerpti, neque aut ætas, aut multitudo, aut joco dixiſſe, puerulis profuit, neque injuria. Si enim qui tantos labores ſuſcipiunt, & pueris & viris ludibrio ſunt, ecquis imbecilliorum labores ſuſcipere in animum inducet, cum riſu atque ſannis conjunctos? quis è vulgo virtutem colet, eam adeò ridiculam cernens? Nam ſi nunc omnibus ubique eam admirantibus, non ſolùm ejus cultoribus; ſed etiam, qui ea exciderunt, homines vulgo ad eos ſudores pavent ac formidant, ecquis facilè eam adſciſcat, ſi neque admirationi habeatur, & eam paſſim culpari videat? Etenim firmiores, & qui jam in cœlum commigrarunt, vulgi ſolatium non requirunt; ſed eis ad ſummam alacritatem ſatis eſt laus, quam à Deo conſequuntur: imbecillioribus autem, & qui nuper eò ſunt deducti, non levis è vulgi commendatione virium acceſſio fit, donec tandem undique inſtructi, paulatim ita ſe comparent, ut ea quaſi manuductione non indigeant. Nec verò id illorum tantùm cauſa; ſed irriſorum etiam commodo fit, ne qui priorem audaciam non luiſſent, in eo porrò crimine progrederentur. Sed mihi jam, dum hæc memoro, veniunt in mentem, quæ Eliæ tempeſtate acciderunt. Nam quod pueri propter Eliſæum ab urſis, id propter ejus magiſtrum bis quinquaginta viri cum ſuis principibus ab igne cœlitus deflagrante paſſi ſunt. Quia enim & hi per ſummam ſimulationem juſtum aggreſſi, vocabant atque ad ſe deſcendere jubebant, ejus vicem deſcendens ignis omnes abſumpſit, perinde atque illos feræ. Itaque hæc memoria uſurpantes omnes vos virginitatis hoſtes, tandem fores atque ſeram ori obditote: ne & vos judicii tempore, conſpectis iis qui illic virginitate ſplendebunt, dicere incipiatis: *Hi ſunt quos nos aliquando in deriſum habuimus, & in ſimilitudinem improperii: nos dementes, qui eorum vitam putavimus inſaniam, & exitum eorum ſine honore. Quomodo Dei filiis annumerati, & ſanctorum conſortes ſunt? Ergo nos à veri via deerravimus, neque nos juſtitia lumen colluſtravit!* At quis erit eorum verborum fructus, enervata tum ab ipſo tempore pœnitentia?

Pueros illos Eliſæi tempeſtate utiliter periiſſe.
4 Reg. 2.
† Virgil. *Et in dicto veſtigia retrò Improperata refert, &c.*
4. Reg. 1, 9.
Sap. 5, 3.

XXIII. Sed fortaſſe dicet veſtrûm quiſpiam: At nemóne poſt illa viros ſanctos inceſſit? Multi, & diverſis in regionibus. Et quî, inquit, eaſdem pœnas non dederunt? Dederunt ſanè: & eorum multos ſcimus. Quòd ſi qui autem effugerunt; at non perpetuò effugient. Nam ut eſt apud beatum Paulum, *nonnullorum peccata perſpicua ſunt, & ad judicium præcedunt, in nonnullis conſequuntur:* atque ut legiſlatores nocentium pœnas literis conſignatas reliquerunt; ita & Dominus noſter Jeſus Chriſtus in unum atque alterum facinoroſum animadvertens, eorúmque ſupplicia tanquam in † pila ærea atque literis repræſentans, per ea, quæ illis acciderunt, omnes commonet, etiamſi hoc tempore, qui eadem audeant, quæ qui ea luerunt, eaſdem pœnas non exſolvant, in futuro ſeculo illos graviori pœna mulctandos.

Cur qui eadẽ committunt, non eaſdẽ luant pœnas.
1. Tim. 5, 24.
† *In quam olim inſculpi ſolebant Prætorum edicta & leges: Exempla obvia ſunt.*

XXIV. Itaque cùm ſine modo peccantes, nihil mali patimur, non acquieſcendum; ſed timendum ob id potius eſt. Nam licet hic à Deo minimè puniamur, illic tamen cum mundo damnabimur. Atque hæc rurſum non mea; ſed loquentis in Paulo Chriſti ſententia eſt. Etenim eos alloquens, qui indignè ſacra ſumerent, ait, *Propterea apud vos multi ſunt ægri & infirmi, & dormiunt multi: nam ſi nos ipſi exploraremus, haud equidem judicaremur: nunc autem dum judicamur, à Domino caſtigamur, ne cum mundo damnemur.* Sunt enim qui hic ſolùm caſtigari opus habeant: quorum & culpæ mediocres ſunt,

Qui peccant, nec puniantur, iis non acquieſcendũ, ſed timendum potius eſſe.
1. Cor. 11, 30.

& caſtigati iterum ad antiquum non recurrant, canem ad vomitum reverſum imitati. Sunt & qui propter excellentem improbitatem & hic & illic plectentur: alii illic tantùm ſupplicia ſuſtinebunt. *vide Act. 7* Multi ſacerdotium nummis abſtulerunt: neque aut eum qui reprehenderet habuerunt, aut quod olim à Petro Simon Magus, non audiverunt: at non ideo effugerunt; ſed multo graviores pœnas, quàm quæ hîc debebantur, exantlabunt, qui nec exemplo emendati ſint. *Num. 16.* Multi eadem, quæ Core auſi ſunt, nec eadem quæ Core paſſi: at pòſt majori ſuo malo patientur. Multi Pharaonis impietatem imitati, non etiam, ſicut ille, ſunt demerſi; *Gen. 14.* at gehennæ æquor eos manet. Neque autem qui fratres fatuos vocent, jam puniti ſunt: illic enim in eos ſervata animadverſio eſt. Quare ne putate Dei ſententias ſolùm verba eſſe atque voces: *Act. 5.* Nam eam ob rem ex iis quoſdam in opus eduxit, ceu in Sapphira, Charme, Aarone, aliiſque multis, *Joſ. 7.* *Num. 3.* ut qui ejus verbis diffidunt, rerum confirmatione deterriti, & deſiſtant porrò ſibi ipſi imponere velut pœnas non daturi, & intelligant Dei benignitatem eò pertinere, ut conſceleratis ſpatium donet, non ut omnino non vindicet in eos, qui in vitiis permaneant. Poteram equidem & pluribus oſtendere, quantum ſibi ignem contrahant, qui virginitatis laudem elevent; ſed & ſanis hæc ſufficiunt, neque inſanos ac deſperatos vel multo iis plura ab inſania retrahant. Itaque ea diſputatione ſuperſedentes, ad ſanos ſermonem omnem convertamus, iterum ad beatum Paulum reverſi. *1. Cor. 7. 1.* *De quibus autem mihi ſcripſiſtis*, inquit, *bonum eſt homini mulierem non tangere.* Pudeat nunc utroſque, & qui matrimonium improbant, & qui plus æquo extollunt. utriſque enim beatus Paulus cùm his verbis, tum quæ conſequuntur, ſilentium imponit.

XXV.
Infirmis neceſſarium eſſe matrimonium.
1. Cor. 6, 15

Bonum eſt matrimonium: quippe quòd & virum retinet in officio temperantiæ, neque in libidines provolutum interire ſinit. Quare ne id accuſa: habet enim ingens commodum, Chriſti membra ſcorti membra fieri non permittens, nec ſacrum templum profanari & impurum fieri. Bonum eſt, inquam, quoniam lapſantem ſuſtinet atq; erigit. Sed quid hoc attinet ad eum qui ſtat, & qui ejus opem non deſiderat? Nam hic nec utile, nec neceſſarium eſt, & ad virtutem etiam incommodum, non ſolùm quod multa præbeat impedimenta; ſed etiam quod majorem partem gloriæ detrahat.

XXVI.
Qui virgo agere poſſit ac matrimonium, & contrahat, ſummam ſibi injuriam facere.

Etenim qui armis eum munit, qui vel nudus pugnare poteſt & vincere, adeò non juvat, ut extrema etiam afficiat injuria, admiratione eum & illuſtri corona defraudans. Nam nec hominis virtutem omnem patitur elucere, nec ejus tropæum percelebre reddi. In matrimonio verò gravior etiam jactura eſt; neque enim ſolùm vulgi commendatione; ſed præmiis etiam virgini repoſitis privat. Hæc propter *bonum eſſet homini mulierem non tangere.* Cur igitur tangere permittis? propter fornicationem, inquit. Vereor te ad virginitatis faſtigium ſuſtollere, ne in fornicationis barathrum decidas. Nondum ea pennarum levitate præditus es, ut te ad id cacumen efferre poſſim. At ipſi certamen arripuerunt, atque ad virginitatis laudem proſilierunt. Quid igitur trepidas, beate Paule, ac formidas? Quòd hi fortaſſe rem ignorantes hac alacritate ſunt: me uſus ac periclitatio ejus pugnæ, etiam ad cæteris conſulendum timidiorem reddit.

XXVII.
Magnum eſſe virginitatem, magnorum conciliatricem bonorum.

Novi rei contentionem, novi virginum iſtarum ſtudium, novi belli gravitatem. Pervicaci quodam & forti animo opus eſt, atque à libidinum ſenſu averſo. Nam per carbones ſic ingrediendum eſt, ut non uraris, & ita per mucrones eundum, ut non ſaucieris: Ea eſt enim libidinis vis, quæ ignis atque ferri. quid niſi animus ita comparatus ſit, ut nec ad ejus dolores moveatur, *Prov. 6.* protinus ſe perdet. Itaq; opus eſt nobis adamantina mente, oculo inſomni, tolerantia ſumma, muris firmis, parietibus foris ac repagulis, cuſtodibus pervigilibus ac prævalidis, atque *Pſal. 126, 1.* in primis cœleſti favore: *nam niſi Dominus urbem cuſtodiat, fruſtrà vigilant; qui cuſtodiunt eam.* At quo pacto eum favorem eliciemus? Si noſtra omnia conferamus, ſana conſilia, ſummam jejunii ac vigiliarum contentionem, legis accuratam obſervationem, mandatorum cuſtodiam, & quod caput eſt, ſi in nobis fiduciam non collocemus: Nam etſi magna quædam præſtemus, illud apud nos perpetuò dicamus neceſſe eſt; *Niſi Dominus ædificaverit domum, fruſtrà laborant, qui ædificant eam.* *Eph. 6, 12.* *Nec enim nobis lucta eſt adverſus ſanguinem & carnem; ſed adverſus principatus, adverſus poteſtates, adverſus mundi potentes tenebrarum hujus ſeculi, adverſus nequam ſpiritus, qui ſunt in cæleſtibus*, ac noctes dieſque cogitationes nobis armatæ ſtent oportet, & impudentibus libidinibus formidini ſint. Quippe ſi minimum remittant, aſtans diabolus ignem manibus tenet, vibraturus ac Dei templum concrematurus.

A καὶ κολασθέντες μηκέτι πάλιν πρὸς τὰ πρότερα ἀνατρέχωσι, τὸν ἐπὶ τὸν ἔμετον ἐπιστρέψαντα κύνα μιμούμενοι. εἰσὶ δὲ οἱ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς κακίας καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ δώσουσι δίκην· ἕτεροι δὲ μόνον ἐκεῖ τὴν τιμωρίαν ὑποστήσονται. πολλοὶ τὴν ἱερωσύνην ἥρπασαν χρήμασιν, ἀλλ' οὐκ ἔσχον ἐλέγχοντα, οὐδὲ ἤκουσαν ὅπερ ὁ Μάγος Σίμων ἤκουσε παρὰ τοῦ Πέτρου τότε· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο διέφυγον, ἀλλὰ πολλῷ χαλεπωτέραν ὑποστήσονται δίκην τῆς ἐνταῦθα ὀφειλομένης, ὅτι μηδὲ ἐκ τοῦ παραδείγματος ἐσωφρονίσθησαν. B πολλοὶ τὰ τοῦ Κορὲ ἐτόλμησαν, ἀλλ' οὐκ ἔπαθον τὰ τοῦ Κορέ· ἀλλὰ πείσονται ὕστερον ἐπὶ μείζονι τῇ ζημίᾳ. πολλοὶ τὴν τοῦ Φαραὼ ζηλώσαντες ἀσέβειαν οὐ κατεποντίσθησαν ὥσπερ ἐκεῖνος· ἀλλὰ μένει τὸ τῆς γεέννης αὐτοὺς πέλαγος· οὐδὲ γὰρ οἱ τοὺς ἀδελφοὺς ἀποκαλοῦντες μωροὺς, ἤδη τὴν δίκην ἔδωκαν. ἐκεῖ γὰρ αὐτοῖς ἡ κόλασις τεταμίευται. μὴ τοίνυν τὰς ἀποφάσεις τοῦ Θεοῦ ῥήματα εἶναι νομίζετε μόνον. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἐνίας αὐτῶν ἐπὶ τοῦ ἔργου προήγαγεν· C οἷον ἐπὶ τῆς Σαπφείρας, ἐπὶ τοῦ Χαρμὶ, ἐπὶ τοῦ Ἀαρὼν, καὶ ἐφ' ἑτέρων δὲ πολλῶν· ἵνα οἱ τοῖς λόγοις ἀπιστοῦντες αὐτοῦ, τὴν ἀπὸ τῶν πραγμάτων πίστιν δυσωπηθέντες, παύσωνται λοιπὸν ἀπατῶντες ἑαυτοὺς, ὡς οὐ δώσοντες δίκην, καὶ μάθωσιν ὅτι τοῦ Θεοῦ τὸ χρηστὸν ἐν τῷ διδόναι προθεσμίαν τοῖς ἁμαρτάνουσιν, οὐκ ἐν τῷ μηδόλως κολάζειν τοὺς ἐπιμένοντας τοῖς ἁμαρτήμασίν ἐστιν. εἶχον μὲν οὖν καὶ πλείονα λέγειν, δεικνύντας ὅσον ἑαυτοῖς συνάγουσι πῦρ οἱ τὸ τῆς παρθενίας ἐξευτελί- D ζοντες καλόν· ἀλλὰ τοῖς μὲν σωφρονοῦσιν ἀρκεῖ καὶ ταῦτα· τοὺς δὲ ἀδιορθώτως ἔχοντας καὶ μαινομένους, οὐδὲ πολλῷ τούτων πλείονα τῆς μανίας αὐτοὺς ἀποστῆσαι δυνήσεται. διὸ τοῦτο τὸ μέρος ἀφέντες τοῦ λόγου, πρὸς τοὺς σωφρονοῦντας αὐτὸν ἅπαντα τρέψωμεν, πάλιν ἐπὶ τὸν μακάριον Παῦλον ἐπανελθόντες. περὶ δὲ ὧν ἐγράψατέ μοι, φησὶ, καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. αἰσχυνέσθωσαν ἀμφότεροι νῦν καὶ οἱ τὸν γάμον κακίζοντες, καὶ οἱ παρὰ τὴν ἀξίαν αὐτὸν ἐπαί- E ροντες. ἀμφοτέρους γὰρ ὁ μακάριος ἐπιστομίζει Παῦλος, καὶ διὰ τούτων, καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς κειμένων.

Καλὸν ὁ γάμος, ὅτι ἐν σωφροσύνῃ τὸν ἄνδρα διατηρεῖ, καὶ οὐκ ἀφίησιν εἰς πορνείαν κατακυλισθέντα ἀποθανεῖν, μὴ τοίνυν αὐτὸν διάβαλλε. πολὺ γὰρ ἔχει τὸ κέρδος, οὐκ ἐῶν τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ μέλη γενέσθαι πόρνης, οὐ συγχωρῶν τὸν ἅγιον ναὸν γίνεσθαι βέβηλον καὶ ἀκάθαρτον. διὰ τοῦτο καλὸν, ὅτι βαστάζει καὶ ἀνορθοῖ τὸν καταπίπτειν μέλ- A λοντα. ἀλλὰ τί τοῦτο πρὸς τὸν ἑστῶτα, πρὸς τὸν οὐ δεόμενον τῆς ἀπ' αὐτοῦ βοηθείας; ἐνταῦθα γὰρ οὐκέτι χρήσιμον τὸ πρᾶγμα οὐδὲ ἀναγκαῖον ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἐμπόδιον ἀρετῆς, οὐ μόνον τῷ πολλὰ τιθέναι κωλύματα, ἀλλὰ καὶ τῷ τὸ πλέον τῶν ἐγκωμίων ὑποτέμνεσθαι μέρος.

Τὸν γὰρ δυνάμενον γυμνὸν μάχεσθαι καὶ νικᾶν, ὁ περιφράττων ὅπλοις οὐ μόνον οὐκ ὀνίνησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐσχάτην ἀδικίαν ἠδίκησε, τοῦ θαύματος ἀποστερήσας αὐτὸν καὶ τῶν λαμπρῶν στεφάνων. οὐ γὰρ εἴασεν αὐτοῦ ἅπασαν φανῆναι τὴν ἰσχὺν, οὐδὲ σφόδρα περιφανὲς αὐτοῦ γενέσθαι τὸ τρό- B παιον· ἐπὶ δὲ τοῦ γάμου καὶ μείζων ἡ ζημία. οὐ γὰρ δόξης μόνον τῆς παρὰ τῶν πολλῶν, ἀλλὰ καὶ μισθῶν ἀποστερεῖ τῶν τῇ παρθενίᾳ κειμένων. διὰ ταῦτα καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. τί οὖν ἅπτεσθαι συγχωρεῖς; διὰ τὰς πορνείας, φησί. φοβοῦμαί σε εἰς τὸ τῆς παρθενίας ὕψος ἀναγαγεῖν, μὴ καταπέσῃς εἰς τὸ τῆς πορνείας βάραθρον. οὔπω σοι κοῦφοι γεγόνασι τὰ πτερὰ, ἵνα πρὸς ἐκείνην ἐπάρωσι τὴν κορυφήν. καί τοι γε αὐτοὶ τὸν ἆθλον εἵλοντο, καὶ τὸ τῆς παρθενίας ἐπεπήδησαν καλῷ. τί C τοίνυν φοβῇ καὶ τρέμεις, ὦ μακάριε Παῦλε; ὅτι οὗτοι μὲν, ἴσως ἂν εἴποιεν, τὸ πρᾶγμα ἀγνοοῦντες ταύτην ἔχουσι τὴν προθυμίαν, ἐμὲ δὲ ἡ πεῖρα καὶ τὸ ἤδη ταύτης ἡφθαι τῆς μάχης, καὶ πρὸς τὸ συμβουλεύειν ἑτέροις ὀκνηρότερον ποιεῖ.

Οἶδα τὴν βίαν τοῦ πράγματος, οἶδα τῶν παρθένων τούτων τὸν πόνον, οἶδα τοῦ πολέμου τὸ βαρύ. φιλονείκου τινὸς καὶ βιαίας καὶ ἀπονενοημένης χρεία τῶν ἐπιθυμιῶν ἐστὶ ψυχῆς. ἐπὶ γὰρ ἀνθράκων δεῖ περιπατεῖν καὶ μὴ κα- D τακαίεσθαι, ἐπὶ ξίφους βαδίζειν καὶ μὴ πλήττεσθαι. τοσαύτη γὰρ τῆς ἐπιθυμίας ἡ ἰσχὺς, ὅση καὶ πυρὸς καὶ σιδήρου· κἂν μὴ οὕτω τύχῃ παρεσκευασμένη ψυχὴ, μηδὲ ἐπιστρέφεσθαι πρὸς τὰς ἐκείνας ἀλγηδόνας, ταχέως ἑαυτὴν ἀπολεῖ. δεῖ τοίνυν ἡμῖν ἀδαμαντίνης διανοίας, μηδέποτε καθευδόντων ὀφθαλμῶν, καρτερίας πολλῆς, τειχῶν ἰσχυρῶν, τοίχων ἔξωθεν καὶ μοχλῶν, φυλάκων ἐγρηγορότων καὶ γενναίων, καὶ πρὸ τούτων ἁπάντων τῆς ἄνωθεν ῥοπῆς. ἐὰν γὰρ μὴ κύριος φυλάξῃ πό- E λιν, εἰς μάτην ἠγρύπνησαν οἱ φυλάσσοντες αὐτήν. πῶς οὖν τὴν ῥοπὴν ἐπισπασόμεθα ταύτην; ὅταν τὰ παρ' ἑαυτῶν ἅπαντα εἰσενέγκωμεν, λογισμὸν ὑγιῆ, νηστείας καὶ ἀγρυπνίας πολλὴν τὴν ἐπίτασιν, νομοθεσίας ἀκρίβειαν, ἐντολῶν φυλακὴν, καὶ τὸ πάντων κεφάλαιον, τὸ μὴ θαρρεῖν ἑαυτοῖς. κἂν γὰρ μεγάλα κατωρθωκότες τύχωμεν, ἐκεῖνο λέγειν ἀναγκαῖον πρὸς ἑαυτοὺς διαπαντὸς, ἐὰν μὴ κύριος οἶκον οἰκοδομήσῃ, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες αὐτόν. οὐ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, καὶ δεῖ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ὡπλισμένους ἡμῖν ἑστάναι τοὺς λογισμοὺς, καὶ φοβεροὺς εἶναι ταῖς ἀναισχύντοις ἐπιθυμίαις· ὡς ἂν μικρὸν ἐνδῶσιν, ἕστηκεν ὁ διάβολος πῦρ ἔχων μετὰ χεῖρας, ὥστε ὑφάψαι καὶ καταφλέξαι τοῦ Θεοῦ τὸν ναόν.

πάντοθεν οὖν ἡμᾶς ὀχυρῶσαι χρή· πρὸς γὰρ φύσεως ἀνάγκην ἡμῖν ἡ μάχη, πρὸς ἀγγέλων πολιτείαν ὁ ζῆλος, μετὰ ἀσωμάτων δυνάμεων ὁ δρόμος· ἡ γῆ καὶ ὁ σποδὸς τοῖς ἐν οὐρανῷ διατρίβουσιν ἐξισωθῆναι φιλονεικεῖ, καὶ ἡ φθορὰ πρὸς τὴν ἀφθαρσίαν τὴν ἅμιλλαν ἔχει. ἔτι οὖν γάμον καὶ ἡδονὴν τοσούτῳ πράγματι παραβαλεῖν τολμήσει τις, εἰπέ μοι; καὶ πῶς οὐκ εὔηθες λίαν; ταῦτα ἅπαντα ὁ Παῦλος „συνειδὼς, ἔλεγεν· ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω. διὰ ταῦτα ἀνεδύετο, διὰ ταῦτα οὐκ ἐθάρρει διαλεχθῆναι ἐξ ἀρχῆς περὶ παρθενίας αὐτοῖς, ἀλλὰ τοῖς περὶ τοῦ γάμου λόγοις ἐνδιατρίβει, κατὰ μικρὸν ἀποστῆσαι τοῦ γάμου βουλόμενος αὐτοὺς, καὶ τοὺς περὶ τῆς ἐγκρατείας λόγους βραχεῖς ποιησάμενος, ἐκείνοις πολλοῖς οὖσιν αὐτοὺς ἐγκατέμιξεν, οὐκ ἀφιεὶς πληγῆναι τὴν ἀκοὴν τῷ τῆς παραινέσεως αὐστηρῷ. ὁ γὰρ ὅλον δι' ὅλου διὰ τῶν βαρυτέρων πλέκων τὸν λόγον, ἐπαχθής τε ἐστι τῷ ἀκούοντι, καὶ πολλάκις ἀναγκάζει μέγα σκιρτῆσαι τὴν ψυχὴν μὴ φέρουσαν τῶν λεγομένων τὸ βάρος· ὁ δὲ ποικίλλων αὐτὸν καὶ πλείονα ἀπὸ τῶν ῥᾳόνων ἢ τῶν δυσκόλων τιθεὶς τὴν μίξιν, τὸ τοῦ πράγματος κλέπτει βάρος, καὶ διαναπαύσας τὸν ἀκροατὴν οὕτω πείθει καὶ προσάγεται μᾶλλον· ὅπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐποίησεν· εἰπὼν γὰρ, καλὸν „ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι· ἀπεπήδησεν ἐπὶ τὸν γάμον εὐ„θέως, ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα ἐχέτω, λέγων· καὶ τὸ μὲν μακα„ρίσας μόνον ἀφῆκε· καλὸν γάρ, φησιν, ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ „ἅπτεσθαι. περὶ δὲ τοῦ γάμου καὶ συμβουλεύει καὶ ἐπιτάττει καὶ αἰτίαν προ„στίθησι· διὰ γὰρ τὰς πορνείας, φησί. καὶ δοκεῖ μὲν αἰτιολογεῖν τοῦ γάμου τὴν συγχώρησιν· τῷ δὲ ἀληθεῖ λανθανόντως ἐν τῇ περὶ τοῦ γάμου προφάσει ἐπαίρει τὸ τῆς ἐγκρατείας ἐγκώμιον· οὐ φανερῶς ἐκκαλύπτων τῷ λόγῳ, ἀλλὰ τῷ συνειδότι τῶν ἀκουόντων καταλιμπάνων αὐτό. ὁ γὰρ μαθὼν ὅτι παραινεῖται γαμεῖν, οὐκ ἐπειδὴ τὸ κράτιστον τῆς ἀρετῆς ὁ γάμος, ἀλλ' ἐπειδὴ τοσαύτην αὐτοῦ κατέγνω λαγνείαν ὁ Παῦλος, ὡς ἄνευ γάμου μὴ δυναμένου λαγνείας ἀπέχεσθαι· ἐρυθριάσας καὶ αἰσχυνθεὶς, σπουδάσει ταχέως ἐπιλαβέσθαι τῆς παρθενίας, καὶ τὴν τοσαύτην ἀποκρούσασθαι ἀδοξίαν.

„Τί δὲ μετὰ ταῦτά φησι; τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν „ἀποδιδότω· ὁμοίως δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἀλλ' „ἡ γυνή. καὶ ταῦτα δοκεῖ μὲν ὑπὲρ τοῦ γάμου λέγεσθαι· τὸ δὲ ἀληθὲς, ὥσπερ ἄγκιστρον τῇ συνήθει περιστείλας τροφῇ, οὕτως εἰς τὰς τῶν μαθητῶν ἐνίησιν ἀκοάς, αὐτοῖς τοῖς περὶ τοῦ γάμου λόγοις ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς τοῦ γάμου βουλόμενος. ὁ γὰρ ἀκούσας ὅτι μετὰ τὸν γάμον οὐκ ἔσται κύριος ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐν τῇ τῆς γυναικὸς κείσεται γνώμῃ, ταχέως ἀπαλλαγῆναι σπουδάσει τῆς πικροτάτης δουλείας· μᾶλλον δὲ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τὸν ζυγὸν ὑπελθεῖν· ἐπειδὴ εἰσελθόντα ἅπαξ δουλεύειν ἀνάγκη λοιπὸν, ἕως ἂν τῇ γυναικὶ τοῦτο δοκῇ. καὶ ὅτι οὐχ ἁπλῶς καταστοχαζόμενος λέγω τῆς τοῦ Παύλου γνώμης, ἀπὸ τῶν μαθητῶν ῥᾴδιον οὖν καταμαθεῖν. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνοι πρότερον φορτικὸν εἶναι καὶ ἐπαχθῆ τὸν γάμον ἐνόμισαν· ἀλλ' ὅτε ἤκουσαν τοῦ κυρίου εἰς ταύτην αὐτοὺς κατακλείοντος τὴν ἀνάγκην, εἰς ἣν καὶ τοὺς Κορινθίους ὁ Παῦλος τότε. τὸ γὰρ, ὃς ἂν „ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, παρεκτὸς λόγου πορνείας, ποιεῖ αὐ„τὴν μοιχᾶσθαι· καὶ τὸ, ὁ ἀνὴρ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ῥήμασι μὲν ἑτέροις, γνώμῃ δὲ εἴρηται τῇ αὐτῇ. εἰ δέ τις ἀκριβέστερον καταμάθοι τὸ τοῦ Παύλου, μᾶλλον ἐπιτείνει τὴν τυραννίδα, καὶ φορτικωτέραν ἐργάζεται τὴν δουλείαν. ὁ μὲν γὰρ κύριος οὐκ ἀφίησι κύριον εἶναι τοῦ τῆς οἰκίας ἐκβαλεῖν· ὁ δὲ Παῦλος καὶ τὴν τοῦ οἰκείου σώματος ἐξουσίαν παραιρεῖται, πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν τῇ γυναικὶ παραδιδοὺς, καὶ ἀργυρωνήτου μᾶλλον ὑποτάξας οἰκέτου. τούτῳ μὲν γὰρ ἔξεστι πολλάκις καὶ παντελοῦς ἐλευθερίας τυχεῖν, εἰ δυνηθείη ποτὲ εὐπορήσας ἀργυρίου καταθεῖναι τὴν τιμὴν τῷ δεσπότῃ· ὁ δὲ ἀνὴρ κἂν τὴν ἁπάντων ἀργαλεωτέραν ἔχῃ γυναῖκα, στέργειν ἀναγκάζεται τὴν δουλείαν, καὶ λύσιν οὐδεμίαν οὐδὲ διέξοδον ταύτης δύναται τῆς δεσποτείας εὑρεῖν.

„Εἰπὼν τοίνυν, ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, ἐπάγει, μὴ „ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου, πρὸς καιρὸν, ἵνα σχο„λάσητε τῇ προσευχῇ καὶ τῇ νηστείᾳ, καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέρχεσθε. πολλοὺς ἐνταῦθα τῶν τὴν παρθενίαν ἐπανῃρημένων οἶμαι καὶ ἐρυθριᾶν καὶ αἰσχύνεσθαι ἐπὶ τῇ πολλῇ συγκαταβάσει τοῦ Παύλου. ἀλλὰ μὴ δείσητε, μηδὲ ἀβέλτερόν τι πάθητε. δοκεῖ μὲν γὰρ καὶ ταῦτα εἶναι χαριζομένου τοῖς γεγαμηκόσιν· εἰ δέ τις αὐτὰ ἀκριβῶς διασκέψαιτο, τῆς αὐτῆς ὄντα τοῖς προτέροις εὑρήσει γνώμης. εἰ μὲν γάρ τις αὐτὰ ἁπλῶς ἐπιέναι βούλοιτο, τῆς προκειμένης ἀπαλλάττων αἰτίας, δόξει νυμφευτρίας εἶναι μᾶλλον ἢ ἀποστόλου τὰ ῥήματα· εἰ δὲ τὸν σκοπὸν ἅπαντα ἀναπτύξειε, καὶ ταύτην καιρίαν εὑρήσει τῆς ἀποστολικῆς ἀξίας τὴν παραίνεσιν. διὰ τί γὰρ μακρότερον ἐπέξεισι τούτῳ τῷ λόγῳ; οὐ γὰρ ἤρκει διὰ τῶν ἀνωτέρω τοῦτο σεμνότερον ἐνδειξάμενον „μέχρις ἐκείνου στῆσαι τὴν παραίνεσιν; τί γὰρ ἔχει πλέον τοῦ, τῇ γυναικὶ ὁ ἀνὴρ τὴν ὀφειλομένην εὔνοιαν ἀποδιδότω, καὶ, ὁ ἀνὴρ τοῦ „ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει, τὸ, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν; πλέον μὲν οὐδέν.

A Ergo opus eſt undique muniamur: Eſt enim nobis pugna cum naturæ neceſſitate, Angelorum converſationis æmulatio, cum incorporeis virtutibus curſus: terra atque cinis cælicolis æquari nititur, mortalitas cum immortalitate certamen init. Et quiſquam, ſodes, matrimonium ac voluptatem cum re tanta conferre auſit? An non id valde craſſum eſt? Itaque Paulus, qui hæc omnia conſciret, dicebat, *Suam quiſque uxorem habeat:* ideò detrectabat, ideò eis non audebat de virginitate primùm diſſerere; 1. Cor. 7, 1. 2.
B ſed in diſputatione de matrimonio hæret, paulatim eos à matrimonio retrahere volens, & brevem de continentia ſermonem longiori illi intermiſcet, aures admonitionis ſeveritate feriri minimè paſſus. Nam qui uſquequaq; è rebus arduis orationem texit, & moleſtus eſt auditori, & plerumque animum cogit, dictorum gravitatem non ferentem, reſilire. At qui eam variat ac facilia plura quàm difficilia immiſcet, cùm difficultatis ſenſum eripit, tum reficiendo auditorem, ita eum magis inducit & con-
C ciliat: quod quidem & beatus Paulus fecit. Eo enim dicto: *Bonum eſſet homini mulierem non tangere*; protinus ad matrimonium ſe recepit, *ut ſuam quiſque uxorem haberet* ſciſcens. Atque id contentus beatum prædicaſſe: nam, *Bonum*, inquit; *eſſet homini mulierem non tangere:* de matrimonio & conſulit & præcipit, addita etiam cauſa: ait enim, *propter fornicationem.* Atque equidem conceſſi matrimonii cauſam edere videtur; ſed re vera expoſitis matrimonii cauſis, tacitè continentiæ laudem amplifi-
D cat: non id apertis verbis declarans; ſed auditorum conſcientiæ relinquens. Nam qui ſe moneri intelligat ut matrimonium contrahat, non quòd matrimonium potiſſima quædam virtus ſit; ſed quòd ſe Paulus tantæ libidinis damnet, ut citra matrimonium ab ea ſe continere nequeat, erubeſcens ac pudefactus, protinus virginitatem adſciſcere, atque à ſe tantam infamiam depellere nitetur.

Quid verò addit inſuper? *Uxori vir debitam benevolentiam reddat:* [*itidémque uxor viro*, quod apertius explanans, ſubdit: XXVIII. *Quæ de matrimonio dicantur, cohortationem eſſe ad virginitatem.*
E *Uxor ſui corporis domina non eſt; ſed vir:*] *itidémque vir ſui corporis Dominus non eſt; ſed uxor.* Et hæc dici pro matrimonio videntur: re vera autem ea, tanquam hamum aſſueta eſca obligatum, in diſcipulorum aures immittit, eos habendo de matrimonio ſermone, à matrimonio retrahere volens. Qui enim audiat, poſt matrimonium non jam ſe ſuum fore, ſed uxoris arbitrio ſubjectum iri, nec mora, acerbiſſima ſervitute expedire ſe conabitur: vel potius nec jugum ſubire: cùm qui ſemel ſubierit, [ ] Addidi ex Pogiani verſione, nam & hic in apographo noſtro ſignum eſt defectus, & alioqui locus mutilus eſt.
A ei porrò ſerviendum ſit, quamdiu id uxori videatur. Neque verò id à me diſſeri futili quadam de Pauli ſententia conjectura, promptum eſt ex diſcipulis cognoſcere. Nam nec ii grave ac moleſtum eſſe matrimonium priùs arbitrati ſunt, quàm à Domino ſe in eam neceſſitatem concluſos, in quam & à Paulo tum Corinthii, viderunt. Illud enim, *Qui uxorem ſuam repudiat, præterquam adulterii nomine, in cauſa eſt ut ea adulteret:* & hoc, *Vir ſui corporis dominus non eſt*, diſſimilibus verbis; ſed eodem 1. Cor. 7, 3.
B ſenſu concepta ſunt. Quin ſi quis hoc Pauli accuratiùs animadvertat, tyrannidem auget magis, triſtiorémque ſervitutem reddit. Nam Dominus ei liberum non permittit eam domo exigere. Matth. 5, 31. 1. Cor. 7, 4.
Paulus ei etiam ſui corporis dominio erepto, omne ejus jus in uxorem confert, eique eum emptitio famulo graviùs ſubjicit, huic enim licet interdum ſolidam libertatem adipiſci, ſi quidem poſſit aliquando auctus pecunia hero pretium numerare: ac vir, quamvis omnium difficillimam uxorem nactus ſit, ſervitutem
C ferre cogitur, nec qua eo dominatu ſe abſolvat atque eluctetur, inire viam poteſt.

Itaque cùm dixiſſet, *Uxor ſui corporis domina non eſt*, addit, XXIX. *Illud, Ne defraudate alter alterum, ejus eſſe qui ad virginitatem inſtiget.*
Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu, ad tempus, ut precibus & jejunio vacetis: rurſumque eodem convenire. Multos hic eorum, qui virginitatem ſunt amplexi, in tanta Pauli indulgentia, erubeſcere ac verecundari exiſtimo. At ne timete, neu imperitè quicquam ſtatuite. Nam & hæc videntur eſſe
D conjugibus indulgentis; ſed ſi quis ea navè inſpiciat, ejuſdem cum ſuperioribus ſententiæ comperiet: alioqui ſi ea leviter tractamus, propoſita cauſa neglecta, pronubæ potiùs quàm Apoſtoli verba videbuntur. Sin conſilium omne evolvamus, etiam hanc cohortationem dignam Apoſtolica gravitate inveniemus. Quid eſt enim, cur in hac diſputatione prolixior eſt? an non id ſatis erat, quòd ſuperioribus verbis graviter repræſentatum, cohortationem illic ſiſteret? Nam 1. Cor. 7, 5.
E quid his; *Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu, ad tempus*; plus dicitur quàm illis, *Uxori vir debitam benevolentiam reddat:* &, *Vir ſui corporis dominus non eſt?* Nihil ſanè;

ſed quod illic breviter & obſcurè dictum eſt, hic pluribus illuſtrat. Atq; id facit ſanctum Dei Samuëlem imitatus. Ut enim ille accuratiſſimè regni leges populo recenſet, non ut eas ſuſcipiant; ſed ne ſuſcipiant: atq; inſtitutio quædam videtur, cùm re vera intempeſtivæ eorum cupiditatis dehortatio ſit: ad eundem modum & Paulus matrimonii tyrannidem frequentiùs & apertiùs inculcat, eos his verbis volens inde revocare. Itaq; ei ſententiæ, *Uxor ſui corporis domina non eſt*, addit, *Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu, ut jejunio & precibus vacetis.* Vides ut nec opinato & ſine moleſtia, eos qui in matrimonio degerent, ad continentiæ ſtudium inducat? Nam principio rem laudavit ſolùm: *præſtare enim homini mulierem non tangere*: hîc adhibet etiam cohortationem, *alter alterum ne defraudarent, niſi ſi quid ex conſenſu.* Et cur autem quod conſtitutum volebat, hortabundus, non imperabundus proponit? neque enim dixit, defraudate alter alterum, dummodo ex conſenſu: ſed quid? *Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu.* Quòd hic ſermo levior eſt, doctoris ſententiam demonſtrans, quæ rigidè id non exigat, quod vel maximè ſumma benevolentia perſolvatur. Neque eo ſolo auditorem ſolatur; ſed etiam quòd aſperum brevibus verbis complexus, priùs ad jucunda revertatur, quàm eum dolor attingat, in iiſque magis moretur.

XXX. *Cur ſi honoratum matrimonium eſt, jejunantes hortetur Paulus congreſſu abſtinere.* Exod. 19. *Vide ad Rom. 6.*

Atque illud etiam quæſtione dignum eſt, cur, ſi *quidem honorabile eſt matrimonium, & thorus immaculatus*, ei precum ac jejunii tempore locum habere non permittat? Quòd perabſurdum eſſet, Judæos, quibus omnia corporata conſtituebantur, qui duas conjuges habere, & aliis ejectis alias adſciſcere ſinebantur, tantam in hac re operam ponere, ut divina oracula audituri, etiam legitimo coïtu abſtinerent: idque non unum aut alterum diem; ſed etiam plures: nos tanto affectos beneficio, qui ſpiritalia accepimus, defunctos, cum Chriſto conſepultos, adoptione auctos, ad eam dignitatem evectos, poſt tot tantaſque dotes, ne infantium quidem illorum ſtudium conſequi. Quòd ſi quis autem iterum quærere perſiſtat, cur Moſes ipſe Judæos ab eo coïtu abducat? id habeat reſponſum: *Et ſi honorabile matrimonium ſit*; at eò ſolùm pertinere, ut utentē non inquinet, ſanctos præſtare, haud illius eſſe virium; ſed virginitatis. Nec verò ea Moſen ſolùm atq; Paulum edixiſſe, audi quid Joël cenſeat: *Sanctificate jejunium, ſeniores congregate.* Sed quæris, ubinam uxore abſtinendum ſciſcat? *Prodeat*, inquit, *& ſponſus ex ſuo penetrali, & ſponſa ex thalamo.* Id enim Moſaico etiam majus eſt. Nam ſi ſponſum ac ſponſam libidine ardentes, juventa prurientes, cupiditate infrenes, jejunii & precum tempore coire nefas eſt, quanto magis cæteros eam congrediendi neceſſitatem non habentes? Qui enim ut decet comprecetur ac jejunet, ei neceſſe ſit, omne humanarum rerum ſtudium, omnem curam qualiq; diffluxum abjicere, itaque eo ad ſe probè undique coacto, Deum adire. Quare & jejunium bonum eſt: quippe reciſis animi curis ac negligentia, quæ mentem circumfluat, repreſſa, cogitationem omnem ad ſe convertens. id quod & Paulus innuens, à congreſſu arcet, & verbis utitur oppidò quàm appoſitè. non enim ait, Ne inquinemini: ſed, *Ut jejunio & precibus vacetis*: velut coitu cum uxore non ad fœditatem; ſed ad occupationes nos cogente.

Joel. 2, 16.

XXXI. *Qui precationibus rite operam dare velint, neceſſario Paulum à concubitu avocaſſe.*

Nam cùm nunc poſt tot præſidia, impedire nos precum tempore diabolus conetur, ecquid non molietur mentis oculis huc illuc jactandis, animum nactus diffluentem, atque uxoris ſtudio præfractum? Quod ne pateremur, néve cùm potiſſimùm id agimus, ut Deum nobis propitium comparemus, tum prece adeò futili eum irritaremus, jubet tum à coitu puros eſſe.

XXXII. *Qui ſegniter precentur, non modò Deum non propitiare, ſed etiam irritare.*

Etenim ſi qui reges adeunt: & quid reges dico? imò verò infimos magiſtratus: & ſervi heros alloquentes, ſeu id agant injuria ab aliis affecti, ſeu beneficium ipſi poſtulantes, ſeu iram in ſe excitatam ſopire properantes, & oculis & mente omni ad eos converſa, ita colloquium habent: ſin minimùm dormitent, non ſolùm pro quibus ſupplicabunt, non perficiunt; ſed malo etiam accepto diſcedunt. Si hominum furorem lenire volentes, tantopere laborant: quid nobis miſeris fiet, qui omnium principem Deum adeò negligenter adimus, maximè cùm longè majori ſimus iræ obnoxii? Neq; enim herum ſervus, aut regem ſubditus tam graviter irritat, atq; nos Deum in dies. Atque id ſignificans Chriſtus, in alterum commiſſa, centum denarios, in Deum decē millia talenta nominabat. Quare cùm eum, ſedandæ tantæ iræ,

Matt. 18, 34.

A τὸ δὲ ἐν βραχεῖ καὶ ἀμυδρῶς εἰρημένον ἐκεῖ, διὰ πλειόνων ἐνταῦθα σαφέστερον ἐξειργάσατο. ποιεῖ δὲ οὕτω μιμούμενος τὸν ἅγιον τοῦ Θεοῦ Σαμουήλ. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνος μετὰ πάσης ἀκριβείας τοὺς περὶ τῆς βασιλείας ἐξηγεῖται νόμους τοῖς ἰδιώταις, οὐχ ἵνα δέξωνται, ἀλλ' ἵνα μὴ δέξωνται· καὶ δοκεῖ μὲν διδασκαλία τὸ πρᾶγμα εἶναι, τὸ δὲ ἀληθὲς ἀποτροπή τις ἦν τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν τῆς ἀκαίρου· οὕτω καὶ ὁ Παῦλος τοῦ γάμου τὴν τυραννίδα συνεχέστερον στρέφει καὶ σαφέστερον τούτοις αὐτοὺς τοῖς ῥήμασιν ἐκεῖθεν ἐξελκύσαι βουλόμενος. εἰπὼν γάρ, ἡ γυνὴ τοῦ ἰδίου σώματος οὐκ ἐξουσιάζει· ἐπάγει, μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου, ἵνα σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ τῇ προσευχῇ. ὁρᾷς πῶς ἀνυπόπτως καὶ ἀνεπαχθῶς τοὺς ἐν τῷ γάμῳ μένοντας εἰς τὴν τῆς ἐγκρατείας γυμνασίαν ἐνήγαγε; πρότερον μὲν γὰρ τὴν ἀρχὴν ἁπλῶς τὸ πρᾶγμα ἐπῄνεσεν, εἰπών· καλὸν ἀνθρώπῳ γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι. ἐνταῦθα δὲ καὶ παραίνεσιν προσέθηκεν, εἰπών· μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου. διὰ τί δὲ καὶ ἐν προσθήκης μέρει ὅπερ θεῖναι ἠβούλετο εἰσήγαγεν, ἀλλ' οὐκ ἐν ἐπιτάγματος σχήματι; οὐ γὰρ εἶπεν· ἀποστερεῖτε μὲν ἀλλήλους, συμφώνως δέ· ἀλλὰ τί; μὴ ἀποστερεῖτε ἀλλήλους, εἰ μή τι ἂν ἐκ συμφώνου· ὅτι οὕτω προσηνέστερος ὁ λόγος ἐγίνετο, τοῦ διδασκάλου τὴν γνώμην δεικνύς, οὐ μετὰ σφοδρότητος τοῦτο ἀπαιτοῦσαν, ὅτε μάλιστα καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐγνωμοσύνης ἡ ἔκτισις γίνεται. οὐ τούτῳ δὲ μόνῳ παραμυθεῖται τὸν ἀκροατήν, ἀλλὰ καὶ τῷ τὸ μὲν τραχὺ βραχέσι συστεῖλαι ῥήμασι πρὶν ἢ δὲ ἀλγῆσαι τὸν ἀκούοντα, ἐπὶ τὰ ἡδύτερα μεταπηδῆσαι, καὶ τούτοις ἐνδιατρῖψαι μᾶλλον.

Atenim cùm ejus ſententia ſit, Matrimonio ſolutis ac viduis dico, præſtare eis ſic manere ut ego: tamen ſi ſe non continent, contrahant matrimonium: & rurſum, *Sin obierit ejus vir, liberum eſt, cui velit nubere, tantum in Domino*: quamobrem eam cui liberum facit, iterum caſtigat, & quod in Domino eſſe matrimonium dixit, idem ceu illegitimum damnat? Ne verere: non idē; ſedā aliud. Nam ut inquiens, *Si nupſit virgo, non peccavit*, C non de ea loquitur, quæ matrimonio renunciavit: evidens eſt enim eam piaculum commiſiſſe, & quidem infandum: ſed quæ & expers matrimonii ſit, & nondum hoc aut illud cenſuerit; ſed tanquam in meditullio harum cogitationum conſiſtat: ita & viduam hîc, quæ virum ſolùm non habeat, neque etiam dum optione ſua ac præjudicio obſtricta teneatur; ſed liberum habeat alterutrum aſciſcere: illic, cui integrum non ſit cum alio ſponſo ſocietatem coire; ſed in continentiæ certamen deſcen- D derit. Poteſt namque & vidua eſſe, & viduarum dignitati non accenſeri, ſiquidem id nolit. Itaq; inquit: *Vidua eligatur non minor annis ſexaginta.* Nam quæ vidua mera ſit, ei, ſi velit, nubere permittit: at quæ perpetuò vidua agere Deo permiſit, atque interim nubit, eam vehementer damnat, quæ ictum cum Deo pactum conculcet. Non ergo his; ſed illis dicit: *Tamen ſi ſe non continent, contrahant matrimonium: ſatius eſt enim matrimonium contrahere quàm ardere.* Vides nuſquam per ſe ſuſpici matrimo- E nium; ſed propter fornicationem, tentationes, atque intemperantiam? nam ſuprà hæc omnia recenſet: hîc, quòd eos conviciis malè multaſſet, rurſum gratioſioribus verbis eandem rem appellat, incendium & ardorem nominans. Quanquam neq; hîc omiſit, quin auditorem feriret: non enim dixit, Sin libidinis vim ullā ſentiunt, ſin transverſi aguntur, ſin non poſſunt: nihil ejuſmodi quod eorū eſt, qui aliquid dignū venia patiuntur. Sed quid? ſi ſe non continent: quod eorū eſt, qui propter ignaviā elabora- A re nolunt. Id enim ſignificat eos, quibus res in manibus eſſet, detrectando labore eam non perficere. At ne ſic quidem in eos animadvertit, ac ſuppliciis addicit: ſed laude ſolùm privat, atq; in verborum tantùm vituperio vehementiam adhibet. liberorum procreationem, plauſibilem hanc & ſpecioſam matrimonii cauſam, nuſquam memorans; ſed ardorem, intemperantiam, fornicationem, ac tentationes Satanicas, eáque ne evenirent, rem permittens. Et quid tum poſtea? inquit: nā quamdiu id à ſup- B plicio liberat, quamvis condemnationem, ac convitia facilè feremus, dum delitias facere, atque aſſiduè libidine frui liceat. Quid verò, bone vir, ſi nec delitias facere licet, convitium ſolū percipiemus? Sed quomodo, inquit, delitias facere non licet, cum dicat Paulus, Tamen ſi ſe non continent, contrahant matrimonium? Audi porrò, quæ iis hæreant. Audiviſti ſatius eſſe matrimonū contrahere quàm ardere. quod jucundum eſt probas, permiſſionem laudas, Apoſtolum de indulgentia ſuſpicis: 1.Cor.7,10. C at hic mihi ne conſiſte, & quæ conſequuntur æquè admitte, ejuſdem enim eſt utrumque præceptum. Quid igitur ſubdit? *Conjugibus autem præcipio, non ego; ſed Dominus, uxor à viro ne divortium faciat: ſin divortium fecerit, maneat cælebs, aut viro reconcilietur.* Item, *Vir uxorem ne repudiet.*

Quid autem ſi vir comis eſt, uxor improba, maledica, loquax, & quod commune omnium vitium eſt, ſumptuoſa, aliiſque malis pluribus referta? quo modo miſer ille quotidianam hanc D moleſtiam, ſuperbiam, impudentiam feret? Quid inquam, ſi contrà hæc modeſta & ſedata eſt, ille ferox, repudioſus, iracundus, animis ei partim opibus, partim potentia auctis, qui liberam eodem loco habeat quo ſervam, nihilo in eam quàm in famulas æquior? quo pacto eam neceſſitatem vimque patietur? Quid denique ſi ab ea planè alienus ſemper maneat? Fer, inquit, omnem hanc ſervitutem, futura demum libera, cùm obierit: eo autem vivo, duorum alterum neceſſe eſt, aut eum omni ſtudio E lenire, ac frugi reddere, aut ſi id deſperatum eſt, acerrimum quoddam bellum, atque efferum prælium fortiter ſuſtinere. Ac ſuprà dicebat: *Ne defraudate alter alterum, niſi ſi quid ex conſenſu*: hîc diremptam, vel invitam ſe porrò jubet continere,

XXXIX. *Cui viduæ, cujus virgini nubere permittat.* 1.Cor. 7, 28.

1.Tim.5,9.

1.Cor 7,9.

XL. *Magnum eſſe ex conjugio ſervitutem.*

1.Cor.7,11. *Maneat*, inquit, *cælebs, aut viro reconcilietur.* Viden' eã inter gemina bella deprehenſam: nã aut libidinis vim ferre cogitur, aut ſi id nolit, aſſentandum eſt injurio, eiq; ſe ad quælibet præbendum, ſeu plagis enecare, ſeu convitiis vexare, ſeu vernarum ludibrio exponere, ſeu aliud quid ejuſmodi: Multæ enim viris ulciſcendarum uxorum viæ adinventæ ſunt. Quæ ſi non perferat, agenda infructuoſa continentia eſt: infructuoſa, inquam, quæ nihil ſe dignum ſpondeat. Neque enim ſanctimoniæ ſtudio ſuſcepta eſt; ſed propter diſſidium cum viro: nam, *Maneat*, inquit, *cælebs, aut viro reconcilietur.* At quid, ſi nolet in gratiam redire? Habes alterum effugium atque evaſionem. Quánnam? ejus mortem expecta. Ut enim virgini, cui perennè vivens atque immortalis ſponſus ſit, nubere nunquam licet: ſic maritæ tum demum, cùm vir obierit. Nam ſi fas eſſet, eo etiam vivo, ab eo ad alium, iterúmque ab illo ad alium tranſire, quid matrimonio opus eſſet. viris promiſcuè altero alterius uxore utentibus atque omnes omnibus miſcentibus? Quo pacto autem non & ſtudium erga contubernales periret, hodie illo, cras alio, ac rurſum alio cum eorum uxore conſueſcentibus? Meritò id Dominus adulterium vocavit.

XLI. *Cur Judæis concesserit Deus repudii libellũ offerre.*

Cur igitur id Judæis permiſit? ne inter ſe confligerent, ne cognato ſanguine ædes ſuas complerent. Cedo enim, utrùm præſtabat, inviſam domo exigi, an intra parietes jugulari? quod feciſſent, ſi non eis ejicere licuiſſet. Itaque inquit, *Si inviſam habes, dimitte.* At ſedatos, & quibus nec iraſci permittat, alloquens, ait: Deut.24,1. *Sin divortium feceris, cælebs maneto.* Vides neceſſitatem, inevitabilem ſervitutem, & vinculum, quod utrumque conſtringit? Verè enim vinculum matrimonium eſt, non ſolùm propter ſollicitudinum turbam ac quotidianas moleſtias; ſed etiam quòd conjuges quovis ſervo gravius invicem ſubjici cogat. *Vir*, inquit, *uxori dominetur.* At quis ejus dominii uſus eſt? nam viciſſim eum ſervum efficit ejus, cui imperet, nova quadam & inaudita excogitatâ compenſatione ſervitutis, ac quaſi fugitivorum pedes & ſeorſim vincti, & rurſum inter ſe exigua quadam catena bicipiti, utrimque pedicis affixa, conſtricti, haud ſanè liberè ingredi queant, quod alter alterum conſequi cogantur. Ad eundem modum & conjugum mentes, cùm privatas curas habent, tum alia neceſſitate etiam ex mutua obligatione tenentur, quæ eos omni catena arctius ſtringat, & utrique libertatem eripiat, quòd uni imperium omne non tradiderit; ſed ejus poteſtatem in utrumque diſpertitus ſit. Ubi ſunt igitur qui parati ſunt voluptatis ſolatii cauſa omnẽ condemnationem pati? neq; enim parum de voluptate decedit, interdũ mutuis odiis ac diſſidiis in longum temp⁹ durantibus. Quin ea quoque ſervitus, ut alterius improbitas alteri vel invito ferenda ſit, ſatis eſt, ut delitias omnes obliteret. Itaq; vir beatus libidinis impotentiã primùm aſperis illis verbis repreſſit, propter fornicationem, intemperantiã, & ardores. Sed cùm videret vulgò eam condemnationem flocci fieri, quod ad deterrendum efficacius eſſet addit, quod quidem & diſcipulos dicere coëgit: Matt.19,10 *Non expedit matrimonium contrahere.* Id autem eſt, conjugem nullum ſui eſſe juris. Neque id hortabundus & tanquam conſulens profert; ſed præcipiens ac mandans: Nam matrimonium contrahere aut non contrahere penes nos eſt: quæ matrimonium conſequantur, non item; ſed velimus nolimus ferenda ſervitus eſt. Quid ita? quòd non inſcii eam primùm ſuſcepimus; ſed vel in primis ejus jura atque leges tenentes, ſponte ſub jugum nos ſubjecimus. Ac poſtea de iis loquutus, qui infideles domeſticas haberent, omnéſque matrimonii leges accuratè perſequutus, interjecta de ſervis diſputatione, atque iis, quod abundè ſolatio eſſet, monitis. Ingenuitatem ſpiritalem ea ſervitute non imminui, pergit porrò ad ſermonem de virginitate, quam pridem parturiebat ac ſerere ſatagebat, nunc enitens: etſi eum nec de matrimonio diſſerens, ſuſtinuit ſilentio præterire. nam breviter ille quidem & obiter; ſed tamen ei quoque exhortationi eum intexuit: atque ea pulcherrima ratione aures noſtras & ingenium tanquam præparans ac præmolliens, orationi facilem aditum molitur poſt exhortationem ad ſervos. (*Nam pretio*, inquit, 1.Cor.7,23 *coëmpti eſtis: Nolite fieri ſervi hominum:*) Domini nobis beneficio in memoriam revocato, omniúmq; mentibus eò erectis, in cœlúmq; ſublatis, de virginitate diſputationem demum inſerit Ibid. v.25. his verbis: *De virginibus autem Domini præceptum non habeo, ſed conſilium do, tanquam miſericordiam conſequutus à Domino, ut ſim fidelis.* At, qui de fidelis cum infideli conjugio præceptum item non haberet, magna auctoritate ita ſancit:

A ταῦτα δὲ χωρισθεῖσαν αὐτοῦ, καὶ ἄκουσαν ἐγκρατεύεσθαι κελεύει λοιπόν. μενέτω γάρ, φησιν, ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω. ὁρᾷς αὐτὴν ἐν μέσῳ δυοῖν ἀπειλημμένην πολέμων, ἢ γὰρ τὴν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας βίαν χρὴ καρτερεῖν, ἢ εἰ τοῦτο μὴ βουλομένην, κολακεύειν τὸν ὑβριστήν, καὶ παρέχειν ἑαυτὴν ἐκείνῳ πρὸς ὅπερ ἂν βούληται· εἴτε πληγὰς ἐντεῖναι, εἴτε λοιδορίαις πλῦναι, εἴτε οἰκέταις ὑπερεψίᾳ παραδοῦναι, εἴτε ἕτερόν τι τοιοῦτον· πολλαὶ γὰρ ὁδοὶ τοῖς ἀνδράσιν ἐπινενόηνται, ὅταν κολάζειν B βούλωνται τὰς ἑαυτῶν γυναῖκας. εἰ δὲ ταῦτα μὴ φέροι, τὴν ἐγκράτειαν ἀσκεῖν χρὴ τὴν ἄκαρπον. τὴν ἄκαρπον δὲ λέγω, ἐπειδὴ μὴ τὴν αὐτὴν προσήκουσαν ὑπόσχεσιν ἔχει. οὐ γὰρ δι' ἁγιωσύνης ἐπιθυμίαν, ἀλλὰ διὰ τὴν πρὸς τὸν ἄνδρα ὀργὴν γίνεται. μενέτω, γάρ φησιν, ἄγαμος, ἢ τῷ ἀνδρὶ καταλλαγήτω. τί οὖν ἂν μηδέποτε βούληται καταλλαγῆναι; φησιν. ἔχεις δευτέραν λύσιν καὶ ἀπαλλαγήν. τίνα ταύτην; ἀνάμενε τὸν τούτου θάνατον. ὥσπερ γὰρ τῇ παρθένῳ γαμεῖσθαι οὐδέποτε ἔξεστι διὰ τὸ C ζῆν αὐτῆς ἀεὶ τὸν νυμφίον, καὶ ἀθάνατον εἶναι. οὕτω τῇ γεγαμημένῃ τότε μόνον ἔξεστιν, ὅταν ὁ ἀνὴρ ἀποθάνῃ. εἰ γὰρ ἐξῆν καὶ ζῶντος ἀπὸ τούτου πρὸς ἕτερον, καὶ πάλιν ἀπ' ἐκείνου πρὸς ἄλλον μεταπηδᾶν, τί γάμων ἔδει λοιπόν, τῶν ἀλλήλων γυναιξὶν ἀδιακρίτως τῶν ἀνδρῶν κεχρημένων, καὶ πάσαις ἁπλῶς ἀναμεμιγμένων ἁπάντων; πῶς δὲ οὐκ ἂν καὶ πρὸς τοὺς συνοικοῦντας διεφθάρη ἡ διάθεσις, τήμερον μὲν τούτου, αὔριον δὲ ἐκείνου, καὶ πάλιν ἄλλου τῇ αὐτῶν συζώντων γυναικί; D δικαίως ὁ Κύριος αὐτὸ μοιχείαν ἐκάλεσε.

Πῶς οὖν Ἰουδαίοις τοῦτο συνεχώρησεν; ἵνα μὴ πολεμῶσιν ἀλλήλοις, ἵνα μὴ συγγενικῶν αἱμάτων τὰς ἑαυτῶν πληρῶσιν οἰκίας. τί γὰρ ἦν ἄμεινον, εἰπέ μοι, τὴν μισηθεῖσαν ἐκβάλλειν ἔξω, ἢ σφαγῆναι ἔνδον; τοῦτο γὰρ ἂν ἐποίησαν, εἴγε μὴ ἐξῆν αὐτοῖς ἐκβάλλειν. διὰ τοῦτό φησιν, εἰ μισεῖς, ἐξαπόστειλον. ὅταν δὲ τοῖς ἐπιεικέσι διαλέγηται, καὶ οἷς μηδὲ ὀργίζεσθαι συγχωρεῖ, φησιν· ἐὰν δὲ καὶ χωρισθῇ, μενέτω ἄγαμος. ὁρᾷς τὴν ἀνάγκην, τὴν ἀπαραίτητον δουλείαν, τὸν ἑκατέρους περιβάλλοντα E δεσμόν; δεσμὸς γὰρ ὄντως ὁ γάμος, οὐ διὰ τὸν τῶν φροντίδων ὄχλον μόνον, οὐδὲ διὰ τὰς λύπας τὰς καθημερινάς· ἀλλ' ὅτι παντὸς οἰκέτου χαλεπώτερον ἀλλήλοις ὑποκεῖσθαι τοὺς γεγαμηκότας καταναγκάζει. κρατείτω, φησίν, ὁ ἀνὴρ τῆς γυναικός. καὶ τί τῆς δεσποτείας ταύτης τὸ κέρδος; πάλιν γὰρ αὐτὸν δοῦλον τῆς κρατουμένης ποιεῖ, καινήν τινα καὶ παράδοξον δουλείας ἐπινοήσας ἀντίδοσιν· καὶ καθάπερ οἱ πόδες τῶν φυγάδων οἱ καθ' ἑκάστους δεδεμένοι, καὶ πάλιν ἀλλήλοις συνδεδεμένοι διὰ A μικρᾶς ἁλύσεως ἐξ ἑκατέρας ἀρχῆς τῇ πέδῃ προσηλωμένης, οὐκ ἂν δύναιντο μετ' ἐξουσίας βαδίζειν, τῷ τὸν ἕτερον ἀναγκάζεσθαι ἕπεσθαι θατέρῳ· οὕτω καὶ αἱ τῶν γεγαμηκότων ψυχαὶ ἔχουσι μὲν καὶ ἰδίας φροντίδας, ἔχουσι δὲ καὶ ἑτέραν ἀνάγκην τὴν ἐκ τοῦ πρὸς ἀλλήλους συνδέσμου, πάσης ἁλύσεως χαλεπώτερον ἄγχουσαν, καὶ τὴν ἀμφοτέρων ἐλευθερίαν ἀφαιρουμένην, τῷ μὴ καθάπαξ ἑνὶ παραδοῦναι τὴν ἀρχήν, ἀλλ' εἰς ἑκατέρους αὐτὴν διανεῖμαι τὴν ἐξουσίαν. ποῦ τοίνυν εἰσὶν οἱ διὰ τὴν ἐκ τῆς B ἡδονῆς παραμυθίαν πᾶσαν ἕτοιμοι κατάγνωσιν ἐνεγκεῖν; οὐδὲ γὰρ μικρὸν ὑποτέμνεται τῆς ἡδονῆς μέρος, ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους ὀργαῖς καὶ ἀπεχθείαις πολλάκις ἀναλισκομένου χρόνου μακροῦ. καὶ ἡ δουλεία δὲ αὐτὴ τό, τὴν ἑτέρου μοχθηρίαν ἀναγκάζεσθαι καὶ ἄκοντα θάτερον φέρειν, ἅπασαν ἱκανὴ συσκιάσαι τρυφήν. διὰ τοῦτο ὁ μακάριος ἐκεῖνος πρῶτον μὲν διὰ τῶν ἐντρεπτικῶν ῥημάτων ἀνέστελλε τὴν πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν φοράν, διὰ τὰς πορνείας λέγων, καὶ ἀκρασίας, καὶ πυρώσεις. ἐπει- C δὴ δὲ συνεῖδε βραχὺ ὄντα τοῖς πολλοῖς τὸν τῆς καταγνώσεως λόγον, τὸ τούτου πάλιν ἰσχυρότερον πρὸς ἀποτροπὴν τίθησιν· διὸ καὶ οἱ μαθηταὶ εἰπεῖν ἠναγκάσθησαν, οὐ συμφέρει γαμῆσαι. τοῦτο δέ ἐστι τό, μηδένα ἑαυτοῦ κύριον εἶναι τῶν γεγαμηκότων. καὶ οὐκ ἐν τούτῳ ἐν παραινέσεως τάξει καὶ συμβουλῆς εἰσηγεῖται, ἀλλ' ἐν ἐπιτάγματος καὶ ἐντολῆς ἀνάγκῃ. τὸ μὲν γὰρ γαμεῖν ἢ μὴ γαμεῖν, ἐφ' ἡμῖν· τὰ δὲ μετὰ τὸν γάμον, οὐκέτι ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ ἑκόντας καὶ ἄκοντας φέρειν χρὴ τὴν δουλείαν. τί δήποτε; D ὅτι οὐκ ἀγνοοῦντες ταύτην εἱλόμεθα τὴν ἀρχήν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα αὐτῆς ἐπιστάμενοι τὰ δικαιώματα καὶ τοὺς νόμους, ἑκόντες αὐτοὺς ὑποβάλλομεν τῷ ζυγῷ. μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τῶν τοῖς ἀπίστοις συνοικούντων διαλεχθείς, καὶ πᾶσιν ἀκριβῶς τοῖς περὶ τοῦ γάμου νόμοις ἐπεξελθών, καὶ τὸν περὶ τῶν οἰκετῶν λόγον παρεμβαλών, καὶ παραμυθησάμενος αὐτοὺς ἱκανῶς, μὴ παραβλάπτεσθαι τῇ δουλείᾳ ταύτῃ τὴν εὐγένειαν αὐτοῖς τὴν πνευματικήν, μέτεισι λοιπὸν ἐπὶ τὸν τῆς παρθενίας λόγον, ὃν πάλαι E μὲν ὤδινε καὶ κατασπεῖραι ἔσπευδεν, ἀπέτεκε δὲ νῦν· οὐδὲ ἐν τοῖς περὶ τοῦ γάμου λόγοις ἀποσιωπῆσαι καρτερήσας αὐτόν. ἐν βραχεῖ μὲν γὰρ καὶ διεσπαρμένως· ἐνύφηνε δὲ αὐτὸν ὅμως κἀκείνῃ τῇ παραινέσει· καὶ τῇ καλλίστῃ ταύτῃ μεθόδῳ προγυμνάσας ἡμῶν τὰς ἀκοάς, καὶ τὴν διάνοιαν προλεάνας, εἴσοδον ἀρίστην τῷ λόγῳ παρασκευάζει μετὰ τὴν πρὸς τοὺς οἰκέτας παραίνεσιν. [τιμῆς γάρ, φησιν, ἠγοράσθητε, μὴ γίνεσθε δοῦλοι ἀνθρώπων,] τῆς δεσποτικῆς ἡμᾶς ἀναμνήσας εὐεργεσίας, καὶ τούτῳ πάντων τὰς διανοίας ἀναστήσας καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἄρας, οὕτω τοὺς περὶ τῆς παρθενίας ἐμβάλλει λόγους, ταῦτα λέγων τὰ ῥήματα. περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν Κυρίου οὐκ ἔχω, γνώμην δὲ δίδωμι ὡς ἠλεημένος ὑπὸ Κυρίου πιστὸς εἶναι. καίτοι γε καὶ ἐπὶ τῶν πιστῶν τῶν ταῖς ἀπίστοις συνεζευγμένων οὐκ ἔχων ἐπιταγήν, μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας ἐνομοθέτησεν οὑτωσὶ γράφων·

τοῖς δὲ λοιποῖς ἐγὼ γράφω, οὐχ ὁ κύριος· εἴ τις ἀδελφὸς γυναῖ- A κα ἔχει ἄπιστον, καὶ αὐτὴ συνευδοκεῖ οἰκεῖν μετ᾽ αὐτοῦ, μὴ ἀφιέτω αὐτήν. τί οὖν οὐχὶ καὶ ἐπὶ τῶν παρθένων τὸ αὐτὸ ποιεῖς ἀποφαινόμενος; ὅτι περὶ τούτου φανερῶς ὁ Χριστὸς διετάξατο, κωλύων εἰς ἐπιτάγματος ἀνάγκην ἐλθεῖν τὸ πρᾶγμα. τὸ γὰρ, ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω, κύριον τὸν ἀκροατὴν τῆς αἱρέσεως ποιοῦντός ἐστιν. περὶ μὲν οὖν τῆς ἐγκρατείας διαλεγόμενος, θέλω, φησὶ, πάντας ἀνθρώπους εἶναι ὡς καὶ ἐμαυτὸν ἐν ἐγκρατείᾳ. καὶ πάλιν· λέγω δὲ τοῖς ἀγά- B μοις καὶ ταῖς χήραις, καλὸν αὐτοῖς ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ. ἐν δὲ τοῖς περὶ τῆς παρθενίας λόγοις οὐδαμοῦ παρήγαγεν ἑαυτόν. διὰ τοῦτο καὶ σφόδρα ὑφειμένως, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐπιστολῆς διαλέγεται. οὐ γὰρ αὐτῷ τὸ πρᾶγμα κατώρθωτο. ἐπιταγὴν οὐκ ἔχω, φησί. πρῶτον τὴν αἵρεσιν θεὶς, καὶ τὸν ἀκροατὴν εὐγνώμονα καταστήσας, οὕτως ἐπάγει τὴν συμβουλήν. ἐπειδὴ γὰρ τὸ τῆς παρθενίας ὄνομα πολὺν εὐθέως ἐμφαίνει τὸν πόνον λεχθὲν, διὰ τοῦτο οὐκ εὐθέως ἐπὶ τὴν παραίνεσιν C ἔδραμεν, ἀλλὰ θεραπεύσας πρότερον τῇ αἱρέσει τὸν μαθητὴν, εὐήνιόν τε καὶ τιθασσὸν αὐτοῦ κατασκευάσας τὴν ψυχὴν, οὕτω ποιεῖται τὴν εἰσήγησιν. ἤκουσας παρθενίαν, ὄνομα πολλῶν πόνων καὶ ἱδρώτων· μὴ δείσῃς· οὐκ ἔστι τὸ πρᾶγμα ἐπίταγμα, οὐδὲ ἐντολῆς ἀνάγκην ἐπάγεται, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἑκόντι καὶ μετὰ προαιρέσεως δεχομένους αὐτὴν τοῖς οἰκείοις ἀμείβεται καλοῖς, τὸν φαιδρὸν καὶ εὐανθῆ στέφανον περιθεῖσα αὐτῶν τῇ κεφαλῇ· τοὺς δὲ παραιτουμένους αὐτὴν καὶ οὐκ D ἐθέλοντας προσθέσθαι, οὔτε κολάζει οὔτε ἄκοντας ἀναγκάζει τοῦτο ποιεῖν. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἀνεπαχθῆ τὸν λόγον εἰργάσατο καὶ ἡδὺν, ἀλλὰ καὶ τῷ τὴν χάριν τοῦ πράγματος οὐκ αὐτοῦ φάναι εἶναι, ἀλλὰ τοῦ Χριστοῦ. οὐ γὰρ εἶπε· περὶ δὲ τῶν παρθένων οὐκ ἐπιτάσσω, ἀλλ᾽ ἐπιταγὴν οὐκ ἔχω· ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν· εἰ μὲν ἐξ ἀνθρωπίνων λογισμῶν ἐγὼ κινούμενος ταῦτα παρῄνουν, οὐκ ἔδει θαρρεῖν· ἐπειδὴ δὲ τῷ θεῷ τοῦτο ἔδοξεν, ἀσφαλὲς τὸ τῆς ἀξίας ἐνέχυρον. τὴν μὲν ἐξουσίαν τοῦ E τὰ τοιαῦτα ἐπιτάττειν παρῄρημαι· εἰ δὲ βούλεσθε ἀκούειν ὡς ὁμοδούλου γνώμην δίδωμι, φησιν, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι. ἄξιον δὲ ἐνταῦθα θαυμάσαι τοῦ μακαρίου τὴν πολλὴν εὐμηχανίαν καὶ τὴν σύνεσιν, καὶ πῶς ἐν μέσῳ δυοῖν ἀναγκαίων καὶ ἐναντίων ἀπειλημμένος, οὔτε συνέστησε τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον, ὥστε εὐπαράδεκτον γενέσθαι τὴν συμβουλὴν, καὶ οὐ μηδὲν μέγα φθέγξασθαι περὶ ἑαυτοῦ, διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς ταύτης γεγυμνῶσθαι ἐκ τοῦ ἀμφότερα ἐν βραχεῖ κατεσκεύασε. A τῷ μὲν γὰρ εἰπεῖν ὡς ἠλεημένος, συνίστησι πως ἑαυτόν· τῷ δὲ μὴ ἀπὸ τοῦ λαμπροτέρου τοῦτο ποιῆσαι μέρους, ταπεινοῖ καὶ συστέλλει πάλιν.

Οὐ γὰρ εἶπε, δίδωμι γνώμην, ὡς πιστευθεὶς τὸ εὐαγγέλιον, ὡς ἀξιωθεὶς εἶναι κῆρυξ τῶν ἐθνῶν, ὡς προστασίαν τὴν ὑμετέραν ἐγχειρισθεὶς, ὡς διδάσκαλος καὶ καθηγητής. ἀλλὰ πῶς; ἠλεημένος, φησί· καὶ τὸ ἔλαττον θείς. ἔλαττον γὰρ τοῦ, διδάσκαλον εἶναι τῶν πιστῶν τὸ, μόνον εἶναι πιστόν. καὶ ἑτέραν ἐπινοεῖ πάλιν ταπείνωσιν· ποίαν δὲ ταύ- B την; οὐκ εἶπεν, ὡς ἠλεημένος πιστὸς, ἀλλ᾽ ὡς ἠλεημένος εἶναι πιστός. μὴ γὰρ τὴν ἀποστολὴν, καὶ τὸ κήρυγμα, καὶ τὴν διδασκαλίαν μόνον νομίσητε τῆς δωρεᾶς εἶναι τοῦ θεοῦ. καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ πιστεῦσαι ἀπὸ τοῦ ἐλέους μοι γέγονεν ἐκείνου. οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἄξιος ἤμην, φησὶ, κατηξιώθην τῆς πίστεως, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἠλεήθην μόνον. ὁ δὲ ἔλεος χάριτός ἐστιν, οὐ τοῦ κατ᾽ ἀξίαν. ὥστε εἰ μὴ ἦν σφόδρα εὔσπλαγχνος ὁ θεὸς, οὐ μόνον ἀπόστολος, ἀλλ᾽ οὔτε πιστὸς ἠδυνήθην ἂν γενέσθαι ποτέ. εἶδες εὐγνω- C μοσύνην οἰκέτου καὶ συντετριμμένην καρδίαν, πῶς οὐδὲν πλέον ἑαυτῷ δίδωσι τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο, ὃ κοινὸν αὐτῷ καὶ τοῖς μαθηταῖς ἦν, τὸ τῆς πίστεως, οὐκ αὐτοῦ φησιν εἶναι, ἀλλὰ τοῦ ἐλέους καὶ τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ; ταυτὸν ἐμφαίνων διὰ τῶν ῥημάτων τούτων, οἷον εἰ ἔλεγε· μὴ ἀπαξιώσητε συμβουλὴν δέξασθαι παρ᾽ ἐμοῦ· οὐδὲ γὰρ ὁ θεὸς ἀπηξίωσέ με τοῦ ἐλέους τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ. ἄλλως τε καὶ γνώμη τὸ πρᾶγμά ἐστιν, οὐκ ἐπίταγμα. συμβουλεύω γὰρ, οὐ νομοθετῶ. τὸ δὲ, τὰ παραστάν- D τα ἑκάστῳ συμφέροντα φέρειν εἰς μέσον καὶ προτιθέναι, οὐδεὶς κωλύσειε νόμος· καὶ μάλιστα ὅταν ἐξ αἰτήσεως τοῦτο γίνηται τῶν ἀκροατῶν, καθάπερ καὶ ἐφ᾽ ὑμῶν. νομίζω οὖν, φησι, τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν. ὁρᾷς πάλιν ὑφειμένον τὸν λόγον καὶ πάσης ἔρημον ἐξουσίας. καί τοι γε ἐνῆν οὕτως εἰπεῖν· ἐπειδὴ ὁ κύριος οὐκ ἐπέταξε παρθενίαν, διὰ τοῦτο οὐδὲ ἐγώ· συμβουλεύω δὲ ὑμῖν καὶ παραινῶ τοῦτο ζηλοῦν, καὶ γὰρ ἀπόστολος ὑμῶν εἰμι. καθάπερ καὶ μετὰ ταῦτα διαλεγόμενος αὐτοῖς ἔλεγεν· εἰ E ἄλλοις οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος, ἀλλά γε ὑμῖν εἰμι. ἀλλ᾽ ἐνταῦθα οὐδὲν τούτων φθέγγεται, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς φειδοῦς τοῖς ῥήμασι κέχρηται, ἀντὶ μὲν τοῦ συμβουλεύω, γνώμην δίδωμι, λέγων· ἀντὶ δὲ τοῦ, ὡς διδάσκαλος, ὡς ἠλεημένος ὑπὸ κυρίου πιστὸς εἶναι· καὶ ὥσπερ οὐδὲ τούτων ἀρκούντων πρὸς τὸ συνεσταλμένον ποιῆσαι τὸν λόγον, ἀρχόμενος τῆς συμβουλῆς ὑπετέμνετο πάλιν τὴν ἐξουσίαν, οὐχ ἁπλῶς ἀποφαινόμενος, ἀλλὰ καὶ αἰτίαν προστιθείς. νομίζω γὰρ τοῦτο καλὸν ὑπάρχειν, φησὶ, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην. καί τοι γε ὅτε περὶ ἐγκρατείας διελέγετο, οὔτε τὸ, νομίζω, τέθεικεν, οὔτε αἰτίαν τινὰ, ἀλλ᾽ ἁπλῶς, καλὸν αὐτοῖς ἐστιν ἐὰν μείνωσιν ὡς κἀγώ· ἐνταῦθα δὲ, νομίζω εἶναι καλόν. τοῦτο δὲ ποιεῖ οὐκ ἀμφιβάλλων περὶ τοῦ πράγματος· ἄπαγε· ἀλλὰ τῇ τῶν ἀκουόντων κρίσει τὸ πᾶν ἐπιτρέψαι βουλόμενος.

A *Cæteris ego dico, non Dominus: ſi quis frater uxorem habet infidelem, eáque in ejus conſuetudinem conſentit, eam ne dimittito.* Cur non igitur & de virginibus itidem ſciſcis? Quòd hoc Chriſtus palam conſtituit, vetans eam rem præcepti neceſſitate definiri. Illud namque *Qui capere poteſt, capiat,* liberam auditori optionem condonantis eſt. Itaque de continentia diſſerens: *Volo,* inquit, *omnes homines ſic eſſe, ut ego ſum, continentes,* & rurſum, *Cælibibus autem ac viduis dico, Bonum eſt illis, ſi ſic permaneant, ut* B *ego.* At non in ſermone de virginitate uſquam ſe adducit: ideóque admodum modeſtè atq; cautè loquitur, qui nec ipſe ea perfunctus eſſet. *Præceptum,* inquit, *non habeo.* Primùm proponenda optione benevolum reddens auditorem, ita conſilium ſubjicit. Quoniam enim virginitatis nomen prolatum, protinus ingentem laborem declarat, ideò non ſtatim ad cohortationem ſe contulit; ſed auditorem priùs optione deliniens, ejúſque ingenium cicur ac tractabile reddens, ita demum proponit. Audiſti C virginitatem, nomen multi laboris ac ſudoris: ne metue: non præceptum agitur, aut juſſi neceſſitas; ſed qui ſe volentes atque ſtudio amplectantur, eos ea ſuis bonis remuneratur, eorum capiti ſplendidam ac floream coronam imponens: qui recuſent, ſeque adſciſcere nolint, nec punit, nec invitos cogit, Neque eo ſolùm orationem gratam nec moleſtam reddidit; ſed etiam quod beneficium hoc non ſuum; ſed Chriſti eſſe dicat. Non enim ait, De virginibus non præcipio, ſed; *Præceptum* D *non habeo:* quaſi diceret, Si humanis rationibus motus ipſe hæc cohortarer, fidendum minùs eſſet: at cùm id Deo viſum ſit, certum pignus atque fidem habetis. mihi quidem ea imperandi facultas eſt erepta; ſed ſi audire vultis velut conſervum, *conſilium do,* inquit, *ut qui miſericordiam ſim conſequutus à Domino, ut ſim fidelis.* Atque hoc loco Pauli ſummum artificium ac prudentia miranda eſt, quemadmodum inter duo neceſſaria, eáque contraria, interceptus, tum ut ſe commendaret, quò con- E ſilium plauſibile eſſet, tum ut nihil de ſe magnum prædicaret, quippe ejus virtutis exſors, brevibus verbis utrumque conſequutus ſit. Nam qui dicat, ut qui miſericordiam ſim conſequutus, quodam modo ſe commendat: qui ſe potiori nomine non commendet, viciſſim extenuat ac deprimit.

Non enim ait, Conſilium do, ut cui creditum ſit Evangelium, ut delectus gentium præco, ut cui in vos magiſterium commiſſum ſit, ut doctor atque dux. Sed quid? Ut cui Domini clemen- A tia datum ſit: eóque quod minus eſſet, propoſito. Nam minus eſt fidelem duntaxat eſſe, quàm fidelium magiſtrum, aliam rurſum extenuationem meditatur. Quamnam? Non ait, ut fidelis effectus, ſed; Ut cui Domini clementia fideli eſſe datum ſit. Ne Apoſtolatum ſolùm, præconium, & magiſterium Dei munificentiæ putate. Nam ipſum etiam credere mihi ejus clementia quæſitum eſt. non enim inquit, Qui dignus eſſem, fidem accepi; ſed, Cui miſericordia modò contigiſſet. Miſericordia au- B tem gratiæ eſt, non ex merito. Itaque niſi permiſericors eſſet Deus, non tantùm Apoſtolus; ſed ne fidelis quidem unquam effici potuiſſem. Vides ſervi gratitudinem, animúmque contritum, ut nihil ſibi cæteris plus arroget, quin id etiam quod ſibi cum diſcipulis commune eſſet, fidem, ſuum eſſe neget; ſed Dei clementiæ ac benignitatis? idem his verbis ſignificans ac ſi diceret: ne dedignamini conſilium à me recipere: neque enim me Deus miſericordia ſua dedignatus eſt: & alioqui conſilium agi- C tur, non præceptum. etenim conſulo, non ſancio. Porrò autem quæ cuique occurrant utilia atque frugi, in medium proferre ac proponere, nulla lex prohibet, maximè ubi id auditorum rogatu fiat: quod quidem & vobis accidit. Arbitror igitur, inquit, hoc bonum eſſe. Vides rurſum modeſtam orationem, ab omnique authoritate alienam. Atqui in hanc ſententiam diſſerere interim licebat: Quoniam Dominus virginitatem non præcepit, ideò neque ego: conſulo tamen ac cohortor ejus ſtudium, qui D Apoſtolus veſter ſim. quemadmodum & infrà eos alloquens ait, *Si aliis non ſum Apoſtolus, at certè vobis ſum.* at hîc nihil ejuſmodi refert, ſed admodum verecundè verba facit, ejus vice conſulo, ſententiam edo, inquiens, pro ut doctor, ut cui Domini miſericordia fideli eſſe datum ſit: quaſi que ne hæc quidem ſatis eſſent ad orationem extenuandam conſilium exorſus, auctoritatem iterum detrahit, qui non ſtatuat ſolùm; ſed addat E etiam rationem. *Arbitror,* inquit, *hoc bonum eſſe, propter inſtantem neceſſitatem.* Atenim de continentia diſſerens, neque, Arbitror, poſuit, neque ullam planè rationem; ſed illud modò, Bonum eſt illis, ſi permaneant, ſicut & ego: hic, Arbitror hoc bonum eſſe. Id autem facit, non qui de eo dubitaret: nihil minùs: ſed qui totum auditorum judicio permittere vellet.

1. Cor. 7, 12.
Chriſtianus.
1 Cor. 7, 7 & 8.
XLII.
De Pauli humilitate
1. Cor. 9, 2.
1. Cor. 7, 26.

nam

nam conſiliarins is eſt, non qui de iis quæ profert conſeat; ſed qui totum in auditorum arbitrio poſitum relinquat.

XLIII. *Quam inſtantem neceſſitatem Paulus nominet.*

Sed quæ eſt autem, quam hîc memorat, neceſſitas? eáne, quæ à natura offeratur? minimè. Primùm enim ſi hanc vellet, ea commemoranda contrarium atque cogitabat efficeret: Etenim qui matrimonium contrahere volunt, hanc ſuſque deque jactant. Tum autem eam inſtantem non vocaret. non enim nunc primùm; ſed jam olim mortalium generi inſita eſt, atque erat illa quidem ante vehementior & indomita; ſed Chriſti adventu, auctâque jam virtute, ſuperatu facilis eſt effecta. Itaque ei non de hac ſermo eſt; ſed aliam quandam innuit, multiplicem & variam. Quænam ea eſt? Humanarum rerum converſio. nam is eſt confluxus, ea curarum impotentia, ac circumſtantium rerum turba, ut in multis ſæpenumero conjugi vel invito errandum peccandúmque ſit.

XLIV. *Facilius eſſe virginem quàm conjugem regnum conſequi.*

Etenim olim non is erat nobis virtutis propoſitus modus; ſed & injuriam ulciſci, & convitium reddere, & pecunias procurare licebat, & ſanctè jurare, & oculum pro oculo eruere, & inimicos odiſſe; neque aut deliciis indulgere aut iraſci, aut uxorem aliam ejicere, aliam adſciſcere interdictum erat. Neque id ſolùm; ſed duas etiam conjuges ſimul habere lex ſinebat, eratque tum hac in re, tum in aliis omnibus ſumma ejus facilitas. At poſtquam Chriſtus prodiit, via longè facta eſt anguſtior, non ſolùm quòd incomparabilis ea & ingens omnium, quæ dixi, licentia nobis è manibus erepta eſt; ſed etiam quòd uxor, quæ nos multa interdum vel invitos deſignare inducat atque cogat, domi perpetuò ſit habenda, aut ſi ejicere velis, adulterii crimen ſubeundum. Neque hoc tantùm nomine virtus ea nobis difficilis eſt, ſed quòd, ut contubernalis tolerabilibus moribus ſit, curarum tamen, quæ nos propter eam ejúſque liberos circumfundat turba, nec minimùm in cœlum ſuſpicere patiatur, animos noſtros quaſi quidam vortex undique torquens ac demergens. Nam ecce cupit vir privatam & otioſam ac ſecuram vitam degere; ſed conſpectis circumſtantibus liberis, atque conjuge, grandi ſumptu egente, vel invitus ſe in civilium rerum æſtum conjicit. Quo illapſo dici non poteſt quid non admittere porrò neceſſum ſit, iraſcenti, juranti, convitianti, ulciſcenti, ſimulanti, multa ad gratiam, multa ad ſimultatem facienti. Qui enim poteſt, qui in tantis fluctibus verſetur, atque inde gloriam captet, non graves ſcelerum ſordes contrahere? Jam ſi quis domeſtica rimetur, eadem atque etiam majori difficultate plena inveniet propter uxorem: multa enim ac de multis curet neceſſe eſt, quibus ſeorſim agenti viro nihil opus eſſet. Atque hæc quidem, ſi proba atque commoda ſit uxor: ſin pervicax, acerba, difficilis, non jam id neceſſitas modò; ſed pœna ac ſupplicium vocandum erit. Qui poterit ergo iter ad cœlum conficere, quod ſolutis ac pernicibus pedibus, animo accincto & probè expedito indiget, ea negotiorum mole impoſita, tot pedicis conſtrictus, catena hac, uxoris inquam improbitate, deorſum aſſiduè detractus.

Matth. 7.

XLV. *Qui ſupervacuas difficultates excogitent, eos nullum ejus rei præmium manere.*

At quod eſt hoc ſapiens vulgi reſponſum, cùm ad eos omnia hæc recenſemus? Itaque, inquit, majori præmio dignus erit, qui, hac impoſita neceſſitate, perfungatur. Quid ita, bone vir, & quamobrem? Quòd majorem, inquit, laborem propter matrimonium ſubit. Et quis eum tantum onus ſuſcipere coëgit? nam ſi quidem matrimonium inire, præceptum eſſet exequi, ac matrimonium non inire, in legem delinquere, haberet id probabilitatem. Sin autem, cui liberum eſſet matrimonii jugum non ſubire, ultrò cogente nullo, ſe in eas difficultates inducere voluit, quò gravius ſibi virtutis certamen redderetur, nihil hoc ad certaminis auctorem, qui id unum juſſerit, cum diabolo bellum conficere atque adverſum vitia victoriam quærere. Sive autem quis matrimonio devinctus ac deliciis vacans, déque multis ſolicitus, ſive exercitus, & afflictus, neque aliud præterea curans, nihil penſi habet. Victoriæ quidem modum, atque ad tropæum ferentem viam, eam prædicat, quæ rebus omnibus humanis ſoluta ſit ac libera. Tu qui uxore, liberis, & quæ ab iis ducantur, negotiis comitatus, belligerari ac confligere velis, ceu idem præſtiturus, quod ab his omnibus expediti, eáque gratia majori admirationi futurus, nunc fortaſſe nos magnæ ſuperbiæ inſimules, ſi te ad idem ad quod illi cacumen evadere non poſſe dicamus. Sed præmiorum demum tempus probè te tum docebit, multo præſtare ſecuritatem inani ambitioni, ſatiúſque eſſe Chriſto, quàm futilibus ſuis inventis credere.

τοιοῦτον γὰρ ὁ σύμβουλος, οὐκ αὐτὸς τοῖς λεγομένοις ψηφίζεται, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἐπὶ τῇ κρίσει ἀφίησι κεῖσθαι τῶν ἀκροατῶν.

Ποίαν δὲ καὶ ἀνάγκην ἐνταῦθά φησιν; ἆρα τὴν ἀπὸ τῆς φύσεως; οὐδαμῶς. πρῶτον μὲν γὰρ εἰ ταύτην ἔλεγε, τοὐναντίον ἂν ὅπερ ἐβούλετο κατεσκεύασε μεμνημένος αὐτῆς. οἱ γὰρ βουλόμενοι γαμεῖν ταύτην ἄνω καὶ κάτω στρέφουσι. δεύτερον δὲ οὐκ ἂν αὐτὴν ἐνεστῶσαν ἐκάλεσεν. οὐ γὰρ νῦν πρῶτον, ἀλλ᾽ ἄνωθεν εἰς τὸ τῶν ἀνθρώπων κατεφυτεύθη γένος, καὶ πάλαι μὲν χαλεπωτέρα καὶ ἀτιθάσευτος ἦν· παραγενομένου δὲ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῆς ἀρετῆς ἐπιδοθείσης, εὐκαταγώνιστος γέγονεν. ὥστε οὐ περὶ ταύτης ὁ λόγος αὐτῷ, ἀλλ᾽ ἑτέραν τινὰ αἰνίττεται πολύτροπον καὶ πολυειδῆ. τίς οὖν ἐστιν αὕτη; ἡ τῶν ἐν τῷ βίῳ πραγμάτων διαστροφή. τοσαύτη γάρ ἐστιν ἡ σύγχυσις, τοσαύτη τῶν φροντίδων ἡ τυραννίς, τοσοῦτος ὁ τῶν περιστάσεων ὄχλος, ὡς καὶ ἄκοντα πολλὰ πολλάκις ἀναγκάζεσθαι τὸν γεγαμηκότα ἁμαρτάνειν καὶ πλημμελεῖν.

Τὸ μὲν γὰρ παλαιὸν οὐ τοσοῦτον ἡμῖν ἀρετῆς προὔκειτο μέτρον, ἀλλὰ καὶ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα, καὶ ἀντιλοιδορήσασθαι τῷ λοιδορουμένῳ, καὶ χρημάτων ἐπιμελήσασθαι ἐξῆν, καὶ εὐορκοῦντα ὀμνύναι, καὶ ὀφθαλμὸν ἐξορύξαι ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ μισῆσαι τὸν ἐχθρόν, καὶ οὔτε τρυφᾶν, οὔτε ὀργίζεσθαι, οὔτε γυναῖκα τὴν μὲν ἐκβάλλειν, τὴν δὲ εἰσάγειν κεκώλυτο. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο κατὰ ταυτὸν ὁμοῦ γυναῖκας ἔχειν ὁ νόμος ἐπέτρεπε, καὶ πολλή, καὶ ἐν τούτοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἡ συγκατάβασις ἦν. μετὰ δὲ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν, πολλῷ στενωτέρα γέγονεν ἡ ὁδός· οὐ μόνον τῷ τὴν ἄδειαν τῶν εἰρημένων ἁπάντων τὴν ἄφατον ταύτην καὶ πολλὴν περικοπῆναι τῆς ἐξουσίας τῆς ἡμετέρας, ἀλλὰ καὶ τῷ τὴν πολλὰ πολλάκις ἀναπείθουσαν καὶ ἀναγκάζουσαν ἡμᾶς καὶ ἄκοντας ἁμαρτάνειν γυναῖκα, ταύτην ἔνδον ἔχειν διαπαντός, ἢ μοιχείας ἁλίσκεσθαι βουλόμενον ἐκβάλλειν. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἡμῖν ἡ ἀρετὴ δυσκατόρθωτος, ἀλλ᾽ ὅτι κἂν ἀνεκτὸν ἦθος ἔχῃ ἡ συνοικοῦσα, ὁ δι᾽ αὐτὴν καὶ τὰ ἔκγονα τὰ ἐκείνης περιρρέων ἡμᾶς φροντίδων ὄχλος, οὐδὲ μικρὸν ἀναβλέψαι πρὸς τὸν οὐρανὸν συγχωρεῖ, πάντοθεν ὥσπερ τις ἴλιγγος περιστρέφων καὶ βαπτίζων ἡμῶν τὴν ψυχήν. ὅρα γάρ, βούλεται τὸν τῶν ἰδιωτῶν βίον τὸν ἀκίνδυνον οὗτος καὶ ἀπράγμονα ζῆν ὁ ἀνήρ· ἀλλ᾽ ὅταν ἴδῃ παῖδας περιεστῶτας καὶ γυναῖκα δαπάνης δεομένην πολλῆς, καὶ ἄκων εἰς τὸν τῶν πολιτικῶν πραγμάτων ἔρριψεν ἑαυτὸν κλύδωνα. ἐκεῖ δὲ ἐμπεσόντα λοιπὸν οὐδέ ἐστιν εἰπεῖν ὅσα ἁμαρτάνειν ἀνάγκη, ὀργιζόμενον, ὀμνύντα, λοιδορούμενον, ἀμυνόμενον, ὑποκρινόμενον, πολλὰ πρὸς χάριν, πολλὰ πρὸς ἀπέχθειαν ποιοῦντα. πῶς γὰρ ἔνι στρεφόμενον ἐν ζάλῃ τοσαύτῃ, καὶ βουλόμενον εὐδοκιμεῖν ἐν αὐτῇ, μὴ πολὺν τὸν ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων περισπᾶσθαι ῥύπον; καὶ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν δὲ εἴ τις ἐξετάσειε, τῆς αὐτῆς καὶ πλείονος δυσκολίας εὑρήσει γέμοντα διὰ τὴν γυναῖκα. πολλὰ γὰρ ἀνάγκη μεριμνᾶν καὶ ὑπὲρ πολλῶν, ὧν οὐκ ἂν ἐδεήθη καθ᾽ ἑαυτὸν ὢν ὁ ἀνήρ. καὶ ταῦτα μὲν ὅταν κοσμία τις ᾖ καὶ ἐπιεικὴς ἡ γυνή· ἂν δὲ μοχθηρὰ καὶ ἐπαχθὴς καὶ δυσάρεστος, οὐκέτι μόνον ἀνάγκην τὸ πρᾶγμα καλέσομεν, ἀλλὰ καὶ τιμωρίαν καὶ κόλασιν. πῶς οὖν δυνήσεται τὴν ἐπὶ τὸν οὐρανὸν βαδίζειν ὁδόν, τὴν εὐλύτων καὶ κούφων δεομένην ποδῶν, καὶ ψυχῆς εὐζώνου καὶ εὐσταλοῦς, τοσοῦτον ἔχων ἐπικείμενον πραγμάτων ὄγκον, τοσαύταις συνδεδεμένος πέδαις, καὶ διὰ τοιαύτης ἁλύσεως ἑλκόμενος κάτω συνεχῶς, τῆς πονηρίας λέγω τῆς γυναικός;

Ἀλλὰ τίς ὁ σοφὸς τῶν πολλῶν λόγος, ὅταν ταῦτα ἅπαντα αὐτοῖς διεξέλθωμεν; οὐκοῦν πλείονος ἄξιος ἔσται τιμῆς, φησιν, ὁ μετὰ τοσαύτης ἀνάγκης κατορθῶν. τίνος ἕνεκεν, ὦ βέλτιστε, καὶ διὰ τί; ὅτι πλείονα μόχθον φησὶν ὑφίσταται ἀπὸ τοῦ γάμου. καὶ τίς αὐτὸν ἀναδέξασθαι φορτίον τοσοῦτον ἠνάγκαζεν; εἰ μὲν γὰρ ἐντολὴ ἐπῄρει γαμεῖν, καὶ νόμου παράβασις ἦν τὸ μὴ γαμεῖν, εὐπρόσωπος οὗτος ὁ λόγος ἦν. εἰ δὲ κύριος ὢν τοῦ μὴ τὸν ζυγὸν ὑπελθεῖν τοῦ γάμου, ἑκὼν ἀναγκάζοντος οὐδενὸς δυσκολίας ἑαυτῷ περιθεῖναι τοσαύτας ἠθέλησεν, ὥστε ἐπαχθέστερον αὐτῷ γενέσθαι τὸν τῆς ἀρετῆς τὸν ἀγῶνα, οὐδὲν τοῦτο πρὸς τὸν ἀγωνοθέτην. αὐτὸς γὰρ ἓν μόνον ἐπέταξεν ἀνύσαι, τὸν κατὰ τοῦ διαβόλου πόλεμον, καὶ τὴν κατὰ τῆς κακίας νίκην λαβεῖν. εἴτε δὲ γαμῶν καὶ τρυφῶν καὶ πολλὰ μεριμνῶν τις ἀνύοι τοῦτο, εἴτε ἀσκούμενος καὶ ταλαιπωρῶν, καὶ μετὰ τοῦ μηδὲν ἕτερον μεριμνᾶν, οὐδὲν αὐτῷ τούτου μέλει λοιπόν. τὸν μὲν γὰρ τρόπον τῆς νίκης, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ τρόπαιον φέρουσαν ὁδὸν αὐτὸς ἐκείνην εἶναί φησι, τὴν πάντων ἀπηλλαγμένην τῶν βιωτικῶν. ἐπειδὴ δὲ σὺ μετὰ γυναικὸς καὶ παίδων καὶ τῶν τούτοις ἐπισυρομένων πραγμάτων στρατεύεσθαι βούλει καὶ πολεμεῖν, ὡς τὰ αὐτὰ ἀνύσων ἐκείνοις τοῖς οὐδενὶ τούτων ἐμπεπλεγμένοις, καὶ πλείονος ἀπολαύσων διὰ τοῦτο θαύματος, νῦν μὲν ἴσως καὶ τῦφον ἡμῖν ἐγκαλεῖς πολύν, ἂν εἴπωμεν ὅτι οὐ δυνατόν σε πρὸς τὴν αὐτὴν ἐκείνοις φθάσαι κορυφήν. τὸ δὲ τέλος καὶ ὁ τῶν στεφάνων καιρὸς τότε σε πείσει καλῶς, ὅτι πολλῷ βέλτιον ἀσφάλεια φιλοτιμίας κενῆς, καὶ κρεῖττον τῷ Χριστῷ πείθεσθαι, ἢ τῇ τῶν οἰκείων ματαιότητι λογισμῶν.

ὁ μὲν

ὁ μὲν γὰρ Χριστὸς οὐδὲ τὸ τοῖς οἰκείοις ἀποτάξασθαι πᾶσι πρὸς ἀρετὴν ἡμῖν φησιν ἀρκεῖν, ἂν μὴ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς μισήσωμεν· σὺ δὲ πᾶσι τούτοις φυρόμενος ἔφης δύνασθαι περιγενέσθαι. ἀλλ' ὅπερ ἔφην, τότε εἴσῃ καλῶς, ὅσον πρὸς ἀρετὴν ἐμπόδιον γυνὴ καὶ γυναικὸς φροντίδες.

Πῶς οὖν, φησί, βοηθὸν αὐτὴν ἐκάλεσε τὴν ἐμποδίζουσαν, ποιήσωμεν γὰρ αὐτῷ, φησί, βοηθὸν κατ' αὐτόν. κἀγώ δέ σε ἐρήσομαι, πῶς βοηθὸς ἡ τοσαύτης ἀποστερήσασα τὸν ἄνδρα ἀσφαλείας, καὶ τῆς θαυμαστῆς μὲν ἐκείνης ἐκβαλοῦσα διαγωγῆς τῆς ἐν τῷ παραδείσῳ, εἰς δὲ τὴν τοῦ παρόντος βίου ταραχὴν ἐμβαλοῦσα; ταῦτα γὰρ οὐ μόνον βοηθοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐπιβούλου. ἀπὸ γὰρ γυναικός, φησίν, ἀρχὴ ἁμαρτίας, καὶ δι' αὐτὴν ἀποθνήσκομεν πάντες. καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος, Ἀδάμ, φησίν, οὐκ ἠπατήθη, ἡ δὲ γυνὴ ἀπατηθεῖσα ἐν παραβάσει γέγονε. πῶς οὖν βοηθὸς ἡ τῷ θανάτῳ τὸν ἄνδρα ὑποτάξασα; πῶς βοηθὸς δι' ἧς οἱ τοῦ Θεοῦ· μᾶλλον δὲ πάντες οἱ τὴν γῆν κατοικοῦντες τότε, ἅμα θηρίοις καὶ πετεινοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι ζώοις κατακλυσθέντες ἀπώλοντο; οὐχ αὕτη τὸν δίκαιον Ἰὼβ ἔμελλεν ἀπολλύναι, εἰ μὴ σφόδρα ἐκεῖνος ἦν ἀνήρ; οὐχ αὕτη τὸν Σαμψὼν ἀπώλεσεν; οὐ τὸ πᾶν Ἑβραίων γένος αὐτὴ τελεσθῆναι τῷ Βεελφεγὼρ, καὶ ταῖς συγγενικαῖς κατακοπῆναι χερσὶ παρεσκεύασε; τὸν δὲ Ἀχαὰβ τίς μάλιστα τῷ διαβόλῳ παρέδωκε, καὶ πρὸ τούτου Σολομῶντα μετὰ τὴν πολλὴν ἐκείνην σοφίαν καὶ εὐδοκίμησιν; οὐ μέχρι καὶ νῦν πολλαὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς αὐτῶν ἀναπείθουσι προσκρούειν Θεῷ; οὐ διὰ τοῦτό φησιν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἀνήρ· μικρὰ πᾶσα κακία πρὸς κακίαν γυναικός; πῶς οὖν, φησίν, εἶπεν αὐτῷ ὁ Θεός, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν ὅμοιον αὐτῷ. οὐδὲ γὰρ ψεύδεται ὁ Θεός· οὐδὲ ἐγὼ τοῦτο ἂν εἴποιμι· ἄπαγε· ἀλλ' ἐγένετο μὲν ἐπὶ τοῦτο καὶ διὰ τοῦτο· οὐκ ἠθέλησε δὲ μεῖναι ἐπὶ τῆς οἰκείας ἀξίας· καθάπερ οὐδὲ ὁ ταύτης ἀνήρ. καὶ γὰρ ἐκεῖνον ὁ Θεὸς ἐποίησε κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τὴν ἑαυτοῦ. ὥσπερ οὖν εἶπε, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθόν· γενόμενος δὲ ἀμφότερα εὐθέως ἀπώλεσεν. οὔτε γὰρ τὸ καθ' ὁμοίωσιν ἐφύλαξε. πῶς γὰρ ὁ ἐνδοὺς ἐπιθυμίᾳ ἀτόπῳ, καὶ ἀπάτῃ ἁλοὺς, καὶ μὴ κρατήσας ἡδονῆς· τό, τε κατ' εἰκόνα καὶ ἄκοντος ἀφῃρέθη λοιπόν. οὐ γὰρ μικρὸν αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς ὁ Θεὸς ὑπετέμετο μέρος, τὸν φοβερὸν ἅπασι καθάπερ δεσπότην, ὥσπερ οἰκέτην ἀγνώμονα μετὰ τὸ προσκροῦσαι τῷ δεσπότῃ, τοῖς ὁμοδούλοις ποιήσας εὐκαταφρόνητον. πρὸ μὲν γὰρ τῆς ἀρχῆς καὶ τοῖς θηρίοις πᾶσιν ἐπίφοβος ἦν. πάντα γὰρ πρὸς αὐτὸν ἤγαγεν ὁ Θεὸς, καὶ οὐδὲν λυμήνασθαι οὐδὲ ἐπιβουλεῦσαι ἐτόλμησεν· ἑώρα γὰρ ἐν αὐτῷ λάμπουσαν τὴν εἰκόνα τὴν βασιλικήν. ἐπειδὴ δὲ τοὺς χαρακτῆρας ἐκείνους ἠμαύρωσε διὰ τῆς ἁμαρτίας, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς αὐτὸν ἐκείνης κατήγαγεν· ὥσπερ οὖν τὸ μὴ πάντων αὐτὸν ἄρχειν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλ' ἔνια καὶ τρέμειν καὶ δεδοικέναι, οὐ ψευδῆ ποιεῖ τοῦ Θεοῦ τὴν ἀπόφασιν τὴν λέγουσαν, καὶ ἀρχέτωσαν τῶν θηρίων τῆς γῆς· οὐ γὰρ παρὰ τὸν δεδωκότα, ἀλλὰ παρὰ τὸν εἰληφότα ὁ τῆς ἐξουσίας ἀκρωτηριασμὸς γέγονεν· οὕτως οὐδὲ αἱ παρὰ τῶν γυναικῶν ἐπιβουλαὶ εἰς τοὺς ἄνδρας γινόμεναι, ἐκείνῳ τῷ λόγῳ λυμαίνονται τῷ λέγοντι, ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν· ἐγένετο μὲν γὰρ εἰς τοῦτο· οὐκ ἔμεινε δὲ ἐν τούτῳ. χωρὶς δὲ τούτου κἀκεῖνό ἐστιν εἰπεῖν, ὅτι καὶ πρὸς τὴν τοῦ παρόντος βίου σύστασιν, καὶ πρὸς παίδων γονὴν, καὶ πρὸς φυσικὴν ἐπιθυμίαν τὴν βοήθειαν ἐπιδείκνυται τὴν αὐτῆς. ὅταν δὲ μηκέτι καιρὸς ᾖ τοῦ παρόντος βίου, μηδὲ παιδοποιΐας, μηδὲ ἐπιθυμίας, τί μάτην μνημονεύεις τῆς ἐνταῦθα βοηθοῦ; τὴν γὰρ ἐν τοῖς ἐλαχίστοις συλλαμβάνειν δυναμένην μόνον, ταύτην ἄν τις ἐν τοῖς μεγάλοις ἐπάγηται συνεργὸν, οὐ μόνον οὐδὲν ὤνησεν, ἀλλὰ καὶ συνεπόδισεν αὐτὸν ταῖς φροντίσι.

„Τί οὖν ἐροῦμεν τῷ Παύλῳ, φησί, λέγοντι, τί οἶδας γύναι εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; καὶ τὴν βοήθειαν αὐτῆς ἀναγκαίαν, καὶ ἐν τοῖς πνευματικοῖς ἀποφαίνοντι; καὶ ἐγὼ τοῦτο συνομολογῶ. οὐδὲ γὰρ αὐτὴν παντελῶς ἐκκόπτω τῆς ἐν τοῖς πνευματικοῖς συμμαχίας· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τότε φημὶ ταῦτα αὐτὴν κατορθοῦν, ὅταν μὴ τὰ τοῦ γάμου πράττῃ, ἀλλὰ μένουσα τῇ φύσει γυνὴ, πρὸς τὴν τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ἀρετὴν διαβαίνῃ. οὐ γὰρ καλλωπιζομένη, οὐδὲ τρυφῶσα, οὐδὲ προσόδους ἀπαιτοῦσα τὸν ἄνδρα χρημάτων, οὐδὲ πολυτελὴς γινομένη καὶ δαπανηρὰ, οὕτως αὐτὸν δυνήσεται ἐξαγαγέσθαι· ἀλλ' ὅταν ἀνωτέρω γενομένη πάντων τῶν παρόντων πραγμάτων, καὶ τὸν ἀποστολικὸν ἐν ἑαυτῇ χαρακτηρίσασα βίον, πολλὴν μὲν τὴν ἐπιείκειαν, πολλὴν δὲ τὴν κοσμιότητα, πολλὴν δὲ τὴν τῶν χρημάτων ὑπεροψίαν καὶ τὴν ἀνεξικακίαν ἐπιδείκνυται· τότε αὐτὸν δυνήσεται ἑλεῖν, ὅταν λέγῃ, ἔχοντες δὲ τροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. ὅταν διὰ τῶν ἔργων ταῦτα φιλοσοφῇ, καὶ τοῦ σωματικοῦ θανάτου καταγελῶσα, μηδὲν εἶναι λέγῃ τὴν παροῦσαν ζωήν· ὅταν πᾶσαν τοῦ βίου τούτου τὴν δόξαν κατὰ τὸν προφήτην, ἄνθος εἶναι χόρτου νομίζῃ. οὐκ ἄρα τῷ συνεῖναι καθάπερ γυνὴ, τούτῳ σῶσαι τὸν ἄνδρα δυνήσεται, ἀλλὰ τῷ τὸν εὐαγγελικὸν ἐπιδείκνυσθαι βίον· ἐπεὶ καὶ γάμου χωρὶς ἐποίησαν τοῦτο πολλαὶ γυναῖκες.

Etenim Chriſtus *negat* ab virtutem nobis ſufficere, ſuis *omnibus renunciare, niſi etiam noſmetipſos oderimus:* tu his omnibus permiſtus, ais poſſe ſuperare. Sed ut dicebam, probè tum intelliges, quantum ad virtutem impedimentum ſit uxor, atque uxoriæ curæ. Luc. 14.

XLVI. *Cur adjutrix vocata uxor quæ impedimento eſt.*

Et qui, inquit, adjumentum eam vocat, quæ impediat? nam *Faciamus*, ait, *ei adjutorem ſimilem ipſi.* Ego verò abs te inſuper quæram, quo pacto adjutrix eſt, quæ virum ea ſecuritate ſpoliavit, atque admirabili illo in paradiſo domicilio exturbatum, in præſentis vitæ turbas conjecit? hæc enim ſunt non adjumentum præſtantis; ſed inſidiantis. *A fœmina*, inquit ille, *initium peccati, & propter illam morimur omnes.* Quin & beatus Paulus. *Adamus*, ait, *non eſt deceptus, at mulier decepta delictum admiſit.* Quomodo igitur adjutrix eſt, quæ virum ſub mortem ſubjecit? quæ Dei filios, adeòque omnes tum terram incolentes, cum feris, volucribus, cunctiſque reliquis animantibus, eluvione delevit? Nónne ea juſtum Jobum perdidiſſet, niſi is admodum ſe virum præbuiſſet? Nónne hæc Sampſonem afflixit? Nónne ea perfecit ut univerſum Hebræorum genus Beelphegori faceret, ac cognatis manibus contrucidaretur? Quis potiſſimùm Achaabum diabolo prodidit, atque ante eum Solomonem, poſt tam inſignem ſapientiam ac celebritatem? Nónne hodiéque viris ſuis auctores ſunt multa in Deum admittendi? Nónne idcirco ſapiens ille ſcriptum reliquit: *Parva eſt quævis pravitas præ mulieris pravitate?* Quomodo igitur, inquit, dixit Deus, *Faciamus ei adjutorem ſimilem ipſi?* neque enim mentitur Deus. Neque id equidem unquam dixerim: minimè gentium; ſed quæ ea gratia atque cauſa comparata eſſet, in dignitate ſua perſiſtere noluit: quemadmodum nec ejus vir, nam & eum ad imaginem & ſimilitudinem ſuam Deus fabricatus eſt, ut & dixit, *Faciamus ei adjutorem.* Sed qui utroque præditus eſſet, utrumque protinus amiſit. nam nec ſimilitudinem ſartam tectam conſervavit: qui abſurdæ cupiditati ſe dediderit, ac dolo captus, voluptatem minimè fregerit: & quod erat in eo ad imaginem Dei, etiam nolenti deinceps ereptum eſt. neque enim Deus parva imperii parte eum multavit, qui omnibus terribilis eſſet velut herus, ceu ingratum ſervum, qui dominum offendiſſet, conſervis rejiculum comparans. Nam initio etiam feris omnibus terrori erat: neque enim ex omnibus, quas ad eum Deus adduxiſſet, ulla eum lædere ac invadere eſt auſa: videbat quippe in eo relucentem imaginem regiam. Quas ubi notas peccato deformavit, eum Deus imperio eo itidem dejecit. Igitur ut, quòd omnibus, quæ in terra ſunt, adeò non imperet, ut quædam etiam horreat ac formidet, falſum illud Dei edictum non evincit; *Et dominentur animantibus terræ:* neque enim ejus, qui dedit; ſed, qui accepit, vitio ab ea poteſtate in præceps itum eſt: ita nec inſidiæ, quæ viris ab uxoribus creentur, ei dicto quicquam fraudi ſunt: *Faciamus ei adjutorem ſimilem ipſi.* Nam ad hoc comparata eſt; ſed in eo non permanſit. Quin illud præterea adferri etiam poſſet, eam ad præſentis vitæ ſtatum, liberorum procreationem, atque inſitam in natura libidinem adjumentum præſtare. Sed cùm & vitæ hujus, & ſobolis procreandæ, & libidinis deinceps nullum tempus ſit, quid mihi ejus hanc in partem adjutricem fruſtrà memoras? nam quæ ad minima ſolùm uſui ſit, eam ſi ad magna ſociam adhibeat, non modò frugem nullam ſentiet; ſed etiam curis impedietur.

Gen. 2. 18. Eccl. 25, 24. 1. Tim. 2, 14. Job. 2. Jud. 16. Num. 25. 3. Reg. 21, 25. 3. Reg. 11. Eccl. 25, 19. Gen. 2, 18. Gen. 1, 26.

XLVII. *Quomodo virum adjuvet uxor in ſpiritualibus.*

Quid igitur, inquit, ad Paulum dicemus, cujus hæc verba ſunt, *Qui ſcis mulier an tu virum ſervatura ſis?* quique ejus adjumentum etiam in ſpiritualibus neceſſarium cenſet? Et ego id confiteor, non enim eam ab omni ſpiritali adjumento excludo: minimè verò: ſed id eam præſtare dico, non cum exercet ea, quæ matrimonii ſunt, ſed cum muliebri ſexu prædita, ad beatorum virorum virtutem evadit. neque enim compta, delicata, pecuniarios reditus virum flagitans, prodiga, ſumptuoſa, eum expedire queat; ſed cùm his rebus omnibus ſublimior, apoſtolicam in ſe vitam exprimit, ſummam & probitatem, & modeſtiam, & pecuniarum contemptum, & tolerantiam demonſtrans: ita eum demum expugnat, cùm illud uſurpat: *Alimenta atque tegumenta habentes, iis contenti ſumus:* cùm hæc rebus ipſis meditatur, ac corporalem mortem irridens, vitam hanc præſentem nihil eſſe dicit: cùm *omnem vitæ hujus gloriam* ſecundum prophetam *fœni florem exiſtimat.* Non igitur quæ muliebriter cum viro conſueſcat, eo virum ſervare poterit; ſed dum Evangelicam vitam præſtabit: hoc enim multæ etiam citra matrimonium fecerunt.

1. Cor. 7, 16. 1. Tim. 6, 8. Eſa. 40, 7.

Nam

Act. 18. Vide ad latinum illud 1.Tim.2. *Mulieri quidem docere non permitto, nec authoritatem ſibi vindicare in virum &c.* * Scilicet Paulina.

Nam Priſcilla, inquit, *aſcitum Apollo per omnem veritatis viam deduxit*: Quod ſi nunc † non licet; at poſſunt interim conjuges idem ſtudium præſtare, eundemq; fructum facere. nam quod jam dixi, neque* illa quoniam conjux ſit virum pellicit. Alioqui nihil vetaret, neminem ex iis, qui uxorem fidelem habeant, infidelem manere, ſiquidem conſuetudo ac convictus rem effectam daret. At non id eſt, inquam; ſed philoſophiam ſummam atque patientiam præbere, quæ cum matrimonio conjuncta ſint reſpuere, atque id unum aſſiduè negotium ducere, id verò eſt, B quod ejus, cum quo habitat, animum ſalvum præſtet. Sin perſiſtat uxoria poſtulare ei incommodat magis quàm prodeſt. Jam verò vel ſic rem in primis difficilem eſſe, audi quid dicat: *Qui ſcis enim mulier, an tu virum ſervatura ſis?* quo interrogandi genere uti ſolemus in iis, quæ inſolenter accidant. Quid verò

1 Cor.7, 27.

poſt illa dicit? *Devinctus es uxore? ne quære ſolutionem: ſolutus es uxore? ne quære uxorem.* Vides, ut aſſiduas tranſitiones faciat, & frequens brevi intervallo utriuſq; cohortationis velut tem- C peramentum? Nam ut de matrimonio diſputationi, de continentia ſermonem interpoſuit, auditorem interim excitans: ita & hic tractationem de matrimonio viciſſim inſerit, eum recreans. Exorſus à virginitate, antequam de ea aliquid dixiſſet, ſtatim ad matrimonium recurrit. Illud enim: *Præceptum non habeo*, matrimonium permittentis & introducentis eſt. Tum ubi

1.Cor.7, 26.

ad virginitatem ventum eſt, dictumq; *Arbitror hoc bonum eſſe*, quùm videret ejus nomen aſſiduè uſurpatum delicatis auribus D nonnullam acerbitatem afferre, identidem id non repetit, quin explicata ſatis gravi cauſa ad ejus labores ſolandos, id eſt, inſtanti neceſſitate, ne ſic quidem auſus eſt virginitatem iterum nominare. Sed quid? *Bonum eſt homini ſic eſſe.* Neq; eam ſententiam proſequitur; ſed ea interrupta & inciſa, priuſquam gravis videretur, de matrimonio rurſum diſſerit his verbis: *Devinctus es uxore? ne quære ſolutionem.* nam ni id eſſet, atque id hic ſolatium parare cogitaret, ineptum eſſet virginitatem conſulentem E de matrimonio philoſophari. Deinde iterum ad virginitatem tranſit: ac ne nunc quidem proprio nomine appellat. Sed quid? *Solutus es uxore? ne quære uxorem.* Atenim ne verere: non id cenſet atque ſancit. propè eſt enim rurſum de matrimonio ſermo, terrorem eum ſolvens his verbis: *Quòd ſi duxiſti, non peccaſti.*

1.Cor.7, 28.

At nec jam concide. nam iterum te ad virginitatem trahit. Atq; id eſt quod vult, docens, *Qui matrimonium adſciſcant, eos multam in carne tribulationem ſuſtinere.* Ut enim optimi quique A medici & benigni, amarum medicamentum, aut ſectionem, aut uſtulationem, aut ſimile aliquid adhibituri, non continuò totum peragunt; ſed data interim ægro reſpiratione, ita ſemper quod reliquum eſt addunt: ad eundem modum & beatus Paulus virginitatis conſilium irremiſſè & perpetuò ac conſequenter non pertexuit; ſed de matrimonio ſententiis id aſſiduè interrumpens, atq; ita moleſtiæ ſenſum eripiens, blandam ac plauſibilem orationem reddidit. Ob id igitur varia ſententiarum quaſi mi- B ſcella quadam facta eſt. Sed operæ pretium porrò eſt, ipſa etiam verba indagare. *Devinctus es uxore?* inquit, *ne quære ſolutionem.* Hoc non tam conſulentis eſt, quàm vinculi tenacitatem ac firmitatem demonſtrantis. Quamobrem autem non dixit: Habes uxorem? ne eam deſere: cum illa conjunctus vivis? ne diſcede: ſed vinculum conjugium vocavit: nimirum ut rei acerbitatem hic oſtenderet. Quoniam enim ad matrimonium ceu ad facilius vulgò concurrunt, conjuges declarat nihil vinctis differre: C nam & hic quocunq; alter trahat, alteri ſequendum ſit, aut pugnanti, cum eo unà pereundum. Quid verò, inquit, ſi vir diſſolutus ſit, ego continens eſſe velim? Neceſſe eſt, ut tu illum ſequaris. id enim facere te nolentem, jucunda matrimonii catena amplexa detrahit, ad eumque cogit, qui tecum initio devinctus eſt. Sin obnitare ac perrumpas, & te vinculis non exſolves, & in extremum ſupplicium conjicies.

XLVIII. *Quæ invito viro continens ſit, gravius quàm qui adulteret pœnas datram.*

Etenim quæ invito viro continens ſit, non ſolum continentiæ præmiis caret; ſed illius etiam adulterium gravius quàm ille luet ac plectetur. Quid ita? quòd eum legitimo coïtu fraudatum, in laſciviæ barathum deturbarit. Nam ſi eo nolente nec minimùm id facere permittitur, qua venia digna ſit, quæ eum ſolatio hoc perpetuò privat? Et quid, inquit, ea neceſſitate ac miſeria durius poſſit accidere? Et ego idem ſentio. Cur te neceſſitati ei ſubjicis? Enimverò eam rationem non poſt; E

Neronem prorſus ex fama noviſtis: vir enim impudicitia, ſce- B leribusq; omnibus inſignis fuit, primusq; ac ſolus in tanto imperii culmine, novos quosdam laſciviæ, flagitii, atq; turpitudinis modos excogitavit, exquiſivit, invenit. Hic itaq; Paulo beatiſſimo (uno enim eodemq; tempore vitã illã agebant) ejusmodi ac prorſus ſimillima crimina objiciens his, quæ vos modo ſanctis viris objicitis. Pellicem enim ejus, quam ille deperibat, atq; in deliciis habebat, cum induxiſſet fidei ac religionis ſacramenta ſuſcipere, perſuaſerat unà inceſtum illum impurumq; congreſſum de- C clinare: hæc, inquam, ille crimina objectans, corruptoremque nequam, flagitioſum atque nebulonem, & his ſimilia, quæ vos modo perſtrepitis, Paulum vocitans, primum quidem conjecit in vincula: cum vero ut puellæ ejuſcemodi monita atq; conſilia dare deſineret, ille perſuadere non poſſet, necavit tandem. Quid igitur ex hoc vel detrimenti ei contigit, qui paſſus eſt mortem, vel emolumenti ei, qui intulit mortem? Imò vero quid non emolumenti fuit tunc necato Paulo? quid non detrimenti necan- D ti Neroni? Nonne ut præſentia tantum interim loquar, alter ex his ubiq; per orbem terrarum canitur, atq; laudatur: alterius vero tanquam revera corruptoris, perditiſſimiq; ganeonis, dæmoniſq; cujusdam ferociſſimi nomen carpitur, probriſq; omnibus apud omnes afficitur? ea vero quæ in futurum contingent, etſi vos minime credatis, propter eos tamen, qui credunt, neceſſe eſt me dicere: quanquam ex his quæ coram ſunt, quæ videntur, illis etiam credere debueratis. Verùm vos quoquo animo iſta acce- E peritis, dicentur à nobis, nec occultabuntur. Quænam ergo illa erunt? Infelix quidem ille & miſerrimus, ſqualore ac ſordibus obſitus, confuſioniſq; caligine repletus, mœrens, triſtis, demiſſus, anxius, eo abducetur, ubi vermis immortalis eſt, igniſq; inextinguibilis: Paulus vero beatiſſimus ingenti cum gloria atque confidentia, ad ipſum adſtabit imperatoris ſolium, clariſſimo fulgore radians, tantaque amictus ac tam inſigni claritate, ut Angelis ipſis atq; Archangelis in nullo inferior ſit; tantamq; reci- A piet mercedem, quantam recipere par eſt hominem qui pro Deo, Deiq; legibus, ac ſcitis, ſeipſum atq; animam ſuam devoverit, expoſuerit, dederit. Ita enim ſe res habet, parata quidem eſt his, qui ſe in recte factis exercent, ingens præmiorum retributio: major tamen ea fit atq; auctior, quoties qui bona iſta operantur, etiam pericula ſubierint, neq; fuerint ulla ignominia, ulloque dedecore, quò minus id quod recte inſtituerant, proſequantur impediti. Nam & ſi rectè quodlibet factum nihilo deterius ſit in B eo, qui ſine labore id perfecerit, honores tamen & coronæ pares profecto non erunt. Nam & in bello coronatur quidem, qui ſigna contulerit, hoſtemq; fuderit: longe tamen illo glorioſius, qui & vulnera præ ſe fert, per quæ fuſi hoſtes, victoriaq; parta eſt. Quid autem hoc de viventibus dico, quandoquidem & hi, qui hoc tantum dederint virtutis indicium, ut in bello præclare occumberent, nihilq; commodi vel emolumenti civibus ſuis aut patriæ morte ſua pepererunt, tanquam rectores & conſervatores C civitatum prædicantur ubiq; per omnem Græciam? Quanquam vos iſta quoq; ignoratis, riſui & deliciis dediti ſemper, & voluptatibus addicti, ſin autem Gentiles homines, nihilq; ferè ſanum ſentientes, iſtud conſpicari potuerunt, ſummiſq; honoribus eos proſecuti ſunt, qui pro ſe, pro patria, pro liberis ſuis mortem obierunt, nihilq; præſtiterunt amplius præter indicia benevolentiæ, egregiæq; in patriam ſuam voluntatis: quanto magis Chriſtus hoc faciet, eoſq; ubiq;, qui propter ſe periclitantur, largiſſi- D mis effuſiſſimiſq; munerum præmiis ſuperabit? Non enim ille perſecutionum tantum, aut verberum, carceriſve, vel necis, aut cædis mercedem ſtatuit; verum nudæ quoq; contumeliæ, verbiſq; injurioſis præmia perſolvit ingentia. *Beati enim,* inquit, *eritis cum vos oderint homines, & cum ſeparaverint vos, & exprobraverint, & ejecerint nomen veſtrum tanquam malum propter filium hominis: gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces veſtra copioſa eſt in cœlis.* (Luc. 6, 22.) Si igitur & pati & audire male, patienti- E bus atq; audientibus præmiorum incrementa cumuloſq; largitur: qui obſtat quo minus talia fiant, non iſtis ſanè; ſed eis qui male & faciunt, & dicunt, proſpicit: his enim ferè etiam nocet, mercedis illis partem maximam abſcindens, cauſamq; ac materiam gaudiorum clariſſimarumq; coronarum auferens. Quocirca horum cauſa hæc etiam omittere ſatius fortaſſe fuerat, ne quid inſtituti cœleſtis æmulis detrimenti afferremus, ex quibus profecto incredibile eſt, quantas & quàm ingentes bonorum copias, quantumque confidentiæ conſequantur. Verum, quia ſumus invicem membra, & ſi iſti etiam oblatam gratiam ſuſcipere abnuant, minime convenit ita affectis, ut nos ſumus, unius membri curam habere, alterum negligere. Namque ſanctis illis, etſi modo minus affligantur, alia probitatis oſtendendæ occaſio ſuppetet, qua & eorum virtus eluceat, & æternis præmiis afficiantur: iſtis vero niſi ab hac pugna deſtiterint nulla jam ſalutis ſpes relinquitur.

Cap. V. Itaque illis omiſſis, ad vos redeo, oróque & obſecro precibus noſtris obtemperetis, nec ultra contra voſmetipſos, atque in veſtram perniciem ferrum impellatis, neu calcitretis adverſus ſtimulos, ne dum putatis mœrore homines afficere, Spiritum ſanctum contriſtetis. Scio equidem, & planè perſuaſum habeo, quia ſententiam hanc noſtram, atque conſilium, etſi non modo, certè paulò pòſt probabitis atque laudabitis. Cæterum iſtud nunc malo vos facere, ne poſtmodum id fruſtra faciatis. Nam dives ille quidem cum hanc vitam degeret, Prophetas & leges, legiſque monita fabulas eſſe & deliramenta quædam exiſtimabat: cum vero vita exceſſiſſet, adeo in admiratione atque honore ea habuit, quæ antea velut inania & frivola irriſerat, ut cum planè intelligeret, nihil ſe commodi ex ejus laudibus conſequi poſſe, Patriarcham oraverit, ut aliquem ab inferis mitteret, qui ea quæ ibi gererentur, in terris annunciaret: id ſcilicet veritus, ne & ipſi paterentur eadem, atque ſcripturas interim ſacras irridentes, tunc eas admirari inciperent, cum ex ea admiratione & honore nihil emolumenti conſequi valerent. Et certè nihil tale egit, quale vos. Ipſe enim, etſi nihil ex ſuis communicavit Lazaro: non tamen eos, qui id agere vellent, prohibuit, aut afflixit, aut repulit, ut modo vos facitis. Neque hinc modo illum crudelitate, atque immanitate ſuperatis; verum aliunde quoque. Sicut enim par ac ſimile facinus non eſt, nihil quempiam boni facere, & alios facere volentes prohibere: ita profectò ſimile non eſt, cibo corporeo indigere, & eum, qui philoſophiæ vehementiſſimam patiatur eſuriem, ne ab aliis quidem paſci ac recreari permittere. Itaque duabus ex partibus ſævum illum atque immanem divitem crudelitate viciſtis, quòd & alios prohibeatis famem extinguere: quódque cum animam ſuffocari videatis, tanta oſtenditis immanitatis indicia, ut ne aliis quidem opem ferre volentibus, libere id per vos fieri liceat. Ejuſmodi ſcelus aliquando Judæi quoque admittere auſi ſunt, cum Apoſtolos, ne viam ſalutis homines docerent, vehementer perterrere vellent: quos tamen & ipſos iniquitate tranſcenditis. Illi enim cum ſe palam profiterentur inimicos, univerſa illa gerebant: vos amicorum perſonam quandam atque adumbratam aſſumentes imaginem, inimicis omnibus deteriora molimini. Verberibus illi, atque contumeliis tunc ſanctos illos viros afflixerunt, infamiáque & probris affecerunt magos eos atque ſeductores appellantes: verum illos ejuſmodi continuò corripuere clades, ut nulla jam penitus calamitas ſit, quæ poſſit eorum caſibus ulla ratione comparari. Itaque primi & ſoli ex omni hominum memoria ea paſſi ſunt, quæ modo memorabimus. Atque horum certiſſimus teſtis ipſe Chriſtus eſt, ſic dicens: *Erit vexatio magna, qualis ab initio ſeculi non fuit, neque poſt erit.* Igitur ea quidem omnia, quæ illi paſſi ſunt, proſequi non hujus eſt temporis: pauca tamen ex multis ſtrictim brevitérq; neceſſariò dicenda ſunt. Verbis autem utar non meis; ſed Joſephi hiſtoriographi Judæi hominis, qui eam hiſtoriam conſcripſit diligenter.

Luc. 16.

Act. 5, 4.

Matt. 24, 21.

Cap. VI *De bello Judaico lib. 7. c. 7 & 8.*

Quid ergo ait ille? Cum enarraſſet incenſum templum, communéſque illos caſus enunciaſſet, ita intulit: Et templum quidem hoc in ſtatu erat, eorum verò qui per civitatem fame occumbebant, infinita penè cadebat multitudo, atque inenarrabiles contingebant clades. Nam per unamquamque domum, ſicubi ciborum veſtigium ullum fortè appareret, bellum inerat, atque adverſum ſe invicem manus conſerebant, qui hactenus erant amiciſſimi, ac infelix animæ viaticum eripiebant: ne morientibus quidem, quòd cibo indigerent, fides habebatur: ſed eos quoque qui animam efflabant, latrones perſcrutabantur, ne quis fortè ſimulata morte cibum ſinibus occuluiſſet. Alii vero fame hiantes, canum inſtar rabie furentium, ſpe omni deſtituti ferebantur, amentia præcipites, atque oſtiis impingebant, ut ebrii. Præ deſperatione autem, & quòd aliquid ſemper invenire ſe poſſe exiſtimarent, in eandem domum una hora bis térque irrumpebant. Cuncta vero ſubigebat dentibus ſæva neceſſitas, & ea, quæ ne ſordidiſſimis quidem, & brutis animantibus uſui fuiſſent, legentes manducare ſuſtinebant. Nec cingulis quidem ipſis, atque calciamentis poſtremo abſtinuerunt, ſcuiſque detracta coria mandebant. Eſca autem quibuſdam erat fœni laceri, quod reliquum inveniri poterat. Purgamenta item cujuſque rei nonnulli colligentes, minimum eorum pondus atticis quatuor vendebant. Et quid me neceſſe eſt famis improbitatem in rebus inanimis perſequi? Opus unum ejus enarrare pergo, quod neque apud Græcos, neque apud Barbaros contigiſſe unquam memoratur, dictu horrendum, atque incredibile auditu. Atque ego ne viderer portenta confingere, calamitoſiſſimum hunc caſum libenter miſſum facerem, niſi plurimos ejus haberem teſtes. Prætereáque patriæ frivolam, & planè levem gratiam referrem, ſi quæ rebus illa paſſa eſt, ea verbis ſupprimere atque ſubducere hiſtoriæ conarer. Mulier quædam fuit ex his, qui ſupra Jordanem incolebant, Maria nomine, patre Eleazaro, caſtello Bethezo, quod ſignificat interpretatum, domum hyſſopi, genere & divitiis inſignis. Hæc unà cum reliqua multitudine Hieroſolymam confugerat, ac ſimul obſidebatur: cujus omnem ſubſtantiam tyranni diripuerant, quam ſecum è regione ultra amnem aſportaverat, atque in oppidum intulerat.

Τούτου δὴ χάριν παριδὼν τὸ ἐκείνων, πρὸς τὸ ὑμέτερον ἵσταμαι, καὶ δέομαι, καὶ ἀντιβολῶ πεισθῆναί τι ἡμῖν παρακαλοῦσι, καὶ μηκέτι καθ' ἑαυτῶν ξίφος ὠθεῖν, μηδὲ πρὸς κέντρα λακτίζειν, μηδὲ νομίζοντας ἀνθρώπους ἀνιᾶν, λυπεῖν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ. ὅτι μὲν γὰρ ἐπαινέσεσθε ταύτην ἡμῶν τὴν γνώμην, κἂν μὴ νῦν, ἀλλ' αὖθις, οἶδα, καὶ πέπεισμαι. βούλομαι δὲ ὑμᾶς τοῦτο ποιῆσαι νῦν, ἵνα μὴ μάτην αὐτὸ μετὰ ταῦτα ποιῆτε. ἐπεὶ καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος, ὅτε μὲν ἦν ἐνταῦθα, τοὺς προφήτας, καὶ τὸν νόμον, καὶ τὴν ἐκ τούτων παράκλησιν, μῦθόν τινα ἡγεῖτο, καὶ λῆρον· ἐπειδὴ δὲ ἀπῆλθεν ἐκεῖ, οὕτως ἐθαύμασεν αὐτῶν τὴν παραίνεσιν, ὡς ἐπειδὴ συνεῖδε μηδὲν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἐπαίνου ὠφεληθῆναι δυνάμενον, παρακαλέσαι τὸν πατριάρχην πέμψαι τινὰ τῶν ἐν ᾅδου τοῖς ὑπὲρ γῆς ἀπαγγέλλοντα, ἐκεῖνο δεδοικώς, μή ποτε καὶ αὐτοὶ τοῦτο πάθωσι, καὶ καταγελάσαντες τῶν θείων γραφῶν, τότε αὐτὰς θαυμάσωσιν, ὅταν αὐτοῖς ὄφελος οὐδὲν ἀπὸ τοῦ θαύματος, καίτοι γε οὐδὲν ἐκεῖνος τοιοῦτον εἰργάσατο οἷον ὑμεῖς. ἐκεῖνος γὰρ τῶν μὲν αὐτοῦ οὐ μετέδωκε τῷ Λαζάρῳ, οὐ μὴν καὶ ἑτέρους βουληθέντας μεταδοῦναι ἐκώλυσεν, ἢ ἀπήλασε καθάπερ ὑμεῖς νῦν. καὶ οὐ ταύτῃ μόνον αὐτὸν ἀπεκρύψατε τῇ ὠμότητι, ἀλλὰ καὶ ἑτέρῳ. ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν ἴσον αὐτὸν μηδὲν ποιεῖν ἀγαθὸν, καὶ ἑτέρους βουλομένους κωλύειν ποιεῖν· οὕτως οὐκ ἔστιν ἴσον τροφῆς τε ἀπορεῖν σωματικῆς, καὶ ἐν πολλῷ τῷ τῆς φιλοσοφίας λιμῷ κείμενον κωλύειν τρέφεσθαι παρ' ἑτέρων. ὥστε διπλῇ παρηλάσατε τὸν ὠμὸν πλούσιον ἐκεῖνον τῷ τε ἑτέρους κωλῦσαι σβέσαι τὸν λιμὸν, καὶ τῷ τῆς ψυχῆς ἀγχομένης τὴν ἀπανθρωπίαν ἐπιδείκνυσθαι ταύτην. τοῦτο καὶ Ἰουδαῖοί ποτε ἐποίησαν, καὶ ἐκώλυον τοὺς ἀποστόλους τοῖς ἀνθρώποις τὰ πρὸς σωτηρίαν λαλεῖν· πλὴν ἀλλὰ καὶ τούτων χείρονες ὑμεῖς. οἱ μὲν γὰρ δὴ τὴν τῶν ἐχθρῶν ἀναδεξάμενοι τάξιν, οὕτως ἅπαντα ἔπραττον ἐκεῖνα· ὑμεῖς δὲ τὸ τῶν φίλων ὑποδύντες προσωπεῖον, τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιδείκνυσθε. ἐμάστιξαν, καὶ ὕβρισαν, καὶ πονηρᾷ περιέβαλον δόξῃ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους τότε ἐκεῖνοι, γόητας, καὶ πλάνους καλοῦντες αὐτούς· ἀλλὰ τοιαύτη κατέλαβεν αὐτοὺς δίκη, ὡς μηδεμίαν λοιπὸν δυνηθῆναι τοῖς ἐκείνων δεινοῖς παρισωθῆναι τὴν συμφοράν. πρῶτοι γὰρ οὗτοι, καὶ μόνοι τῶν ὑφ' ἡλίῳ πάντων ἀνθρώπων τοιαῦτα ἔπαθον, οἷα οὐδεὶς ἕτερος· καὶ τούτων μάρτυς ἀξιόπιστος ὁ Χριστὸς, οὕτω λέγων· ἔσται θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδὲ μὴ γένηται. πάντα μὲν οὖν αὐτῶν τὰ πάθη διελθεῖν οὐ τοῦ παρόντος καιροῦ· οἷα δὲ ἐκ πολλῶν, ἀναγκαῖον εἰπεῖν. ἐρῶ δὲ οὐκ ἐμὸν λόγον, ἀλλ' ἀνδρὸς Ἰουδαίου τὰ ἐκείνων ἱστορηκότος ἀκριβῶς.

Τί ποτε οὖν οὗτός φησιν; ἐπειδὴ τὸν ἐμπρησμὸν διηγήσατο τοῦ ἱεροῦ, καὶ τὰς κοινὰς ἀπήγγειλε συμφοράς. τὰ μὲν περὶ τὸ ἱερόν φησιν, ἐν τούτοις ἦν· τῶν δὲ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φθειρομένων κατὰ τὴν πόλιν, ἄπειρον μὲν ἔπιπτε τὸ πλῆθος, ἀδιήγητα δὲ συνέβαινε τὰ πάθη. καθ' ἑκάστην γὰρ οἰκίαν, εἴ που τροφῆς παραφανείη σκιὰ, πόλεμος ἦν, καὶ διὰ χειρῶν ἐχώρουν οἱ φίλτατοι πρὸς ἀλλήλους, ἐξαρπάζοντες τὰ ταλαίπωρα τῆς ψυχῆς ἐφόδια. πίστις δὲ ἀπορίας οὐδὲ τοῖς θνήσκουσιν ἦν· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκπνέοντας οἱ λῃσταὶ διηρεύνων, μή τις ὑπὸ κόλπον ἔχων τροφὴν, σκήπτοιτο τὸν θάνατον αὐτῷ. οἱ δὲ ὑπ' ἐνδείας κεχηνότες ὥσπερ λυσσῶντες κύνες ἐσφάλλοντο, καὶ παρεφέροντο, ταῖς τε θύραις ἐνσειόμενοι μεθυόντων τρόπον, καὶ ὑπ' ἀμηχανίας εἰς τοὺς αὐτοὺς οἴκους εἰσεπήδων δὶς, ἢ τρὶς ὥρᾳ μιᾷ. πάντα δὲ ὑπ' ὀδόντας ἦγεν ἡ ἀνάγκη, καὶ τὰ μηδὲ τοῖς ῥυπαρωτάτοις τῶν ἀλόγων ζώων πρόσφορα συλλέγοντες, ἐσθίειν ὑπέφερον. ζωστήρων γοῦν, καὶ ὑποδημάτων τὸ τελευταῖον οὐκ ἀπείχοντο, καὶ τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν ἀποδέροντες ἐμασσῶντο. τροφὴ δὲ ἦν καὶ χόρτου τισὶ παλαιοῦ σπαράγματα. τὰς γὰρ ἶνας ἔνιοι συλλέγοντες, ἐλάχιστον σταθμὸν ἐπώλουν ἀττικῶν τεσσάρων. καὶ τί δεῖ τὴν ἐπ' ἀψύχοις ἀναίδειαν τοῦ λιμοῦ λέγειν; εἶμι γὰρ αὐτοῦ δηλώσων ἔργον, οἷον μήτε παρ' Ἕλλησι, μήτε παρὰ βαρβάροις ἱστόρηται, φρικτὸν μὲν εἰπεῖν, ἄπιστον δὲ ἀκοῦσαι. καὶ ἔγωγε μὴ δόξαιμι τερατεύεσθαι τοῖς αὖθις ἀνθρώποις, κἂν παρέλιπον τὴν συμφορὰν ἡδέως, εἰ μὴ τοὺς κατ' ἐμαυτὸν εἶχον ἀπείρους μάρτυρας. ἄλλως τε, καὶ ψυχρὰν καταθείμην τῇ πατρίδι χάριν καθυφέμενος τὸν λόγον, ὧν πέπονθε τὰ ἔργα. γυνή τις τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κατοικούντων, Μαρία τοὔνομα, πατρὸς Ἐλεαζάρου, κώμης Βηθεζώ, [σημαίνει δὲ τοῦτο οἶκος ὑσσώπου,] διὰ γένος, καὶ πλοῦτον ἐπίσημος, μετὰ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα καταφυγοῦσα συνεπολιορκεῖτο. ταύτης τὴν μὲν ἄλλην κτῆσιν οἱ τύραννοι διήρπασαν, ὅσην ἐκ τῆς περαίας ἀνασκευασαμένη μετήνεγκεν εἰς τὴν πόλιν.

τὰ δὲ λείψανα τῶν κειμηλίων, κἂν εἴ τι τροφῆς ἐπινοηθείη, καθ' A ἡμέρας εἰσπηδῶντες ἥρπαζον οἱ δορυφόροι. δεινὴ δὲ τὸ γύναιον ἀγανάκτησις εἰσῄει, καὶ πολλάκις λοιδοροῦσα, καὶ καταρωμένη τοὺς ἅρπαγας, ἐφ' ἑαυτὴν ἠρέθιζεν. ὡς δ' οὔτε παροξυνόμενός τις, οὔτ' ἐλεῶν αὐτὴν ἀνῄρει, καὶ τὸ μὲν εὑρεῖν τι σιτίον ἄλλοις ἐκοπία, πανταχόθεν δ' ἄπορον ἦν ἤδη καὶ τὸ εὑρεῖν, ὁ λιμὸς δὲ διὰ σπλάγχνων, καὶ μυελῶν ἐχώρει, καὶ τοῦ λιμοῦ μᾶλλον ἐξέκαιον οἱ θυμοὶ, σύμβουλον λαβοῦσα τὴν ὀργὴν μετὰ τῆς ἀνάγκης, ἐπὶ τὴν φύσιν B ἐχώρει, καὶ τὸ τέκνον. [ἦν δ' αὐτῇ παῖς ὑπομάζιος,] ἐν ἁρπασαμένη, βρέφος, εἶπεν. ἄθλιον ἐν πολέμῳ, καὶ λιμῷ, καὶ στάσει, τίνι σε τηρήσω; τὰ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις, δουλεία κἂν ζήσωμεν ἐπ' αὐτούς· φθάνει δὲ καὶ δουλείαν ὁ λιμὸς, οἱ στασιασταὶ δ' ἀμφοτέρων χαλεπώτεροι. ἴθι γοῦν μοι τροφὴ, καὶ τοῖς στασιασταῖς ἐριννὺς, καὶ τῷ βίῳ μῦθος, ὁ μόνος ἐλλείπων τῶν Ἰουδαίων συμφοραῖς. καὶ ταῦθ' ἅμα λέγουσα κτείνει τὸν υἱὸν, ἔπειτ' ὀπτήσασα, τὸ μὲν ἥμισυ κατεσθίει, τὸ C δὲ λοιπὸν κατακαλύψασα ἐφύλαττεν. εὐθέως δ' οἱ στασιασταὶ παρῆσαν, καὶ τῆς ἀθεμίτου κνίσσης σπάσαντες, ἠπείλουν, εἰ μὴ δείξειε τὸ παρασκευασθὲν, ἀποσφάξειν αὐτὴν εὐθέως· ἡ δὲ καὶ μοῖραν αὐτοῖς εἰποῦσα καλὴν τετηρηκέναι, τὰ λείψανα τοῦ τέκνου διεκάλυψε. τοὺς δ' εὐθέως φρίκη, καὶ φρενῶν ἔκστασις ᾔρει, καὶ παρὰ τὴν ὄψιν ἐπεπήγεσαν, ἡ δὲ, ἐμὸν ἔφη τοῦτο τὸ τέκνον γνήσιον, καὶ τὸ ἔργον ἐμόν. φάγετε, καὶ γὰρ ἐγὼ βέβρωκα. μὴ γένησθε μήτε μαλακώτεροι γυ- D ναικὸς, μήτε συμπαθέστεροι μητρός. εἰ δ' ὑμεῖς εὐσεβεῖς, καὶ τὴν ἐμὴν ἀποστρέφεσθε θυσίαν, ἐγὼ μὲν ἥμισυ βέβρωκα, καὶ τὸ λοιπὸν δ' ἐμοὶ μενέτω. μετὰ ταῦτα οἱ μὲν τρέμοντες ἐξῄεσαν πρὸς ἓν τοῦτο δειλοὶ, καὶ μόλις ταύτης τῆς τροφῆς τῇ μητρὶ παραχωρήσαντες. ἀνεπλήσθη δ' εὐθέως ὅλη τοῦ μύσους ἡ πόλις, καὶ πρὸ ὀμμάτων ἕκαστος τὸ πάθος λαμβάνων, ὡς παρ' αὐτῷ καινοτομηθὲν ἔφριττεν. σπουδὴ δὲ τῶν λιμωττόντων ἐπὶ τὸν θάνατον ἦν, καὶ μακαρισμὸς τῶν φθασάντων E πρὶν ἀκοῦσαι, καὶ θεάσασθαι τηλικαῦτα κακά. ταχέως δὲ καὶ Ῥωμαίοις διηγγέλθη τὸ πάθος. τῶν δὲ οἱ μὲν ἠπίστουν, οἱ δὲ ᾤκτειραν, τοὺς δὲ πολλοὺς εἰς μῖσος τοῦ ἔθνους σφοδρότερον συνέβη προελθεῖν. ταῦτα δὲ ἔπαθον, καὶ πολλῷ τούτων χαλεπώτερα, οὐκ ἐπειδὴ τὸν Χριστὸν ἐσταύρωσαν μόνον, ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ μετὰ ταῦτα τοὺς ἀποστόλους ἐκώλυον τὰ πρὸς σωτηρίαν λαλεῖν τὴν ἡμετέραν. ὅπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος Παῦλος αὐτῶν κατηγορήσας, ταῦτα αὐτοῖς προεφήτευσε τὰ A „κακὰ εἰπών· ὅτι ἔφθασεν ἐπ' αὐτοὺς ἡ ὀργὴ εἰς τέλος. καὶ τί ταῦτα πρὸς ἡμᾶς φησιν; οὐ γὰρ δὴ τῆς πίστεως ἀπάγομεν, οὐδὲ τοῦ κηρύγματος. καὶ τί τῆς πίστεως ὄφελος, εἰπέ μοι, βίου μὴ ὄντος καθαροῦ; ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἴσως ἀγνοεῖτε καὶ ταῦτα, ἅτε καὶ τῶν ἡμετέρων ὄντες ἀνήκοοι πάντων. ἐγὼ δὲ ὑμῖν ἀπαριθμήσομαι τοῦ Χριστοῦ τὰς ἀποφάσεις. καὶ παρατηρεῖτε ὑμεῖς εἰ μηδαμοῦ βίος ἐγκαλεῖται τότε, ἀλλ' ὑπὲρ πίστεως μόνης, καὶ δογμάτων τὰ τῆς κολάσεως ὥρισται. ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὸ ὄρος ἀνῆλ- B θε, πολὺν ἰδὼν ὄχλον περιρρέοντα αὐτὸν, μετὰ τὰς ἄλλας παραι- „νέσεις ἔλεγεν· οὐ πᾶς ὁ λέγων μοι κύριε, κύριε, εἰσελεύσεται εἰς „τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ἀλλ' ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τοῦ πατρός μου· „καὶ, πολλοὶ ἐροῦσί μοι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προε- „φητεύσαμεν, καὶ τῷ σῷ ὀνόματι δαιμόνια ἐξεβάλομεν, καὶ τῷ σῷ „ὀνόματι δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν; καὶ τότε ὁμολογήσω αὐ- „τοῖς, ἀποχωρεῖτε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οὐκ οἶδα C „ὑμᾶς. καὶ τὸν ἀκούοντα μὲν, οὐ ποιοῦντα δὲ τοὺς λόγους αὐτοῦ, „ὅμοιον ἔφησεν ἀνδρὶ μωρῷ εἶναι, τὴν οἰκίαν ἐπὶ τὴν ψάμμον „οἰκοδομοῦντι, καὶ ποταμοῖς, καὶ ὑετοῖς, καὶ ἀνέμοις εὐχείρωτον „αὐτὴν κατασκευάζοντι. καὶ ἐν ἄλλῳ δὲ τόπῳ δημηγορῶν· „καθάπερ οἱ ἁλιεῖς, φησιν, ὅταν τὴν σαγήνην ἑλκύσωσι, „τοὺς φαύλους ἀποκρίνουσι τῶν ἰχθύων, οὕτω κατ' ἐκείνην ἔσται „τὴν ἡμέραν, τῶν ἀγγέλων εἰς τὴν κάμινον ἐκβαλλόντων τοὺς D „ἡμαρτηκότας ἅπαντας. καὶ περὶ τῶν ἀσελγῶν, καὶ ἀκαθάρτων „ἀνθρώπων διαλεγόμενος ἔλεγεν, ὅτι ἀπελεύσονται, ὅπου ὁ „σκώληξ ὁ ἀτελεύτητος, καὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. καὶ πάλιν „βασιλεύς φησιν, ἐποίησε γάμους τῷ υἱῷ αὐτοῦ, καὶ ἰδὼν ἄν- „θρωπον ἐνδεδυμένον ἱματίοις ῥυπαροῖς, πρὸς αὐτὸν εἶπεν· „ἑταῖρε, πῶς εἰσῆλθες ὧδε μὴ ἔχων ἔνδυμα γάμου; ὁ „δὲ, ἐφιμώθη. τότε λέγει τοῖς διακόνοις αὐτοῦ, δήσαν- E „τες αὐτοῦ χεῖρας, καὶ πόδας, βάλετε αὐτὸν εἰς τὸ σκό- „τος τὸ ἐξώτερον, τοῖς ἀκολάστοις, καὶ ἀσελγέσι ταῦτα ἀπειλῶν. καὶ παρθένοι δὲ αἱ τοῦ νυμφῶνος ἀποκλεισθεῖσαι, δι' ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν ταῦτα ἔπαθον,

A Cæterum reliquias reconditorum omnes, & ſi quid eſculentum præparaſſet, ingreſſi quotidie ſatellites diripiebant. Dira autem atque acerba indignatio ſubibat mulierem, ac frequenter conviciis & maledictis omnibus raptores proſequens, contra ſeipſam magis irritabat. Cum vero nullus eam, neque miſerans, neque ita concitatus occideret, cibóſque alios invenire laboraret, eſſetque jam penitus difficile quicquam reperire, faméſque præterea per viſcera & medullas ſerperet, ac fame ipſa vehe- B mentius ardens incitaret indignatio, iracundia ſimul & neceſſitate dictante conſilium, naturam ipſam violare aggreditur: filiúmque arripiens (erat autem illi parvulus, & ſugens ubera) Infelix, inquit, puer, in bello, & fame, & ſeditione cuinam te ſervabo? Nempe enim à Romanis, & ſi vixerimus, ſervitus nos manet: anticipat autem ſervitutem fames, inſtant ſæviores utriſque ſeditioſi. Perge igitur, mihi cibus eſto & ſeditioſis furia, omníque mortalium generi fabula, quod ſolum Judæorum C calamitatibus deeſt. Atque hæc dicens, necat filium: indéque illum coquens, ipſa dimidium comedit, partem reliquam operiens ſervabat. Adſunt continuo ſeditioſi, nefario nidore attracti, comminanturque, ni quod paraverat, in conſpectum daret, eam ſe ſtatim necaturos. At illa cum partem illis bonam ſervaſſe ſe diceret, nati reliquias aperuit: tum illos protinus horror ingens ceperat ac mentium ſtupor, atque ad aſpectum ipſum diriguerant, & velut ænei defixi ſtabant. Tum illa, meus, inquit, D eſt natus, iſque chariſſimus, meumque iſtud opus eſt. Edite, quid cunctamini? namque & ipſa comedi: nolite fieri neque muliere molliores, neque matre miſericordiores. Quòd ſi vos, pietatem colitis, hoſtiámque meam averſamini, ſive opus execramini, ego quidem dimidium manducavi, quódque reliquum eſt, mihi manebit. Poſt hæc illi quidem trementes exierunt: hac una tantum in re timidiores, eamque ſolam eſcam matri concedentes. Tanti ſtatim ſceleris fama civitas tota re- E pleta eſt, eámque cladem, adeóque miſerandum facinus ſibi quiſque ante oculos ponebat, idque non ſecus, ac ſi ipſe admiſiſſet, abhorrebat. His autem qui fame cruciabantur, mors votis omnibus expetebatur, eámque ſibi nonnulli conſciſcebant: beatique cunctorum voce dicebantur hi, qui priuſquam ejuſmodi facinus audiſſent, aut vidiſſent, vita exceſſerant. Nec mora, Romanis quoque ea calamitas annunciata eſt. Ex his autem partim non credebant, nonnulli rem miſerabantur, plu- A rimi vero in odium ipſius gentis etiam vehementius animati ſunt. Hæc autem atque his multo quoque atrociora illi paſſi ſunt: non modo quia Chriſtum cruci ſuffixerunt; ſed quia poſtmodum Apoſtolos ea loqui prohibebant, quæ ad ſalutem noſtram pertinerent. Quod profecto beatus Paulus illis criminidans, hæc eis præmunciavit eventura mala, dicens: *Pervenit enim ſuper eos ira in finem.* Et quid hæc, inquit, ad nos? neque enim illos à fide abducimus, neque à prædicatione. B Quid enim, quæſo, fides conferret emolumenti, ſi vita ſincera non fuerit & pura? Verum vos & iſta fortaſſis neſcitis, quibus noſtra ferè omnia & ignota ſunt & inaudita. Itaque vobis neceſſario Chriſti ſententias ſummatim numerabo: vos autem cautè & diligenter obſervate, utrúmne ſemper de fide ac dogmatibus diſputet, próque his tantum ſupplicia decernat, niſi integra ſervetur: an vero vitam ipſam quoque, ac mores improbos caſtiget aliquando. Cum enim in montem conſcen- C diſſet, videns innumeram circumfluentem, ac ſe circumſtantem multitudinem, talia monita edebat. *Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum; ſed qui facit voluntatem Patris mei.* Item: *Multi dicent mihi in illa die: Domine, nónne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis: recedite à me, qui operamini iniquitatem, non novi vos.* Eum vero qui audit ſer- D *mones ipſius, & non facit, ſimilem eſſe dixit homini fatuo qui domum ſuam ſuper arenam conſtituit, eamque ventis & fluminibus & pluviis labefactandam ac diruendam parat.* Item cum alio in loco concionaretur: *Sicut,* inquit, *piſcatores cum ſagenam traxerint, malos piſces abjiciunt: ita erit in illa die. Angeli eos omnes, qui peccaverint, in fornacem jactantibus.* De flagitioſis quoque, & impuris hominibus cum loqueretur, ajebat: *Et illuc abibunt, ubi nec vermis* E *eorum moritur, nec ignis extinguitur.* Et rurſum: *Rex,* inquit, *fecit nuptias filio ſuo, & cum vidiſſet hominem indutum veſtibus ſordidis, ait ad eum: Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dicit miniſtris ſuis: Ligatis ejus manibus & pedibus, ejicite illum in tenebras exteriores.* Impudicis iſta, ut dictum eſt, & flagitioſis, atque impuris comminatur.

1. Theſſ. 2, 16.

Matt. 7, 21.

Matt. 13, 47

Marc 9, 44

Matt. 22, 2.

Virgines quoque, quæ excluſæ à ſponſi thalamo fuerunt, propter crudelitatem atque immanitatem id paſſæ ſunt:

aliíque

iiſque rurſus eadem *ex cauſa eunt in ignem æternum, qui præparatus eſt diabolo & Angelis ejus.* Et hi quoque, qui fruſtra, & ſine cauſa loquuntur, punientur. *Ex verbis enim*, inquit, *tuis juſtificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Ergóne tibi videmur inaniter ac ſine ratione vitæ noſtræ cautè timidéque rationem habere, eique philoſophiæ parti, quæ mores inſtruit, propenſius ſtudere? Minimè equidem id puto: niſi fortè Chriſtum hæc ſupervacuè dixiſſe velis aſſerere, atque his plura etiam: neque enim hic omnia inſerere viſum eſt. Quod niſi vererer orationem prolixius extendere: & ex Prophetis ipſis, & ex beato Paulo, aliiſque Apoſtolis oſtenderem profectò, quanto ſtudio hanc partem emendandæ vitæ morúmque componendorum à nobis Deus exegerit. Sed enim hæc arbitror poſſe ſufficere, ne iſta modo omnia; ſed eorum vel minimam partem. Cum enim Deus aliquid dicit, etſi non id amplius, quàm ſemel dicat, ea fide ac devotione ſuſcipiendum eſt, ac ſi ſæpiſſime dixerit.

Matth. 12, 37

Cap. VII.

Quid igitur, inquis, hi qui domi reſident, reique ſuæ curam gerunt, non ea poterunt perficere, quæ neglecta tantos cruciatus pariunt? Vellem equidem & ipſe, neque ſegnius quàm vos, imò verò multo etiam ardentius, & frequenter optavi ac deprecatus ſum, tantum leges ac jura optima in civitatibus valere, ut nihil jam opus eſſet monaſteriis, neque ad eremum confugere cuipiam neceſſitas inſtaret: quoniam vero quæ ſuprà fuerunt, infrà jam facta ſunt, ipſæque civitates in quibus & judicia, & leges erant, omni iniquitate & ſcelere impletæ ſunt: ſolitudo vero philoſophiæ fructus uberrimos germinat: profectò non illi in culpa ſunt, qui hac procella & turbine ſe eximere atque ſervare cupientes educunt, eiſque ad quietis ac tranquillitatis portum duces fiunt: non, inquam, iſti merito à vobis culpari debent; verum hi, qui civitates ſingulas, adeo virtuti invias & inacceſſas fecerunt, atque ad philoſophiam penitus inutiles, ut qui ſalvi eſſe cupiunt, non aliter id poſſint aſſequi, quàm ſi ſolitudines & deſerta perſequantur. Dic enim, quæſo te, ſi quis noctis medio aſſumpta face domum incendiſſet magnam, ac multitudine hominum refertam, eos qui intus obdormirent, inſidiis appetens: utrum eſſe diceremus malum, atque ſuppliciis omnibus afficiendum, eúmne qui excitaret dormientes, & illis ædibus educeret, an eum qui initio ignem illum ſuccendiſſet, adeóque duram neceſſitatem & eis ipſis, & illi qui eos educeret impoſuiſſet? Quid autem illud, ſi quis vel à tyranno violenter oppreſſam civitatem, ſive aliàs inteſtino bello, civilibúſque diſcordiis ac ſeditionibus languentem intuens, hortaretur quos poſſet, atque perſuaderet, ut relicta civitate reciperent ſe ad montium vertices, nec perſuaderet ſolum; verum ad eam fugam ipſe etiam quæ poſſet adjumenta conferret: quem ex his inſimulares, quem male de omnibus mereri diceris? eúmne, qui ab his turbinibus & tempeſtatibus ad ſereniſſimum ac tranquilliſſimum portum eos homines, qui in medio æſtu jactarentur, adduceret: an eos, qui naufragia iſta ac pericula paraſſent? Cave enim putes meliore in ſtatu modo res humanas eſſe, quàm civitatem occupatam à tyranno; verùm in longe deteriori. Neque enim homo aliquis; ſed dæmon quidam iniquiſſimus, tanquam tyrannus immanis atque atrox, cum univerſis ſuis copiis ac phalange tota, univerſum ſimul orbem occupans, in humanas animas graſſatur: demum inde veluti ex arce quadam, impia & ſcelerata quotidie edicta omnibus proponit, non modo matrimonia dirimens, ſive pecunias aut mittens aut ferens, aut iniquas tantum exercens cædes; verum longe his quoque graviora atque diriora indicia tyrannidis præ ſe ferens. Conjunctam enim ſemel Deo humanam animam, ejus familiari contubernio ſubducens, atque flagitioſis immundiſque ſatellitibus ſuis illudendam tradens, impuris illorum congreſſibus ſubſterni cogit: qui poſtquam eam ſemel aſſumpſerint, adeo illi turpiter congrediuntur, támque contumelioſè, quantum credere par eſt nequiſſimos dæmones, vehementer atque immaniſſime perditionem noſtram atque turpitudinem deſiderantes. Exutam enim omnibus virtutum indumentis, vitiorúmque pannis obſitam, eiſque ſordidis, conſciſſis ac putridis, quibus profectò fœdior apparet, quàm ſi nuda eſſet, familiarique ſibi impudicitia, & omni flagitio reſpergentes, ac penitus inficientes, illi fœdiſſime omni contumelia illudere non deſinunt. Neque enim ullam ſatietatem noverunt inceſti hujus ſceleratique concubitus: cæterum ut ebrii faciunt, qui cum ſe multo mero ingurgitaverint, tunc maximè exardeſcunt, ac feruntur per vitia præcipites: ita & hi quoque tunc maxime inſaniunt, eiſque & vehementius inſtant, & ferocius inſultant, cum illa ad omnem turpitudinem abuti cœperint, compungentes undique atque mordentes, venenáque nequitiæ ſuæ in illam refundentes, nec prius deſinentes, quàm in ſuum illam habitum, formámque tranſtulerint, vel corpore abſolutam viderint. Quænam ergo violenta dominatio, quæ captivitas, quæ vaſtitas, quæ ſervitus, quænam in ſervitutem abductio, quod bellum, quod naufragium, quæ fames aut peſtis, quid horum denique his ulla ratione conferri poſſit, quin videatur eſſe leviſſimum?

καὶ ἕτεροι δὲ πάλιν διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν πεμφθήσονται εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. καὶ οἱ ἁπλῶς, καὶ εἰκῆ φθεγγόμενοι καταδικάζονται. ἐκ γὰρ τῶν λόγων σου φησὶ δικαιωθήσῃ, καὶ ἐκ τῶν λόγων σου καταδικασθήσῃ. ἆρά σοι δοκοῦμεν μάτην ὑπὲρ βίου πεφροντικέναι, καὶ πολλὴν τοῦ ἠθικωτέρου μέρους τῆς φιλοσοφίας ποιεῖσθαι σπουδήν; οὐκ ἔγωγε οἶμαι. πλὴν εἰ καὶ τὸν Χριστὸν ταῦτα πάντα εἰκῆ εἰρηκέναι φαίης, καὶ τὰ τούτων πλείονα· οὐδὲ γὰρ ἅπαντα εἴρηται. εἰ δὲ μὴ ὤκνουν μακρὸν ποιῆσαι τὸν λόγον, καὶ ἀπὸ τῶν προφητῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ μακαρίου Παύλου, καὶ ἐκ τῶν ἄλλων ἀποστόλων ἐδίδαξα ἄν, ὅσην ὑπὲρ τούτου τοῦ μέρους πεποίηται σπουδὴν ὁ Θεός. πλὴν ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἀποχρῆν οἶμαι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ μικρὸν τῶν εἰρημένων μέρος. ὅταν γὰρ ὁ Θεὸς ἀποφαίνηται, κἂν ἅπαξ εἴπῃ, ὡς πολλάκις εἰρημένον, οὕτω δέχεσθαι χρὴ τὸ λεχθέν.

Τί οὖν; οἱ οἴκοι μὲν ὄντες, φησὶν, οὐ δυνήσονται ταῦτα κατορθοῦν, ἃ μὴ κατορθούμενα τοσαύτην φέρει τὴν κόλασιν; ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς οὐχ ἧττον ὑμῶν, ἀλλὰ πολὺ πλέον, καὶ πολλάκις ηὐξάμην τὴν μοναστηρίων ἀναιρεθῆναι τὴν χρείαν, καὶ τοσαύτην ἐν ταῖς πόλεσι γενέσθαι τὴν εὐνομίαν, ὡς μηδένα δεηθῆναί ποτε τῆς εἰς τὴν ἔρημον καταφυγῆς· ἐπειδὴ δὲ τὰ ἄνω κάτω γέγονε, καὶ αἱ μὲν πόλεις ἔνθα δικαστήρια, καὶ νόμοι πολλῆς γέμουσι παρανομίας, καὶ ἀδικίας· ἡ δὲ ἐρημία πολλῷ βρύει τῷ τῆς φιλοσοφίας καρπῷ· οὐχ οἱ τῆς ζάλης ταύτης καὶ τῆς ταραχῆς τοὺς σωθῆναι βουλομένους ἐξάγοντες, καὶ πρὸς τὸν τῆς ἡσυχίας ὁδηγοῦντες λιμένα, δικαίως ἂν ἐγκαλοῖντο παρ' ὑμῶν, ἀλλ' οἱ τὰς πόλεις ἑκάστην οὕτως ἄβατον ἐργαζόμενοι, καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ἀνεπιτήδειον, ὡς ἀναγκάζεσθαι τοὺς σωθῆναι βουλομένους, τὰς ἐρημίας μεταδιώκειν. εἰπὲ γάρ μοι, εἴ τις μεσονύκτιον λαμπάδα λαβὼν οἰκίαν ἐνέπρησε μεγάλην, καὶ πολυάνθρωπον, τοῖς ἔνδον καθεύδουσιν ἐπιβουλεύων, τίνα ἂν ἔφαμεν εἶναι κακὸν, τὸν διεγείροντα τοὺς καθεύδοντας, καὶ τῆς οἰκίας ἐξάγοντα ἐκείνης, ἢ τὸν ἀνάψαντα τὸ πῦρ ἐξ ἀρχῆς, καὶ τοσαύτην ἀνάγκην αὐτοῖς τε ἐκείνοις, καὶ τῷ τούτους ἐξαγαγόντι περιστήσαντα; τί δαί; εἴ τις τυραννουμένην πόλιν ἰδὼν, καὶ νοσοῦσαν, καὶ στασιάζουσαν, ἔπεισεν, οὓς ἠδύνατο, τῶν τὴν πόλιν ταύτην οἰκούντων ἀναδραμεῖν πρὸς τὰς τῶν ὀρῶν κορυφὰς, καὶ πείσας οὐ μόνον, καὶ συνέπραξε πρὸς ταύτην αὐτοῖς τὴν ἀναχώρησιν· τίνος ἂν κατηγόρησας; τοῦ μεταθέντος ἀπὸ ταύτης τῆς ταραχῆς πρὸς τὴν γαλήνην ἐκείνην τοὺς ἐν μέσῳ χειμαζομένους ἀνθρώπους, ἢ τῶν ταῦτα ἐργασαμένων τὰ ναυάγια; μὴ γάρ τοι νομίσῃς ἄμεινον τυραννουμένης πόλεως, τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα διακεῖσθαι νῦν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ χαλεπώτερα. οὐ γὰρ ἄνθρωπος, ἀλλά τις πονηρὸς δαίμων καθάπερ τύραννος ἄγριος τὴν οἰκουμένην ἅπασαν καταλαβὼν, μετὰ πάσης αὐτοῦ τῆς φάλαγγος εἰς τὰς τῶν ἀνθρώπων εἰσεκώμασε ψυχάς· εἶτα ἐκεῖθεν, ὥσπερ ἔκ τινος ἀκροπόλεως τὰ μιαρὰ καὶ ἐναγῆ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτάγματα καταπέμπει πᾶσιν, οὐ γάμους διασπῶν, οὐδὲ χρήματα πέμπων, καὶ φέρων μόνον, οὐδὲ σφαγὰς ἐργαζόμενος ἀδίκους, ἀλλὰ τὰ πολλῷ τούτων χαλεπώτερα, τὴν ἅπαξ ἁρμοσθεῖσαν τῷ Θεῷ ψυχὴν, τῆς μὲν πρὸς ἐκεῖνον ὁμιλίας ἀπάγων, ἐκδιδοὺς δὲ τοῖς ἀκαθάρτοις αὐτοῦ δορυφόροις, καὶ συγκατακλίνεσθαι καταναγκάζων αὐτοῖς· οἵπερ ἐπειδὰν ἅπαξ αὐτὴν παραλάβωσιν, οὕτως αὐτῇ συγγίνονται αἰσχρῶς, καὶ ὑβριστικῶς, ὡς εἰκὸς δαίμονας πονηροὺς σφοδρῶς καὶ μανικῶς τῆς τε ἀπωλείας, καὶ τῆς ἀσχημοσύνης ἐρῶντας τῆς ἡμετέρας. ἀποδύσαντες γὰρ αὐτὴν πάντων τῶν τῆς ἀρετῆς ἱματίων, καὶ τὰ τῆς κακίας ῥάκια πάθη περιθέντες τὰ ῥυπῶντα, καὶ διερρηγμένα, καὶ δυσώδη, καὶ τῆς γυμνότητος αἰσχροτέραν αὐτὴν ἀποφαίνοντα, καὶ πάσης τῆς οἰκείας περισωματώσαντες ἀκαθαρσίας, οὐ παύονται τὴν εἰς αὐτὴν ἐμπομπεύοντες ὕβρισιν. οὐδὲ γὰρ ἴσασί τινα κόρον τῆς μιαρᾶς ταύτης, καὶ παρανόμου μίξεως, ἀλλ' ὥσπερ οἱ μεθύοντες, ὅταν ἐμφορηθῶσι πολλοῦ τοῦ πόματος, τότε μᾶλλον ἐκκαίονται· οὕτω καὶ οὗτοι τότε μάλιστα μαίνονται, σφοδρότερον τε αὐτῇ καὶ ἀγριώτερον ἐναλλόμενοι, ὅταν μάλιστα αὐτῇ παραχρήσωνται, κατακεντοῦντες πάντοθεν, καὶ δάκνοντες, καὶ τὸν οἰκεῖον εἰς αὐτὴν ἐκχέοντες ἰὸν, καὶ οὐ πρότερον διαλιμπάνοντες, ἕως ἂν εἰς τὴν οἰκείαν μεταστήσωσιν ἕξιν, ἢ τοῦ σώματος ἴδωσιν ἀπολυθεῖσαν αὐτήν. ποίας οὖν τυραννίδος; ποίας αἰχμαλωσίας; ποίας ἀναστατώσεως; τίνος ἀνδραποδισμοῦ; ποίου πολέμου; τίνος ναυαγίου; ποίου λιμοῦ ταῦτα οὐ χαλεπώτερα; τίς οὕτως ὠμὸς, καὶ ἀνήμερος;

Τίς

Τίς οὕτως ἠλίθιος, καὶ ἀπάνθρωπος, καὶ ἀσυμπαθὴς, καὶ ἀνάλγητος, ὡς τὴν τὰ τοιαῦτα ὑβριζομένην, καὶ ἐπηρεαζομένην ψυχὴν μὴ θελῆσαι, τό γε εἰς αὐτὸν ἧκον, τῆς ἐναγοῦς ἐκείνης ἀπαλλάξαι μανίας, καὶ ὕβρεως, ἀλλὰ τοιαῦτα πάσχουσαν περιορᾶν; εἰ δὲ τοῦτο ἀπηνοῦς, καὶ λιθίνης ψυχῆς, ποῦ θήσομεν εἰπέ μοι τούτους, οἳ πρὸς τὸ περιορᾶν, καὶ ἕτερον, πολλῷ μεῖζον τούτου ἐργάζονται κατὰ τοὺς προθυμουμένους εἰς μέσους πηδῆσαι τοὺς κινδύνους, καὶ μὴ παραιτουμένους εἰς αὐτὸν τοῦ θηρίου τὸν λαιμὸν καθεῖναι τὰς χεῖρας, ἀλλὰ καὶ δυσωδίας, καὶ κινδύνων ἀνεχομένους, ἵνα τὰς ἤδη καταποθείσας ψυχὰς ἐξ αὐτῆς τοῦ δαίμονος τῆς φάρυγγος ἀνασπάσωσιν, οὐ μόνον οὐκ ἐπαινοῦντες, οὐδὲ ἀποδεχόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἐλαύνοντες πάντοθεν, καὶ πολεμοῦντες;

Τί οὖν, φησι, πάντες οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες ἀπολώλασι, καὶ χειμάζονται, καὶ δεῖ τὰς πόλεις ἀφέντας, καὶ ἐρημώσαντας πρὸς τὴν ἔρημον μεταστῆναι, καὶ τῶν ὀρῶν τὰς κορυφὰς οἰκίζειν; καὶ σὺ ταῦτα κελεύεις, καὶ νομοθετεῖς; ἄπαγε. τοὐναντίον γὰρ, καθάπερ καὶ ἔφθην εἰπὼν, καὶ ἐβουλόμην, καὶ εὔχομαι τοσαύτης ἡμᾶς ἀπολαύειν εἰρήνης, καὶ τὴν τυραννίδα τῶν κακῶν τούτων εἰς τοσοῦτον καταλυθῆναι, ὡς μὴ μόνον τοῖς ἐν ταῖς πόλεσιν ἀνάγκην γίνεσθαι τὰ ὄρη καταλαβεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὰς ἐρημίας οἰκοῦντας καθάπερ τινὰς φυγάδας, διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου πρὸς τὴν αὐτῶν πόλιν καταγαγεῖν. ἀλλὰ τί πάθω; δέδοικα, μὴ τῇ πατρίδι σπουδάζων αὐτοὺς ἀποδοῦναι, ἀντὶ ταύτης τῶν τῶν πονηρῶν δαιμόνων χερσὶ παραδῶ· καὶ βουλόμενος ἀπαλλάξαι ἐρημίας, καὶ φυγῆς· φιλοσοφίας, καὶ ἡσυχίας παρασκευάσω πάσης ἐκπεσεῖν. εἰ δέ με τὸ πλῆθος τῶν ἐν τῇ πόλει περιφέρων ταύτῃ δυσωπήσειν οἴει, καὶ δεδείξεσθαι, ὡς οὐκ ἀνεξόμενον καταδικάσαι τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀπόφασιν λαβὼν, μετ᾽ αὐτῆς στήσομαι πρὸς ταύτην σου τὴν ἀντίθεσιν. οὐδὲ γὰρ ἀνέξῃ πρᾶγμα τοσαύτης γέμον τόλμης, ὡς πρὸς τὴν ψῆφον ἀντιβλέψαι τοῦ τότε μέλλοντος κρίνειν ἡμᾶς. τί οὖν οὗτός φησι; στενὴ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. εἰ δὲ οἱ εὑρίσκοντες ὀλίγοι, πολλῷ μᾶλλον οἱ πρὸς τὸ τέλος αὐτῆς φθάσαι δυνάμενοι. οὐ γὰρ δὴ πάντες ὅσοι τῆς ἀρχῆς ἐπέβησαν, καὶ πρὸς τὸ πέρας αὐτῆς ἴσχυσαν στῆναι. ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἐν τοῖς προοιμίοις. οἱ δὲ, ἐν τῷ μέσῳ, πολλοὶ δὲ καὶ πρὸς αὐτῷ τῷ λιμένι κατεποντίσθησαν. καὶ πάλιν, πολλοὺς μὲν εἶναί φησι τοὺς κλητοὺς, ὀλίγους δὲ τοὺς ἐκλεκτούς. ὅταν οὖν ὁ Χριστὸς τὸ μὲν πλέον εἶναι τῆς ἀπωλείας, ἐν δὲ τοῖς ὀλίγοις περιωρίσθαι τὴν σωτηρίαν ἀποφαίνηται, τί πρὸς ἐμὲ μάχῃ; ταυτὸν γὰρ ποιεῖς, ὥσπερ ἂν εἰ καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν Νῶε συμβεβηκότων λόγων γινομένων ἡμῖν, ἐθαύμαζες, εἰ πάντες μὲν ἀπολώλασι, δύο δὲ, καὶ τρεῖς ἄνθρωποι μόνοι τὴν τοσαύτην διέφυγον κόλασιν, ταύτῃ προσδοκῶν ἐμφράξαι ἡμῶν τὸ στόμα, ὡς οὐ τολμώντων καταδικάσαι τὸ πλῆθος; ἀλλ᾽ οὐ πεισόμεθα τοῦτο, οὐδὲ τῆς ἀληθείας τοὺς πολλοὺς προτιμήσομεν. οὐδὲ γὰρ τὰ τότε συμβεβηκότα ἐλάττω τῶν νῦν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ μιαρώτερα, ὅσῳ καὶ γέεννα τούτοις ἠπείληται, καὶ τὰ τῆς κακίας οὐδὲ οὕτως ἐκκόπτεται. τίς γὰρ εἰπέ μοι μωρὸν οὐ καλεῖ τὸν ἀδελφόν; τοῦτο δὲ ὑπεύθυνον ποιεῖ τῷ τῆς γεέννης πυρί. τίς οὐκ εἶδεν ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς εἰς γυναῖκα; καὶ τοῦτο δὲ μοιχεία ἀπηρτισμένη. τίς οὐκ ὤμοσε; τοῦτο δὲ ἐκ τοῦ πονηροῦ πάντως. τὸ δὲ ἐκ τοῦ πονηροῦ, καὶ αὐτὸ κολάσεως πάντως. τίς οὐκ ἐβάσκηνε φίλῳ ποτέ; τοῦτο δὲ καὶ ἐθνικῶν, καὶ τελωνῶν χείρους ποιεῖ· τοὺς δὲ ἐκείνων χείρους, ὅτι οὐκ ἔνι κόλασιν διαφυγεῖν, παντί που δῆλόν ἐστι. τίς ἐκ καρδίας ἅπασαν μῆνιν ἐξήλασε, καὶ τὰ πάντων εἰς αὐτὸν πεπλημμεληκότων εἴασιν ἁμαρτήματα; τὸν δὲ οὐκ ἀφέντα, ὅτι τοῖς βασανισταῖς ἀνάγκη παραδοθῆναι, τῶν ἀκηκοότων τοῦ Χριστοῦ οὐδεὶς ἀντερεῖ. τίς δὲ οὐκ ἐδούλευσε τῷ μαμωνᾷ. τὸν δὲ ἐκείνῳ δουλεύσαντα ἀνάγκη παραιτήσασθαι τοῦ Χριστοῦ τὴν δουλείαν. ἐκείνην δὲ ἀρνησάμενον, καὶ τὴν οἰκείαν ἀνάγκη σωτηρίαν ἀρνήσασθαι. τίς οὐ κατηγόρησε λάθρα; τούτους δὲ καὶ ἡ παλαιὰ ἀποκτίννυσθαι κελεύει, καὶ κατασφάττεσθαι. ἀλλὰ τίς ἡ παραμυθία τῶν οἰκείων κακῶν; τὸ πάντας, ὥσπερ ἐκ τινος συνθήματος πρὸς τὸ τῆς κακίας ὀλισθῆναι βάραθρον, ὃ καὶ αὐτὸ τῆς κατεχούσης νόσου τεκμήριόν ἐστι μέγιστον. ὅταν τοῦτο παραμυθίαν φέρῃ τῶν κακῶν ἡμῖν, ὃ μείζονος ὀδύνης ὑπόθεσιν εἶναι ἐχρῆν.

Quis adeo dirus, quis tam ferus ac ferreus, quis ita brutus atque inhumanus, adeoque ſine ullo miſericordiæ ac doloris ſenſu; quin malit ejuſmodi animam ſic affectam contumeliis, ſic undique probris laceſſitam, pro virili parte flagitioſa, injuria, inſanaque contumelia abducere, liberare, conſervare, quam ſic deſtitutam negligere, præterire, relinquere? Quod ſi id eſt, ut profecto eſt immanis animi, atq; lapidei: ubinam, quæſo, illos ſtatuemus, qui præter id, quod ejuſmodi negligunt, aliud etiam, & quidem longe deterius ſcelus admittunt? Eos enim, qui parati ſunt mediis ſe periculis conſtanter objicere, nec renuunt in ipſum feræ belluæ guttur manus demittere: quinimo & fœtorem omnem atq; pericula ſubire, ut abſorptas jam ac devoratas animas ex ipſis dæmonum faucibus educant, atque violenter extrahant, non tantum non laudant, neque amplectuntur; ſed impellunt quoque atque perturbant undique.

CAP. VIII.

Quid ergo, inquit aliquis, cunctine periere, qui urbes habitant, ac vitæ hujus periculis jactantur, ipſiſque jam urbibus dimiſſis atque deſolatis, ad ſolitudines confugiendum erit, atque in ipſis montium verticibus ſedes novæ collocandæ? tuque iſta jubes, ac lege lata ſancis? Minime id quidem; ſed contra penitus: Ut enim ſuperius dixi, & vellem & vehementer optarem, eo nos in ſtatu rerum, eaque in pace degere, adeoque tyrannidem malorum horum omnium deſtrui ac diſſipari, ut non modo eis, qui in civitatibus degunt, nulla neceſſitas incumberet occupandorũ atque inhabitandorum montium; verum hi quoque, qui ſolitudines incolunt, veluti fugitivi quidam longo poſtliminio, ſecuri ac tuti, pacatis rebus ad civitates ſuas remeare poſſent. Sed quid faciam? Vereor nimirum, ne dum illos patriæ ac parentibus reddere ſtudeo, nequiſſimorum dæmonum manibus tradam, dumq; ſolitudine & fuga abducere & revocare cupio, per me illi philoſophia omni, quietiſque tranquillitate excidant. Quod ſi tu mihi civitatum multitudines in medium adducas, hiſque putes exoratum iri, atque in eam ſententiam traducendum, ut putem Deum parciturum multitudini, nec paſſurum in orbem univerſum damnationis ferre ſententiam, ſumptis Chriſti verbis adverſus objectionem tuam ſtabo. Neque enim tam audax factum, tàm nefarium facinus admittes, ut etiam adverſus ejus ſententiam, qui nos tunc judicaturus eſt, aſſiſtas. Quid ergo ille inquit? *Anguſta eſt janua, atque ardua via, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam.* (Math. 7, 14.) Sin vero pauci ſunt qui inveniunt, profecto longe pauciores erunt, qui ad ſummum ejus pervenire poſſunt. Neque enim omnes, qui illam initio apprehenderunt, ad finem etiam provecti ſunt: ſed alii quidem in ipſis ſtatim initiis, nonnulli itineris medio, plurimi vero in ipſum jam ferè portum invecti, naufragium fecerunt. Rurſus autem *multos eſſe ait, qui vocati eſſent, paucos, qui electi.* (Math. 20, 16.) Cumque ita Chriſtus ampliorem quidem pereuntium partem eſſe aſſeveret, atque in paucis ſalutem præfinitam dicat: quid tu pugnas adverſum me? Prorſus enim idem facis, ac ſi de Noë & diluvio verba nobis facientibus admirareris, & an id fieri potuerit, ut omnes perierint, duoque tantum vel tres homines effugerint, interrogares: his tu rationibus ora noſtra obſtruere poſſe te putas, perinde ac illis perſuaſi non auſuri ſimus adverſus multitudinem ferre ſententiam? Sed enim id nunquam penitus efficies, nec perſuadebis, ut multitudinem veritati in honore præferamus. Neque enim his, quæ tum contigiſſe memorantur, inferiora iſta ſunt; verum multo funeſtiora etiam atque ſceleratiora: atque eo magis, quo gehennæ iſtis intentatur ignis, & ne ſic quidem vitia arcentur, neque exciduntur. Quis enim, oro te, non fatuum appellat fratrem? (Math. 5.) leve id videtur; at igni ſempiterno facit obnoxium. Quis non intendit impudicis oculis in mulierem? hoc autem conſummatum adulterium, pleniſſimumque flagitium deputatur. Is vero, qui adulter eſt, quod in gehennam ignis projiciendus ſit, omnibus profecto conſtat. Quis non dejeravit? Atque iſtud penitus ex malo eſt: quod autem à malo eſt, id adeo æternum parit cruciatum. Quis nunquam omnino amicis invidit? Hoc vero publicanis ipſis & Gentilibus deteriores facit. Quod autem ejuſmodi effugere ſupplicia æterna non poſſint, ita omnibus liquet, ut non poſſit clarius. Quis furorem omnem, atque iracundiam ex corde depulit atque abjecit peccataque omnium in ſe delinquentium remiſit? At is, qui non dimiſerit, quod æternis ſuppliciis addicendus ſit, nemo qui Chriſtum audierit, refragabitur. Quis non ſervivit mammonæ? Sed qui ejuſmodi ſervit, Chriſti ſervitutem penitus abjecit: qui vero Chriſto ſervire abnuit, ſalutem ſuã prorſus abnegavit. Quis occultè nulla in aliquem maledicta conjecit? (Exod. 21. Levit. 20. Num. 12.) Eos ſane qui ſunt ejuſmodi, vetus quoque lex concidi atque interfici jubet. Sed enim in tantis malis, tantiſque periculis, quæ nos conſolatio ſuſtentat ac recreat? Quod omnes, veluti ex ſigno quodam & condicto, per vitiorum ac flagitiorum omnium abrupta feruntur. Miſera planè conſolatio, & ejus, quæ nunc obtinet, peſtis, ſingulare documentum, argumentumque præcipuum, quandoquidem id nobis maliſque noſtris ſolatium affert, quod ipſum majoris mœroris, & complorationis materia eſſe debuerat.

μέλλειν μὲν ἔδει, μέλει δὲ οὐδαμῶς, διαλέξομαι πρᾳέως, καὶ μετ' ἐπιεικείας πολλῆς, τοσοῦτον αὐτοὺς παραιτησάμενος· μὴ δυσχεραίνειν, μηδὲ ἀγανακτεῖν, εἴ τις τὸ λυσιτελὲς τοῖς ἐκείνων παισὶ μᾶλλον αὐτῶν ἐκείνων εἰδέναι λέγῃ. οὐ γὰρ ἀρκεῖ τὸ σπεῖραι παῖδα, πρὸς τὸ συμφέρον τὸν γεννηθέντα διδάξαι τὸν γεννησάμενον, ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν φιλοστοργίαν τοῦ τεχθέντος μεγάλα ἂν τοῦτο συμβάλλοιτο· πρὸς δὲ τὸ μαθεῖν αὐτοῦ τὸ λυσιτελὲς ἀκριβῶς, οὔτε τὸ σπείρειν, οὔτε τὸ φιλεῖν ἀρκέσειεν ἄν. ἐπεὶ εἰ τοῦτο ἦν, οὐδένα ἀνθρώπων πατέρος μᾶλλον τὸ χρήσιμον ἐχρῆν ὁρᾶν τῷ παιδί. ἐπειδὴ μήτε φιλεῖν μᾶλλον αὐτοῦ τῶν ἄλλων δύναιτό τις τοῦτον. νῦν δὲ καὶ αὐτοὶ οἱ πατέρες δι' ὧν ποιοῦσιν, ὁμολογοῦσιν τοῦτο ἀγνοεῖν· ὅταν πρὸς διδασκάλους ἄγωσιν, ὅταν παιδαγωγοῖς ἐγχειρίζωσιν, ὅταν μυρίους παραλαμβάνωσι συμβούλους, περὶ τῆς τοῦ βίου προαιρέσεως, ἐφ' ἣν τὸν παῖδα ἄγειν δεῖ βουλευόμενοι. καὶ οὐ τοῦτό που θαυμαστόν, ἀλλ' ὅτι πολλάκις βουλῆς γινομένης τὴν αὐτῶν ἀκυρώσαντες, τὴν ἑτέρων ἔστησαν ὑπὲρ τῶν οἰκείων βουλευόμενοι παίδων. μὴ τοίνυν, μηδὲ πρὸς ἡμᾶς δυσχερῶς ἐχέτωσαν, εἰ λέγοιμεν τὸ συμφέρον αὐτοῖς εἰδέναι μᾶλλον· ἀλλ' εἰ μὴ διὰ τῶν λόγων ἀποδείξαιμεν, τότε κατηγορεῖν, τότε διαβάλλειν ὡς ἀλαζόνας ὄντας, καὶ λυμεῶνας, καὶ τῆς φύσεως ἁπάσης ἐχθρούς.

Πῶς οὖν τοῦτο ἔσται δῆλον, καὶ πόθεν εἰσόμεθα, τίς μὲν ὁ τὸ συμφέρον ὄντως ὁρῶν, τίς δὲ ὁ δοκῶν μὲν ὁρᾶν, ὁρῶν δὲ οὐδαμῶς; ἂν τοὺς παρ' ἐμοῦ λόγους καθάπερ τινὰς ἀνταγωνιστὰς εἰς ἐξέτασιν καθεῖναι καταναγκάσαντες, καὶ συμπλακῆναι, περὶ τούτων ἀδεκάστοις κριταῖς ἐπιτρέψωμεν τὴν ἐξέτασιν. ὁ μὲν οὖν τοῦ ἀγῶνος νόμος πρὸς τὸν Χριστιανὸν ἀποδύεσθαι κελεύει, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἀγωνίζεσθαι μᾶλλον, καὶ πλεῖον οὐδὲν ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν. τί γάρ μοι καὶ τοὺς ἔξω κρίνειν; ὁ μακάριος Παῦλός φησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ συμβαίνει πολλοὺς καὶ ἀπίστους εἶναι τῶν πρὸς τὸν οὐρανὸν ἑλκομένων παίδων πατέρας· καίτοιγε τοῦ νόμου τῶν ἀγώνων ἀφιέντος ἡμᾶς τῆς πρὸς τούτους μάχης, ἑκόντες αὐτοί, καὶ κατὰ προθυμίας πρὸς τούτους ἀποδυσόμεθα πρώτους. καὶ εἴθε πρὸς τούτους μόνον ἦν ἡμῶν ὁ ἀγών, καίτοιγε δυσχερέστερός τέ ἐστι, καὶ πλείονας ἔχει λαβάς. "ψυχικὸς γὰρ ἄνθρωπος "οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος. μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι, καὶ συμβαίνει ταὐτόν, οἷον ἂν εἴ τις βασιλείας ἐρᾶν πείθῃ τὸν οὐκ ἐθέλοντα πεισθῆναι πρότερον, ὅτι τὸ πρᾶγμα ὑφέστηκεν. ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτως εἰς στενὸν ἡμῖν κατακεκλεισμένων τῶν λόγων, πρὸς τούτους ἠθέλησα ἂν μόνους τὸν ἀγῶνά μοι γενέσθαι τοῦτον. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ πιστοῦ, πολλὰ μὲν ἡμῖν τὰ δικαιώματα· ἀλλ' ὅμως τὴν ἐκ τῶν δικαίων παρρησίας ἡδονὴν συσκιάζει τῆς αἰσχύνης ἡ ὑπερβολή. αἰσχύνομαι γὰρ ὅταν καὶ πρὸς ἐκεῖνον ὑπὲρ τούτων ἀποτείνεσθαι ἀναγκάζομαι, καὶ δέδοικα μὴ τοῦτό μοι μόνον ὁ Ἕλλην ἔγκλημα δίκαιον ἔχῃ περιβαλέσθαι. ἐπεὶ τοῖς γε ἄλλοις αὐτὸν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ῥᾳδίως αἱρήσομεν, κἂν εὐγνώμων εἶναι ἐθέλοι, ταχέως αὐτὸν οὐ πρὸς τὸν ἔρωτα τοῦ βίου τούτου μεταστήσομεν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὴν τῶν δογμάτων τὴν ἐπιθυμίαν, ἀφ' ἧς ὁ βίος ἔχει τὴν ὑπόθεσιν οὗτος. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω φοβηθῆναι τὸν πρὸς αὐτὸν ἀγῶνα, ὅτι καὶ χαλεπώτερον αὐτὸν πρότερον καταστήσας τῷ λόγῳ, οὕτως ἅψομαι τῶν παλαισμάτων. κείσθω γὰρ μὴ μόνον Ἕλληνα τοῦτον τὸν πατέρα, ἀλλὰ καὶ πλούσιον ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους, καὶ περίβλεπτον, καὶ ἐν δυναστείᾳ καθεστάναι μεγάλῃ, καὶ πολλοὺς μὲν ἀγροὺς ἐχέτω, πολλὰς δὲ οἰκίας, μυρία δὲ χρυσίου τάλαντα. ἔστω δὲ καὶ πατρίδος τῆς βασιλικωτάτης, καὶ γένους οὐ περιφανεστάτου, καὶ μήτε ἐχέτω παῖδας ἑτέρους, μήτε ἕξειν ἐλπιζέτω τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' ἐν τούτῳ σαλευέτω μόνον. ἔστω δὲ καὶ αὐτὸς οὗτος ἐν ἐλπίσι χρησταῖς, καὶ ταχέως ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν ἀναβήσεσθαι προσδοκάσθω, καὶ λαμπρότερον αὐτοῦ φανήσεσθαι, καὶ πᾶσιν αὐτὸν ἀποκρύψειν τοῖς βιωτικοῖς· εἶτα ἐν μέσῳ τῶν ἐλπίδων τούτων προσερχέσθω τις, καὶ διαλεγέσθω περὶ ταύτης αὐτῷ τῆς φιλοσοφίας, καὶ πειθέτω πάντων ἐκείνων καταγελάσαντα, περιβαλέσθαι ἱμάτιον ἁδρόν, καὶ τὴν πόλιν ἀφέντα πρὸς τὸ ὄρος φυγεῖν, καὶ φυτεύειν ἐκεῖ, καὶ ἄρδειν, καὶ ὑδροφορεῖν, καὶ τὰ ἄλλα δὴ πάντα τὰ τῶν μοναχῶν ποιεῖν, τὰ δοκοῦντα εἶναι καὶ εὐτελῆ, καὶ ἐπονείδιστα. ἔστω δὲ καὶ ἀνυπόδετος, καὶ χαμαὶ καθευδέτω, γενέσθω δὲ καὶ λεπτός, καὶ ὠχρὸς ὁ καλὸς νεανίας οὗτος, ὁ ἐν τοσαύτῃ τρυφῇ, καὶ τιμῇ διατελῶν, καὶ τοιαύτας ἔχων ἐλπίδας, καὶ τῶν οἰκετῶν τῶν ἑαυτοῦ εὐτελεστέραν περικείσθω στολήν· ἆρα ἱκανὰς ἐδώκαμεν τῷ κατηγόρῳ τὰς λαβάς, καὶ ἀρκούντως συνεπλάσαμεν τὸν ἀνταγωνιστήν·

qui curam gerere debuerant, non autem gerunt, leniter & ſumma cum moderatione alloquar, hoc ab illis primum bona venia impetratum cupiens, uti ne moleſte ferant, neu indignentur, ſi quid utile ſit, quidve magis expediat illorum liberis nos melius ſcire dixerimus, quam illos ipſos. Neque enim quiſque, qui procrearit filium, quid etiam illi conducat docere eum poterit, etſi ejuſce inſtruendi voluntas honeſta non deſit, quam elicit à natura inſitus parentum ſingularis ad filios affectus. Ad id enim edocendum diligenter, quid utile ſit, neque procreando pater neque amando unquam ſufficeret. Nam ſi iſtud concederetur, nemo hominum certè patre melius noſſe atque conſpicari poſſet, quidnam eſſet filio utilius: ſicuti ne in amando quidem filio nemo eſt, qui patrem ſuperet, vel etiam exæquet. Quinimo ipſi quoque patres, ex his, quæ ſtudioſe agunt, hoc ipſum ſe ignorare fitentur, cum ad magiſtros ducunt, cum pædagogis inſtruendos tradunt, cum plurimos conſiliarios aſſumunt, qui, quodnam vitæ propoſitum filio arripiendum ſit, quive delectus habendus, & amice & fideliter conſulant. Id vero nequaquam mirum eſt, ſed quod, dum de filiis conſultant, dum familiari colloquio quod ſentit quiſque in medium adducit, illi nonnunquam ſuam irritam reddentes, aliorum ſententiam ratam eſſe atque obtinere voluerunt. Itaque ne nobis quidem ſuccenſeant, neque indignentur, ſi quod eorum liberis utile futurum ſit, nos illis melius noſſe dixerimus: verum niſi id certa ratione conſtiterit, tunc accuſent, tunc affligant, tunc probris appetant, veluti revera perditos, flagitioſos, ac naturæ totius inimicos.

CAP. II.

Quonam ergo modo iſtud manifeſtum erit, aut qua ratione ſcire certius poterimus quiſnam ſit, qui quod utile ſit plane proſpiciat, quilve qui proſpicere quidem ſibi videatur, nequaquam vero ſciat? Si utrorumque rationes pugnantium in morem ad examen judicii deſcendere, atque congredi cominus cogamus, permiſſa omni de hiſce judicandi facultate incorruptis, integerrimiſque judicibus. Itaque lex quidem certaminis noſtri adverſus Chriſtianum exui ad pugnam jubet, atque cum illo ſolummodo certare, qui ſit ejuſdem religionis cultor, nihilque amplius requirit à nobis. Quid *enim ad me attinet eos etiam qui foris ſunt judicare?* ait beatus Paulus. Verum quia ſæpe contingit, ut plurimi ex his qui ad cœlum pertrahuntur filii Gentilibus atque infidelibus patribus nati ſint, quanquam lex certaminis nos contra hujuſmodi dimicare non jubeat, ſponte tamen ipſi, ſummaque alacritate adverſus iſtos primum pugnare aggredimur. Atque utinam adverſus iſtos tantum nobis certamen indiceretur, quanquam ipſum quidem perdifficile eſt plurimaque habet capita. *Animalis enim homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei, ſtultitia quippe illi eſt.* Prorſus idem facimus, ac ſi aliquem hortari vellemus, ut cœleſte regnum appeteret, qui antea credere an id eſſet aut quidnam eſſet, renuiſſet. Sed tamen cum tantis anguſtiis coarctatus ſim, ſic quoque adverſus iſtos tantum hoc mihi certamen indici vehementer optarem. Nam ſi ad fidelem aliquem hic mihi ſermo inſtituatur, erunt mihi jura complura, bonitaſque cauſæ adjuvabit plurimum, etſi eam victoriæ meæ voluptatem obſcurat & obruit magnitudo verecundiæ. Suffundor enim vehementer, ſi adverſus illum quoque me pugnare neceſſe ſit, vetorque ne hoc crimen tantummodo Gentilis mihi poſſit objicere: nam id reliquis illum & quidem facile, ſuffragante gratia divina, capiemus, atque ſi voluerit eſſe non ingratus, cito illum non modo ad morem hujus vitæ traducemus; verum ad ipſius quoque doctrinæ ac religionis deſiderium, à qua vita illi initium & materiam ſumpſit. Tantum vero abeſt, ut certamen adverſus illum ſubire metuam, ut cum id primum durius atque difficilius mea oratione conſtituero, tum demum pugnam aggredi inſtituam. Fingamus nempe patrem iſtiuſmodi non modo eſſe Gentilem; ſed nobilem, & quoque ultra omnes homines locupletem, inſignem, ſingulari potentia præditum, habeat agros plurimos, ædes permultas, aurique innumera talenta: ſit præterea clariſſima patria & regia, illuſtriſſimo genere, neque habeat alios liberos, neque ſe habiturum ſperet: ſed huic ſoli innitatur, & ex hoc ſolo pendeat. Quin & ipſe ſit ſummæ ſpei, eoque ingenio, & induſtria, ut ad imperia, & ad magiſtratus maturè aſcenſurus expectetur, patremq; ipsū & ſplendore, & gloria brevi ſuperaturus, omnibusq; vitæ cōmodis longe anteiturus. Tum vero in medio tantæ ſpei & expectationis accedat aliquis ad illum, atque de hac ei philoſophia verba faciens, perſuadeat ut ſpretis illis omnibus, veſtem ſe ruſticam induat, & relicta urbe ad montem confugiat, ibique plantet, inſerat, riget, aquas ferat, cæteraque monachorum faciat opera, quæ & vilia & indigna eſſe videantur. Incedat præterea diſcalceatus, & humi jacens quieſcat, efficiaturque pallidus, gracilis, ac macie confectus decorus ille adoleſcens, qui tantis antea in deliciis & honoribus degebat, tantæque ſpei ſigna præ ſe ferebat, viliuſque etiam, quam ſervi ſui, veſtiatur: num ſatis multas accuſatori occaſiones dedimus, ſatiſve adverſarium armavimus?

1.Cor.5. 12.

1.Cor.2. 14.

Præbeamus illi alias quoque, ſi ſatis adhuc inſtructus non eſt: præter iſta enim, quæ dicta ſunt, omnia moveat pater cunctaq; moliatur, ut diſſuadeat filio, atque ab arrepto illum inſtituto revocet: ſed incaſſum. utpote cum ille ſupra petram collocatus ſit, & fluminibus & pluviis, & ventis cedere non norit. Lamentetur, & lugeat, atque lacrymas emittat, & ut indignationem omnium adverſum nos magis incendat, circumeat jugiter mœrens afflictus, ſordidatus: omneſque prenſans, contra nos hujuſmodi accuſationem commoveat.

CAP. III. Filium ego genui, & enutrivi, ætatemque omnem in ærumnis contrivi, cuncta ea & gerens & patiens, quæ ex hac educatione liberorum ſolent accidere. Spem de illo optimam habui, pædagogos acceſſivi, magiſtros obſecravi, pecunias impendi, vigilavi ſæpiſſime, curam gerens ingentem, ut quam ornatiſſimus atque eruditiſſimus evaderet, ut in nullo majoribus ſuis eſſet deterior, ut omnibus appareret illuſtrior & clarior. Expectabam hunc ſenectuti meæ ſolatio & adjumento fore, proceſſuque temporis de uxore, ſplendidiſſimoque matrimonio tractabam, de imperio, de magiſtratibus, & inſigni poteſtate cogitare cœperam. Cum repente tanquam fulmen, aut procella ingens, neſcio qua parte irruens pretioſiſſimam navem, multiſque oneribus refertam, quæ plurima pelagi ſpacia confecerat, ac ſecundis ventis navigabat, cum jam ad portum propinquaret, non longe ab ipſo oſtio ſubmerſit: metumq; non modo extremæ paupertatis; verum acerbiſſimæ mortis, ac perditionis ejus capiti, qui iſta paraverat, tempeſtas illa ſæva circumdedit. Sic ſic profecto mihi nunc contigit. Namque execrabiles illi, flagitioſi, perditi nebulones (dicat enim hæc, atque hujuſmodi cætera, nihil illi ſuccenſebimus) tantæ ſpei filium, ſenectutis meæ cuſtodem & nutritorem, veluti latrones quidam immaniſſimi mihi repente ſubductum in ſpeluncas ſuas abduxerunt: adeoque illum ſuis carminibus excantaverunt, ut eligat magis adverſus ferrum, ign.m, beſtias, adverſus omnia denique fortiter ac ſumma conſtantia perſiſtere, quam ad priorem proſperitatem prioreſque copias remeare. Quodque his durius & gravius eſt, illi ipſi, qui hæc perſuaſerunt, melius ſe, quid ſit utile ſcire, atque intueri profitentur, quam nos. Deſertæ jam domus, deſolati agri, ipſique agricolæ, ac ſervi luctu ac mœrore pleni ſunt. Exultant in malis meis inimici, pudoreque operiuntur amici. Apud me autem nulla ſententia obtinet, niſi ut injecto igne cuncta ſimul exuram, ædes, agros, armenta boum, greges pecorum. Quo enim mihi jam hæc utilia ſunt, cum ille non adſit, cujus uſibus parata erant, captivus ſcilicet abductus, atq; apud Barbaros crudeliſſimos ſervitutem ſerviens omni morte duriorem atque acerbiorem? Amictu nigro ſervos omnes operui, cunctamque familiam. Aſperſi cinere capita mulierum, choros inſtitui, juſſique dirius atque amarius plangere, quam ſi mortuum vidiſſem. Date veniam hæc facienti mihi, hic mihi luctus longe illo major, diuturnior, gravior. Jam mihi fere lux ipſa moleſta eſt, ipſoſque ſolis radios ingrate ſuſpicio. Quoties enim in mentem venerit infelicis illius habitus: quoties viliſſimis illis ruſticis inhoneſtius illum amictum video, atque ad opera viliora converſum: quoties inflexum ejus immobileque propoſitum, utque nulli cedat conſidero, uror, diſrumpor, diſtrahor.

CAP. IV. Hæc atque ejuſmodi dicens, provolvatur etiam audientium pedibus, aſpergat cinere caput, deturpetque pulvere faciem, canitiem vellat, omneſque prehendens, oret, ſe ut adjuvent, ac porrigant manum. Satis puto diligenter accuſatorem expreſſimus atque inſtruximus ad commovendam auditoribus omnibus vehementem iracundiam, & ad perſuadendum, ut eos qui horum cauſa ſunt, per præcipitia dejectos exterminent: atqui nos idcirco ad has ſupremas anguſtias oratione noſtra provecti ſumus, ut cum is, qui ita venerit paratus, divina gratia ſuperatus fuerit, jam nemo nobis obſtrepat. Cum enim is, qui iſta omnia, quæ prædixi, ſimul habet, convictus fuerit, atque obmutuerit, & is quoque qui non omnia ſimul habet (neque enim facile cuncta ea convenire poſſunt) nobis jam de victoria concedet. Hic itaque & iſta, & his plura etiam loquatur. Ego vero in primis judices orabo, ne ſtatim miſereantur ſenis hujus; ſed hanc miſericordiam differant in extremum, cum illum oſtenderimus lugentem filium, in nullo quidem violatum, nihilque penitus perpeſſum mali; verum contra etiam maximis potitum bonis, eiſque tam inſignibus, ut excellentiora non poſſint reperiri. Tunc enim profecto miſeratione & lacrymis dignus judicandus eſt, cũ nati felicitatem, ſecundoſque ſucceſſus ne conſpicari quidem poſſit: tantumque abeſt, ut ea intueatur, ut ſic in maximis profectibus tanquam in ſummis ejus malis lamentetur. Quodnam ergo erit noſtræ orationis exordium, aut unde potiſſimum inchoabimus? Ab ipſis plane opibus atque pecuniis. Nam & ipſe maxime omnium hoc unum lamentis omnibus, omnique comploratione proſecutus eſt, idque ipſi videtur eſſe acerbiſſimum, ſi divites filii pertrahantur ad hanc duritiam vitæ atque propoſiti. Dic ergo, quæſo te, utrum omnes beatum dicimus atque invidioſum, & planè feliciſſimum:

A εἰ δὲ μὴ ἀρκούντως, καὶ ἑτέρας αὐτῷ παρέξομαι προφάσεις. μετὰ γὰρ τούτων, καὶ πάντα κινείτω τὰ μηχανήματα πρὸς τὸ μεταπεῖσαι τὸν υἱὸν, καὶ πάντα εἰκῇ, καθάπερ ἐπὶ πέτρας ἑστῶτος αὐτοῦ τοῦ παιδὸς, καὶ τῶν ποταμῶν, καὶ τοῦ ὑετοῦ, καὶ τῶν πνευμάτων ἀνωτέρου γινομένου. θρηνείτω δὲ ὁ τοιοῦτος, καὶ προβαλλέτω δάκρυα, ὥστε μᾶλλον ἐμπρῆσαι τὸν καθ' ἡμῶν θυμὸν, καὶ πρὸς πάντας τοιαῦτα κατηγορείτω συνεχῶς ἐντυγχάνων.

B Ἐφύτευσα, ἔθρεψα· ἐταλαιπωρήθην διὰ πάσης τῆς ἡλικίας, πάντα ποιῶν καὶ πάσχων, ἅπερ ἐκ τῆς παιδοποιίας ταύτης συμβαίνειν εἰκὸς, χρηστὰς εἶχον ἐλπίδας, διελέχθην παιδαγωγοῖς, παρεκάλεσα διδασκάλους, ἀνάλωσα χρήματα, ἠγρύπνησα πολλάκις ὑπὲρ εὐκοσμίας φροντίζων, ὑπὲρ παιδεύσεως, ὅπως μηδενὸς οὕτως τῶν προγόνων λείποιτο τῶν αὐτοῦ, ὅπως ἁπάντων φανείη λαμπρότερος. συνδιοίσειν μοι τοῦτον τὸ γῆρας προσεδόκησα. προϊ-C όντος τοῦ χρόνου, περὶ γυναικὸς ἐβουλευόμην καὶ γάμου, περὶ ἀρχῆς, καὶ δυναστείας, ἀλλ' ἐξαίφνης ὥσπερ τις σκηπτὸς, ἢ καταιγίς ποθεν ἐπιπεσοῦσα, μυριαγωγὸν ὁλκάδα καὶ πολλῶν γέμουσαν φορτίων, καὶ μακρὸν διανύσασαν πέλαγος, καὶ ἐξ οὐρίας πλέουσαν, καὶ πρὸς αὐτῷ λοιπὸν οὖσαν τῷ λιμένι, μικρὸν πρὸ τοῦ στόματος αὐτοῦ κατέκλυσε, καὶ μὴ μόνον πενίας τῆς ἐσχάτης, ἀλλὰ καὶ θανάτου τοῦ ἐλεεινοῦ, καὶ ἀπωλείας δέος, μὴ τοῦ τὰ τοιαῦτα πεπλουτηκότος κε-D φαλῇ περιεστήσεν ὁ χειμών· οὕτω δή μοι συμβέβηκε νῦν. οἱ γὰρ ἐπάρατοι, καὶ λυμεῶνες, καὶ πλάνοι· λεγέτω γὰρ δὴ καὶ ταῦτα, οὐ διοισόμεθα· ἐκ τῶν τοσούτων ἐλπίδων ἀναρπάσαντές μοι τὸν γηροτρόφον, καθάπερ τινὲς λῄσταρχοι πρὸς τὰς αὐτῶν καταλύσεις ἀπήγαγον, καὶ οὕτω ταῖς αὐτῶν κατεγοήτευσαν ἐπῳδαῖς, ὡς ἑλέσθαι καὶ πρὸς σίδηρον, καὶ πρὸς πῦρ, καὶ πρὸς θηρία, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν στῆναι γενναίως, ἢ πρὸς τὴν προτέραν εὐπραγίαν E ἐπανελθεῖν· καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ ταῦτα πείσαντες μᾶλλον ἡμῶν προσποιοῦνται τὸ συμφέρον ὁρᾶν. ἔρημοι μὲν οἰκίαι, ἔρημοι δὲ ἀγροί· κατηφείας δὲ, καὶ αἰσχύνης μεστοὶ μὲν οἱ γεωργοί, μεστοὶ δὲ οἰκέται· καὶ φαιδροὶ μὲν ἐπὶ τοῖς ἐμοῖς ἐμοῖς ἐχθροί. ἐγκαλύπτονται δὲ οἱ φίλοι. παρ' ἐμοὶ δὲ οὐδεμία γνώμη κρατεῖ· ἀλλ' ἢ ὥστε πῦρ ἐπαφεῖναι, καὶ φλέξαι πάντα, καὶ οἰκίας, καὶ ἀγροὺς, καὶ ἀγέλας βοῶν, καὶ ποίμνια προβάτων. ποῦ γὰρ ἔσται μοι χρήσιμα A ταῦτα λοιπὸν, ἐκείνου τοῦ χρησομένου τούτοις οὐκ ὄντος, ἀλλ' αἰχμαλώτου γενομένου, καὶ παρὰ βαρβάροις ἀνημέροις δουλεύοντος θανάτου παντὸς πικροτέραν δουλείαν; περιέβαλον μελαίνῃ στολῇ τοὺς οἰκέτας ἅπαντας, κατέπασα τέφρᾳ τὰς κεφαλὰς, χοροὺς ἔστησα γυναικῶν, ἐκέλευσα χαλεπώτερον αὐτὰς κατακόπτεσθαι, ἢ εἰ νεκρὸν ἑώρων. Σύγγνωτε δέ μοι τοῦτο ποιοῦντι· μεῖζον ἐκείνου τὸ πένθος ἐμοὶ, παρενοχλεῖσθαι δοκῶ λοιπὸν ὑπὸ τοῦ φωτὸς, καὶ πρὸς αὐτὰς B ἀηδῶς ἔχω τὰς ἀκτῖνας, ὅταν εἰς νοῦν λάβω τὸ σχῆμα τοῦ ταλαιπώρου παιδὸς ἐκείνου, ὅταν τῶν εὐτελεστέρων ἀγροίκων ἐκείνων ἀτιμότερον αὐτὸν ἠμφιεσμένον ἴδω, καὶ ἐπ' ἔργα ἀτιμότερα τοῦτον προπεμπόμενον· ὅταν ἐννοήσω αὐτοῦ τὸ ἀκαμπὲς, κατακαίομαι, διασπῶμαι, διαρρήγνυμαι.

Ταῦτα λέγων, καὶ προκυλινδείσθω τῶν ποδῶν τῶν ἀκουόντων, καὶ καταπασσέσθω τέφραν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, καὶ αἰσχυνέτω τῇ κόνει τὸ πρόσωπον, καὶ παρακαλείτω πάντας ὀρέξαι χεῖρα, κατατιλλέτω τὴν πο-C λιάν. Τάχα ἡμῖν καλῶς ὁ κατήγορος ἀπηκρίβωται, πρὸς τὸ τοὺς ἀκούοντας ἐμπρῆσαι ἅπαντας, καὶ πεῖσαι κατὰ κρημνῶν τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργασαμένους ἐκβαλεῖν. Διὰ γὰρ τοῦτο πρὸς ἄκρον ἁπασῶν τῶν αἰτιῶν τὸν λόγον ἤγαγον, ἵνα τούτου οὕτω κατασκευασθέντος, ἡττηθέντος ὑφ' ἡμῶν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, μηδεὶς τοῖς λοιποῖς γένοιτο λόγος. οὐ γὰρ πάντα ὁμοῦ ἔχοντος ταῦτα ἐπιστομισθέντος, ὁ μὴ πάντα ἔχων ὁμοῦ· οὐδὲ γὰρ πάντα οἷόν τε συνελθεῖν· εὐκόλως ἡ-D μῖν παραχωρήσει τῆς νίκης λοιπόν. οὗτος μὲν οὖν ταῦτα λεγέτω. ἐγὼ δὲ παραιτήσομαι τοὺς δικάζοντας, μὴ νῦν ἐλεεῖν τὸν γέροντα τοῦτον. ἀλλ' ὅταν αὐτὸν δείξωμεν πενθοῦντα τὸν υἱὸν, δεινὸν μὲν οὐδὲν πεπονθότα, τῶν δὲ μεγάλων ἀγαθῶν ἀπολαύσαντα, καὶ ὧν ἐπέκεινα ἕτερα οὐκ ἔστιν εὑρεῖν· τότε γὰρ ὄντως ἄξιος ἐλέου καὶ δακρύων ἂν εἴη, μηδὲ συνιδεῖν τὴν εὐπραγίαν δυνάμενος τοῦ παιδὸς, ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπέχων αὐτὸς ὡς καὶ ἐπὶ μεγίστοις θρηνεῖν τοῖς κακοῖς. πόθεν οὖν ἀρξόμεθα τοῦ λόγου τοῦ πρὸς αὐτόν; ἀπὸ τοῦ πλούτου καὶ τῶν χρημά-E των· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς τοῦτο μάλιστα πάντων ὀδύρεται, καὶ πᾶσι τοῦτο εἶναι δοκεῖ τὸ δεινότατον, εἰ πλουτοῦντες παῖδες ἐπὶ τοῦτον ἕλκοιντο τὸν βίον. εἰπὲ οὖν μοι, τίνα μακαρίζομεν ἅπαντες, καὶ ζηλωτὸν εἶναί φαμεν·

τὸν

τὸν ἐν δίψῃ καθεστῶτα ἀεὶ, καὶ πρὶν ἢ τῆς προτέρας ἐμφορηθῆναι κύλικος, δεόμενον πάλιν ἑτέρας, καὶ ἐν τούτῳ ὄντα διαπαντὸς, ἢ τὸν ἀνωτέρω καθεστῶτα τῆς ἀνάγκης ἐκείνης, καὶ ἄδιψον ἀεὶ μένοντα, καὶ οὐδέποτε εἰς τὴν τοῦ πόματος τούτου καθελκόμενον χρείαν; οὐχ ὁ μὲν πυρέττοντι προσέοικε, καὶ χαλεπωτάτην ἀνάγκην ἔχοντι, κἂν ἐκ πηγῶν ἀρύσασθαι ἔχῃ τὰ νάματα, ὁ δὲ ἐλεύθερός τέ ἐστι τὴν ὄντως ἐλευθερίαν, καὶ ὑγιαίνει τὴν ὄντως ὑγίειαν, καὶ μείζων ἢ κατὰ ἀνθρωπίνην γέγονε φύσιν. Τί δαί; εἴ τις γυναικὸς ἐρᾷν, συγγίνοιτο μὲν αὐτῇ διηνεκῶς, μειζόνως δὲ μετὰ τὴν συνουσίαν φλέγοιτο ταύτης, ἕτερος δὲ ταύτης ἐκτὸς τῆς μανίας ἑστήκοι, καὶ μηδὲ ὄναρ ἁλίσκοιτο τῷ κακῷ. Τίς πάλιν ὑμῖν ζηλωτὸς, καὶ μακάριος; οὐχ οὗτος; τίς δὲ ἄθλιος, καὶ ταλαίπωρος; οὐχ ὁ νοσῶν τὸν καινὸν ἐκεῖνον ἔρωτα, καὶ μηδαμοῦ σβεσθῆναι δυνάμενον, ἀλλὰ τοῖς ἐπινενοημένοις φαρμάκοις ἐπιτριβόμενος μᾶλλον; εἰ δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις μακαρίζοι μὲν ἑαυτὸν ἐπὶ τῇ νόσῳ, καὶ μήτε αὐτὸς ἐκείνης τῆς ἀνάγκης ἀπαλλάττεσθαι βούλοιτο, τούς τε ἀπηλλαγμένους τοῦ πάθους ἀποδύροιτο, ὥσπερ οὗτος νῦν, οὐχὶ ταύτῃ πάλιν ἐλεεινότερος ἔσται, καὶ ἀθλιώτερος, μὴ μόνον νοσῶν, ἀλλὰ μηδὲ αὐτὸ τοῦτο εἰδὼς, ὅτι νοσεῖ, καὶ διὰ τοῦτο μήτε ἀπαλλαγῆναι βουλόμενος, καὶ τοὺς ἀπηλλαγμένους θρηνῶν; ἀγάγωμεν δὴ τὸν λόγον τοῦτον καὶ ἐπὶ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν, καὶ ὀψόμεθα, τίς ὁ ἄθλιος, καὶ ταλαίπωρος. ἐκείνων μὲν γὰρ τῶν ἐρώτων σφοδρότερος οὗτός ἐστι, καὶ μανικώτερος. οὐκοῦν καὶ πλεῖον ὀδυνῆσαι δύναιτ᾽ ἄν· οὐ τούτῳ μόνον ὅτι τὴν λαμπάδα δριμυτέραν ἔχει, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ πρὸς τὴν ἐπινενοημένην παραμυθίαν ἀνένδοτός ἐστι, καὶ σκληρότερος πλέον ἐκείνων. μᾶλλον γὰρ οἱ ποτοῦ καὶ σωμάτων ἐρῶντες, μετὰ τὴν ἀπόλαυσιν λήψονται κόρον, ἢ οἱ περὶ πλοῦτον μαινόμενοι. ὅθεν ἐκείνους μὲν καὶ τῷ λόγῳ συμπλάσαι ἠναγκάσθημεν, διὰ τὸ μὴ ταχίως ἐπὶ τῆς πείρας ὁρᾶν αὐτὸ φαινόμενον· τούτου δὲ τοῦ νοσήματος, ἀπὸ τῶν πραγμάτων πολλὰ ἔχομεν παρασχεῖν τὰ ὑποδείγματα. διὰ ταῦτα οὖν εἰπέ μοι θρηνεῖς τὸν υἱὸν, ὅτι μανίας, καὶ τοσαύτης ἀμηχανίας ἀπήλλακται, ὅτι ἔρωτα ἀνίατον οὐκ ἐρᾷ; ὅτι τοῦ πολέμου, καὶ τῆς μάχης ταύτης ἕστηκεν ἐκτός; ἀλλ᾽ οὐκ ἂν ἔπαθε τοῦτό φησιν. οὐδ᾽ ἂν ἠράσθη τοῦ πλείονος. ἀλλ᾽ ἀπέχρησεν ἂν αὐτῷ τῶν παρόντων ἡ ἀπόλαυσις. μάλιστα μὲν πρᾶγμα λέγεις ἐναντίον, ὡς εἰπεῖν, τῇ φύσει. πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἔστω, καὶ συγκεχωρείσθω τῷ λόγῳ, μὴ ἂν αὐτὸν ἐθελῆσαι προσθεῖναι τοῖς οὖσι, μηδὲ ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας ἁλῶναι ἐκείνης· ἐγὼ γὰρ αὐτὸν καὶ οὕτως ἐπιδείξω ἐν μείζονι νῦν ὄντα ἀνέσει, καὶ ἡδονῇ. τί γὰρ κουφότερον ὑπὲρ τοσούτων φροντίζειν, καὶ τοιαύτῃ προσδεδέσθαι φυλακῇ, καὶ δουλείᾳ, καὶ δεδοικέναι, μὴ παραπόληταί τι τῶν ὄντων, ἢ καὶ τούτων ἀπηλλάχθαι τῶν δεσμῶν; κείσθω γὰρ αὐτὸν μὴ ἐπιθυμεῖν φορτίων ἑτέρων, ἀλλὰ πολλῷ βέλτιον καὶ τῶν ἐπιτεθέντων ἤδη καταφρονεῖν. εἰ γὰρ τὸ, μὴ δεῖσθαι πλειόνων συνωμολόγηται, μέγιστον ὂν ἀγαθὸν, τὸ καὶ τῆς τῶν ὄντων χρείας ἐξώτερον εἶναι, μείζονος εὐπραγίας ἂν εἴη· ὁ γὰρ ἄδιψος ἐκεῖνος, καὶ ἀνέραστος· [οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐλθεῖν ὑποδείγματα·] οὐ τῶν ἀεὶ διψώντων μόνον, οὐδὲ τῶν ἐρώντων ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν βραχεῖ τοῦτο παθόντων, καὶ πληρωσάντων τὴν ἐπιθυμίαν πολλῷ μακαριώτερος ὢν ἀποδέδεικται· ὡς μηδὲ εἰς πεῖραν ἐμπεσὼν τῆς τοιαύτης ἀνάγκης. ἐρήσομαι δέ σε πάλιν, εἰ καὶ ὑπερβαλέσθαι τῷ πλούτῳ πάντας, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ πλούτου κακῶν ἀπαλλαγῆναι ἐνῆν, ἆρα οὐκ ἂν μυριάκις ταύτην εἵλου τὴν περιουσίαν, ὥστε μήτε βασκανίας, μήτε συκοφαντίας, μήτε φροντίδος, μήτ᾽ ἄλλου μηδενὸς τῶν τοιούτων ἀνέχεσθαι; ἂν τοίνυν καὶ τοῦτο ἔχοντα δείξωμεν τὸν υἱὸν, καὶ μειζόνως εὐπορώτερον ὄντα νῦν, παύσῃ θρηνῶν πάντως καὶ ὀλοφυρόμενος οὕτω πικρῶς; ὅτι μὲν οὖν φροντίδων ἀπήλλακται, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπισυρομένων τῷ πλούτῳ κακῶν, οὐδὲ αὐτὸς ἀντερεῖς. διόπερ οὐδὲ ἡμῖν περὶ τούτων ἀνάγκη πρός σε διαλέγεσθαι. ζητεῖς δὲ μαθεῖν πῶς εὐπορώτερος τοῦ τοσαῦτα ἔχοντός σου, τοῦτο δή σε διδάξομεν, καὶ δείξομεν, ὅτι ὅπερ ἡγῇ ἐκεῖνον νῦν εἶναι ἐν πενίᾳ τῇ ἐσχάτῃ, τοῦτο αὐτὸς πρὸς ἐκεῖνον ἐξεταζόμενος πέπονθας.

καὶ μή τοι νομίσῃς τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡμᾶς ἐρεῖν ἀγαθὰ, καὶ μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀποδημίαν· ἀπὸ γὰρ τῶν ἐν χερσὶ τέως ποιησόμεθα τὴν ἀπόδειξιν. σὺ μὲν οὖν τῶν σαυτοῦ κύριος εἶ μόνον, ἐκεῖνος δὲ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἁπάσαν. εἰ δὲ ἀπιστεῖς, δεῦρό σε ἀγάγωμεν εἰς αὐτὸν, καὶ πείσωμεν αὐτὸν κατελθόντα ἀπὸ τοῦ ὄρους, μᾶλλον δὲ ἐκεῖ μένοντα σημᾶναί τινι τῶν σφόδρα πλουτούντων, καὶ εὐλαβῶν, πέμψαι χρυσοῦ σταθμὸν, ὅσον ἐθέλεις.

A eumne, qui ſiti ſemper æſtuat, quique antequam priorem calicem ſorbuerit, rurſus alio indiget, atque ſemper in hoc perſeverat ſtatu: an eum qui ſuperior ea neceſſitate conſtitutus, ſine ſiti ſemper durat, nec ulla unquam potationis neceſſitate conſtringitur? Nonne alius quidem his, qui gravi febrium ardore cruciantur, ſimillimus videtur, atque violentiſſimæ neceſſitati addictus, etiamſi ex fontibus haurire puriſſimos atq; uberrimos latices poſſit: alius vero vera profecto libertate liber eſt, ve- B raque ſanitate ſanus, ipſamque naturam excedit humanam? Quid illud? Si quis adamaret mulierem, eique congrederetur jugiter; verum majore poſt concubitum illum flagraret ardore: alius verò perſiſteret hac inſania liber, & ne in ſomniis quidem unquam hoc malo caperetur: uter rurſus felix & beatiſſimus videretur? nonne iſte? Uter contra infelix & miſerrimus? nonne is, qui novo hoc amore languet, qui nunquam poſſit prorſus extingui, quinimo excogitatis quoque remediis magis magiſque C ſuccenditur? Sin autem præter iſta, quæ dicta ſunt, etiam ex ipſo morbo ſuo ſe beatum dicat, nec curet ipſe, nec velit ea neceſſitate liberari: quin eos quoque lamentetur & lugeat, qui jam ea peſte liberati ſunt, ut iſte nunc facit: nonne hic quoq; miſerabilior erit, atque infelicior, non tantum quod morbo illo & peſte detinetur; verum quòd ne idipſum quidem quod langueat, novit, proptereaque nec ipſe liberari valet, & eos qui jam liberati ſunt, luget? Reducamus igitur hanc orationem noſtram ad D pecuniarum poſſeſſionem, & quis revera miſer, quis infelix ſit, videbimus. Illorum nempe amorum iſte & vehementior, & inſaniæ propior eſt: ideoque majorem poteſt dolorem afferre, non idcirco tantum, quod moleſtiores habet faces; verum quod ad excogitata quæque ſolatia inflexus perdurat, duriorq; ex illis atque acerbior efficitur. Citius quippe hi, qui & potũ & corpora amant, & poſtquam his potiti fuerint, ſatietatem ſument, quam qui divitiarum inſanis amoribus flagrant. Quocir- E ca illos noſtra oratione effingere neceſſe fuit, quod non facile ſit, neque in promptu illorum documentum: hujus autem peſtis multa poſſumus exempla afferre. Num, quæſo te, idcirco lamentaris, & luges filium tuum, quod hac tanta veſania, tamq; deſperato morbo liber evaſit? quod hoc irremediabili inſanoq; amore caruit? quod bello hoc, & pugna manſit immunis? At id nunquam paſſus ille fuiſſet, inquies, neque plura concupiſſet: verum his, quæ haberet, contentus, nihil inquiſiſſet amplius. A Rem quidem dicis impoſſibilem, ipſique (ut ita dixerim) naturæ contrariam. Verum ſi iſtud quoque concedamus fieri potuiſſe, ut ea eſſet moderatione animi, ut his quæ haberet, nihil vellet adjicere, nec ullo unquam ejuſmodi deſiderio caperetur: ego ſic quoque illum majori modo in quiete ac voluptate commorari docebo. Quid enim levius aut trãquillius eſſe cenſebimus, tantiſne, tantarũq; rerum curis implicari, ejuſmodiq; cuſtodiæ, ac ſervituti obnoxiũ & obſtrictũ fieri, quotidieq; ſollicite metue- B re, ne quid rei familiaris pereat: an vero his curis atque vinculis omnino expediri? Nam etſi ſarcinas alias non appetat, ut interim id concedamus: nonne multo melius, multoq; præſtantius eſt, jã impoſitas abjicere, quã ab eis ipſis opprimi? Deniq; ſi, ut in cõfeſſo eſt, maximum bonũ dicitur, plurimis non indigere, minimiſque contentum eſſe: neceſſitate omni celſiorem evadere, majoris profectò felicitatis erit. Is enim, qui neque ſitit unquam, neq; amat (nihil enim me prohibet rurſus ad eadem exempla redire) C multo profectò beatior, multoq; glorioſior eſſe mõſtratus eſt, non modo eis, qui ſemper ſitiunt, ac ſemper amant; ſed eis quoq;, qui quantumlibet parum id paſſi ſunt, ſuæque concupiſcentiæ ſatisfecerunt, cum ipſe nunquã ejuſmodi neceſſitati ſe ſubdiderit. Percontabor autem te rurſus, ſi divitiis ultra omnes eminere, cunctiſque eis malis eximi, quæ ſolent illæ parere, liceret: ergone non incredibiliter optares ea pace ac tranquillitate frui, ut non invidiam, non calumnias, non inſidias, non curas, D non quicquam aliud ejuſmodi ab ullo prorſus hominum paterēris, aut pati formidares? Quod ſi filium tuum hæc omnia habere monſtravero, atque longe etiam eſſe ditiorem: deſineſq; tandem te lamentis ac ſuſpiriis adeo amaris conficere, tamque diris gemitibus abſtinebis? Nempe abſolutũ eum curis illis ac malis reliquis, quæ ſolent opes è veſtigio ſubſequi, ne tu quidem ipſe negabis. Id circo nec nos ad te de ea re verba facere neceſſe eſt. Studes autem id magis addiſcere, quonam modo ille dives ſit, E ac te ipſo qui tam multa poſſides, longe opulentior: hoc ego modo te docebo, oſtendamq; te ſi illi compareris, id pati, quod illum pati arbitraris, atque extrema in paupertate degere.

Nec modo me cœleſtia bona perſecuturum putes, quæ nobis CAP. V. poſt hujus exceſſum vitæ reddenda ſunt: ex his, quæ ſunt in manibus, quæ tenentur, te interim docebo. Nempe enim tu eorum tantum, quæ poſſides, dominus es: ille vero omnium, quæ ſunt in toto orbe terrarum. Sin vero tu minus credis, age te ad illum adducamus, perſuadeamus, ut de monte deſcendens, magis autem illic reſidens, alicui ex his qui & divites valde, & religioſi ſunt, mandet, ſibi mittat auri pondus, quantum ipſe vis; ſive

ſive quia iſtud non pateretur, illi vel illi indigenti dare jubeat: videbis divitem illum ſibi devotius, alacrius, promptius obedientem, quam faceret nutu tuo quivis ex diſpenſatoribus tuis. Nam hic quidem cum aliquid jubetur impendere, mœrens, triſtis, demiſſus id facit: contra ille cum non impenderit, tunc demum maxime trepidat, atque anxius eſt, ne fortè in aliquo offenderit, quòd ſibi ejuſmodi nihil imperetur. Atque ego plurimos tibi poſſem oſtendere, non modo ex eis, qui excellentiores ſunt; verum ex humilioribus quoque, qui tanta hac poteſtate ſunt prædíti. Atqui tu ſiquidem villici tui, ſibi credita, male abſumſerint, alium non habes à quo petas; verum illorum perverſitate ex divite continuo pauper efficeris: at filius tuus nil ejuſmodi metuit. Sive enim ille, cui prius imperaverat, divitiis excidat, imperabit alteri: ſive is quoque aliquid tale paſſus fuerit, ad alterum ſe convertet. Prius denique deficient fontium latices atque ſiccabuntur, quam qui nato tuo non obtemperet imperanti. Quod ſi nobiſcum in religione concordares, enarraſſem tibi profectò multas ac longas, novaſq; & veteres ejuſmodi hiſtorias: verum quia te Gentilem profiteris, Gentiliumq; doctrinis acquieſcis, ne hinc quidem exempla deerunt. Audi denique apud Platonem quid ad Socratem loquatur Crito: "Tibi quidem ſunt meæ pecuniæ, ut equidem reor, ſatis multæ: ſin vero tu, quod mei curam geras, id circo re mea tibi abſtinendum cenſes: at hi qui adſtant, ſuam quiſque impendere parati ſunt. Intulit quippe in hoc ipſũ pecuniam ingentem Simmias Thebanus: paratus eſt Cebes quoque, alii item permulti: itaque ut antea dicebam, noli ullo horum metu laceſſi; tuamque ſalutem quin tuearis, negligere. Neque vero id quod paulo ante in judicio dicebas, moleſtiam tibi ullam, aut curam pariat, quod ſcilicet profectus à nobis, non haberes, quo te ipſum verteres. Multis enim & aliis in locis, quocunque tu tandem proficiſcare, amabunt te, atque obſervabunt plurimi. Sin autem volueris & in Theſſaliam pergere, ſunt mihi plerique illic hoſpites, qui & te plurimi facient, & tutum ab omni injuria præſtabunt: ſic ut nihil tibi in Theſſalia deſit." Quid hac opulentia jucundius dici poſſit, aut gratius? Verum iſta quidem, ut ad hominem ſeculo obnoxium ſunt dicta: quòd ſi ſubtilius atque diligentius nati tui opes diſcutere velimus, tu quidem fortaſſe non aſſequêris intellectu, quæ dicimus, ea tamen ad judices neceſſariò dicenda ſunt. Tantæ enim ſunt virtutis opes atque copiæ, adeoque quam veſtræ dulciores atque amæniores: ut qui has habuerint, nunquam eas velle poſſint cum univerſa terra commutare, ne ſi illa quidem aurũ fiat cum mari & fluminibus, & montibus. Ac ſi fieri id poſſet, didiciſſes profectò experimento, quòd non jactantiæ & levitatis verba loquimur; ſed majores quoque illi, copioſioresq; divitias negligerent ac ſpernerent, ut eas poſſent adipiſci, & nunquam prorſus iſtis illas commutarent. Et quid ego dico commutarent? Nec cum illis quidem has habere vellent. Et certè ſi quis vobis unà cum pecuniis virtutis conferret opes, obviis eas ſupiniſque manibus ſuſciperetis. Adeo ipſi quoq; eas divitias & magnas & admirabiles eſſe confitemini. Contrà, iſti nec cum ſuis, quidem opes veſtras habere dignabuntur adeo rem eſſe contemptibilem ac penitus abjectam norunt: atque hoc ipſum rurſus exemplis veſtris perſpicuum faciam. Quantum enim pecuniarum Alexandrum Diogeni daturum fuiſſe putas, ſi quidem ille voluiſſet accipere? Sed ille noluit. At ille nixibus totis contendebat, cunctaque moliebatur, ut ad hujus divitias propius accederet.

CAP. IV. Viſne aliunde quoque & tuam in opiam, & nati tui copias cognoſcere? proficiſcere ad illum, ejuſque pallium quod ſolum habet, illi aufer. Educ item ex cellula, atque ipſum ejus tugurium deſtrue, ne ſic quidem illum indignantem, aut dolore aliquo commotum penitus videbis: verum aget tibi gratias, idque tanto magis, quanto illum ad philoſophiam amplius impellis. Abs te vero ſi quis vel decem drachmas tulerit, ingemiſcere, flere, lamentarique non deſines. Uter ergo dives exiſtimandus eſt, uter beatus? iſne qui vel minimis mordetur, an qui mortalia cuncta ſimul deſpicit? Neque id tantum facias quod dixi, verum omni quoq; illũ provincia deturba, videbis lætum, hilarem, atque ita ridentem, ac ſi ludens puſio ſe feriret. Te ſi quis vel ſola patria & genitali ſolo exturbet, acerbiſſima perpeſſum conquereris, neque eam calamitatem ferre poteris. Enimverò ille, quippe terræ mariſque dominus, ita facile, ſicque ſine mœrore & gemitu migrabit ad alia, ut facis tu cum per agros tuos incedis, quin longe etiam facilius. Nam tibi etſi per tua licenter incedis, tamen per aliena quoque neceſſario incedendum eſt: at vero terram ille omnem ut propriam obambulat, eique potum undique largiſſimum ſuppetunt ſtagna, fontes, amnes: cibum vero & olera, & virentes herbæ, multiſque ex locis panes advecti ſuppeditant. Nondum enim id dico, quòd terram ipſam omnem aſpernatur, habens in cœlo civitatem. Sin autem ipſi moriendum fuerit, lætius atque jucundius feret obitum, quàm vos delicias veſtras: atque ita mori magis optabit peregre, quam vos in patria & lecto.

A μᾶλλον δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἀνέξεται, δοῦναι δὲ τῷ δεῖνα δεομένῳ κελευέτω, καὶ προθυμότερον ὄψει τὸν πλουτοῦντα ὑπακούοντα, καὶ ἐκκομίζοντα, ἢ τῶν οἰκονόμων τινὰ τῶν σῶν. οὗτος μὲν γὰρ ὅταν ἀναλίσκειν κελεύηται, κατηφής τέ ἐστι καὶ σκυθρωπός. ἐκεῖνος δὲ, ὅταν μὴ ἀναλίσκῃ, τότε δέδοικε μή ποτε προσκεκρουκὼς ᾖ, ἅτε τοιοῦτον ἐπιταττόμενος οὐδέν. καὶ πολλοὺς ἐπιδεῖξαι ἔχω οὐ τῶν εὐδοκίμων τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐτελεστέρων, τοσαύτην ἔχοντας δύναμιν. καὶ σὺ μὲν ἂν οἱ οἰκονόμοι ἀναλώσωσι B τὰ πιστευθέντα, οὐκ ἔχεις ἀπαιτῆσαι ἕτερον. ἀλλ' εὐθέως σοι εἰς πενίαν ὁ πλοῦτος μεταπεσεῖται ὑπὸ τῆς κακουργίας ἐκείνων· παρὰ δὲ τῷ παιδὶ τῷ σῷ, οὐκ ἔστι τοῦτο δέος. ἂν γὰρ οὗτος γένηται πένης, ἐπιτάξει πάλιν ἑτέρῳ· κἂν ἐκεῖνος πάθῃ τι τοιοῦτον, ἐφ' ἕτερον μεταβήσεται, καὶ τὰς τῶν ὑδάτων πηγὰς πρότερον ἐπιλιπεῖν εἰκὸς, ἢ τὸν ταῦτα ὑπακουσομένων τινά. καὶ εἰ μὲν τὰ ἡμέτερα ἐφρόνεις, διηγησάμην ἄν σοι πολλὰ καὶ μεγάλα διηγήματα. ἐπεὶ δὲ C τὰ Ἑλλήνων πρεσβεύεις, οὐδὲ ἐκεῖθεν ἀπορήσω τῶν παραδειγμάτων. ἄκουσον γὰρ τί πρὸς τὸν Σωκράτην ὁ Κρίτων φησί. σοὶ δὲ ὑπάρχει τὰ ἐμὰ χρήματα, ὡς ἔγωγε οἶμαι ἱκανά· ἔπειτα δὲ καὶ εἴ τι ἐμοῦ κηδόμενος οὐκ οἴει ἀναλίσκειν τἀμὰ, ξένοι οὗτοι ἐνθάδε ἕτοιμοι ἀναλίσκειν. εἰσκεκόμικε δὲ ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἀργύριον ἱκανὸν Σιμμίας ὁ Θηβαῖος. ἕτοιμος δὲ καὶ Κέβης, καὶ ἄλλοι πολλοί. ὥστε, ὅπερ ἔλεγον, μὴ ταῦτα φοβούμενος ἀποκάμῃς σῶσαι σαυτὸν, μήτε ὃ ἔλεγες ἐν D τῷ δικαστηρίῳ δυσχερές σοι γενέσθω, ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ἐξελθὼν, ὅ,τι χρῷο σαυτῷ. πολλαχοῦ μὲν γὰρ καὶ ἄλλοσε ὅποι ἂν ἀφίκῃ, ἀγαπήσουσί σε. ἐὰν δὲ βούλῃ εἰς Θετταλίαν ἰέναι, εἰσὶν ἐμοὶ ἐκεῖ ξένοι, οἵ σοι περὶ πολλοῦ ποιήσονται, καὶ ἀσφάλειάν σοι παρέξονται. ὥστε σοι μηδὲν ἐλλείπειν τῶν κατὰ Θετταλίαν. τί ταύτης τῆς εὐπορίας ἥδιον; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς πρὸς ἄνδρα βιωτικόν· εἰ δὲ φιλοσοφώτερον αὐτὸν τὸν πλοῦτον ἐξετάζειν ἐθέλοιμεν, σὺ μὲν ἴσως οὐ παρακολουθήσεις τῷ E λόγῳ· ἐμοὶ δὲ ἀναγκαῖον διὰ τοὺς δικάζοντας εἰπεῖν. τοσοῦτος γὰρ ὁ τῆς ἀρετῆς πλοῦτός ἐστιν, οὕτως ἡδίων, οὕτω ποθεινότερος τοῦ παρ' ὑμῖν, ὡς μηδ' ἄν ποτε ἐθελῆσαι τοὺς ἔχοντας αὐτὸν τὴν ἅπασαν γῆν, εἰ χρυσὸς γένοιτο μετὰ τῶν ὀρῶν, καὶ τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν ποταμῶν ἀντ' ἐκείνου λαβεῖν. καὶ εἴγε ἦν δυνατὸν τοῦτο γενέσθαι, ἔμαθες ἂν ἀπὸ τῆς πείρας αὐτῆς, ὡς οὐκ ἀλαζονείας τὰ ῥήματα, ἀλλὰ πολλῷ πλείω καὶ μείζω εὑρόντες καταφρονήσουσιν ἐκείνου, καὶ οὐκ ἄν ποτε αὐτὸν ἀλ- A λάξαιντο τούτου. καὶ τί λέγω ἀλλάξαιντο; οὐδὲ μετ' ἐκείνου μὲν οὖν λαβεῖν αὐτὸν ἕλοιντο ἄν· καίτοι ὑμῖν εἴ τις ἐδίδου τὸν τῆς ἀρετῆς πλοῦτον μετὰ τῶν χρημάτων, ὑπτίαις ἂν ἐδέξασθε χερσίν. οὕτως ὁμολογεῖτε μέγαν τινὰ ἐκεῖνον, καὶ θαυμαστόν· οὗτοι δὲ οὐκ ἂν ἕλοιντο τὸν ὑμέτερον μετὰ τοῦ οἰκείου· οὕτως ἴσασιν, ὅτι πρᾶγμά ἐστιν εὐκαταφρόνητον· καὶ τοῦτο πάλιν ἀπὸ τῶν ὑμετέρων παραδειγμάτων ποιήσω φανερόν· πόσα γὰρ οἴει χρήματα τὸν Ἀλέξανδρον τῷ Διογένει, εἴγε ἤθελε δέξασθαι, B δοῦναι ἄν; ἀλλ' οὐκ ἠθέλησεν· ἐκεῖνος δὲ ἐφιλονείκει, καὶ πάντα ἔπραττε, ὥστε δυνηθῆναί ποτε ἐπὶ τὸν πλοῦτον ἐλθεῖν τὸν τούτου.

Βούλει δὲ καὶ ἑτέρωθεν σὺ τὴν πενίαν ἰδεῖν, καὶ τοῦ παιδὸς τὴν εὐπορίαν τοῦ σοῦ; ἐκεῖ νῦν ἄπελθε, καὶ ἀφελοῦ αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον, ὅπερ ἔχει μόνον, καὶ τῆς καλύβης ἐξάγαγε, καὶ κάθελε τὸ καταγώγιον, καὶ οὐδὲ οὕτως ὄψει δυσχεραίνοντα, οὐδὲ ἀλγοῦντα, ἀλλά σοι καὶ χάριν εἴσεται τούτων, ὅσον πρὸς φιλοσοφίαν πλέον ὠθεῖς αὐτόν· σὺ δὲ ἄν τις δέ- C κα δραχμὰς ἀφέληται μόνον, θρηνῶν, καὶ ὀδυρόμενος οὐ διαλείψεις ποτέ. τίς οὖν εὔπορος, ὁ τοῖς μικροῖς δακνόμενος, ἢ ὁ πάντων τῶν ὄντων καταφρονῶν; καὶ μὴ τοῦτο ποιήσῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς χώρας ἁπάσης ἀπέλασον, καὶ ὄψει γελῶντα ἐπὶ τούτοις, καθάπερ ἐπὶ παιδίου παίζοντος. σὲ δὲ ἂν τῆς πατρίδος ἀπελάσῃ τις μόνον, τὰ δεινότατα πείσῃ, καὶ οὐδὲ οἴσεις τὴν συμφοράν. ἐκεῖνος δὲ ἅτε πάσης τῆς γῆς οὔσης αὐτοῦ καὶ τῆς θαλάσσης, οὕτως εὐκόλως καὶ ἀλύπως ἐφ' ἕτερα μεταστήσεται, καθάπερ σὺ διὰ τῶν οἰκείων ὁδεύων ἀγρῶν· D μᾶλλον δὲ καὶ εὐκολώτερον. σοὶ μὲν γὰρ εἰ καὶ διὰ τῶν σῶν βαδίζειν ἔξεστιν, ἀλλ' ὅμως καὶ δι' ἀλλοτρίων ἀνάγκη· ἐκεῖνος δὲ διὰ πάσης τῆς αὐτοῦ πορεύσεται γῆς· καὶ ποτὸν μὲν αὐτῷ πάντοθεν δαψιλῶς παρέχουσι λίμναι, καὶ ποταμοὶ, καὶ πηγαί. τροφὴ δὲ αὐτῷ λάχανα, καὶ βοτάναι, καὶ ἄρτοι δὲ πολλαχόθεν. οὔπω γάρ σοι λέγω, ὅτι καὶ τῆς γῆς ἁπάσης καταφρονεῖ, πόλιν ἔχων τὸν οὐρανόν, κἂν τελευτῆσαι δέῃ, τῆς τρυφῆς ὑμῶν ἥδιον οἴσει τὴν τελευτὴν, καὶ εὔξεται οὕτως ἀπο- E θανεῖν μᾶλλον, ἢ ὑμεῖς ἐπὶ τῆς πατρίδος, καὶ τῆς εὐνῆς·

ὥστε

ὥστε καὶ πλάνον, καὶ φυγάδα, καὶ ἀλήτην τὸν πόλιν ἔχοντα, καὶ οἰκίαν οἰκοῦντα, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνον εἴποι τις ἂν τὸν πάντων τούτων ἀπηλλαγμένον. οὔτε γὰρ τῆς πατρίδος αὐτὸν ἐξαγαγεῖν δυνήσῃ, ἕως ἂν μὴ ἐξαγάγῃς τῆς γῆς ἁπάσης. τέως γὰρ οὕτως εἰρήσθω. ἐπεὶ κατὰ τὸν ἀληθῆ λόγον, τότε μάλιστα αὐτὸν εἰς τὴν πατρίδα ἀποπέμψεις, ὅταν ἀπὸ τῆς γῆς ἐξαγάγῃς· ἀλλ' οὔπω τοῦτο πρὸς σὲ τὸν οὐδὲν πλέον τῶν ὁρωμένων εἰδότα. οὐδὲ γυμνὸν δεῖξαι δυνήσῃ, ἕως ἂν τὰ τῆς ἀρετῆς ἱμάτια περικείμενος ᾖ· οὔτε λιμῷ διαφθερεῖς, ἕως ἂν εἰδῇ τὴν ὄντως τροφήν· ἀλλὰ πᾶσι τούτοις οἱ πλουτοῦντες εἰσὶν ἁλώσιμοι. ὥστε καὶ κατὰ τοῦτο οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι τούτους μὲν πένητας προσειπὼν, καὶ σφόδρα πένητας, εὐπόρους δὲ ἐκείνους ἀκριβῶς. ὁ γὰρ καὶ τροφῆς, καὶ ποτοῦ, καὶ οἰκίας, καὶ ἀναπαύσεως πανταχοῦ δυνάμενος εὐπορεῖν, καὶ οὐ μόνον μὴ ἀλύων, ἀλλὰ καὶ ἥδιον ἐν τούτοις, ἢ ὑμεῖς ἐν τοῖς ὑμετέροις διάγων, εὔδηλον ὅτι πάντων ὑμῶν τῶν πλουτούντων ἐστὶν εὐπορώτερος τῶν ἐπὶ τῆς οἰκείας μόνης τούτων δυναμένων εὐπορεῖν. ὅθεν οὐδὲ πενίαν οἶδεν ἐκεῖνος θρηνῆσαί ποτε.

Οὐδὲ γὰρ τῇ ἀφθονίᾳ μόνον οὗτος ὁ πλοῦτος βελτίων, οὐδὲ τῇ ἡδονῇ, ἀλλὰ καὶ τὸ, ἀνάλωτος εἶναι, καὶ εἰς πτωχείαν μὴ μεταβαλεῖν ποτε, μηδὲ ἐπικεῖσθαι τῷ τοῦ μέλλοντος ἀδήλῳ, μηδὲ φροντίδας ἔχειν, μηδὲ βασκανίᾳ χειροῦσθαι, ἀλλὰ θαῦμα, καὶ ἔπαινον, καὶ εὐφημίαν κεκτῆσθαι πᾶσαν· καίτοιγε ἐφ' ὑμῶν τοὐναντίον ἐστὶν ἰδεῖν. οὐ γὰρ μόνον ὑμᾶς οὐκ ἐπαινοῦσι διὰ τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ καὶ μισοῦσι, καὶ ἀποστρέφονται, καὶ βασκαίνουσι δὲ ὑμῖν, καὶ ἐπιβουλεύουσιν οἱ πολλοί· οὗτος δὲ ἐπειδὴ πλουτεῖ πλοῦτον ἀληθῆ, διὰ τοῦτο θαυμάζεται μάλιστα, καὶ διὰ τοῦτο οὐ φθονεῖται, οὐδὲ ἐπιβουλεύεται. ἀλλ' ἄρα πρὸς ὑγίειαν τίς ἐπιτηδειότερος; οὐχ ὁ μὲν ἐκεῖνον ἔχων καθάπερ τὰ ἄγρια τῶν ζώων εὐσωματεῖ, καὶ σφριγᾷ, ἅτε ἀέρος ἀπολαύων καθαροῦ, καὶ ναμάτων ὑγιεινῶν, καὶ ἀνθῶν, καὶ λειμώνων, καὶ εὐωδίας εἰλικρινοῦς, οὗτος δὲ, ὥσπερ ἐν βορβόρῳ κείμενος, μαλακώτερός τέ ἐστι, καὶ μᾶλλον ἐπίνοσος; εἰ δὲ ἐν ὑγιείᾳ τὰ πρωτεῖα παρὰ τούτῳ, δηλονότι καὶ ἐν ἡδονῇ. τίνα γὰρ οἴει μᾶλλον τρυφᾶν, τὸν ἐπὶ βαθείας κατακεκλιμένον πόας, παρὰ πηγὴν καθαρὰν, ὑπὸ σκιὰν δένδρων ἀμφιλαφῶν, καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἑστιῶντα τῇ θέᾳ, καθαρωτέραν ἔχοντα τοῦ οὐρανοῦ τὴν ψυχὴν, καὶ ταραχῆς, καὶ θορύβου πόρρω καθήμενον, ἢ τὸν ἐν οἰκίσκῳ κατακεκλεισμένον; οὐ γὰρ δὴ τοῦ ἀέρος τὰ μάρμαρα καθαρώτερα. οὐδὲ τῆς σκιᾶς τῆς ἀπὸ τῶν δένδρων ἡ ἀπὸ τῆς ὀροφῆς ἡδίων· οὐδὲ ἡ ψηφὶς ἐδάφους ἄνθεσι καλλωπιζομένου ποικίλοις. καὶ τούτων αὐτῶν ὑμεῖς οἱ πλουτοῦντες μάρτυρες, οἷς ἔγε ἐνῆν ἐπὶ τῶν ὑπερῴων δένδρα ἔχειν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν λειμώνων παραμυθίαν, μᾶλλον ἂν εἴχετε τῆς στέγης τῆς χρυσῆς, καὶ τῶν τοίχων τῶν θαυμαστῶν. ὅταν γοῦν ἐκ πολλῶν πόνων πρὸς ἄνεσιν ἑαυτοὺς ἀφεῖναι ἐπιθυμήσητε, ταῦτα ἀφέντες, πρὸς ἐκεῖνα βαδίζετε. ἀλλ' ὑπὲρ δόξης ἴσως θρηνεῖς, τῆς πολλῆς ἐκείνης, καὶ μεγάλης, οὐδαμοῦ φαινομένης ἐνταῦθα; τὰ γὰρ βασίλεια τῇ ἐρημίᾳ παραβάλλων, καὶ τὰς ἐλπίδας τὰς ἐκεῖθεν τοῖς ἐντεῦθεν, ἐξ αὐτοῦ οἴει τοῦ οὐρανοῦ καταπεπτωκέναι τὸν υἱόν. οὐκοῦν τοῦτο δεῖ πρῶτον μαθεῖν. ὡς οὔτε ἡ ἐρημία ἄτιμον ποιεῖ, οὔτε λαμπρὸν καὶ περιφανῆ τὰ βασίλεια, καὶ πρὶν ἐπὶ λογισμοὺς ἐλθεῖν ἐκ παραδειγμάτων σε ἀπαλλάξω τῆς ὑποψίας, παραδειγμάτων οὐ τῶν παρ' ἡμῖν, ἀλλὰ τῶν ὑμετέρων. Διονύσιον ἴσως ἀκούεις τὸν Σικελίας τύραννον, ἀκούεις δὲ καὶ Πλάτωνα τὸν Ἀρίστωνος. τίς οὖν εἰπέ μοι λαμπρότερος γέγονε; τίς δὲ ᾄδεται καὶ ἐν τοῖς τῶν πολλῶν κεῖται στόμασιν; οὐχ ὁ φιλόσοφος τοῦ τυράννου μᾶλλον; καίτοι ὁ μὲν τῆς τε Σικελίας ἁπάσης ἐκράτει, καὶ ἐν τρυφῇ διῆγε, καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ πλούτου, καὶ τῶν δορυφόρων, καὶ τῆς ἄλλης φαντασίας διετέλεσε ζῶν· ὁ δὲ ἐν τῷ τῆς Ἀκαδημίας κήπῳ διέτριβεν ἄρδων τε, καὶ φυτεύων, καὶ ἐλαίας ἐσθίων, καὶ εὐτελῆ παρατιθέμενος τράπεζαν, καὶ πάσης ἐκείνης τῆς φαντασίας ἐκτὸς ὤν. καὶ οὐ τοῦτό πω θαυμαστόν· ἀλλ' ὅτι καὶ δοῦλος γενόμενος, καὶ κατὰ τὴν τοῦ τυράννου γνώμην ἀπεμποληθεὶς, τοσοῦτον ἀπέσχεν ἀτιμότερος ἐκείνου φανῆναι διὰ ταῦτα, ὡς καὶ αὐτῷ τῷ τυράννῳ ἐκ τούτου φανῆναι αἰδέσιμος. τοιοῦτόν ἐστιν ἀρετή· οὐ δι' ὧν ἐργάζεται μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ὧν πάσχει κακῶς, οὐχ ἑαυτὴν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ποιοῦντας οὐκ ἀφίησι κρύπτεσθαι, καὶ λανθάνειν. τί δὲ ὁ τούτου διδάσκαλος Σωκράτης; πόσῳ Ἀρχελάου λαμπρότερος ἦν; καίτοι ὁ μὲν βασιλεὺς ἦν, καὶ ἐν πολλῷ πλούτῳ διῆγεν. ὁ δὲ ἐν Λυκείῳ διέτριβε, καὶ ἑνὸς ἱματίου πλέον εἶχεν οὐδέν· καὶ τοῦτο μόνον καὶ χειμῶνος, καὶ θέρους, καὶ ἐν πάσαις ταῖς ὥραις τοῦ ἔτους περιβεβλημένος ἐφαίνετο· ἀνυπόδετός τε ἔζη διαπαντὸς, καὶ ἄσιτος ἅπασαν διεκαρτέρει τὴν ἡμέραν,

A Sicque ille erit plane vagus, fugitivus, palabundus, qui urbem incolit, & domum habet, non qui his omnibus liber evaſit. Neque enim illum unquam de patria poteris educere, niſi ex terra prius univerſa propuleris. Ita enim interim loquamur. Nam ut veriſſima ratione conſtat, tunc eum maxime in patriam reduces, cum e terra penitus deduxeris: verum id nondum ad te loquemur, neque ſic agemus tecum, qui nihil eis, quæ videntur, amplius noſti. Neque vero nudum B eum poteris oſtendere, donec amictus fuerit virtutis indumentis: neque fame unquam perimes, quamdiu qui ſit verus cibus, agnoverit. Cæterum his omnibus divites capiuntur facile, atque perturbantur. Itaque iſta quoque ratione non peccabit, qui hos quidem pauperes ac prorſus inopes dixerit, illos vero etiam ad omnem copiam locupletes. Nam cui cibus & potus, & domus, & requies ubique ſuppetit, nec modo in ejuſmodi non ingemiſcit, aut mœret; verum etiam quam vos in veſtris C jucundius degit: liquet prorſus eum vobis omnibus divitibus eſſe ditiorem, qui iſta in ædibus veſtris tantum invenire poteſtis. Quocirca nec inopiam ille unquam lugebit.

CAP. VI.

Neque vero iſta victus facilitate, & copia, & voluptate tantum divitiæ iſtæ præſtantiores ſunt; verum ob hoc ipſum quoque, quod neque capi adverſis ullis poſſunt, neque in paupertatem aliquando decidere, neque ſubjectæ ſunt incertis ullis caſibus, neque curis anguntur, neque livore capiuntur; ſed D admirationem omnem & laudes ac famam præſtantiſſimam merentur. Atqui in vobis contraria his penitus aſpicimus. Non modo enim vos non laudant divitiarum gratia; verum hac maxime ex cauſa & oderunt, & execrantur, & invident vobis atque inſidiantur plurimi: hic verò quod veris divitiis beatus ſit, idcirco ſummæ admirationi omnibus eſt, nec propterea invidia vel inſidiis ullis appetitur. Porrò ad ſanitatem uter E aptior? nonne qui virtuti ſtudet, ejuſque divitiis beatus eſt, agreſtium inſtar animantium viget, ac vegeto corpuſculo eſt: quippe qui & puriſſimo fruitur aëre, & ſaluberrimis undis, & pratis, & floribus, & odore integerrimo atque gratiſſimo: hic vero veluti in cœna jacens, & mollior eſt & imbecillior & morbis omnibus magis obnoxius? Sin autem in ſanitate primas iſtè partes tenet, liquet profectò quod & in voluptate. Utrum enim tu magis exiſtimas in deliciis degere, eumne qui ſuper viridi ac- A cumbit atque altiſſima herba, pone fontem limpidiſſimum, ſub umbra denſarum comantiumque arborum, oculoſque paſcit obtutu, puriorem ipſo cœlo nitidioremque animum poſſidens, ab omniumque rerum perturbatione ac tumultu longiſſimè remotus, an vero eũ qui domi incluſus manet? Profectò enim nec nitenti aëre puriora ſunt marmora, nec umbra tecti frondeis umbris eſt gratior, nec lapilli ulli vel lateres ſolo variis veſtito floribus amœniores: atque horum omnium vos divi- B tes teſtes eſtis, qui ſi fieri poſſet, in ipſis tectis habere arbores cupitis, & prata, & penſiles hortos horumque ſolatia profectò malletis, quam aurea tecta parieteſque mirabiles. Denique quoties ex laboribus in requiem relaxare animos cupitis, his omnibus omiſſis, ad illa properatis. Verum tu fortaſſe pro gloria quereris ingenti illa atq; ſingulari, quaſi nuſquam hic locum habere videatur. Regiam enim ſolitudini conferens, atque ſpem rei utriuſq; componens, è cœlo ipſo filiũ tuũ decidiſſe arbitraris. Id igitur in primis oſtendendum & docendum, ut neque C ſolitudo faciat ignobilem, neq; regia clarum & illuſtrem: atq; antequam ad rationes veniamus, exemplis iſtis hac te ſuſpicione liberabo, exempliſque potiſſimum veſtris. Dionyſium fortaſſis accepiſti Siciliæ tyrannum, audiſti & Platonem Ariſtonis filium. Uter igitur inſignior fuit, aut clarior? uter ubique canitur ac per cunctorum ora celebratur? Nonne philoſophus tyranno amplius? atqui ille quidem inſulæ totius potiebatur, atq; in deliciis degebat, ingentibus copiis, lictorũ agminibus ſtipatus, D reliquo quoque cum apparatu regio diutius dixit: hic autem Academiæ in hortis morabatur, plantans, inſerens, aquas irriguas ducens, oleaſque comedens: ac viliſſimam apponens menſam, omnique ſplendore regii illius apparatus immunis. Quod cum ſit profectò mirabile, id omnino mirabilius eſt, quod ſervus effectus, atque ad tyranni ſententiam venditus, intantum abfuit ut illo propterea aut abjectior appareret aut vilior, ut ipſi quoq; tyranno ex hoc viſus ſit veneratione dignus. Adeo virtus non ex E his modo, quæ geſſerit; ſed ex his quoque, quæ perpeſſa fuerit, non ſeipſam, non eos denique, qui eam exercent, permittit occultari, ac eſſe incelebres. Quid vero præceptor ejus Socrates? quantò is Archelao fuit illuſtrior, & glorioſior? at ille in plurimis opibus ingentique gloria & ſplendore degebat: hic autem morabatur in Lyceo, nihilque præter unum pallium habebat, quo & hyberno & æſtivo tempore, omnibuſque horis anni utebatur, nudis ſemper pedibus incedens, ac ſine cibo toto die perſeverans, panemque

panemque tantummodo in cibum ſumens, atque is erat ei & A
pulmentum, & eſculentum: nec iſtam quidem menſam ex re-
bus ſuis, ſuaque ex domo apponebat; ſed ab aliis accipiebat.
Sicque cum ſumma paupertate vitam degens, adeo rege ipſo
fuit illuſtrior, ut cum enim ille frequenter ad ſe invitaret, nolue-
rit Lyceo dimiſſo ad illius opes proficiſci. Et ex ea quoque
quæ nunc obtinet, exiſtimatione, quid potius, quid excellen-
tius ſit apparet. Namque horum quidem nomina & celeberri-
ma ſunt, & plurimis nota: illorum vero obſcura, & ferè om- B
nibus ignota. Diogenes vero rurſus hic alius philoſophus
tanto & his & ejuſmodi aliis innumeris regibus opulentior fuit,
pannis vilibus amictus, ut cum Alexander Philippi filius exer-
citum in Perſas duceret, omnibus dimiſſis ad illum pergeret vi-
ſendum, rogaretque cominus per ſeipſum, ullane re indigeret,
& an aliquid juberet. Cui ille nihilo ſe egere reſpondit. Num
jam exemplorum ſatis habes, an vis alia quoque memoremus?
Nempe iſti non modo his, qui in regia inſignes ſunt; ſed ipſis C
quoque regibus fuere clariores, quod ſimplicem, quod priva-
tam, quod quietam vitam delegere atque nunquam ad rempu-
blicam ſe conferre voluerunt. Sed enim ipſa quoque reipublicæ
adminiſtratione, ſi diligenter inſpicias, non illi eminent aut ex-
cellunt, qui divitiis ac deliciis, rerumque omnium copia ſti-
pati degunt; verum qui in paupertate & vilitate vitam ab omni
faſtu alienam ducunt. Nam apud Athenienſes Ariſtides ille,
quem etiam mortuum ſepelivit civitas, Alcibiade, (cum is opi- D
bus, deliciis, generis nobilitate, orationis vi & copia, corpo-
ris ſpecie & robore, cæteriſque ejuſmodi vinceret.) tanto fuit
inſignior, quanto vili aliquo puſione philoſophus mirabilis.
Apud Thebanos vero Epaminondas, cum in concionem voca-
retur, ac propterea, proficiſci non valeret, quòd veſtem laviſſet,
nec aliam haberet qua operiri poſſet: cunctis, qui eo convene-
rant, ducibus inſignior ac ſpectatior fuit. Non ergo ſolitudi-
nem in medium adducas, aut regiam. Neque enim in locis clari- E
tudo, ſplendor, & gloria, non in veſtimentis, non in dignitate,
neque potentia; ſed in virtute tantum animi & philoſophiæ ſtu-
diis conſiſtit.

CAP. VII. Clariorem nunc eſſ. filium Chriſtiani patris monachum.

Verum quia exempla fortaſſis apud te non uſque adeo vim
atque authoritatem habent: age jam ex ipſo filio tuo rem iſtam
diſcutiamus diligenter. Inveniemus illum ſanè non modo cla-
riorem eſſe nunc, quàm fuiſſet domi: verū ex illis ipſis rebus eā
claritatem aſſecutum, quibus illum tu & vilem eſſe, & ignobi- A
lem exiſtimas. Nam ſi vis perſuadebimus illi de monte deſcen-
dere, atque in forum irrumpere. Aſpicies protinus totius
civitatis in illum ora converti, cunctoſque invicem ſibi eum
demonſtrantes, ſumma admiratione ac ſtupore & gaudio reple-
tos, velut Angelus aliquis de cœlo deſcenderit: an vero aliud
quippiam videtur eſſe gloria? Certe non eis modo, qui in regia
verſantur; ſed ipſo quoque qui diademate ornatus eſt, profe-
cto erit illuſtrior, idque aſſequetur ob indumenta illa viliſſima, B
atque conſciſſa. Nunquam enim ita miraculo ac ſtupori omni-
bus fuiſſet, ſi veſtibus operiretur auratis, ſi ipſam purpuram
denique, ipſamque geſtaret capiti impoſitam coronam, ſi ſtra-
tis inſideret ſericis, aureoque curru mulorum officio invehere-
tur, aurata lictorum turba comitatus, ut modo eſt ſqualore ac
ſordibus obſitus, craſſoque amictus indumento, nullo à latere
comitatus aſſecla, nudiſque pedibus incedens. Regi namque
illi apparatus & ſolemnes ſunt & conſtituti legibus ac more de- C
finiti, atque adeo nemo regem admiratur, quod veſtem induat
auream. Non modo enim non miramur; verum ſi quis id ad-
mirans dixerit, ridemus: quippe qui nihil novum, nihil mirabi-
le locutus ſit. At ſi quis de filio tuo verba faciat, utque irriſe-
rit paternas opes, omnemque ſeculi gloriam dederit pesſum,
omnique mundana ſpe celſior evaſerit, atque ad ſolitudines
commigrans tunica vili, conſciſſa ac putri ſe induerit: ſi hæc,
inquam, ille de filio tuo proſequatur, prorſus continuo concur- D
rent omnes, applaudentque, atque laudabunt ejus magnitudi-
nem animi tantam & tam illuſtrem. Contrà cum reges innu-
meris quotidie maledictis impetantur, nihil aureæ veſtes quò
minus id fiat, terrori ſunt: tantum abeſt, ut illæ eos venerabi-
les reddant. Hic autem ex ipſis quoque indumentis plurimas
occaſiones habet admirationis & laudis. Iſte igitur amictus
multo magis ipſum ſpectatum illuſtremque facit, quam faceret
regius. Siquidem ex illo nemo regem admiratur, ex hoc ita E
indutum omnes & venerationi & ſtupori habent. Dices quid mi-
hi emolumenti confert opinio vulgi? quid tandem hæ laudes
præſtant? Nempe gloria nihil aliud eſt. Sed hujus, inquies,
amore non teneor, honores magis & potentiam cupio. At hi qui laudant, prorſus honorabunt quoque: ſin vero tu & potentiam &
regimen deſideras, ea nihilominus ut priora omnia, apud iſtos reperiemus eſſe præſtantiora, quàm apud vos: atq; cum eam rem exem-
plis confirmare facilo poſſemus, ad eum probationis modum, qui te maxime ſolari poſſit, venire malumus, hujuſq; rationis documenta

A ἄρτον τε ἐσιτεῖτο μόνον, καὶ τοῦτ' ἦν αὐτῷ ὄψον, καὶ σιτίον. καὶ οὐδὲ
ταύτην οἴκοθεν παρετίθετο τὴν τράπεζαν. ἀλλὰ παρ' ἑτέρων λαμ-
βάνων, οὕτως ἐσχάτῃ συνέζη πενίᾳ. καὶ τοσοῦτον ἦν τοῦ βασιλέως λαμ-
πρότερος, ὡς πολλάκις αὐτοῦ καλοῦντος ἐκείνου πρὸς ἑαυτὸν, μὴ
θελῆσαι τὸ Λύκειον ἀφεῖναι, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου πλοῦτον ἐλθεῖν. καὶ
ἀπὸ τῆς δόξης δὲ τῆς κρατούσης νῦν, καὶ τὰ πρότερα φαίνεται. τούτων
μὲν γὰρ τὰ ὀνόματα πολλοῖς γνώριμα, ἐκείνων δὲ, οὐδενί. ὁ δὲ Σινωπεὺς
B πάλιν ἕτερος οὗτος φιλόσοφος τούτου καὶ τούτων, καὶ ἑτέρων
μυρίων τοιούτων βασιλέων εὐπορώτερος ἦν, καὶ ῥάκια ῥακίοις συ-
ζῶν, ὡς τὸν Φιλίππου τοῦ Μακεδόνα στρατιὰν ἐπὶ Πέρσας ἄγοντα,
πάντα ἀφέντα, ἰδόντα αὐτὸν ἀπελθεῖν, καὶ ἐρέσθαι δι' ἑαυτοῦ, μή τι-
νος δέοιτο, καὶ εἴ τι κελεύοι· αὐτὸν δὲ οὐδὲν ἀπαγγεῖλαι. ἆρ' ἀρκεῖ σοι τῶν
παραδειγμάτων ἅλις, ἢ βούλει καὶ ἑτέρων ἐπιμνησθῶμεν. οὗτοι γὰρ
οὐχὶ τῶν ἐν βασιλείοις μόνον λαμπρῶν, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ βασιλεύοντος
C γεγόνασι λαμπρότεροι, τὸν ἰδιωτικὸν ἑλόμενοι βίον, καὶ ἀπράγμονα,
καὶ πολιτείας οὐδὲ ἐγγὺς βουληθέντες ἐλθεῖν. καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ
πολιτείᾳ, οὐκ ἐκείνους ὄψει λαμπροὺς τοὺς ἐν πλούτῳ, καὶ τρυφῇ,
καὶ περιουσίᾳ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν πενίᾳ, τοὺς ἐν εὐτελείᾳ, τοὺς ἐν ἀτύφῳ
ζῶντας βίῳ. παρὰ μὲν Ἀθηναίοις Ἀριστείδης, ὃν καὶ τελευτήσαντα
ἡ πόλις ἔθαψε, καὶ πλούτῳ, καὶ γένει, καὶ τρυφῇ, καὶ δυνάμει λό-
γων, καὶ ῥώμῃ σώματος, καὶ εὐμορφίᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν Ἀλκι-
D βιάδου κρατοῦντος τοσοῦτον λαμπρότερος ἦν, ὅσον παιδίου τινὸς
εὐτελοῦς φιλόσοφος θαυμαστός· παρὰ δὲ Θηβαίοις Ἐπαμινώνδας
ἄνθρωπος εἰς ἐκκλησίαν καλούμενος, καὶ διὰ τοῦτο μὴ δυνά-
μενος ἐλθεῖν, ἐπειδὴ αὐτοῦ τὸ ἱμάτιον ἔτυχε πλυνόμενον· καὶ ἕτε-
ρον περιθέσθαι οὐκ εἶχε, πάντων τῶν γινομένων αὐτόθι στρατηγῶν ἐπι-
σημότερος ὤν. μὴ τοίνυν μοι τὴν ἐρημίαν εἴπῃς, μηδὲ τὰ βασίλεια.
οὐ γὰρ ἐν τόποις τὰ τῆς λαμπρότητος, καὶ τῆς περιφανείας, οὐδὲ ἐν ἱμα-
E τίοις, οὐδὲ ἐν ἀξιώμασιν, οὐδὲ ἐν δυναστείᾳ, ἀλλ' ἐν ἀρετῇ ψυχῆς, καὶ
φιλοσοφίας μόνον.

Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ παραδείγματα οὐ τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν, ἀπ' αὐ-
τοῦ τοῦ σοῦ παιδὸς ποιήσομαι τὴν ἐξέτασιν. εὑρήσομεν γὰρ αὐτὸν οὐ μόνον
λαμπρότερον ὄντα νῦν, ἀλλὰ καὶ δι' ἐκεῖνα τιμιώτερον, δι' ἅπερ ἄ-
τιμον εἶναι φῄς, καὶ εὐτελῆ· εἰ γὰρ βούλει πείσαντες αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ὄ-
ρους κατελθεῖν, πείσωμεν καὶ εἰς ἀγορὰν ἐμβαλεῖν, καὶ ὄψει πᾶσαν
A ἐπιστρεφομένην τὴν πόλιν, καὶ ὑποδεικνῦντας αὐτὸν ἅπαντας, καὶ
θαυμάζοντας, καὶ ἐκπληττομένους, ὡς ἀγγέλου τινὸς ἐξ οὐρανοῦ πα-
ραγινομένου νῦν, ἢ ἕτερόν σοι τὰ τῆς δόξης τι εἶναι δοκεῖ; οὐ γὰρ δὴ τῶν
ἐν βασιλείοις ἔσται περιφανέστερος μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ τὸ διά-
δημα περικειμένου, διὰ τὰ ἱμάτια ἐκεῖνα τὰ εὐτελῆ καὶ κατατε-
τριμμένα. οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἅπαντας ἐξέπληττε χρυσοφορῶν, μᾶλ-
λον δὲ καὶ ἁλουργίδα, καὶ αὐτὸν τὸν στέφανον περικείμενος ἐπὶ τῆς κε-
B φαλῆς, καὶ τοῖς σηρικοῖς ἐπικαθήμενος στρώμασι, καὶ ὑπὸ τῶν ἡμι-
όνων ἑλκόμενος, καὶ τοὺς χρυσοφοροῦντας δορυφόρους ἔχων, ὡς νῦν ῥυ-
πῶν, καὶ αὐχμῶν, καὶ παχὺ περιβεβλημένος ἱμάτιον. καὶ μηδένα
ἀκολουθοῦντα ἐπαγόμενος, καὶ ἀνυπόδετος ὤν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ τὰ
τοῦ βασιλέως νόμοις τε ὥρισται, καὶ τῆς συνηθείας ἐστί· καὶ διὰ ταῦτα,
κἂν εἴποι τις θαυμάζων τὸν βασιλέα, ὅτι στολὴν περιβέβληται χρυ-
σῆν, οὐ μόνον οὐ θαυμάζομεν, ἀλλὰ καὶ γελῶμεν τὸ λεχθὲν, ὡς οὐδὲν
C ἔχον παράδοξον· περὶ δὲ τοῦ παιδίου τοῦ σοῦ ἂν ἀνελθών τις ἀπαγγέλλῃ,
ὅτι πλούτου καταγελάσας τοῦ πατρικοῦ, καὶ τὴν βιωτικὴν καταπατή-
σας φαντασίαν, καὶ τῶν κοσμικῶν ἐλπίδων ἀνώτερος γινόμενος,
πρὸς τὴν ἐρημίαν μετέστη, καὶ χιτωνίσκον σαπρὸν ἐνέδυ, καὶ φαῦλον,
πάντες εὐθέως δραμοῦνται, καὶ θαυμάσουσι, καὶ κροτήσουσιν ὑπὲρ τῆς
μεγαλοψυχίας αὐτοῦ. καὶ τῶν μὲν βασιλέων μυρία κατηγορου-
μένων, οὐδὲν τὰ ἱμάτια προστήσεται τὰ χρυσᾶ. τοσοῦτον ἀπέχει θαυ-
μαστοὺς δεῖξαι ὄντας αὐτούς. οὗτος δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἱματίων πολλὰς
D ἔχει τοῦ θαυμάζεσθαι τὰς ἀφορμάς, ὥστε αὕτη ἡ στολὴ τῆς βασιλικῆς
μᾶλλον αὐτὸν ἀποβλεπτότερον ἀπέφηνε, καὶ περιφανῆ. ἐκεῖ δι' ἐκεί-
νην μὲν οὐδεὶς βασιλέα ἐθαύμασε, διὰ δὲ ταύτην ἅπαντες τὸν περι-
κείμενον ἐκπλαγήσονται. καὶ τί μοι, φησὶ, τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας
Τί οὖν; πόλιν οἰκοῦντα, καὶ οἰκίαν καὶ γυναῖκα ἔχοντα οὐκ ἔνι σωθῆναί φησι; μάλιστα μὲν οὐχ εἷς σωτηρίας τρόπος, ἀλλὰ πολλοὶ, καὶ διάφοροι. καὶ τοῦτο λέγει μὲν ἀορίστως ὁ Χριστὸς, πολλὰς εἶναι μονὰς ἀποφαινόμενος παρὰ τῷ πατρί. λέγει δὲ μετὰ διορισμοῦ τινος ὁ Παῦλος, οὕτω γράφων· ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης, καὶ ἄλλη δόξα ἀστέρων· ἀστὴρ γὰρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. οἱ μὲν ὡς ἥλιος λάμψουσιν, οἱ δὲ ὡς σελήνη· οἱ δὲ ὡς ἀστέρες. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη τῆς διαφορᾶς, ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις πολλὴν δείκνυσιν εἶναι τὴν διαλλαγὴν, καὶ τοσαύτην, ὅσην ἐν ἀριθμῷ τοσούτῳ συμβαίνειν εἰκός. ἀστὴρ γάρ, φησιν, ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ. ἐννόησον τοίνυν ἀπὸ τοῦ ἡλιακοῦ μεγέθους πρὸς τὸν ἔσχατον πάντων ἀστέρα ὁδεύων, πόσους ἀξιωμάτων βαθμοὺς καταβαίνειν εἰκός. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, εἰ μὲν εἰς βασίλεια τὸν υἱὸν ἄγεις, ἅπαντα ποιεῖν τε καὶ πάσχειν, κἀκεῖνον ἀναπείθειν ὁμοίως, ὥστε αὐτὸν ἐγγὺς ποιῆσαι τοῦ βασιλέως, καὶ μηδὲν ὅλως ὑπολογίζεσθαι, μὴ δαπάνην, μὴ κίνδυνον, μὴ θάνατον αὐτόν·

CAP. V.
Num ſalvi fieri poſſint qui verſantur in ſeculo.

Quid igitur? is qui civitatem habitat, qui domum habet & uxorem, ſalvus eſſe non poterit? Primum quidem non una ſalutis via, nec unus modus eſt; verum permulti, ac differentes. Quod quidem Chriſtus indefinitè dicit, *cum multas eſſe apud patrem manſiones aſſerit.* Paulus vero ſub diſtinctione quadam idem loquitur, ſic ſcribens: *Alia claritas ſolis: alia lunæ, & alia ſtellarum: ſtelláque item à ſtella differt in claritate.* Quod autem dicit, ejuſmodi eſt: *Alii quidem fulgebunt ſicut ſol, alii ut luna, & alii ut ſtella.* Nec iſta differentia contentus, majorem longe varietatem intulit, tantámque, quantam in tanto ſtellarum numero contingere par eſt. *Stella enim*, inquit, *à ſtella differt in claritate.* Diligenter igitur perpende, per quod dignitatum ac meritorum gradus deſcendes, ſi à ſolis magnitudine ad ultimam & minimam ſtellarum devolvaris. Perquam igitur iniquum & indignum eſt, ſi filium tuum ad regiam & ad regem introducens, ut ipſum familiariſſimum regi chariſſimúmq; conſtituas, omnia & facis & pateris, cunctáque moliris, nihil penitus, dum id aſſequaris, omittens aut ſubterfugiens, non ſumptus, non pericula, non ulla incommoda, non mortem ipſam denique: cœle-

Joh. 14, 2.
1. Cor. 15, 41.

cœleſtis vero militiæ,cœleſtiumq; munetum optione propoſita,
non doleas,neq; lamenteris.ſi extremum ſortiatur locum, ſitque
omnium noviſſimus? Verum hoc ipſum altius inſpiciamus. fie-
rine poſſit. ut qui in mediis ſeculi curis ac negociis verſatur, vel
extremus electorum eſſe dignus habeatur. Paulus quidē de hu-
jusmodi brevem ſententiam tulit, *eosq; qui habent uxores, non ali-
ter ſalvos eſſe poſſe declaravit, quam ſi eas ita haberent tanquam nō*
1 Cor. 7, 29. *habentes, mundoq; iſto non abuterentur.* Nos autem, ſi placet, id
quoq. paulo altius ac diligentius intueamur. Poteſne ipſe gloria-
ri, filium tuum vel te admonente didiciſſe, vel à ſeipſo fuiſſe con-
ſpicatum, quòd is, qui jurat, etſi non ſine ratione juret, in Deum
peccare convincitur? Quid vero? Num illud didicit abs te, quòd
is, qui memoriam injuriarum retinet. ſalvus eſſe non poteſt? *Viæ
enim*, inquit, *illorum qui non obliviſcuntur injurias in mortem.* An
fortè id abs te audivit. quod maledicum ita dehoneſtavit Deus,
Math. 5. ut ipſa quoq; ſcripturæ ſacræ lectione prohiberet? Quid vero?
Nunquid hoc illi proteſtatus es, quòd ſuperbum & injurioſum
de cœlis dejecit, ac gehennæ tradidit ignibus? Num illud tandem
eum docuiſti, quod qui impudicis tantum oculis aſpicit, tan-
quam qui conſummarit adulterium, ſit puniendus? At vero
leve iſtud ut videtur, promptumq; delictum judicare proximos,
graviſſimis cruciatibus afficiendum, ut fugeret, eum aliquando
monuiſti, Chriſtiq; de hujusmodi conſtitutas leges illi unquam
legiſti? Fortaſſe ne tu quidem, quænam iſta ſint noſti: quonam
ergo modo poterit ea filius perficere, quorum nec pater ipſe, qui
illum erudire debuerat, leges novit? Atq; utinam hoc tantum
culpa eſſet, nihil utile parentes liberis conſulere, poſſet id, etſi ſit
graviſſimum, aliqua fortaſſe ratione tolerari: nunc vero illos ad
ea, quæ ſaluti ſuæ ſunt adverſiſſima omni ſtudio impellitis: de-
niq; audias patres, cum liberos ſuos ad ſtudia literarū hortantur,
hujusmodi verba illis jugiter inſuſurrare: Ille, inquit, humilis hu-
miliq; loco natus, quia dicendi facultatē conſecutus eſt, ſummos
magiſtratus, maxima imperia adminiſtravit, opes acquiſivit in-
gentes, uxorem accepit divitē, conſtruxit præclaras ædes, omni-
bus terrori eſt, ſummaq; in gloria verſatur. Alius rurſus: Ille, in-
quit, Latina lingua eruditus, in regia clariſſimus eſt, cunctaq; in-
tus ipſe adminiſtrat. Alius item alium in medium adducens pro-
ponit ad imitandum, cunctiq; penitus inſignes & claros in ſeculo
viros memorant: cœleſtis vero converſationis, cœleſtiumq; bo-
norum nulla omnino fit mentio. Cæterum ſi quis aliquid ejus-
modi memorare voluerit, ut qui cuncta pervertat, ita rejicitur,
exagitatur, affligitur. Cum ergo hac doctrina teneros illorum
Avaritia & ſuperbia duo mala graviſſima animos imbuitis, atq; hiſce verbis rudes adhuc aures excantatis,
profecto nihil eos aliud. quàm materiam malorum omnium
docetis, duos iſtos illis violentiſſimos amores inferentes, pecu-
niarum ſcilicet, & qui longe pernicioſior eſt, leviſſimæ atq; ina-
niſſimæ gloriæ: horum vero cum ſeorſim quilibet cuncta per-
vertere vi ſua ſufficiat, quid tandem ambo facturi exiſtimantur,
ſi ſimul coēant. ſicq; in juvenis animū irruant molliſſimum atq;
tenerrimum? Nonne veluti torrentes quidam conjuncti, bona
ſimul omnia corrumpunt & perimunt, tantum ſpinarum, tan-
tum arenæ numerum, tantamq; materiæ vim intus congeren-
tes, ut animum illum ſterilem, bonorumq; omnium infœcun-
dum faciant? Qua in re ipſi quoq; externæ philoſophiæ authores
nobis teſtimonio ſunt. Alterum enim horum vitiorum non con-
junctum; ſed ſeparatum ac ſolum, unus quidem arcem, alius
verò caput malorum appellavit Sin vero ſeparatum arx malo-
rum, & caput eſt: quid tandem erit, ſi alterum quoq; ſibi acceſ
ſerit, immanius longe, atq; potentius, gloriæ ſcilicet inſanus a-
mor, atq. cum illo violenter irruens firmiſſimis radicibus nita-
tur, juvenisq; occupet animum? Quis jam ejusmodi impetum
poterit obtundere, quis eam perniciem reſtringere, cum præci-
pue parentes cuncta ea & faciant & moliantur, non quibus hæc
iniquiſſima germina vellantur; verum quibus firmiora & ſoli-
diora fiant? Quis igitur adeo ſtultus, atq; amens ſit, quin ita im-
buti & inſtructi deſperet ſalutem? Boni conſulendum fuerit, ſi
anima, quæ ita contrariis rebus imbuta ſit, perniciem extremam
poſſit evadere. Cum vero præterea undique illiciant pecunia-
rum præmia, ubique ſcelerati homines ad imitandum propo-
nantur: quænam jam ſalutis ſpes relinquitur? Qui enim pecu-
niæ amore rapiuntur, invidi quoq;, nequam, multùm jurantes,
perjuri, temerarii, audaces, maledici, fures, inverecundi, impu-
dentes, ingrati, mala deniq; omnia ſint neceſſe eſt. Atq. horum
1 Tim. 6, 10. omnium teſtis fideliſſimus eſt beatus Paulus, *qui radicem o-
mnium vitæ malorum pecuniæ immodicam cupiditatem eſſe ait.*
Math. 6, 24. Quod ipſum Chriſtus antea manifeſtaverat, *cum impoſſibile eſ-
ſe aſſeveret, eum ſervire Deo, qui illi vitio eſſet obnoxius.* Cum igi-
tur initio juvenis ad hanc ſtatim adducatur ſervitutem, quando jam liber eſſe. quando undarum moles poterit evadere, cun-
ctis impellentibus atque mergentibus, extremoque in ſubmerſionis periculo illum ſtatuentibus? Nam ſi nullo perturbante,

A περὶ δὲ τῆς ἐν τοῖς οὐρανοῖς στρατείας προκειμένης ἡμῖν τῆς σκέψεως,
μὴ ἀλγεῖν, εἰ τὸν ἔσχατον λάβοι τόπον, καὶ πάντων ὕστατος γένοιτο;
πλὴν ἀλλ' εἰ δοκεῖ, καὶ αὐτὸ τοῦτο ἴδωμεν, εἰ δυνατὸν τὸν ἐν μέσῳ στρε-
φόμενον ταύτην γοῦν τὴν λῆξιν λαβεῖν. ὁ μὲν γὰρ μακάριος Παῦ-
λος ἀπεφήνατο ἐν βραχεῖ περὶ τούτου, καὶ τοὺς τὰς γυναῖκας "
ἔχοντας οὐκ ἔφησεν ἄλλως δύνασθαι σώζεσθαι, πλὴν εἰ μὴ οὕτως "
αὐτὰς ἔχοιεν ὡς οὐκ ἔχοντες, καὶ τῷ κόσμῳ μὴ παραχρῶντο."
B ἡμεῖς δὲ αὐτὸ, εἰ βούλει, καὶ τῷ λόγῳ ἐπέλθωμεν. ἔχεις οὖν εἰπεῖν,
ὅτι ἢ σοῦ συμβουλεύοντος ἤκουσεν ὁ υἱὸς, ἢ ἀφ' ἑαυτοῦ συνεῖδέ πο-
τε, ὅτι τὸν ὀμνύντα, κἂν εὐορκῇ, προσκρούειν εἰς Θεῷ; τί δὲ ὅτι τὸν
μνησικακοῦντα σωθῆναι οὐκ ἔνι; ὁδοὶ γάρ, φησι, μνησικάκων "
εἰς θάνατον. ἀλλ' ὅτι τὸν κατήγορον οὕτως ἠτίμασεν ὁ Θεὸς, ὡς καὶ "
τῆς ἀναγνώσεως ἀπεῖρξαι τῶν θείων λογίων; τί δὲ ὅτι τὸν ἀλαζόνα, καὶ
ὑβριστὴν ἐξέβαλε τῶν οὐρανῶν, καὶ τῷ τῆς γεέννης παρέδωκε πυρί;
C τί δὲ ὅτι τὸν ἀκολάστοις ἐνορῶντα ὀφθαλμοῖς, ὡς ἀπηρτισμένον οὕ-
τως ἐκόλασε μοιχόν; ἀλλὰ τὸ πρόχειρον τοῦτο πᾶσιν ἁμάρτημα,
τὸ κρίνειν τοὺς πλησίον, καὶ χαλεπωτέραν ἐπισπᾶσθαι τὴν κόλα-
σιν, παρῄνεσάς ποτε φυγεῖν, καὶ τοὺς τοῦ Χριστοῦ περὶ τούτων κει-
μένους νόμους ἀνέγνως αὐτῷ, ἢ οὐδὲ οἶδας, ὅτι ποτὲ ταῦτά ἐστι;
πῶς οὖν αὐτὰ δυνήσεται κατορθοῦν ὁ υἱὸς, ὧν οὐδὲ τοὺς νόμους οἶδεν ὁ
μέλλων αὐτὸν διδάξειν πατήρ; καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινὸν, τὸ
D μηδὲν τῶν χρησίμων συμβουλεύειν αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἂν τοσοῦτον ἦν·
νυνὶ δὲ αὐτοὺς καὶ πρὸς τἀναντία ὠθεῖτε. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι τῶν πα-
τέρων ἐστὶν ἀκοῦσαι διαλεγομένων πρὸς τοὺς παῖδας, ὅταν αὐτοὺς
παρακαλῶσιν ὑπὲρ τῆς τῶν λόγων σπουδῆς, ἀλλ' ἢ ταυτὶ τὰ ῥήμα-
τα. ὁ δεῖνα, φησι, ταπεινὸς, καὶ ἐκ ταπεινῶν τὴν ἀπὸ τῶν λόγων
κτησάμενος δύναμιν, ἦρξε μεγίστας ἀρχὰς, πλοῦτον ἐκτήσατο
πολὺν, γυναῖκα ἔλαβεν εὔπορον, οἰκίαν ᾠκοδόμησε λαμπρὰν,
E φοβερός ἐστιν ἅπασι, καὶ ἐπίδοξος. πάλιν ἕτερος· ὁ δεῖνα,
φησι, τὴν Ἰταλῶν γλῶσσαν ἐκπαιδευθεὶς, ἐν τοῖς βασιλείοις ἐστὶ
λαμπρὸς, καὶ πάντα ἄγει, καὶ φέρει τὰ ἔνδον. καὶ ἕτερος ἕτερον
δείκνυσι πάλιν, πάντες δὲ τοὺς ἐπὶ γῆς εὐδοκίμους, τῶν δὲ ἐν τοῖς
οὐρανοῖς, οὐδὲ ἅπαξ τις μέμνηται· ἀλλὰ κἂν μνησθῆναι ἕτερος
ἐπιχειρήσῃ, ὡς πάντα ἀνατρέπων ἐλαύνεται. ὅταν οὖν ἐξ ἀρχῆς
αὐτοῖς ταῦτα ἐπᾴδητε, οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' ἢ τὴν ὑπόθεσιν αὐ-
A τοὺς πάντων διδάσκετε τῶν κακῶν, δύο τοὺς τυραννικωτάτους ἐν-
θέντες ἔρωτας, τὸν τῶν χρημάτων λέγω, καὶ τὸν τούτων παρανομώτε-
ρον, τὸν τῆς δόξης τῆς κενῆς καὶ ματαίας. τούτων δὲ ἑκάτερος, καὶ καθ'
ἑαυτὸν μὲν πάντα ἀνατρέψαι ἱκανός· ὅταν δὲ καὶ ὁμοῦ συνελθόντες
εἰς τὴν τοῦ νέου ψυχὴν ἁπαλὴν οὖσαν ἐμπέσωσι, καθάπερ τινὲς
χείμαρροι συναφθέντες, ἅπαντα διαφθείρουσι τὰ καλὰ, τοσαύ-
την ἄμμον, τοσοῦτον ἐπισυνάγοντες τὸν φορυτὸν, ὡς ἄκαρπόν τε καὶ
B ἄγονον τῶν ἀγαθῶν πάντων ἐκείνων ἐργάσασθαι τὴν ψυχήν. καὶ μαρ-
τυρήσαιεν ἂν ἡμῖν ὑπὲρ τούτων καὶ οἱ τῶν ἔξωθεν λόγοι. τούτων γὰρ τῶν
παθῶν θάτερον, οὐχὶ συνημμένον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑαυτὸ, ὁ μὲν ἀ-
κρόπολιν, ὁ δὲ κεφαλὴν προσεῖπε τῶν κακῶν. εἰ δὲ κεχωρισμένον
ἀκρόπολίς ἐστι, καὶ κεφαλὴ, ὅταν τὸ χαλεπώτερον πολλῷ προσ-
λάβῃ καὶ δυνατώτερον, τὴν δοξομανίαν λέγω, καὶ μετ' ἐκείνου φερό-
μενον ἐμπέσῃ, καὶ ῥιζωθῇ, καὶ προκαταλάβῃ τὴν τοῦ νέου ψυχὴν, τίς
C λοιπὸν ταύτην ἀναμοχλεῦσαι τὴν νόσον δυνήσεται, καὶ μάλιστα ὅταν
καὶ οἱ πατέρες μὴ μόνον ὅπως διασαλευθείη, ἀλλ' ὅπως καὶ πάγια
γένηται τὰ πονηρὰ ταῦτα φυτὰ, καὶ ποιῶσι πάντα, καὶ λέγωσι; τίς
οὖν οὕτως ἀνόητος, ὡς μὴ ἀπογνῶναι τῆς σωτηρίας τοῦ τὰ τοιαῦτα παι-
δευομένου παιδός; ἀγαπητὸν γὰρ τῶν ἐναντίων ἀπολαύσασαν ψυχὴν
διαφυγεῖν πονηρίαν· ὅταν δὲ πανταχοῦ χρήματα τὰ ἔπαθλα ᾖ,
καὶ ἄνδρες ἐναγεῖς εἰς ζῆλον προκείμενοι, ποία σωτηρίας ἐλπίς;
D τοὺς γὰρ χρημάτων ἐρῶντας καὶ βασκάνους, καὶ κακοήθεις, καὶ πολυ-
όρκους, καὶ ἐπιόρκους, καὶ θρασεῖς, καὶ λοιδόρους, καὶ κλέπτας, καὶ
ἀναισχύντους, καὶ ἰταμοὺς, καὶ ἀγνώμονας, καὶ πάντα ἀνάγκη εἶναι
τὰ κακά. καὶ μάρτυς τούτων ἀξιόπιστος ὁ μακάριος Παῦλος,
ῥίζαν τῶν ἐν τῷ βίῳ κακῶν τὴν φιλαργυρίαν εἰπών. καὶ περὶ τούτου "
δὲ ὁ Χριστὸς αὐτὸ τοῦτο ἐδήλωσεν, ἀποφαινόμενος μὴ εἶναι δυνατὸν
τῷ Θεῷ δουλεύειν, τὸν ἐκείνῳ τῷ πάθει δουλεύοντα. ὅταν οὖν ἐξ ἀρ-
E χῆς ὁ νέος ἐπὶ ταύτην ἄγηται τὴν δουλείαν, πότε δυνήσεται γε-
νέσθαι ἐλεύθερος, πότε ἀνασχεῖν τοῦ κλυδωνίου, πάντων ὠθούν-
των, πάντων καταδυόντων, καὶ εἰς πολλὴν τοῦ καταβαπτίζεσθαι
καθιστώντων ἀνάγκην αὐτόν; εἰ γὰρ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος,
εἰ πολλῶν

εἰ πολλῶν ὀρεγόντων χεῖρα ἀναστῆναι δυνηθείη, καὶ διαβλέψαι, καὶ τὴν ἅλμην ἀπονίψασθαι τῆς κακίας, οὐκ ἀγαπητόν; εἰ γὰρ πολλῷ τῷ χρόνῳ ταῖς θείαις ᾠδαῖς ἐπᾳδόμενος ἰσχύσειε τὰ προσπεσόντα ἀπελάσαι νοσήματα, οὐκ ἐπαινεῖν αὐτὸν δεῖ, καὶ στεφανοῦν μυριάκις; δεινὸν γὰρ συνήθεια, δεινὸν κρατῆσαι, καὶ ἑλεῖν ψυχήν, καὶ μάλιστα, ὅταν αὐτὴ μὲν ἡδονὴν ἔχῃ συμπράττουσαν, ἐκείνη δὲ πρὸς ἣν ἐπειγόμεθα, καὶ μεθορμίσασθαι σπεύδομεν, πολλοὺς παρέχῃ τοὺς πόνους ἡμῖν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Θεὸς τῶν Ἑβραίων τοὺς παῖδας, ἐπειδὴ ἔδει τὴν παλαιὰν τῶν κακῶν ἀποθέσθαι συνήθειαν, τῶν ἐν Αἰγύπτῳ λέγω, λαβὼν καταμόνας αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἐρημίας, καὶ τῶν διαφθειρόντων ἀποστήσας, ὡς πορρωτάτω καθάπερ ἐπὶ μοναστηρίου τινὸς διέπλαττεν αὐτῶν τὰς ψυχάς, πᾶσαν ὁδὸν ἰατρείας κινῶν, καὶ τραχυτέραν, καὶ προσηνεστέραν, καὶ οὐδὲν ὅλως παραλιμπάνων τῶν ὀφειλόντων εἰς τὴν θεραπείαν κατασκευασθῆναι τὴν ἐκείνων. καὶ οὐδὲ οὕτως διέφυγον τὴν κακίαν, ἀλλὰ μεταξὺ τοῦ μάννα, κρόμμυα, καὶ σκόροδα, καὶ τὰ ἐν Αἰγύπτῳ πάντα ἐζήτουν κακά. τοσοῦτόν ἐστι συνήθεια κακόν. εἶτα Ἰουδαῖοι μὲν τοσαύτης ἀπολαύοντες ἐπιμελείας, τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ δημαγωγὸν ἔχοντες οὕτως ἄριστον, καὶ γενναῖον, καὶ φόβῳ, καὶ ἀπειλῇ, καὶ εὐεργεσίᾳ, καὶ κολάσει, καὶ παντὶ τρόπῳ παιδαγωγούμενοι, καὶ τοσαῦτα ὁρῶντες θαύματα, οὐκ ἐγένοντο βελτίους· σὺ δὲ τὸν υἱὸν τὸν σὸν νέον ὄντα ἐν Αἰγύπτῳ μέσῃ, μᾶλλον δὲ ἐν μέσῃ τῇ παρατάξει τοῦ διαβόλου στρεφόμενον, οὐδενὸς ἢ χρήσιμον συμβουλεύοντος ἀκούοντα, πάντας ἐπὶ τἀναντία αὐτὸν ἄγοντας ὁρῶντα, καὶ πάντων μᾶλλον τοὺς γεννησαμένους καὶ θρεψαμένους, οἴει δυνήσεσθαι διαδῦναι τὰς τοῦ διαβόλου παγίδας; πόθεν; ἀφ᾽ ὧν σὺ παραινεῖς; ἀλλ᾽ ἐπὶ τἀναντία παρακαλεῖς, φιλοσοφίας μὲν οὔτε ὄναρ μεμνῆσθαι συγχωρῶν, ἄνω δὲ καὶ κάτω τὰ παρόντα βίου καὶ τὰ τούτου στρέφων, μειζόνως κλυδωνίζεσθαι παρασκευάζεις. ἀλλ᾽ οἴκοθεν, καὶ παρ᾽ ἑαυτοῦ; μάλιστα μὲν οὐχ ἱκανὸς ἑαυτὸν ὁ νέος πρὸς τὰ τῆς ἀρετῆς κατορθῶσαι· εἰ δὲ ἄρα τι καὶ τέκοι γενναῖον, ταῖς τῶν λόγων ἐπομβρίαις τῶν παρὰ σοῦ πρὶν ἢ βλαστῆναι ταχέως ἀποπνιγήσεται. ὥσπερ γὰρ σῶμα ὑγιεινῶν μὲν οὐκ ἀπολαῦον σιτίων, τοῖς δὲ νοσώδεσιν ἐντρεφόμενον, οὐκ ἔνι πρὸς μικρὸν γοῦν ἀρκέσαι χρόνον· οὕτως οὐδὲ ψυχὴν τοιαῦτα παιδευομένην, γενναῖόν τι, καὶ μέγα ἐννοῆσαί ποτε, ἀλλ᾽ ἀνάγκη τὴν τοιαύτην ἀσθενοῦσαν, καὶ μαλακιζομένην, καθάπερ τινὶ φθόῃ τῇ κακίᾳ συνεχομένην διηνεκῶς, οὕτως ὕστερον εἰς τὴν γέενναν καταστρέψαι, καὶ τὴν ἀπώλειαν τὴν ἐκεῖ.

Εἰ δὲ μὴ φῂς ταῦτα οὕτως ἔχειν, ἀλλὰ δυνατὸν εἶναι καὶ ἐν μέσῳ στρεφόμενον ταῦτα κατορθοῦντα τῆς ἀρετῆς, καὶ μὴ παίζων, ἀλλὰ σπουδάζων ἀληθῶς ταῦτα λέγεις, μὴ κατοκνήσῃς ἡμᾶς διδάξαι τὸ καινὸν τοῦτο, καὶ παράδοξον μάθημα. οὐδὲ γὰρ βούλομαι πράγματα εἰκῇ τοσαῦτα ἔχειν, οὐδὲ τοσούτων ἀπέχεσθαι μάτην. ἀλλὰ γὰρ οὐ δύναμαι τοῦτο μαθεῖν. οὐ γὰρ ἐᾶτε ὑμεῖς, καὶ δι᾽ ὧν λέγετε, καὶ δι᾽ ὧν ποιεῖτε ἀντιφθεγγόμενοι ταύτῃ τῇ ψήφῳ, καὶ τἀναντία παιδεύοντες. ὥσπερ γὰρ ἐξεπίτηδες ἀπολέσθαι σπουδάζοντες τοὺς υἱούς, οὕτως ἅπαντα κελεύετε ποιεῖν, ἃ τοὺς ποιοῦντας σωθῆναι οὐκ ἔνι. „ὅρα δὲ ἄνωθεν· οὐαί φησι τοῖς γελῶσιν· ὑμεῖς δὲ πολλὰς αὐτοῖς „παρέχετε γέλωτος ἀφορμάς. οὐαὶ τοῖς πλουτοῦσιν· ὑμεῖς δὲ ὅπως „χρηματίσωνται, πάντα πράττετε. οὐαί, ὅταν καλῶς εἴπωσιν „ὑμᾶς πάντες οἱ ἄνθρωποι· ὑμεῖς δὲ καὶ οὐσίας ὁλοκλήρους ὑπὲρ τῆς „τῶν δήμων εὐφημίας ἐκενώσατε πολλάκις. πάλιν δὲ ὁ τὸν ἀδελ„φὸν ὑβρίζων ὑπεύθυνός ἐστι τῇ γεέννῃ. ὑμεῖς δὲ καὶ ἀδρανεῖς εἶναι νομίζετε, καὶ δειλούς, τοὺς σιγῇ τὰς παρὰ τῶν ἑτέρων φέροντας ὕβρεις. μάχης κελεύει, καὶ δίκης καταφρονεῖν ὁ Χριστός. ὑμεῖς δὲ „αὐτοὺς ἐν τούτοις στρέφετε τοῖς κακοῖς διαπαντός. τὸν ὀφθαλμὸν „πολλάκις ἐξορύττειν ἐκέλευσεν, ὅταν βλάπτῃ· ὑμεῖς δὲ τούτους μάλιστα ποιεῖτε φίλους, ὅσοι περ ἂν δύνωνται χρήματα δοῦναι, κἂν τὴν „ἐσχάτην παιδεύσωσι κακίαν. ἐκβαλεῖν γυναῖκα οὐκ ἀφῆκε, „πλὴν ἐπ᾽ αἰτίᾳ μόνῃ πορνείας· ὑμεῖς δὲ ὅταν ἐξῇ χρήματα λαβεῖν, καὶ ταύτης καταφρονεῖν κελεύετε τῆς ἐντολῆς. τὸν ὅρκον „ἀπεῖρξε παντελῶς· ὑμεῖς δὲ ἂν ἴδητε φυλαττόμενον, καὶ γε„λᾶτε. ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, φησιν, ἀπολέσει αὐτήν. ὑμεῖς δὲ „αὐτοὺς πάντοθεν εἰς ταύτην ἐμβάλλετε τὴν φιλίαν. ἐὰν μὴ ἀφῆτε „φησι, τοῖς ἀνθρώποις τὰ παραπτώματα αὐτῶν, οὐδὲ ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφήσει ὁ οὐράνιος· ὑμεῖς δὲ καὶ ὀνειδίζετε, ὅταν τοὺς ἠδικηκότας μὴ θέλωσιν ἀμύνεσθαι, καὶ εἰς τὴν δύναμιν αὐτοὺς ταύτην ταχέως ἐπείγεσθε ἀγαγεῖν. τοὺς δόξης ἐρῶντας πάντα εἰκῇ ποιεῖν ἀπεφήνατο ὁ Χριστός, κἂν νηστεύσωσι, κἂν εὔχωνται, κἂν ἐλεῶσιν

A ſi plurimis porrigentibus manum, exurgere ille atque emergere potuerit, cunctamque perturbationem ac vitiorum amaritudinem diluere: nónne congtatulandum atque congaudendum illi erit? Si, inquam, longo tempore divinis excantatus carminibus, inolitas paſſiones abjicere valuerit: nónne & laudandus millies, & coronandus erit? Dura enim, dura ac penitus acuta & violenta res conſuetudo eſt ad vincendam capiendamque animam, cum in primis iſta voluptatem adjutricem habeat: ea vero virtus, ad quam feſtinamus, & ad quam transferri atque applicari B ſtudemus, ingentes nobis præbeat labores. Quocirca Deus ipſe quoq;, cum Hebræis eorum, quæ in Ægypto didicerant, malorum vetus conſuetudo deponenda eſſet, ſeorſim illos in ſolitudinem quam longiſſime ab illis, à quibus corrumpebantur, abduxit, & tanquam in Monaſterio illorum formabat animos, viam omnem medicinæ & curationis tentans aſperiorem atq; leniorem, nihilq; penitus omittens ex his, quæ viderentur eorum ſa- C lubritati profutura. Et ne ſic quidem vitia illi effugerunt; ſed cum manna cœleſti cibo alerentur, cepas tamen & alia & cætera Ægypti mala præferebant, atque requirebant. Adeo grave malum eſt conſuetudo. Si autem Judæi cum tanta divinæ diligentiæ cura fruerentur, ducemque præſtantiſſimum, & adeo egregium, cui niterentur, haberent, metúque præterea & comminatione & beneficiis & cruciatibus, modis denique omnibus erudirentur, tantáque & tam illuſtria miracula viderent, in nullo meliores e- D vaſerunt: tu filium tuum juvenem in Ægypto media, ſive magis in media dimicatione diaboli verſantem, nullumque, qui quod utile eſſe poſſit, conſulat audientem: cunctos vero ad ea, quæ contraria ſaluti ſunt ſe exhortari inſpicientem, atque eos omnium maxime, qui ſe genuerunt & educaverunt, diaboli laqueos evadere poſſe arbitraris? Unde quæſo? Num ex his, quæ tu illum doces? Atqui tu ad ea, quæ omnino contraria ſaluti ſunt, hortaris, cum Philoſophiæ ne per ſomnium quidem permittis E illum meminiſſe, cunctáque ſeculi iſtius infrà ſupráque volvens commoda maximis fluctibus jactari, ſummiſque in periculis vitæ verſari tuis adhortationibus inducis. Num fortè à ſemetipſo? Maxime quidem juvenis ſibiipſi non ſufficiet ad virtutem conquirendam atque exercendam; ſed & ſi quid ex ſeipſo ſtrenuum atq; illuſtre conceperit, priuſquam id germinet, verborum tuorum perpetuo imbre ſuffocabitur. Ut enim corpus ſi ſalubribus cibis non fruatur, inſalubribuſq; nutriatur, longo tempore ſub- A ſiſtere & durare non poteſt: ita & anima, quæ ejuſmodi doctrinis fuerit imbuta, nihil unquam altum nihil magnum cogitare poterit; ſed ejuſmodi neceſſe eſt languidam & mollem, vitiiſq; velut peſte quadam jugiter inſectam, ita demũ in æternos ignes, atque immortales cruciatus projici. Num. 11.

CAP. VI

Ex prava educatione liberorum in ſeculo oſtendit virtutem eos non doceri.

Sin vero tu iſta non ita ſe habere contenderis, eſſeque poſſibile mediis in rerum perturbationibus virtutem omnem aſſequi, B affirmare perrexeris, ne quæſo pigeat novam hanc atque inauditam nos docere diſciplinam. Nolo enim ſine cauſa, ſi fieri poſſit, tantum mihi negotii aſſumere, nec fruſtra ſeculi læta reſpuere. Sed enim hoc addiſcere non poſſum: neque enim permittitis vos, huic ſententiæ & verbis & operibus contradicentes, atque omnia contraria docentes: veluti enim dedita opera liberos veſtros omni ſtudio perdere curetis, ita univerſa illos facere jubetis, quæ qui faciunt, ſalvi eſſe non poſſunt. Id ſi placet aliquanto altius C conſideremus, cœleſtibus Evangelium vocibus intonans: *Væ*, inquit, *ridentibus*: vos illis quotidie innumeras riſus occaſiones præbetis. *Væ divitibus*: vos contrà, ut illi pecunioſiſſimi fiant, univerſa molimini. *Væ cum vobis benedixerint omnes homines*: vos autem & quidem ſæpe, ut laudes favoreſque populares conſequamini, omne patrimonium effunditis. *Rurſuſque qui fratrem contumeliis affecerit, ſempiternis ignibus obnoxius ſit*: vos autem & imbecilles eſſe putatis, & timidos, qui tacite ſibi illatas D contumelias ferunt. Imperat Chriſtus pugna & ultione abſtinere vitæ cœleſtis æmulos: at vos in ejuſmodi peſtibus illos ſemper enutritis. *Oculum ille, ſi noceat crebro, eruendum jubet*: vos eis maximè amicis utimini, qui pecunias dare ampliſſimas potuerint, etiam ſi ſupremum vitiorum omnium doceant. *Dimittere ille uxorem non permittit, præterquam in ſola cauſa adulterii*: vos autem, modo pecunias accipere ampliores liceat, hoc etiam præceptum ut illi aſpernentur, imperatis. *Juſjurandum ille penitus prohibuit*: E vos ſi quem id ſervare videritis, etiam ridetis. *Qui amat*, inquit, *animam ſuam, perdet eam*. Vos ad hujuſmodi amorem ſemper illos hortamini. *Si non remiſeritis*, inquit, *hominibus peccata illorum, nec pater veſter cœleſtis remittet vobis*: vos quoties eos qui vos injuriis laceſſunt, ulciſci noluerint, ignaviam illis exprobatis, utq; maturè ſe ulciſci poſſint, curam omnem adhibetis. Rurſus gloriæ inanis cupidos cũcta ſine mercedis fructu gerere, ſẽtentia ſua Chriſtus docuit, ſive illi jejunaverint, ſive oraverint, ſive miſeriti fuerint: vos

Luc. 6, 24.

Matt. 5, 29.

Joh. 12, 25.

Matt. 6, 15.

Vos ut frui ea valeant, nihil omittitis. Et quid me neceſſe eſt univerſa perſequi, cum iſta quoque, quæ dicta ſunt, gehennas innumeras inferre idonea ſint, non modo ſi cuncta ſimul coëant; verum & ſeorſim ſingula? Cæterum vos ſimul univerſa congeritis, & imponentes peccatorum onus intolerabile, ita demum in fluvium igneum immittitis. Quando itaque ſervari poterunt qui tanta ferunt igni nutrimenta? Neque iſtud ſolum iniquum & indignum eſt, quòd Chriſti præceptis contraria docetis; verum quòd favorabilibus appellationibus vitia obducitis. Quippe Circenſibus ludis, & reliquis ſpectaculis intereſſe jugiter, urbanitatem & facetias vocatis: divitiis affluere, liberalitatem gloriam amare, magnanimitatem: arrogantiam, confidentiam: prodigalitatem, clementiam: injuſtitiam, fortitudinem eſſe aſſerentes. Tum verò quaſi non hæc ſufficiat decipula, virtutem quoque contrariis nominibus obnubitis, ruſticitatem quidem pudicitiam vocantes: formidinem, modeſtiam: imbecillitatemque, juſtitiam: contemptumque faſtus & gloriæ ſervilis eſſe animi exiſtimantes, malorumque tolerantiam, ignaviam & infirmitatem: tanquam profectò metuentes, ne ſi tandem veram & propriam harum rerum appellationem ab aliis audierint, effugiant ejuſmodi perniciem filii. Neque enim parum confert ad evitationem mali, nudas ipſas & proprias vitiorum proferre appellationes; verum tantum habet momenti & roboris ad eos, qui peccant, feriendos, ut plurimi nonnunquam turpiſſimis flagitiis inſignes, cum id, quod ſint, ſe vocari audiunt, modeſtè ferre non poſſint; ſed ut qui acerbiſſima ſint perpeſſi; ita ſæviunt atque efferantur. Denique ſi quis vel mulierem adulteram, vel ſtupratum puerum ex actu ipſo fœdiſſimo vocaverit, ut qui maximis injuriis affecerit, irreconciliabilis efficitur repentè inimicus. Nec iſtos ſolum; ſed & cupidum quemque, & ebrium & elatum, ac tumidum, omneſque penitus qui grave aliquid peccaverint, videas non tam opere ipſo nefario, multitudiniſque opinione morderi ac dolore, ut appellationibus propriis operum ſuorum. Atque ego complures iſto correptionis genere emendatos novi, factoſque ipſis exprobrationibus moderatiores ac meliores. Verum enim vos iſtud quoque ſolatium, ac remedium ſuſtuliſtis: quodque gravius eſt, quod non verbis tantum; ſed operibus ipſis quoque hæc illis monita datis. dum ædes præclaras inſtruitis, dum emitis precioſiſſimas villas, dum apparatus alios magnificos quæritis, prorſuſque veluti atra quadam nebula illorum animos obnubitis. Unde igitur mihi perſuaderi poterit, ejuſmodi poſſe ſalvos fieri, cum eos omni ſtudio ad illa compelli conſpiciam, quæ qui faciunt, Chriſtus perire omnes apertis vocibus docuit? cum videam vos illorum animas, ut vile aliquid ac ſuperfluum negligere: eorum autem, quæ & ſuperflua re vera & indigna ſunt, veluti ea neceſſaria ſint & principalia, curam gerere ingentem? Nempe enim, ut ſervus, ut equus optimus, veſtiſque precioſiſſima filio ſit, omnia facitis: ut autem ipſe bonus & probus fiat, ne cogitare quidem unquam vultis. Cæterum ad ligna uſque & lapides hoc ſtudium perducitis: animam vero nec minima quidem hujus diligentiæ parte dignam judicatis. Cumque ut in domo ſtatua antiquo opere admiranda conſiſtat, & tecta aurea rutilent, cuncta moliamini: precioſiſſimam omnium ſtatuarum animam, quatenus auream efficiatis, nullam curam gerere vultis.

Cap. VII. In nefandum ſodomiticum invehitur ſcelus, quo juventus corrumpitur.

Atqui nondum ſupremum verticem, & culmen malorum omnium dixi, necdum ſummam totius calamitatis revelavi: quam cum ſæpe dicere inſtituerem, verecundiæ ac ruboris magnitudine ſuperatus deſtiti. Quid vero iſtud eſt? Audendum enim jam, ac dicendum eſt. Nam eſſet profectò incredibilis ignaviæ & imperitiæ, peſtem aliquam reſecare cupientes, ne mutire quidem adverſus illam auderemus, ſilentioque noſtro morbum illum ultro ſanatum iri putaremus. Non itaque ſilebo amplius, etiamſi millies & pudendum mihi & erubeſcendum fuerit. Neque enim medicus cum putredinem exprimere & extergere parat ex vulnere, ferrum manibus arripere devitat, atque in ipſum, ut ita dixerim, vulneris fundum digitos demittere. Et nos itaque, etſi ſit iſta longe gravior & moleſtior putredo, non tamen de hiſce loqui recuſabimus. Quod ergo tandem iſtud malum eſt? Amor quidam novus & nequiſſimus noſtra ætate in noſtrum genus irrupit, & late dominatur: morbus irruit acerbus atque inſanabilis: peſtis teterrima, atque omni pernicie immanior & gravior invecta eſt: ſcelus quoddam novum & intolerabile excogitatum eſt. Non enim ſcriptæ & conſtitutæ modo; verum ipſæ quoque naturæ pervertuntur leges. Nihil jam ferè ad impudicitiæ rationem fornicatio eſſe exiſtimatur. Cæterum ut in doloribus, cum paſſio incumbit violentior, prioris doloris ſenſum omnem ſua magnitudine intercipit: ſic hujus quoque magnitudo flagitii facit, ut quòd ſuapte natura tolerabile non eſt, non videatur eſſe intolerabile, obſcæna ſcilicet cum mulieribus libido. Optandum enim jam votis omnibus videtur, poſſe hujuſmodi retia effugere, periclitaturq; jam ſuperfluus effectus

A ὑμεῖς δὲ ὅπως ταύτης ἐπιτύχωσιν, ἅπαντα πραγματεύεσθε. καὶ τί δεῖ πάντα ἐπιέναι; ὅταν γὰρ καὶ τὰ εἰρημένα μυρίας ἱκανὰ παρασκευάσαι γεέννας ᾖ, οὐχὶ πάντα ὁμοῦ συνελθόντα μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑαυτὸ τούτων ἕκαστον. ὑμεῖς δὲ πάντα ὁμοῦ συμφορήσαντες, καὶ τὸ ἀφόρητον τῶν ἁμαρτημάτων ἐπιθέντες φορτίον, οὕτως εἰς τὸν τοῦ πυρὸς πέμπετε ποταμόν, πότε σωθῆναι δυνήσονται, τοσαύτην κομίζοντες τῷ πυρὶ τὴν τροφήν; καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶ δεινόν, ὅτι τἀναντία τοῖς τοῦ Χριστοῦ παραινεῖτε προστάγμασιν, ἀλλ' ὅτι καὶ προσηγορίαις εὐφήμοις περιστέλλετε τὴν κακίαν, τὸ μὲν ἱπποδρόμοις, καὶ θεάτροις προσκεῖσθαι διαπαντὸς, ἀστειότητα καλοῦντες, τὸ δὲ πλουτεῖν, ἐλευθερίαν, τὸ δὲ δόξης ἐρᾶν, μεγαλοψυχίαν, τὴν δὲ ἀπόνοιαν, παῤῥησίαν, καὶ τὴν μὲν ἀσωτίαν, φιλανθρωπίαν· τὴν δὲ ἀδικίαν, ἀνδρείαν. εἶτα, ὥσπερ οὐκ ἀρκούσης ταύτης τῆς ἀπάτης, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐναντίοις καλεῖτε ὀνόμασιν, ἀγροικίαν μὲν τὴν σωφροσύνην, δειλίαν δὲ τὴν ἐπιείκειαν, ἀνανδρίαν δὲ τὴν δικαιοσύνην ὀνομάζοντες, καὶ τὸ μὲν ἄτυφον, δουλοπρεπές· τὴν δὲ ἀνεξικακίαν, ἀσθένειαν, καθάπερ δεδοικότες μὴ παρ' ἑτέρων τὴν ἀληθῆ τούτων προσηγορίαν ἀκούσαντες, φύγωσι τὴν λύμην οἱ παῖδες. οὐδὲ γὰρ μικρὸν εἰς τὴν τῶν κακῶν ἀποτροπὴν, τὸ γυμνὰς αὐτὰς, καὶ κυρίας τῶν κακῶν προφέρεσθαι τὰς ὀνομασίας· ἀλλὰ τοσαύτην ἔχει τὴν ἰσχὺν πρὸς τὸ πλῆξαι τοὺς ἁμαρτάνοντας, ὡς πολλοὺς πολλάκις ἐπὶ τοῖς αἰσχίστοις ὄντας περιφανεῖς D μὴ φέρειν πρᾴως καλουμένους τοῦτο, ὅπερ εἰσὶν, ἀλλ' ἀγριαίνειν καὶ ἐκθηριοῦσθαι, ὡς τὰ δεινότατα πάσχοντας· τὴν γοῦν ἑταιρηκυῖαν γυναῖκα, καὶ τὸν πεπορνευμένον παῖδα ἂν καλέσῃ τις ἀπὸ τῆς αἰσχίστης πράξεως ταύτης, ἀκατάλλακτος γέγονεν ἐχθρὸς, ἅτε τὰ μέγιστα ἠδικηκώς. καὶ οὐ τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν πλεονέκτην, καὶ τὸν μέθυσον, καὶ τὸν ἀλαζόνα, καὶ πάντας ἁπλῶς τοὺς τὰ δεύτερα ἐργασαμένους ἴδοι τις ἂν οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ πράττειν αὐτὰ, καὶ τῇ παρὰ τῶν πολλῶν δόξῃ δακνομένους καὶ ἀλγοῦντας, ὡς ἐπὶ τοῖς τῶν οἰκείων ἔργων ὀνόμασι. E πολλοὺς δὲ καὶ σωφρονισθέντας οἶδα τούτῳ τῷ τρόπῳ, καὶ γινομένους τοῖς ὀνείδεσιν ἐπιεικεστέρους. ἀλλ' ὑμεῖς καὶ ταύτην ἀνῃρήκατε τὴν παραμυθίαν. καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι οὐ διὰ τῶν ῥημάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν πραγμάτων ταύτην αὐτοῖς ποιεῖσθε τὴν παραίνεσιν οἰκίας οἰκοδομοῦντες λαμπρὰς, ἀγροὺς ὠνούμενοι πολυτελεῖς, τὴν ἄλλην περιβάλλοντες φαντασίαν, καὶ διὰ πάντων πυκνῷ τινι νέφει A συσκιάζοντες αὐτῶν τὴν ψυχήν. πόθεν οὖν δυνήσομαι πεισθῆναι, ὅτι σωθῆναι οἷόν τε τούτους, ὅταν ἴδω πρὸς ταῦτα παρακαλουμένους, ἃ τοὺς ποιοῦντας ὁ Χριστὸς ἀπεφήνατο πάντως ἀπολέσθαι; ὅταν θεάσωμαι τὸ μὲν ψυχῆς αὐτῶν, ὥσπερ τινὸς παρέργου καταφρονοῦντας ὑμᾶς, τῶν δὲ ὄντως περιττῶν, ὡς ἀναγκαίων, καὶ προηγουμένων φροντίζοντας; ὅπως μὲν γὰρ οἰκέτης ἔσται, καὶ ὅπως ἵππος, καὶ ὅπως ἱμάτιον τῷ παιδὶ κάλλιστον, πάντα ποιεῖτε. ὅπως δὲ αὐτὸς γένοιτο καλὸς οὐδὲ ἐννοῆσαί ποτε ἀνέχεσθε· B ἀλλὰ καὶ ξύλον, καὶ λίθον μέχρι τούτου προάγοντες, τὴν ψυχὴν οὐδὲ τοῦ πολλοστοῦ τῆς ἐπιμελείας ταύτης ἀξιοῦτε μέρους. ἀλλ' ἵνα μὲν ἄγαλμα ἐπὶ τῆς οἰκίας ἑστήκοι θαυμαστὸν, καὶ ἡ στέγη γένηται χρυσῆ, πάντα ὑπομένετε· τὸ δὲ πάντων τιμιώτερον ἄγαλμα ἡ ψυχὴ ὅπως γένηται χρυσῆ, οὐδὲ φροντίζειν ἐθέλετε.

Ἀλλ' οὔπω τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν εἶπον, οὐδὲ τὸ κεφάλαιον C ἐξεκάλυψα τῆς συμφορᾶς. πολλάκις μὲν ἐλθὼν εἰπεῖν καὶ ἐρυθριάσας, πολλάκις δὲ καὶ αἰσχυνθείς. τί ποτ' οὖν ἐστι τοῦτο; τολμητέον γὰρ ἤδη, λεκτέον αὐτό. καὶ γὰρ ἀνανδρίας ἂν εἴη πολλῆς, μέλλοντάς τι κακὸν ἐξαιρεῖν, μηδὲ φωνὴν ἀφιέναι τολμᾷν ὑπὲρ αὐτοῦ, ὡς τῆς σιγῆς αὐτομάτως ἰασομένης τὴν νόσον. οὐ τοίνυν σιγήσομεν, κἂν μυριάκις αἰσχύνεσθαι μέλλωμεν, καὶ ἐρυθριᾷν. οὐδὲ γὰρ ἰατρὸς μέλλων σηπεδόνα καθαίρειν, παραιτήσεται μεταχειρίσασθαι σίδηρον, καὶ καθεῖναι δακτύλους εἰς αὐτὸν τοῦ τραύματος τὸν πυθμένα. οὐκοῦν οὐδὲ D ἡμεῖς τὸν ὑπὲρ τούτων λόγον παραιτησόμεθα, ὅσῳ καὶ χαλεπωτέρα ἡ σηπεδών. τί ποτ' οὖν ἐστι τὸ κακόν; ἔρως καινός τις, καὶ παράνομος εἰς τὸν ἡμέτερον εἰσεκώμασε βίον νόσημα ἐπέπεσε χαλεπὸν, καὶ ἀνίατον· λοιμὸς κατέσκηψε πάντων λοιμῶν χαλεπώτερος· καινή τις παρανομία ἐπενοήθη, καὶ ἀφόρητος. οὐ γὰρ οἱ θετοὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ τῆς φύσεως ἀνατρέπονται νόμοι. μικρὸν εἰς ἀσελγείας λόγον πορνεία λοιπόν. καὶ καθάπερ ἐν ταῖς E ὀδύναις τὸ τυραννικώτερον πάθος τοῦ προτέρου τὴν αἴσθησιν ἔκρυψεν ἐπελθὸν, οὕτω καὶ ἡ τῆς ὕβρεως ταύτης ὑπερβολὴ οὐκέτι ἀφόρητον ποιεῖ φαίνεσθαι τὸ ἀφόρητον, τὴν περὶ τὰς γυναῖκα ἀσέλγειαν. ἀγαπητὸν γὰρ εἶναι δοκεῖ τὸ δυνηθῆναι τὰ δίκτυα ταῦτα διαφυγεῖν, καὶ κινδυνεύει λοιπὸν περιττὸν εἶναι τὸ τῶν γυναικῶν γένος τῶν νέων ἀντ'

ἐκείνων

ἐκείνων πάντα τὰ ἐκείνων πληρούντων. καὶ οὔπω τοῦτό πω δεινόν· ἀλλ' ὅτι καὶ μετὰ πολλῆς τολμᾶται τῆς ἀδείας μῦσος τοσοῦτον, καὶ νόμος γέγονεν ἡ παρανομία. οὐδεὶς δέδοικεν, οὐδεὶς τρέμει λοιπόν. οὐδεὶς αἰσχύνεται, οὐδὲ ἐρυθριᾷ· ἀλλὰ καὶ ἐγκαλλωπίζεται τῷ γέλωτι τούτῳ, καὶ μαίνεσθαι δοκοῦσιν οἱ σωφρονοῦντες, καὶ παραπαίειν οἱ νουθετοῦντες· κἂν μὲν ἀσθενέστεροι τύχωσιν ὄντες, συγκόπτονται ταῖς πληγαῖς· ἂν δὲ δυνατώτεροι, χλευάζονται, γελῶνται, μυρίοις πλύνονται σκώμμασιν. οὐδὲν ὄφελος δικαστηρίων, οὐδὲ νόμων, οὐδὲ παιδαγωγῶν, οὐ πατέρων, οὐκ ἀκολούθων, οὐ διδασκάλων. τοὺς μὲν γὰρ ἴσχυσαν διαφθεῖραι χρήμασιν, οἱ δ' ὅπως αὐτοῖς μισθὸς γένοιτο μόνον ὁρῶσι. τῶν δὲ ἐπιεικεστέρων, καὶ φροντιζόντων τῆς τῶν ἐμπιστευθέντων αὐτοῖς σωτηρίας, οἱ μὲν κλέπτονται ῥᾳδίως, καὶ ἀπατῶνται· οἱ δὲ καὶ δεδοίκασι τῶν ἀκολάστων τὴν δύναμιν· ῥᾷον γὰρ ἄν τις ὑποπτευθεὶς ἐπὶ τυραννίδι διασωθείη, ἢ τῶν μιαρῶν ἐκείνων ἀπάγειν πειραθεὶς, τὰς ἐκείνων διαφύγοι χεῖράς ποτε· οὕτω καθάπερ ἐπ' ἐρημίας πολλῆς, ἐν μέσαις ταῖς πόλεσιν ἄρρενες ἐν ἄρσεσι τὴν ἀσχημοσύνην κατεργάζονται. εἰ δέ τινες ταύτας διέφυγον τὰς παγίδας, τὴν γοῦν πονηρὰν τῶν τὰ τοιαῦτα ὑβριζομένων δυσκόλως διαφεύξονται δόξαν. πρῶτον μὲν, ὅτι ὀλίγοι σφόδρα εἰσὶ, καὶ ταύτῃ ῥᾳδίως ἂν τῷ τῶν πονηρῶν κρύπτοιντο πλήθει· δεύτερον, ὅτι καὶ αὐτοὶ οἱ μιαροὶ καὶ ἐναγεῖς ἐκεῖνοι δαίμονες, οὐκ ἔχοντες ἑτέρως ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπεριδόντας αὐτῶν, ταύτῃ σπουδάζουσιν ἀδικεῖν. ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἴσχυσαν καιρίαν δοῦναι πληγὴν, οὐδ' αὐτῆς καθικέσθαι τῆς ψυχῆς, τὸν γοῦν ἔξωθεν αὐτοῖς περικείμενον τρῶσαι κόσμον ἐπιχειροῦσι, καὶ τὴν εὔκλειαν ἅπασαν ἀνελεῖν. ὅθεν καὶ πολλῶν θαυμαζόντων ἤκουσα, πῶς οὐδέπω καὶ τήμερον ὄμβρος ἕτερος κατηνέχθη πυρὸς, πῶς οὐδέπω τὰ τῶν Σοδόμων ἔπαθεν ἡμῶν ἡ πόλις, τοσούτῳ χαλεπωτέρας ἀξία κολάσεως οὖσα, ὅσον μηδὲ τοῖς ἐκείνων ἐσωφρονίσθη κακοῖς· ἀλλὰ καίτοι τῆς χώρας ἐκείνης ἐν δισχιλίοις λοιπὸν ἔτεσι, φωνῆς λαμπρότερον διὰ τῆς ὄψεως πρὸς ἅπασαν βοώσης τὴν οἰκουμένην μηδὲν τοιοῦτον τολμᾶν, οὐ μόνον οὐκ ὀκνηρότεροι περὶ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ ἰταμώτεροι, καθάπερ φιλονεικοῦντες τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τῶν ἔργων δεῖξαι σπουδάζοντες, ὅτι τοσούτῳ τοῖς κακοῖς ἐπιθήσονται τούτοις, ὅσῳ περ ἂν αὐτοῖς μειζόνως ἀπειλῇ· πῶς οὖν οὐδὲν γέγονε τοιοῦτον· ἀλλὰ τὰ μὲν Σοδόμων ἁμαρτήματα τολμᾶται, τὰ δὲ Σοδόμων οὐ γίνεται πάθη; ὅτι πῦρ αὐτοὺς ἕτερον χαλεπώτερον μένει, καὶ κόλασις οὐκ ἔχουσα τέλος. καὶ γὰρ τῶν ὑπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ διαφθαρέντων πολλῷ μιαρώτερα τολμησάντων ἐκείνων, τῶν μετὰ ταῦτα λέγω, οὐδεὶς ἐξ ἐκείνου γέγονεν ὄμβρος τοιοῦτος. κἀνταῦθα δὲ πάλιν αἰτία ἡ αὐτή. ἐπεὶ τίνος ἕνεκεν οἱ μὲν παρὰ τὴν ἀρχὴν γενόμενοι, ὅτε οὔτε δικαστήρια ἦν, οὐδὲ ἀρχόντων ἐπέκειτο φόβος, οὐ νόμος παρῆν ἀπειλῶν, οὐ προφητῶν χορὸς ῥυθμίζων, οὐ προσδοκία γεέννης, οὐ βασιλείας ἐλπὶς, οὐκ ἄλλη φιλοσοφία, οὐ τὰ θαύματα τὰ καὶ λίθους ἀναστῆσαι δυνάμενα· πῶς οὗτοι μὲν οἱ μηδενὸς τούτων ἀπολαύσαντες, ὑπὲρ ὧν ἥμαρτον τοσαύτην ἔδωκαν δίκην· οἱ δὲ πάντων τούτων μετεσχηκότες, καὶ μεταξὺ τοσούτου ζῶντες φόβου, καὶ θείων δικαστηρίων, καὶ ἀνθρωπίνων, οὐδέπω καὶ τήμερον τὰ αὐτὰ ἔπαθον ἐκείνοις, χαλεπωτέρας ὄντες ἄξιοι κολάσεως; ἆρ' οὐχὶ καὶ παιδὶ δῆλόν ἐστιν, ὅτι σφοδροτέρα τηρεῖται δίκη; εἰ γὰρ ἡμεῖς ὀργιζόμεθα οὕτως, καὶ ἀγανακτοῦμεν, ὁ Θεὸς ὁ πάντων μάλιστα τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους κηδόμενος, καὶ τὴν κακίαν σφόδρα ἀποστρεφόμενος, καὶ μισῶν, πῶς ἀνέξεται ταῦτα τολμᾶσθαι ἀτιμωρητί; οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν· ἀλλ' ἐποίσει πάντως αὐτοῖς τὴν χεῖρα τὴν κραταιὰν, καὶ τὴν πληγὴν τὴν ἀφόρητον, καὶ τῶν βασανιστηρίων τὴν ὀδύνην ἐκείνων, οὕτως οὖσαν χαλεπὴν, ὡς τὰ ἐν Σοδόμοις πάθη πρὸς ταῦτα παραβαλλόμενα, παίγνια εἶναι νομίζεσθαι. τίνας γὰρ οὐ παρήλασαν οὗτοι βαρβάρους; ποῖον θηρίων γένος διὰ τῆς ἀναισχύντου μίξεως ταύτης; ἔστιν ἔν τισι τῶν ἀλόγων οἶστρος πολὺς, καὶ ἐπιθυμία ἀφόρητος, μανίας οὐδὲν διαφέρουσα. ἀλλ' ὅμως τοῦτον οὐκ οἶδε τὸν ἔρωτα, ἀλλ' ἕστηκεν εἴσω τῶν τῆς φύσεως ὅρων· κἂν μυριάκις καχλάζῃ, τοὺς τῆς φύσεως οὐκ ἀνατρέπει νόμους. οἱ δὲ λογικοὶ δῆθεν, καὶ θείας ἀπολαύσαντες διδασκαλίας, καὶ τὸ πρακτέον, καὶ τὸ μὴ τοιοῦτον ἑτέροις διαγορεύοντες, καὶ γραμμάτων ἐξ οὐρανοῦ καταβάντων ἀκούσαντες, οὐχ οὕτως ἀδεῶς ταῖς πόρναις, ὥσπερ τοῖς νέοις συγγίνονται. καθάπερ γὰρ μήτε ἀνθρώπων ὄντων, μήτε προνοίας Θεοῦ ἐφεστώσης, καὶ δικαζούσης τοῖς γινομένοις, ἀλλ' ὥσπερ σκότους πάντα καταλαβόντος, καὶ μηδενὸς μήτε ὁρῶντος ταῦτα μήτε ἀκούοντος, οὕτω πάντα τολμῶσι, καὶ μετὰ τοσαύτης μανίας. οἱ δὲ τῶν ὑβριζομένων παίδων πατέρες φέρουσι ταῦτα σιγῇ, καὶ οὐ κατορύττουσι μετὰ τῶν παίδων ἑαυτοὺς,

A ſex⁹ muliebris, adoleſcentib⁹ vices ejus omnes implentib⁹. Quod cũ per ſe eſt acerbiſſimũ: facit id profecto, ut deterius ſit, quòd tãtũ ſcelus, tã nefariũ facinus incredibili audacia, ſummáq; jã cum libertate admittitur, flagitiumq; lex factũ eſt. Nemo jã metuit, nemo perhorreſcit, nullus cõtinetur verecũdia, null⁹ rubore ſuffũditur. Cæterũ iſta impudẽtia ſe ornari putant, & faceti videri ex ſcelere volunt. Inſanire jã vidẽtur, qui pudicitiæ ſtudent: & eſſe dementiſſimi, qui monitis peccantes caſtigant. Qui ſi quidẽ imbecilliores fuerint, verberibus quoq; concidũtur: ſin vero potẽtiores, ſpernũtur, irridentur, & probris reſperguntur innumeris. B Nihil jã leges, nihil judicia valent: non pædagogi, nõ parentes, nõ magiſtri, non aſſeclæ obſiſtere jam valent: alios enim pecuniis voluere corrumpere, eos ſcilicet, qui ſolùm ad mercedem ſpectant. Porrò ſi qui fuerint modeſtiores, eorumque, qui ſibi crediti ſunt, ſalutem curare perſtiterint: alii quidem circumveniuntur facile, reliqui vero flagitioſorum potentia & metu perterriti C ſuccumbunt: facilius enim is, qui tyrannidem ſibi parere moliatur, ſi ſuſpectus fuerit, ſervabitur, quàm ſceleſtorum illorum nequiſſimorumque hominum manus poſſit effugere, qui illis fuerit inſenſus: adeo mediis in civitatibus veluti in ſolitudine ingenti maſculi in maſculos turpiter deſæviunt, horrendumq; flagitium in alterutrum committunt. Si qui tamen hos laqueos effugere potuerint, opinionem ſaltem, quòd ſint ejuſmodi, difficile vitabunt. Primum quidem, quòd ſint ipſi admodum pauci, D ſicque facillime operiuntur improborum multitudine. Secundò, quod flagitioſi illi atque nequiſſimi dæmones, cum eos, qui ſe ſpernunt & execrantur, non poſſint aliter ulciſci, vel hac in parte illos violare ſtudent. Quia enim lethale illis vulnus infligere non valent, ipſamque animam vel penetrare vel polluere, exteriorem ſaltem ornatum, quo illi amicti ſunt, maculare nituntur, omnemque illis honeſtatis gloriam eripere. Quocirca complures audivi, cum ſe mirari dicerent, quòd nondum hodiéque E imber alius igneus eruperit, quòd non ſimilia Sodomis urbs veſtra paſſa ſit: tanto ſanè graviore digna cruciatu, quanto ne aliorum quidem cladibus emendata corrigitur. Verum quanquam ipſa quoque regione jam poſt duo annorum millia ipſa ſua facie clarius clamante quàm ſi voce loqueretur, atque orbem univerſum admonente, ne quid ejuſmodi præſumat, nonmodo timidiores aut ſegniores ad hoc audendum facinus facti non ſunt; verum longè impudentiores: tanquam profecto adverſus Deum A contendentes, atque operibus ipſis oſtendere ſtudentes, tanto ſe cumulatius his malis adjecturos, quanto majora ille ſupplicia intentaverit. Cur ergo nihil factum eſt ejuſmodi; ſed cum admittãtur Sodomorum ſcelera, non tamẽ contingunt Sodomorũ clades? Quia manet iſtos ignis alius longe illo gravior: cruciatuſq; finem nullũ habens. Nam cum multo graviora ſcelera, quàm hi qui diluvii aquis periere, plurimi poſtea admiſerint, null⁹ tamen imber ejuſmodi poſtmodum factus eſt. Atque in hoc facto eadem rurB ſus controverſia eſt. Cur enim hi quidem qui initio ſeculi fuere, cum neq; judicia eſſent, nec magiſtratuum metus immineret, nõ legis comminatio terreret, non Prophetarum adeſſet chorus, qui moderaretur & regeret, non expectatio gehennæ, non cœleſtis regni ſpes, nõ miracula ipſa deniq; lapides ipſos quoq; excitare valentia, cur inquam iſti, qui nullo horum potiti ſunt, pro his, quæ peccaverunt, tanta animadverſione puniti ſunt: qui autem horũ omnium participes fuere, atq; inter metum divinorum humanoC rumq; judiciorum degunt, hodiéq; non eadem, quæ illi patiũtur, cum ſint longe graviori ſupplicio digniſſimi? Nónne puero cuivis conſtabit, quòd acerbiori atq; vehementiori pœnæ reſervantur? Nam ſi nosipſi quoq; ſuper his & iraſcimur & indignamur, Deus cui omniũ maxime totius mortalium generis cura incumbit, qui vitia vehementer & averſatur & odit, quãdo iſta impune admitti ſcelera paſſurus eſt? Sed profecto non ita ſe res habet, non adeò nos decipiamus. Immittet in illos penitus manum illam validiſſiD mam & plagam non ferendam, doloremq; cruciatuum ſempiternorum adeo graviſſimum, ut ſi Sodomorum clades illi cõferatur, ludus puerorum eſſe exiſtimetur. Quam enim Barbarorum feritatem iſti non ſua improbitate tranſcenderunt? Quod belluarum genus congreſſu ſuo impuriſſimo non ſuperaverunt? Eſt in quibuſdam mutarum animantium à natura inſitus libidinis ardor incredibilis, cupidóq; intolerabilis, & nullo ab inſania differens: E quæ tamẽ amorem hunc nefarium non norunt; ſed intra leges à natura præſcriptas permanſerũt: neq; ſi millies libidine urantur, naturæ unquã præterlabuntur legem. At iſti & rationales conditi, divinóque magiſterio potiti, quidve agendum ſit, vel non, aliis quoq; annunciare juſſi, non ita licẽtioſè ac ſine metu meretricib⁹ ut adoleſcentibus congrediuntur. Et quaſi homines non ſint, non providentia ulla res humanas agat, aut moderetur, & ea, quę fiũt, judicet, ac tenebrę cũcta occupaverint, nulluſq; ſit, qui iſta videat vel audiat, ita cũcta flagitia admittũt, inſania ac furore incredibili. Liberorũ vero, qui ejuſce cõtumeliis afficiũtur, patres hæc taciti ferũt, nec ſecũ unà filios terra obruũt, neq; tantę cladi ullum remedium aut ſolatium inqui-

inquirunt Nam ſi ad externas gentes, ſi ad mare, ſi ad extremas inſulas, ſi ad inacceſſam terram, ſi ad eum, qui citra nos eſt, orbem, filii, ut hac peſte liberi evaderent, adducendi atque pertrahendi eſſent: nonne omnia & facere & pati debuerant, ne fierent hujuſmodi flagitia? Certè ſi quidem inſalubris eſſet locus aliquis, ac peſtilens, nunquam eò filios adduceremus, etiam ſi lucra ingentia inde conſecuturi videremur, etiam ſi ſani illi viribuſq; eſſent validiſſimi. Nunc vero, quum tam immanis peſtis cuncta compleverit, non ſolum ipſi liberos noſtros ad hæc prærupta pertrahimus; verum ſi qui illos eripere ac liberare voluerint, eos tanquam perditos & corruptores undiq; exagitamus. Quàm iſta igitur ingenti iracundia, quanto furore, quantiſque fulminibus digna ſunt? quandoquidem ut illi linguæ acumen ac nitorem habeant per exteriorem ſapientiam, omni ſtudio curamus: animam vero in ipſo cœno ſpurcitiæ jacentem, atque in dies putreſcentem non modo deſpicimus; verum exurgere quoq; cupientem prohibemus. Et quiſquam jam aſſerere audebit, poſſibile eſſe in tantis malis verſantes ſalvos fieri? Quánam tandem ratione: Nempe qui impudicorum effugere inſaniam potuerint, pauci omnino ſunt, illique ipſi non effugient amores illos violentos, qui cuncta perdiderunt, pecuniarum ſcilicet & gloriæ. Complures vero & his ipſis, & unà impudicis amoribus vehementius oppreſſi detinentur. Deinde diſertos illos & liberalibus ſtudiis excultos fieri cum volumus, non ea ſolum, quæ huic eruditioni impedimento eſſe poſſunt, reſecamus; verum cuncta, quæ ad eam aſſequendam conferre poſſunt, ſollicite paramus, pædagogos ac magiſtros illis procurantes, ſumptuſque ſuppeditantes, atque à rebus cæteris ocium præſtantes, eiſque intentius acclamantes atque ſtudioſius, quàm in Olympiacis certaminibus pædotribæ faciunt, inopiam, quam imperitia, copiaſq;, quas parit eruditio commemorantes, cunctáque per noſipſos & per alios agentes, ac dicentes, quibus illos ad finem deſtinati ſtudii perduci poſſe arbitramur: & ne ſic quidem crebro voti compotes efficimur: mores verò optimos & moderatos, converſationiſque præclaræ diligentiã ultrò illis provenire arbitrabimur, quum tot ac tanta ſint, quæ illam impediant & intercipiant? Et quid hac abſurditate dici deterius poſſit, ſi id quidem, quod leviſſimũ eſt, maximo & honore & ſtudio dignemur, quaſi poſſibile non ſit aliter illud adipiſci, quod vero longe difficillimum & graviſſimũ eſt, id dormientibus contingere exiſtimem⁹, ut unum aliquid minimũ, ac nullius æſtimationis ac pretii. Philoſophia namque animi literarum eruditione, ſtudiiſque liberalibus tanto difficilior eſt & operoſior, quanto facere quàm dicere difficilius, operáque quàm verba laborioſiora ſunt.

Cap VIII. Philoſophia imbuendos eſſe liberos.

Et quid, inquit, liberis noſtris philoſophia, perfectiorique converſatione op⁹ eſt? Iſtud. iſtud omnino eſt, quod univerſos perdidit, quod rem adeo neceſſariã, qua vita omnis noſtra continetur, ſuperfluam eſſe & ocioſã judicamus. Certè enim ſi qui corporis incom̃odo laborare filiũ viderit, nunquam dicturus eſt, quid illi integra & diligentiori ſanitate opus eſt? verùm cuncta molietur & geret, quib⁹ tàm inſignem illi, tamq; excellentem habitũ acquirat, ut jam ad eum ultra morbus ille redire non poſſit: animæ vero morbo quũ illi graviſſime laborent, nihil eis ajunt curatione opus eſſe: poſtq; iſta omnia patres ſe vocare audent. Quid igitur? philoſophabimur ne omnes, inquit aliquis, ſeculique omnia peribunt? Non ita prorſus, virorum optime. Non enim philoſophiæ dare operam; id tandem eſt, quod univerſa corrupit & perdidit; verum id nõ agere. Quinã enim quæſo te, præſentem hunc rerum ſtatum deſtruunt? illine qui moderatè & quietè vivunt, an qui novos & iniquos excogitant deliciarũ modos? Qui res omnium diripere, ſibiq; conſciſcere ſummo ſtudio nituntur: an qui frugalitati ſtudentes, ſuis & quidem modicis contenti ſunt? Qui ſervorum cuneos & aſſentatorum greges circumducunt: an qui ſervum unum ſibi ſatis eſſe arbitrantur? (Nondum enim ſum̃a de philoſophia loquor; ſed de ea, quæ & plana eſt, & pervia, & plurimis acceſſa.) Illíne, qui clementes, & moderati ac manſueti ſũt: an ii, qui nihil æquè ac ſum̃os à contribulibus honores quærunt, maximiſq; calamitatibus afficiunt, ſi non ille ſibi aſſurgat, ſi non ſalutet prior, ſi nõ ſuppliciter ſe inclinet, cunctáq; ſervorũ obſequia præ ſe ferat? Qui alieno imperio regi, aliiſq; obtemperare meditantur: an qui poteſtates ac magiſtratus avent, cunctáque, dum his potiantur, & facere & tolerare ſuſtinent? Qui quòd ſe cunctis meliores eſſe arbitrentur, licere ſibi & loqui, & agere omnia exiſtimant; an qui ſeipſos cum ultimis & vilioribus ãnumerant, iſtamq; irrationabilem potentiã vitiorum caſtigant & fugiunt? Qui præclara ædificia conſtruunt, & magnificè inſtructas apponunt menſas: an qui parco cibo habitaculóq;, quod neceſſitati ſatis ſit, contenti, nil amplius requirunt? Qui innumera ſoli ſulcant jugera, an qui ne glebæ quidem uni⁹ poſſeſſionẽ ſibi neceſſariã exiſtimant? Qui fœnus fœnori adjiciunt, omniq; lucro viam injuſtam licet aperiunt & movent, an qui hujuſcemodi conventionum & chirographorũ iniquitatẽ penit⁹ oderunt, atq; ex his quæ poſſident, egentibus ſubveniunt? Qui mortalis conditionis imbecillitatem vilitatemq; conſiderantan, qui ne hanc quidẽ conſideratio-

A οὐδὲ ἐπινοοῦσί τινα παραμυθίαν τῶν κακῶν. εἰ γὰρ εἰς ὑπερορίαν ἀπὸ ταύτης ἑλκῦσαι τῆς νόσου τοὺς υἱοὺς ἔδει, εἰ γὰρ εἰς θάλασσαν, εἰ γὰρ εἰς νήσους, εἰ γὰρ εἰς ἄβατον γῆν, εἰ γὰρ εἰς τὴν ὑπὲρ ἡμᾶς οἰκουμένην, οὐκ ἔδει πάντα ποιῆσαι, καὶ παθεῖν, ὥστε μὴ ταῦτα γενέσθαι τὰ μιάσματα; ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐπινοσόν που καὶ λοιμικὸν ἦν χωρίον, οὐκ ἀπάξομεν ἐκεῖ τοὺς υἱοὺς, κἂν μεγάλα κερδαίνειν μέλλωσι, κἂν σφόδρα ὑγιεινοὶ τυγχάνωσιν ὄντες· νυνὶ δὲ τοσαύτης τὰ πάντα κατεχούσης λύμης, οὐ
B μόνον αὐτοὶ πρὸς ταῦτα ἕλκομεν τὰ βάραθρα αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀπαλλάξαι βουλομένους ὡς λυμεῶνας ἀπελαύνομεν. καὶ πόσης οὐκ ἄξια ταῦτα ὀργῆς; πόσων σκηπτῶν; ὅταν τὴν μὲν γλῶτταν αὐτοῖς ἐκκαθαίρειν διὰ τῆς ἔξωθεν σοφίας σπουδάζωμεν, τὴν δὲ ψυχὴν ἐν αὐτῷ τῷ τῆς ἀσελγείας βορβόρῳ κειμένην καὶ σηπομένην διαπαντὸς μὴ μόνον ὁρῶμεν, ἀλλὰ καὶ ἐγερθῆναι βουλομένην κωλύωμεν. ἔτι οὖν τολμήσει τις εἰπεῖν, ὅτι δυνατὸν σωθῆναι τοὺς ἐν τοιούτοις ὄντας κα-
C κοῖς; πόθεν; οἱ μὲν γὰρ τὴν τῶν ἀκολάστων διαφυγόντες μανίαν, ὀλίγοι δέ εἰσιν οὗτοι, τοὺς τυραννικοὺς ἐκείνους ἔρωτας, καὶ τὰ πάντα διαφθείροντας, τοὺς τῶν χρημάτων καὶ τοὺς τῆς δόξης οὐ διαφεύγουσιν. οἱ δὲ πλείους καὶ τούτοις αὐτοῖς, καὶ τοῖς τῆς ἀσελγείας μετὰ πλείονος κατέχονται τῆς ὑπερβολῆς. εἶτα λόγους μὲν αὐτοῖς ἐνθεῖναι βουλόμενοι, οὐχὶ τὰ διακόπτοντα τὴν παίδευσιν ἀναιροῦμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ συνισῶντα κατασκευάζομεν καὶ παιδαγωγοὺς, καὶ διδασκάλους ἐφιστῶν-
D τες, καὶ χρήματα ἀναλίσκοντες, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων πραγμάτων παρέχοντες σχολὴν, καὶ τῶν ἐν τοῖς Ὀλυμπιακοῖς ἀγῶσι παιδοτριβῶν συνεχέστερον ἐπιφωνοῦντες αὐτοῖς τήν τε ἐκ τῆς ἀπαιδευσίας πενίαν, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς παιδεύσεως πλοῦτον, καὶ πάντα ποιοῦντες, καὶ λέγοντες, καὶ δι᾽ ἑαυτῶν, καὶ δι᾽ ἄλλων, ὥστε αὐτοὺς εἰς τὸ τέλος ἀγαγεῖν τῆς προκειμένης σπουδῆς, καὶ οὐδὲ οὕτω πολλάκις περιγινόμεθα· τρόπων δὲ ἐπιεικείας, καὶ πολιτείας ἀρίστης ἀκρίβειαν αὐτόματον οἰησόμεθα πα-
E ραγενέσθαι· καὶ ταῦτα τοσούτων ὄντων τῶν διακοπτόντων αὐτήν; καὶ τί ταύτης τῆς ἀλογίας χεῖρον γένοιτ᾽ ἄν, τὸ μὲν ῥᾷον οὕτω μεγάλης ἀξιοῦν τιμῆς καὶ σπουδῆς, ὡς οὐκ ἐνὸν ταύτης ἄνευ αὐτὸ κατορθωθῆναί ποτε· ὃ δὲ πολλῷ δυσχερέστερόν ἐστι, τοῦτο καθεύδουσιν ἡμῖν ἐφίστασθαι νομίζειν, καθάπερ τι τῶν φαύλων καὶ οὐδαμινῶν· φιλοσοφία γὰρ ψυχῆς λόγων παιδεύσεως τοσούτῳ δυσκολωτέρα τέ ἐστι καὶ ἐργωδέστερον, ὅσῳ τοῦ λέγειν τὸ πράττειν, καὶ ὅσῳ ῥημάτων ἔργα ἐστὶν ἐπιπονώτερα.

Καὶ τί δεῖ φιλοσοφίας φησὶ, καὶ πολιτείας ἀκριβοῦς τοῖς ἡμε-
A τέροις παισί. τοῦτο γάρ ἐστι τοῦτο, ὅπερ πάντα ἀπολώλεκεν, ὅτι πρᾶγμα οὕτως ἀναγκαῖον, καὶ τὴν ἡμετέραν συνέχον ζωὴν, περιττὸν εἶναι, καὶ πάρεργον δοκεῖ. καὶ περὶ σῶμα μὲν κάμνοντα τὸν υἱόν τις ἰδὼν οὐκ ἂν εἴποι· τί δὲ αὐτῷ καθαρᾶς ὑγιείας δεῖ, καὶ ἀκριβοῦς; ἀλλὰ πάντα ἂν πραγματεύσαιτο ὑπὲρ τοῦ τοσαύτην ἐγγενέσθαι τὴν εὐεξίαν, ὡς μηκέτι τὴν νόσον ἐπανελθεῖν, τῆς δὲ ψυχῆς ἀρρωστούσης, οὐδὲν δεῖν αὐτοῖς θε-
B ραπείας φασὶ, καὶ τολμῶσι μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα πατέρας καλεῖν ἑαυτούς. τί οὖν; φιλοσοφήσομεν πάντες, φησὶ, καὶ τὰ τοῦ βίου οἰχήσεται; οὐ, τὸ φιλοσοφεῖν ὦ βέλτιστε, ἀλλὰ, τὸ μὴ τοῦτο ποιεῖν, πάντα ἀπώλεσε, καὶ διέφθειρε. τίνες γὰρ εἰπέ μοι τῇ παρούσῃ καταστάσει λυμαίνονται; οἱ μετρίως ζῶντες, καὶ ἐπιεικῶς, ἢ οἱ καινοὺς, καὶ παρανόμους ἐπινοοῦντες τρυφῆς τρόπους; οἱ τὰ πάντων περιβαλέσθαι σπουδάζοντες, ἢ οἱ τοῖς οὖσιν ἀρκούμενοι; οἱ φάλαγγας οἰκετῶν ἔχοντες, καὶ
C σμήνη κολάκων περιάγοντες, ἢ οἱ μόνον οἰκέτην ἐναποχρεῖν αὐτοῖς νομίζοντες; [οὔπω γὰρ τὴν ἀκρατὴν τίθημι φιλοσοφίαν, ἀλλὰ τὴν πολλοῖς ἐφικτήν·] οἱ φιλάνθρωποι, καὶ ἥμεροι, καὶ μὴ δεόμενοι τῆς παρὰ τῶν πολλῶν τιμῆς, ἢ οἱ παντὸς ἐφλήματος μᾶλλον ταύτην παρὰ τῶν ὁμοφύλων ἀπαιτοῦντες, καὶ μυρίας ἐργαζόμενοι συμφοράς· ἐπειδὴ μὴ ὑπανέστη, μηδὲ προσεῖπεν ὁ δεῖνα πρότερος, μηδὲ ὑπέκυψε, μηδέ τι τῶν ἀνδραπόδων ἐπεδείξατο; οἱ μελετῶντες ἄρχεσθαι,
D ἢ οἱ δυναστειῶν ἐρῶντες, καὶ ἀρχῶν, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου καὶ ποιῆσαι καὶ παθεῖν ἀνεχόμενοι; οἱ πάντων βελτίους εἶναι λέγοντες, καὶ διὰ τοῦτο πάντα καὶ λέγειν, καὶ πράττειν ἑαυτοῖς ἐξεῖναι νομίζοντες, ἢ οἱ μετὰ τῶν ἐσχάτων ἀριθμοῦντες ἑαυτοὺς, καὶ ταύτην τὴν ἄλογον ἐξουσίαν τῶν παθῶν κολάζοντες; οἱ τὰς λαμπρὰς οἰκοδομούμενοι οἰκίας, καὶ τὰς πολυτελεῖς παρατιθέμενοι τραπέζας, ἢ οἱ μηδὲν πλέον καὶ τροφῆς, καὶ οἰκήσεως τῆς ἀναγκαίας ζητοῦντες; μυρία πλέθρα ἀποτεμνό-
& invidia, & livor, aliáque plurima, quo minus ad finem deſtinati ſtudii pertingat, nonnunquam impedimento ſunt. Neque illa ſolum, quæ diximus; verum poſt ipſorum quoque ſtudiorum finem, alia etiã, quæ impediant, imminent. Quum enim illa omnia impedimenta prætervectus, ad ipſum eruditionis culmen evaſerit, nec ullo eorum retardatus fuerit, aliæ rurſus illuc inſidiæ ſunt poſitæ. Namque & principis odiũ & invidia ejuſdem artis ſociorum & conſortium, & difficultates temporum, & amicorum ſolitudo, & ipſa ſæpenumero rei familiaris inopia, ab ipſo fine excluſerunt atque abjecerunt. Atqui in monachorum inſtitutis nihil horum videas: illic enim una tantum re opus eſt, nobili ſcilicet atque eximia alacritate animi, hæc ſi adſit, nihil quo minus quiſque ad ſummam virtutem perveniat, impedire poterit. Quã igitur iniquum ſimul & indignum eſt, ubi quidem ſunt ſpei optimæ pleraque indicia manifeſta & viciniora, ibi deſperare & tremere: ubi vero ſpes ipſa & longinquior eſt & tantis impedimentis intercipitur, illic non deſperare, imò verò rei difficillimæ ſpes ſibi maximas proponere? Quod ſanè faciunt, qui in ipſis eloquentiæ ſtudiis, non ea, quæ ſæpius contingunt, triſtia; ſed, quæ perraro læta, conſiderant. Cúmque in monachorum vita & inſtituto, ubi ſpes optima & certiſſima eſt, ad ea ſolum, quæ triſtiora ſunt, inclinentur, in ipſis liberalibus ſtudiis, ut maximæ difficultates ſunt, meliorem tantum ſpem in animo verſant. Quanquam illic nonnunquam cum ea ſimul omnia convenerint, quæ debent neceſſario concurrere, ad ipſum jam finem immatura mors irruens, poſt innumeros labores illos, ſudoréſque frequentiſſimos, athletam ipſum ſine coronis abripuit, quæ ſi in medio monaſtici certaminis contingat, tum vero bellator ipſe hinc maxime illuſtris & coronatus proficiſcatur. Itaque ſi futuri vereris incertum, id in primis in ſtudiis humanitatis faciendum eſt, ubi ne ad extremum perveniatur, plurima ſunt impedimento. Tu vero illic quidem reſides, & tempora expectas longiora, nihil eorum, quæ in medio ſunt, cogitans, non ſumptus, non ærumnas, non incertum eventum; ſed ad finem tantummodo reſpiciens: hic vero cum necdum veſtibulum ipſum filius ingreſſus ſit, necdum decoram iſtam honeſtiſſimámque philoſophiam attigerit, jam metuis, jam trepidas, jam cogitando deſperas. Atqui ipſe paulò ante dicebas: Quid enim? Is ne qui urbem habitat, qui domum habet & uxorem, ſervari non poteſt? An vero ſi cum urbe & uxore & familia & domo ſervari quis poteſt, non longe id facilius, aptius, melius poterit, ſi fuerit is liber ab uxore atque ab aliis rebus iſtis? Neque enim ejuſdem eſt, nunc quidem ſaluti cujuſpiam confidere, quãlibet ille ſeculo obſtrictus fuerit, quaſi ſic etiam acquiri ſalus non poſſit: nunc vero quantumcumque liber omnibus evalerit, vereri & metuere, quaſi ne ſic quidem ad virtutem & probitatem aſpirare poſſit. Nam ſi is qui urbem habitat, ſic indubie ſervari poteſt, ut tu modo dicebas: multo ſanè magis poterit, ſi ſe ad ſolitudines contulerit. Quid eſt ergo cur ibi ſalutem deſperes, ubi minime debueras: ibique non metuas, ubi maxime pavere debuiſti?

CAP. 12.

An graviori pœna plectenda ſint peccata religioſorum.

At, inquies, ejuſdem criminis non eſt, eum, qui ſeculo addictus ſit, peccare, & eum qui ſemel ſe ac penitus Deo devoverit. Neq; enim ambo eadem ex altitudine decidunt; ita nec eadem quidem vulnera ſuſcipiunt. Fallis teipſum protſus ac decipis, ſi putas aliud à ſecularibus viris, aliud à monachis requiri. Hæc enim ferè ſola eſt in utroque genere vitæ differentia, quod illi quidem matrimonii ſe vinculis conſtringunt, hi vero his liberi perdurant. In reliquis vero communis, atque eadem ab utriſque vitæ totius ratio requiritur, eiſdem pro culpis pœna una omnibus debetur. *Nam qui fratri ſuo iraſcitur ſine cauſa*, ſive ille ſecularis, ſive monachus fuerit, Deum ſimiliter offendit. Atque is *qui mulierem reſpicit & concupiſcit eam*, quolibet in vitæ ſtatu fuerit, eadem adulterii plectetur pœna. Imò vero ut aliquid ex nobis addere, quod rationi conſentaneum videatur, audeamus, magis ſine ulla ſpe veniæ peccabit, qui ex ſeculo id ſcelus admiſerit. Neque enim par facinus admittere videtur, qui uxoris ſolatio ſubnixus, decore mulieris irretitur, atque is, qui ejuſmodi auxilio, & infirmitatis remedio deſtitutus hac interdum peſte corripitur. Rurſus qui jurat, ſive hoc, ſive illud fuerit, pari omnino pœnæ ſubjacebit. Neque enim Chriſtus cum de his monita ederet, legéſque ſtatueret, ita diſtinxit, ut diceret, ſi quidem is, qui jurat, monachus ſit, à malo jusjurandum eſt; ſin vero monachus non fuerit, non jam à malo eſt: ſed abſolutè omnino dixit: *Ego autem dico vobis, ne juretis penitus.* Rurſúmque cum diceret: *Væ ridentibus*: non addidit, monachis; ſed abſolutiſſimam ſententiam de omnibus tulit. Atque idem in cæteris mandatis ſuis maximis & admirandis facit. Cum enim dicit: *Beati pauperes ſpiritu, beati qui lugent, beati mites, beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, beati miſericordes, beati pacifici, beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, beati qui & fanda, & infanda propter me & meum nomen ab his, qui ſunt foris, patiuntur*: nec monachi, nec ſecularis nomen adjecit: cæterum iſta diſtinctio ex homi-

Mat. 5, 34.

Matth. 5, 3.

καὶ φθόνος, καὶ βασκανία, καὶ πολλὰ ἕτερα τῷ τέλει λυμαίνεται. καὶ οὐ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὸ τέλος τούτων ἕτερα πλείονα. ἐπειδὰν γὰρ ἅπαντα ὑπερβὰς πρὸς αὐτὸ τῆς παιδείας τὸ ἄκρον ἀφίκηται, μηδενὶ τούτων ὑποσκελισθείς· ἑτέρα πάλιν κεῖται ἐνέδρα ἐκεῖ. καὶ γὰρ ἀρχόντων δυσμένεια, καὶ φθόνος τῶν ὁμοτέχνων, καὶ καιρῶν δυσκολία, καὶ φίλων ἐρημία, καὶ πενία πολλάκις τοῦ τέλους ἐξέκρουσεν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν μοναχῶν οὕτως, ἀλλ' ἑνὸς δεῖ μόνου, προθυμίας γενναίας, καὶ ἀγαθῆς. κἂν τοῦτο παρῇ, οὐδὲν τὸ κωλῦον πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν τῆς ἀρετῆς. πῶς οὖν οὐκ ἄδικον, ἔνθα μὲν τὰ τῶν χρηστῶν ἐλπίδων δῆλά τέ ἐστι, καὶ ἐγγύτερα, ἀπογινώσκειν, καὶ τρέμειν. ἔνθα δὲ τὰ τῶν ἐναντίων μακρότερα, καὶ ὑπὸ πολλῶν κωλυμάτων ἀνακοπτόμενα, μὴ ἀπογινώσκειν, εἰς δὲ τὰ τῶν δυσχερῶν σαφέστερα, καὶ μᾶλλον πλείονα θαρσεῖν. καὶ ἐπὶ μὲν τῶν λόγων, μὴ πρὸς τὰ πολλάκις συμβαίνοντα λυπηρὰ ἀλλὰ πρὸς τὰ σπανίως ἐκβαίνοντα χρηστὰ ἀφορᾶν, ἐπὶ δὲ τῶν μοναχῶν τοὐναντίον ποιεῖν, καὶ ἔνθα μὲν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδες πολλαί, πρὸς τὰ λυπηρὰ ἀποκλίνειν μόνον· ἔνθα δὲ αἱ τῶν ἐναντίων, τὰς χρηστὰς ἀναλογίζεσθαι μόνας; καίτοιγε ἐκεῖ μὲν ὅταν ἅπαντα συνέλθῃ τὰ ὀφείλοντα συνδραμεῖν, πρὸς αὐτῷ τῷ τέλει πολλάκις θάνατος ἄωρος προσπεσὼν ἀπήνεγκεν ἀστεφάνωτον τὸν ἀθλητὴν μετὰ τοὺς μυρίους ἱδρῶτας· ἐνταῦθα δὲ κἂν ἐν μέσοις τοῖς ἀγῶσι τοῦτο γένηται, τότε δὴ μάλιστα λαμπρὸς, καὶ ἐστεφανωμένος ἄπεισιν οὗτος· ὥστε εἰ τὸ μέλλον δέδοικας, ἐπὶ τῶν λόγων δεδοικέναι μᾶλλον ἔδει, ἔνθα πολλὰ τὰ κωλύματα πρὸς τὸ πέρας ἐλθεῖν. σὺ δὲ ἐκεῖ μὲν κάθῃ χρόνον ἀναμένων μακρόν, καὶ πρὸς οὐδὲν τῶν ἐν μέσῳ, δαπάνην λέγω, καὶ ταλαιπωρίαν, καὶ τὸ ἄδηλον, ἀλλὰ πρὸς τὸ τέλος μόνον ὁρῶν· ἐνταῦθα δὲ οὔπω τῶν προθύρων τοῦ παιδὸς ἐπιβάντος, οὐδὲ ἀψαμένου τῆς καλῆς ταύτης φιλοσοφίας, δέδοικας, καὶ τρέμεις εὐθέως, καὶ εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβάλλεις τὸν λογισμόν; καὶ μὴν αὐτὸς ἔμπροσθεν ἔλεγες. τί γάρ; πόλιν οἰκοῦντα, καὶ οἰκίαν ἔχοντα σωθῆναι οὐκ ἔνι; οὐκοῦν εἰ μετὰ τῆς πόλεως, καὶ τῆς οἰκίας, καὶ τῆς γυναικὸς σωθῆναι δυνατόν, πολλῷ μᾶλλον χωρὶς γυναικός, καὶ τῶν ἄλλων τούτων. οὐ γάρ ἐστι τοῦ αὐτοῦ νῦν μὲν θαρρεῖν, καὶ εἰ ἐν τοῖς βιωτικοῖς ᾖ πράγμασιν ἐνδεδεμένος, ὡς δυνατῆς καὶ οὕτως τῆς σωτηρίας οὔσης· νῦν δὲ κἂν τούτων ἀπηλλαγμένος ᾖ, τρέμειν, καὶ δεδοικέναι, ὡς οὐδὲ τούτων χωρὶς εὐδοκιμῆσαι ἐνόν. εἰ γὰρ πόλιν οἰκῶν ἠδύνατο σώζεσθαι, ὡς ἔφης, πολλῷ μᾶλλον τὴν ἐρημίαν καταλαβών. πῶς οὖν τὸ ἀδύνατον ἐνταῦθα δέδοικας, ἐκεῖ μὴ φοβηθείς, ἔνθα μᾶλλον ἐχρῆν;

Οὐ γάρ ἐστί, φησιν, ἴσον βιωτικὸν ὄντα διαμαρτεῖν, καὶ καθάπαξ ἀναθέντα ἑαυτὸν τῷ Θεῷ. οὐ γὰρ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὕψους ἀμφότεροι καταπίπτουσιν, ὅθεν οὐδὲ τὰ τραύματα αὐτοῖς ἴσα. σφόδρα ἀπατᾷς σαυτόν, καὶ σφάλλεις, εἰ ἄλλα μὲν εἰς τὸν βιωτικόν, ἕτερα δὲ ἀπαιτεῖσθαι τὸν μοναχόν. ἡ γὰρ διαφορὰ τούτοις ἐν τῷ γῆμαι, καὶ μή· τῶν δὲ ἄλλων ἕνεκεν ἁπάντων, κοινὰς ὑπέχουσι τὰς εὐθύνας. καὶ γὰρ ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, κἄν τε βιωτικός, κἄν τε μοναχὸς ᾖ, τῷ Θεῷ προσκέκρουκεν ὁμοίως· καὶ ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, ἄν τε οὗτος, ἄν τε ἐκεῖνος τυγχάνῃ, ὁμοίως ὑπὲρ τῆς μοιχείας τιμωρηθήσεται ταύτης. εἰ δὲ χρὴ καὶ ἀπὸ λογισμοῦ προσθεῖναι, ὁ βιωτικὸς ἀσυγγνωστότερος οὗτος παθών. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον, γυναῖκα ἔχοντα καὶ τοσαύτης ἀπολαύοντα παραμυθίας, κάλλει προσπταῖσαι γυναικός, καὶ ἁπάσης ταύτης ἀπεστερημένον τῆς βοηθείας, ἁλῶναι τῷ δεινῷ. πάλιν ὁ ὀμνύς, ἄν τε οὗτος ἄν τε ἐκεῖνος ᾖ, ὁμοίως καταδικάζεται. οὐδὲ γὰρ ὁ Χριστός, ὅτε περὶ τούτων διετάσσετο, καὶ ἐνομοθέτει, οὕτως ἐποιήσατο τὸν διορισμόν· οὐδὲ εἶπεν, ἐὰν μὲν μοναχὸς ὁ ὀμνύων ᾖ, ἐκ τοῦ πονηροῦ ὁ ὅρκος· ἐὰν δὲ μὴ μοναχός, οὐκέτι. ἀλλ' ἁπλῶς, καὶ καθάπαξ ἅπασιν ἔλεγεν· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν· μὴ ὀμόσαι ὅλως. καὶ πάλιν εἰπών· οὐαὶ τοῖς γελῶσιν, οὐ προσέθηκε τοὺς μοναχούς· ἀλλ' ἁπλῶς ἐνομοθέτησεν ἅπασιν οὕτω· καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δὲ ἅπασιν οὕτως ἐποίησε τοῖς μεγάλοις καὶ θαυμαστοῖς παραγγέλμασι. καὶ γὰρ ὅτε λέγει· μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, οἱ πενθοῦντες, οἱ πραεῖς, οἱ πεινῶντες, καὶ διψῶντες τὴν δικαιοσύνην, οἱ ἐλεήμονες, οἱ καθαροὶ τῇ καρδίᾳ, οἱ εἰρηνοποιοί, οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, οἱ καὶ ῥητά, καὶ ἄρρητα δι' αὐτὸν παρὰ τῶν ἔξωθεν ἀκούοντες κακά, οὔτε βιωτικοῦ, οὔτε μονάζοντος ὄνομα τέθεικεν, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τῶν ἀν-

θρώπων

θρώπων διανοίας οὗτος εἰσενήνεκται ὁ διορισμός. αἱ δὲ γραφαὶ οὐδὲν ἴσασι τούτων, ἀλλ' ἅπαντας τὸν τῶν μοναχῶν βούλονται βίον ζῆν, κἂν γυναῖκας ἔχοντες τύχωσιν. ἄκουσον γοῦν καὶ ὁ Παῦλος τί φησιν· ὅταν δὲ Παῦλον εἴπω, τὸν Χριστὸν λέγω πάλιν. οὗτος τοίνυν ἐπιστέλλων ἀνθρώποις γυναῖκας ἔχουσι, καὶ παιδία τρέφουσι, πᾶσαν τὴν τοῖς μοναχοῖς προσήκουσαν ἀκρίβειαν αὐτοὺς ἀπαιτεῖ. τὴν γὰρ τρυφὴν ἐκκόπτων ἅπασαν, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἱματίοις, καὶ τὴν ἐν τοῖς ἐδέσμασι,
„ταῦτα ἐπιστέλλει τὰ ῥήματα· γυναῖκας ἐν καταστολῇ κοσμίῳ μετὰ
„αἰδοῦς, καὶ σωφροσύνης κοσμεῖν ἑαυτάς· μὴ ἐν πλέγμασιν, ἢ χρυ-
„σῷ, ἢ μαργαρίταις, ἢ ἱματισμῷ πολυτελεῖ. καὶ πάλιν, ἡ δὲ σπα-
„ταλῶσα, ζῶσα τέθνηκε. καὶ πάλιν ἔχοντες δὲ διατροφὰς, καὶ
„σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα. τί τούτων παρὰ τῶν μοναζόντων πλέον ἀπαιτήσειεν ἄν τις; γλώττης δὲ παιδεύων κρατεῖν ἑτέρους, ἀκριβεῖς πάλιν τίθησι νόμους, καὶ τοιούτους, οἵους καὶ τοῖς μοναχοῖς ἀνύσαι ἔργον ἐστίν. οὐ γὰρ αἰσχρότητα, καὶ μωρολογίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ εὐτραπελίαν ἀναιρεῖ. οὐ θυμὸν, καὶ ὀργὴν, καὶ πικρίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ
„κραυγὴν ἐκκόπτει ἐκ τοῦ τῶν πιστῶν στόματος. πᾶς γάρ, φησι, θυμὸς,
„καὶ ὀργὴ καὶ κραυγὴ, καὶ βλασφημία ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν σὺν πά-
„σῃ κακίᾳ. ἆρά σοι μικρὰ ταῦτα εἶναι δοκεῖ; οὐκοῦν ἀνάμεινον, καὶ τὰ πολλῷ μείζονα τούτων ἀκούσῃ, ἃ περὶ ἀνεξικακίας διαλέ-
„γεται πᾶσιν. ὁ ἥλιος, φησι, μὴ ἐπιδυέτω ἐπὶ τῷ παροργισμῷ
„ὑμῶν· ὁρᾶτε, μή κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινι ἀποδώσῃ. ἀλλὰ πάντοτε
„τὸ ἀγαθὸν διώκετε, καὶ εἰς ἀλλήλους, καὶ εἰς πάντας. καὶ πάλιν· μὴ
„νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ· ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. εἶδες πρὸς αὐτὴν τὴν κορυφὴν ἀναβαίνουσαν τὴν τῆς φιλοσοφίας καὶ μακροθυμίας ἐπίτασιν; ἄκουσον καὶ ὅσα περὶ ἀγάπης διατάττεται τοῦ κεφαλαίου τῶν ἀγαθῶν. ἐπάρας γὰρ αὐτὴν καὶ τὰ κατορθώματα αὐτῆς εἰπὼν, ἐδήλωσεν ὅτι ταύτην ἀπαιτεῖ παρὰ τῶν βιωτικῶν, ἣν παρὰ τῶν μαθη-
„τῶν ὁ Χριστός. ὥσπερ γὰρ ὁ σωτὴρ τοῦτον ἔσχατον ὅρον ἔφησεν ἀγάπης
„εἶναι, τὸ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ θεῖναι ὑπὲρ τῶν φίλων αὐτοῦ· οὕτω καὶ ὁ
„Παῦλος τὸ αὐτὸ τοῦτο ᾐνίξατο εἰπών· ἡ ἀγάπη οὐ ζητεῖ τὰ ἑαυτῆς, καὶ τὴν τοιαύτην κελεύει διώκειν. ὥστε εἰ καὶ τοῦτο μόνον εἴρητο, ἱκανὸν τεκμήριον ἦν, τοῦ τὰ αὐτὰ ἀπαιτεῖσθαι τοὺς βιωτικοὺς τοῖς μοναχοῖς. ὁ γὰρ σύνδεσμος καὶ ἡ ῥίζα τῆς πολλῆς ἀρετῆς αὕτη ἐστί· νυνὶ δὲ καὶ κατὰ μέρος αὐτὴν τίθησι. τί τοίνυν μεῖζον ταύτης τῆς φιλοσοφίας ζητήσειεν ἄν τις. ὅταν γὰρ καὶ ὀργῆς, καὶ θυμοῦ, καὶ κραυγῆς, καὶ χρημάτων ἐπιθυμίας, καὶ γαστρὸς, καὶ πολυτελείας, καὶ δόξης κενῆς, καὶ τῶν ἄλλων τῶν βιωτικῶν ἀνωτέρω εἶναι κελεύῃ, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τὴν γῆν· ὅταν νεκρῶσαι τὰ μέλη προστάττῃ, εὔδηλον, ὅτι τὴν αὐτὴν ἡμᾶς ἀκρίβειαν ἀπαιτεῖ, ὅσηνπερ τοὺς μαθητὰς ὁ Χριστὸς, καὶ πρὸς τὰ ἁμαρτήματα οὕτως εἶναι βούλεται νεκροὺς, ὡς τοὺς ἀποθανόντας, καὶ ταφέν-
„τας ἤδη· διὰ τοῦτο γάρ φησιν· ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. ἔστι δὲ ὅτε που καὶ εἰς τὸν τοῦ Χριστοῦ ζῆλον διὰ τῆς παρακλήσεως ἡμᾶς ἄγει, οὐχὶ πρὸς τὸν τῶν μαθητῶν μόνον. καὶ γὰρ ὅταν ἀγαπᾶν παραινῇ, ἐκεῖθεν φέρει τὰ ὑποδείγματα, καὶ ὅταν μὴ μνησικακεῖν, καὶ ὅταν μετριάζειν. ὅταν οὖν μὴ μοναχοὺς μόνον, μηδὲ τοὺς μαθητὰς, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν μιμεῖσθαι κελεύῃ τὸν Χριστὸν, καὶ τοῖς μὴ ζηλοῦσι κόλασιν τίθησι μεγίστην, πόθεν ἐκεῖνο μεῖζον ἔφης εἶναι τὸ ὕψος; τὸ γὰρ αὐτὸ πάντας ἀνθρώπους ἀναβῆναι δεῖ· καὶ τὸ πᾶσαν ἀνατρέψαν τὴν οἰκουμένην, τοῦτ' ἐστιν, ὅτι μείζονος οἰόμεθα δεῖν ἀκριβείας τῷ μονάζοντι μόνῳ, τοῖς δὲ λοιποῖς ἐξεῖναι ῥᾳθύμως ζῆν. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ τὴν αὐτὴν ἀπαιτούμεθα, φησι, πάντες φιλοσοφίαν· καὶ σφόδρα φαίην ἂν ἔγωγε· μᾶλλον δὲ οὐκ ἔγωγε, ἀλλ' αὐτὸς ὁ μέλλων κρίνειν ἡμᾶς. εἰ δὲ θαυμάζεις μένων ἔτι, καὶ διαπορεῖς, φέρε σοι πάλιν τὴν ἀκοὴν ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἀντλήσωμεν ναμάτων, ὥστε σοι τέλεον ἐκπλυθῆναι τῆς ἀπιστίας τὴν κακίαν ἅπασαν. ποιήσομαι δὲ τὴν ἀπόδειξιν ἀπὸ τῶν κολάσεων τῶν κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην. ὁ πλούσιος, οὐκ ἐπειδὴ μονάζων ἦν ὠμὸς, διὰ τοῦτο ἐκολάζετο μειζόνως, ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ ἐφευρόντα εἰπεῖν, ἐπειδὴ βιωτικὸς ὤν, καὶ ἐν πλούτῳ ζῶν, καὶ ἐν πορφύρᾳ, περιεῖδε τὸν Λάζαρον ἐν ἐσχάτῃ πενίᾳ. πλὴν οὔτε τοῦτο, οὔτε ἐκεῖνο ἐρῶ, ἀλλ' ὅτι μόνον ὠμὸς ἦν, διὰ τοῦτο ἔκειτο μειζόνως κολαζόμενος ἐν τῷ πυρί. καὶ αἱ παρθένοι δὲ, ἐπειδὴ περὶ τὴν φιλανθρωπίαν ὑστέρησαν, διὰ τοῦτο ἀπηλάθησαν ἀπὸ τοῦ νυμφῶνος· καὶ εἰ χρή τι καὶ παρ' ἑαυτῶν εἰπεῖν, οὐ μόνον αὐταῖς οὐκ ἐπέτεινε τὰ τῆς κολάσεως διὰ τὴν παρθενίαν, ἀλλὰ τάχα καὶ ἡμερωτέρα διὰ ταύτην ἐγένετο. οὐ γὰρ ἤκουσαν, πο-
„ρεύεσθε εἰς τὸ πῦρ τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ, καὶ τοῖς ἀγ-
„γέλοις αὐτοῦ, ἀλλὰ μόνον, οὐκ οἶδα ὑμᾶς. εἰ δὲ λέγοι τις ταυτὸν εἶναι τοῦτο ἐκείνῳ, οὐδὲν ἀντερῶ. τὸ γὰρ σπουδαζόμενόν μοι δεῖξαι νῦν, ὅτι οὐχ ὁ τῶν μοναχῶν βίος χαλεπωτέρας ποιεῖ τὰς κολάσεις,

A num æſtimatione introducta eſt. Sacræ vero literæ nihil horum penitus noverunt; ſed omnes monachorum vita & inſtituto vivere volunt, etiam ſi uxoribus fuerint adjuncti. Audi denique quid Paulus moneat, quem cum nomino, rurſus Chriſtum prædico. Hic itaque cum ſcriberet uxoratis hominibus, filióſque nutrientibus, omnem ab illis monaſticæ vitæ diligentiam requirit. Namque delicias omnes penitus abſcindens, ſive quæ ad cultum veſtium, ſive quæ ad cibos pertinent, his verbis admo- Tit. 2, 9.
B net: *Mulieres in habitu modeſto, cum pudore & caſtitate ſemetipſas ornare non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veſte preciosa. & rurſus, Quæ autem in deliciis degit, vivens mortua eſt.* 1. Tim. 5, 6.
Et rurſus, Habentes cibos & tegumenta, his contenti ſumus. 1. Tim. 6, 8 Quid amplius poſſet aliquis à monachis exigere? Rurſus vero cum alios linguam continere admoneret, ſeveriſſimas leges conſtituit, & tales leges, quales monachis ipſis impleri negotii non minimi eſt. Non enim turpitudinem tantum, ac ſtultiloquium
C damnat; verum ipſam quoque ſcurrilitatem ſeveriſſime caſtigat & jugulat. Neque iracundiam ſolum & furorem, & amaritudinem; ſed ipſum etiam clamorem ab ore fidelium arcet & reſecat. *Omnis enim,* ait, *iracundia, & furor, & convicium tollatur à vobis cum omni malitia.* Epheſ 4. 31 Ibid. v. 26. Num iſta tibi parva videntur? Ergo paululũ expecta, dum his longe majora referamus, quæ de tolerantia malorum omnibus præcipit. *Sol,* inquit, *non occidat ſuper iracundiam veſtram: videte ne quis malum pro malo cuiquã red-*
D *dat, ſed ſemper quod bonum eſt, perſequimini, & invicem & in omnes.* Rom. 12, 21 Rurſúmque: *Noli vinci à malo; ſed vince in bono malum.* Vidiſtine philoſophiæ & longanimitatis magnitudinem ad ipſum ſupremum culmen aſcendentem? audi quid de charitate etiam loquatur, quæ caput bonorum omnium, & ſumma eſt. Cum enim illam vehementer extolleret, ejuſque merita inſignia perſequeretur, eandem ſe à ſeculi hominibus exigere oſtendit, quàm à diſcipulis Chriſtus. Ut enim *Salvator hunc* tandem Ioh. 15, 13
E *extremum ait eſſe charitatis finem, ſi quis animam ſuam pro amicis ponat:* ita Paulus quoque idipſum ſignificavit, cum diceret: *Charitas non quærit, quæ ſua ſunt,* 1. Cor. 13, 5. *atque ejuſmodi* charitatem ſequi nos jubet. Itaque licet hoc ſolum dictum eſſet, ſufficiens argumentum eſſet Deum à ſecularibus eadem, quæ à monachis, exigere: quippe quod vinculum & radix ſit eadem multæ virtutis. Quid igitur hac philoſophia majus, aut dignius inquirere poſſemus? Cum enim & furore, & iracundia, & clamore, & pecuniarũ
A cupiditate, & ventris ingluvie, & magnificentia veſtium, & inani gloria, & aliis ſeculi rebus ſuperiores eſſe nos jubeat, nihilq; commune habere cum terra, cúmq; mortificare membra noſtra præcipiat, conſtat profecto ipſum non minorẽ à nobis vitæ diligentiam requirere, quàm requirat à diſcipulis Chriſtus, uſque adeò vero peccatis eſſe mortuos jubet, ac ſi jam & mortui & ſepulti ſimus. Rom. 6. Idcirco enim ait, *Qui antẽ mortuus eſt, jam juſtificatus eſt à peccato.* Nonnunquã vero ad ipſius quoq; Chriſti imita-
B tionẽ ſumma vi exhortationis inducit. Cum enim nos diligere admonet, inde potiſſimũ ſumit exempla: ita cum ad maloru quoq; tolerantiam, atq; ad humilitatem hortatur. Cum itaq; non monachos tantum vel Apoſtolos; ſed ipſum etiam Chriſtum imitari nos jubeat, eiſque qui non imitantur ſupplicia maxima intentet, qua tu tandem ratione illã dicis eſſe majorem altitudinẽ? Eandem enim omnibus hominibus aſcendere propoſitũ & imperatum eſt. Sed hoc planè eſt quòd evertit orbem univerſum,
C quòd ſumma vitæ bene agendæ diligentia monachis opus eſſe arbitramur, cæteris negligenter vivere licere. Non ita ſanè, non ita eſt; ſed eadẽ ab omnibus philoſophiæ ratio requiritur: atq; id equidem vehementer affirmaverim, imò vero non ego; ſed ipſe judex omniũ Chriſtus. Sin vero tu adhuc hæres, & titubas, age rurſus tibi eiſdẽ verbis aures repleamus, ut omnis abs te & malitia & infidelitas fugetur. Faciam autem hujus rei documentũ ab ipſis cruciatibus diei illius horribilis nimiúmque metuendæ.

Non ſolis monachis præcepit Deus ut à peccatis abſtineant, & rectè vivant; ſed Chriſtianis omnibus.

D Dives profecto ille, non quòd monachus crudelis fuerat, idcirco vehementius cruciabatur; ſed ſi quid loqui ex nobis audeamus, quod tamen veritati contrarium non ſit, ideo exurebatur maxime, quod ſeculo deditus cum eſſet, & in divitiis ac deliciis degeret, & purpura operiretur, Lazarum ſuprema inopia vexatum aſpernatus eſt. Luc. 16. Matth. 25. Imò neq; hoc, neq; illud dicã; ſed quod crudelis ſolum eſſet: propterea gravioribus in igne cruciatibus torquebatur. Virgines item, quia clementia & humanitate caruerunt, ideo cœleſti thalamo excluſæ ſunt: & ut ipſe aliquid adjiciã
E quod veriſimile exiſtimo, nõ ſolũ cruciatus illis additi non ſunt virginitatis gratia; ſed ob eandem ipſam mitiores quoq; pœnas exceperunt. Neq; enim illis dictum eſt: *Ite in ignem diabolo & Angelis ejus præparatum*; ſed ſolum, *Non novi vos.* Sin vero dicat aliquis, hoc idem eſſe quod illud eſt, neque ego contendam: Matt, 25, 12. quod enim mihi nunc maxime incumbit, id profecto eſt, ut oſtendam monachorum vitam graviora non attrahere ſupplicia;

verum

verum iiſdem quoque peccantes ſeculi homines obnoxios fieri. Is etiam qui ſordidis veſtibus amictus fuit, quique centum denarios ſumma improbitate requiſivit, non quòd monachi fuerunt, ea paſſi ſunt, quæ paſſi referuntur; ſed alter ob fornicationem, alter quòd non condonaſſet injurias, perierunt. Sed & alios quoque qui tum punirentur, ſi quis inquirat diligentius, pro peccatorum tantum meritis eos cruciatus perpeti animadvertet. Neque vero in inferendis ſolum cruciatibus; ſed etiam in ſanciendis legibus id Chriſtum feciſſe reperies. Etenim cum

Matt.11,28.

dicit: *Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris*: non monachos tantum alloquitur; ſed & omne prorſus hominum genus. Itémq; cum *jubet per anguſtam viam ingredi*: non iſtos modo; ſed omnes omnino homines hoc imperio convenit. Cumque *odiſſe animam ſuam in hoc mundo, atque cætera ejuſmodi juberet*, nullum hominum genus excepit. Cum vero non omnes alloquitur, neque jura & leges omnibus conſtituit, hoc ipſe nobis inſinuat aptius. Denique cum de virginitate loqueretur,

Mat,19,12.

adjunxit? *Qui poteſt capere, capiat*: neque, omnis, adjiciens, neque id in præcepti ordine ſtatuens. Ita Paulus quoq;: nam omnibus locis magiſtrum imitari deprehenditur: cum in hanc

1.Cor.9,25

incidiſſet materiam, ajebat: *De virginibus autem præceptum Domini non habeo.* Itaque quòd ad eandem vitæ diligentiam, ſupremúmque perfectionis faſtigium per divinas leges pariter & ſecularis & monachus cogantur: quodque ambo ſi ceciderint, æqualia ſint excepturi vulnera, neminem jam, quantumlibet ille ſit contentioſus & impudens, contradicturum exiſtimo.

CAP. 13.

Utrius ſit pronior lapſus, ſecularis an monachi.

Hoc autem apertiſſime oſtenſo, age illud quoque inquiramus: ſi tamen inquiſitione opus eſt in re tam manifeſta, utrius ſit pronior ac facilior lapſus. Pudicitiam quidem is, qui uxorem habet, facile ſervare poſſe videtur, quippe ſolatio non minimo ſuffultus: cæterum in reliquis nulla comparatio eſt: verum ſic quoque plures longe videas lapſos ex conjugatorum, quàm ex monachorum ordine. Neque enim tam multi ex monaſteriis ad matrimonia accedunt, quam ex jugali thoro ſe ad ſcorta recipiunt. Quòd ſi in eis certaminibus, quæ facillima illis toleratu ſunt, quippe thoro legitimo ſubnixis, ita ſe ſuperari facile permittunt: quid tandem in aliis perturbationibus acturi exiſtimantur, quibus longe amplius quàm monachi pulſantur? Non concupiſcentia quidem, ardórque congreſſus muliebris his vehementius imminet, quippe uxorum contubernio & ſolatio carentibus: reliquæ vero perturbationes cum his vicinius propinquare vix poſſint, illos verò per vim ſubjiciunt, atque in ſuum caput impellunt. Sin vero in eis ipſis in quibus bello vehementiore perturbantur, iſti magis obtinent, victoréſque fiunt, quàm hi quibus id ineſt leviſſimum, & ferè nullum: conſtat profecto longe eos facilius ea quoque vitia ſuperaturos, à quibus nihil ferè perturbationis patiuntur. Nam & pecuniæ amor, & deliciarum ac potentiæ, cæterarúmque rerum deſiderium facilius ab his, quam à ſecularibus vinci ſubigique conſuevit. Ut igitur in prælio & pugna eam belli partem leviorem eſſe dicimus, non ex qua alterni ac juges mortui ſuper invicem cadunt; ſed ex qua pauciſſimi & rari: ita de his quoque ſtatuere & decernere debemus. Quippe habendi immodicam cupiditatem is longe facilius vincet, qui in montium verticibus moratur, quàm qui mediis in rerum perturbationibus verſatur: nam iſte quidem facillime capitur: eum vero qui captus cupiditate iſta fuerit, in eorum numero, qui venerantur ſimulachra & colunt, numerari certum eſt & definitum: atque is quidem, ſi pecunias habuerit, nunquam profecto proximos contemnet; ſed ipſas omnes in illorum uſus facillime impendet: ille autem non modo eos aſpernabitur; verum non ſecus eos atque alienos tractabit, injuriiſque & incommodis omnibus afficiet. Quod profecto genus aliud eſt ſerviendi idolis, & quidem priore illo deterius & gravius. Et quid me neceſſe eſt perſequi reliqua, quæ monachis quidem facillima ad ſuperandū ſunt, ſeculi autem homines nullo negocio, ingentique facilitate dejiciunt? Cur ergo non pavidus trepidas, cum ad eam vitam filium adducis, in qua vitiis omnibus capi facillime poſſit? An parum tibi videtur ſervire idolis, ipſiſque infidelibus deteriorem eſſe, Deiq; ſervitium operibus ipſis abnegare, quæ quidem omnia multo facilius hi, qui ſeculo addicti ſunt, patientur, quàm monachi? Vidéſne ut callida tergiverſatio metus iſte ſit? nam ſi metuendum fuiſſet, non utique eſſet illis metuendum, qui fluctus & procellas fugerent, atq; omni ſtudio ad portum feſtinarent; ſed eis qui hyeme ingenti & turbine involuti jactarentur. In vita enim ſeculari & plura ſunt & paratiora naufragia: quòd & plura ſint quæ perturbent, & qui eam vitam degunt, negligentiores atque adeò invalidiores ſint, quàm ut adverſus ea ſtare poſſint. In monachorum autem vita profecto & fluctus tanti non ſunt; ſed contrà penitus ſerenitas ſumma & tranquillitas, & ſtudium longe excellentius adverſus eam fluctuum rabiem pugnaturorum. Quocirca nos ejuſmodi ad deſerta pertrahimus, non ut cilicio induantur, torquéſve ferreos ſibi circumdent, aut cinerem ſubſternant ſolum,

A ἀλλὰ τῶν αὐτῶν εἰσιν ὑπεύθυνοι καὶ βιωτικοὶ, τὰ αὐτὰ ἁμαρτάνοντες ἐκείνοις. καὶ ὁ τὰ ῥυπαρὰ ἐνδεδυμένος ἱμάτια, καὶ ὁ τὰ δηνάρια τὰ ἑκατὸν ἀπαιτῶν, οὐκ ἐπειδὴ μονάζοντες ἦσαν, ἔπαθον, ἅπερ ἔπαθον· ἀλλ' ὁ μὲν διὰ τὴν πορνείαν, ὁ δὲ διὰ τὴν μνησικακίαν ἀπώλοντο. καὶ τοὺς ἄλλους δὲ εἴ τις ἐπέλθοι τοὺς τότε κολαζομένους, ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων μόνον ὄψεται τὴν τιμωρίαν ὑπέχοντας. οὐκ ἐν ταῖς τιμωρίαις δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς νομοθεσίαις τοῦτο εὕροι τις ἄν. καὶ

B γὰρ, ὅταν λέγῃ, δεῦτε πρὸς μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες, καὶ πεφορτισμένοι κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· ἄρατε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, καὶ μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, οὐ τοῖς μονάζουσι διαλέγεται μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσῃ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει. καὶ ὅταν κελεύῃ διὰ τῆς στενῆς ὁδεύειν ὁδοῦ, οὐ πρὸς τούτους ἀποτείνει τὸν λόγον μόνους, ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀνθρώπους. καὶ μισεῖν δὲ τὴν αὐτῶν ψυχὴν ἐν τῷ κό-

C σμῳ τούτῳ, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα τὰ τοιαῦτα πᾶσιν ἐπέταξεν ὁμοίως. ὅταν δὲ μὴ πᾶσι διαλέγηται, μηδὲ νομοθετῇ, δῆλον ἡμῖν αὐτὸ ποιεῖ. ὅτε γοῦν περὶ παρθενίας ἔλεγεν, ἐπήγαγεν· ὁ δυνάμενος χωρεῖν χωρείτω, οὔτε τὸ, πᾶς, προσθεὶς, οὔτε ἐν ἐπιτάγματος τάξει τοῦτο εἰσενεγκών. οὕτω καὶ ὁ Παῦλος. τὸν γὰρ διδάσκαλον μιμούμενος πανταχοῦ φαίνεται, καὶ εἰς ταύτην ἐμπεσὼν τὴν ὑπόθεσιν, ἔλεγε· περὶ δὲ τῶν παρθένων ἐπιταγὴν κυρίου οὐκ ἔχω. ὅτι μὲν οὖν πρὸς τὴν ἴσην φθάσαι κορυ-

D φὴν, καὶ τὸν βιωτικὸν ἀνάγκη καὶ τὸν μοναχὸν, καὶ ὅτι τὰ αὐτὰ λήψονται τραύματα πεσόντες ἀμφότεροι, οὐδὲ τὸν σφόδρα φιλόνεικον, καὶ ἀναίσχυντον οἶμαι λοιπὸν ἀντερεῖν.

Τούτου δὲ ἀποδειχθέντος σαφῶς, φέρε δὴ κἀκεῖνο ἐξετάσωμεν, τίς εὐκολώτερον, καὶ ῥᾷον πεσεῖται, εἰ ἐνταῦθα οὐδὲ ἐξετάσεως ἡμῖν δεῖ. σωφροσύνην μὲν γὰρ ὁ γυναῖκα ἔχων κατορθώσει ῥᾳδίως, ἅτε πολλῆς ἀπολαύων τῆς παραμυθίας· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις οὐ σφόδρα

E φαίνεται, πλὴν ἀλλὰ κἀνταῦθα πλείους ἂν ἴδοιμεν τῶν γεγαμηκότων, ἢ τῶν μοναχῶν πίπτοντας. οὔτε γὰρ τοσοῦτοι πρὸς τὸν γάμον ἀπὸ τῶν μοναστηρίων ἐκβαίνουσιν, ὅσοι πρὸς πόρνας ἀπὸ τῆς εὐνῆς ἀνίστανται τῶν γυναικῶν. εἰ δὲ ὅπου εὔκολα τὰ τῶν παλαισμάτων αὐτοῖς, μετὰ τοσαύτης πίπτουσιν ὑπερβολῆς, ποιήσουσιν ἐν τοῖς ἄλλοις πάθεσιν, ἐν οἷς μᾶλλον ἐνοχλοῦνται τῶν μοναχῶν; ἡ μὲν γὰρ ἐπιθυμία τούτοις σφοδρότερον ἔπεισιν, ἅτε πρὸς γυναῖκας οὐκ ἔχουσιν ὁμιλίαν· τὰ δὲ ἄλλα τούτων μὲν οὐδὲ ἐγγὺς γενέσθαι δύναιντ' ἄν. ἐκείνους δὲ κατὰ κρά-

A τος ἐλαύνει, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ὠθεῖ. εἰ δὲ ἐν οἷς σφοδρότερον ὁ πόλεμος ποιεῖ, μᾶλλον τῶν μὴ οὕτω παλαιόντων κρατοῦσιν, εὔδηλον, ὅτι πολλῷ ῥᾷον τούτων ἐν τοῖς ἄλλοις, ἐν οἷς οὐκ ἐνοχλοῦνται, στήσονται. καὶ γὰρ χρημάτων ἔρως, καὶ τρυφῆς ἐπιθυμία, καὶ δυναστείας, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εὐκολώτερον ὑπὸ τούτων ἢ τῶν βιωτικῶν ἀνύεσθαι πέφυκεν. ὥσπερ οὖν ἐν παρατάξει καὶ μάχῃ, τοῦτο τοῦ πολέμου τὸ μέρος κουφότερον εἶναι φήσομεν, οὐχ ὅθεν ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς πίπτουσιν

B οἱ νεκροὶ, ἀλλ' ὅθεν ὀλίγοι, καὶ σπάνιοι, οὕτω καὶ περὶ τούτων ψηφίζεσθαι χρή. καὶ γὰρ πλεονεξίας οὐχ ὁ στρεφόμενος ἐν τῷ μέσῳ, ἀλλ' ὁ καθήμενος ἐν τοῖς ὄρεσιν εὐκολώτερον περιέσται. ἐπεὶ ἐκεῖνός γε καὶ ἁλώσεται ῥᾳδίως· ἁλόντα δὲ πλεονεξίᾳ μετὰ τῶν εἰδωλολατρῶν ἀριθμεῖσθαι ἀνάγκη· καὶ τῶν οἰκείων οὗτος μὲν οὐχ αἱρήσεται ὑπεριδεῖν, ἂν ἔχῃ χρήματα, ἀλλ' εὐκόλως αὐτοῖς πάντα προήσεται· ἐκεῖνος δὲ οὐ περιόψεται μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ ἀδικήσει τῶν ἀλλοτρίων οὐχ ἧττον·

C τοῦτο δὲ πάλιν ἕτερος εἰδωλολατρείας τρόπος τοῦ προτέρου χαλεπώτερος. καὶ τί δεῖ τὰ ἄλλα πάντα λέγειν, τὰ τοῖς μονάζουσι μὲν ὄντα εὐκαταγώνιστα, τοὺς δὲ βιωτικοὺς μετὰ πολλῆς καταβάλλοντα τῆς σφοδρότητος; πῶς οὖν οὐ δέδοικας, οὐδὲ τρέμεις ἐπὶ τοῦτον ἄγων τὸν βίον, ὅθεν ἁλώσιμος ἔσται τῇ κακίᾳ ταχέως; ἢ μικρὸν εἶναί σοι δοκεῖ εἰδωλολατρεία, καὶ τὸ τῶν ἀπίστων εἶναι χείρω, καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ τὴν δουλείαν διὰ τῶν ἔργων ἐξόμνυσθαι, ἅπερ ἅπαντα πείσονται εὐκο-

D λώτερον τῶν μοναχῶν οἱ τῷ βίῳ προσδεδεμένοι; ὁρᾷς, ὅτι σκῆψις ὁ φόβος ἐστίν; εἰ γὰρ δεδοικέναι χρῆν, οὐχ ὑπὲρ τῶν τὰ κλυδώνια φευγόντων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐν χειμῶνι, καὶ τῇ ζάλῃ κλυδωνιζομένων. ταχύτερον γὰρ ἐκεῖθεν τὰ ναυάγια, τῷ καὶ πλείονα εἶναι τὰ ἐνοχλοῦντα, καὶ ῥαθυμοτέρους τοὺς πρὸς ταῦτα στήσεσθαι μέλλοντας. ἐνταῦθα δὲ οὔτε τοσαῦτα κύματα, καὶ πολλὴ ἡ γαλήνη, καὶ ἡ σπουδὴ μείζων τῶν πρὸς ταῦτα μαχησομένων. διὰ τοῦτο

E καὶ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν ἔρημον ἕλκομεν, οὐχ ἵνα σάκκον ἁπλῶς περιβάλωνται, οὐδὲ ἵνα κλοιὰ περιθῶνται, οὐδ' ἵνα σποδὸν ὑποστρώσωνται, ἀλλ'

ἀλλ' ἵνα πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων φύγωσι μὲν κακίαν, ἕλωνται δὲ ἀρετήν. τί οὖν; οἱ γεγαμηκότες, φησὶν, ἀπολοῦνται πάντες; οὐδὲ τοῦτο λέγω· ἀλλ' ὅτι μειζόνων δεήσονται πόνων, εἰ μέλλοιεν σώζεσθαι, διὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἀνάγκην. οὐ γὰρ δεδεμένου μᾶλλον ὁ λελυμένος δραμεῖται. οὐκοῦν καὶ πλείονα ἕξει τὸν μισθὸν, καὶ λαμπροτέρους τοὺς στεφάνους; οὐδαμῶς. ἑαυτῷ γὰρ ταύτην περιτίθησι τὴν ἀνάγκην ἐξὸν μὴ περιθεῖναι. ὥστε ἐπειδὴ σαφῶς ἡμῖν ἀποδέδεικται, ὅτι τῶν αὐτῶν ἐσμὲν ὑπεύθυνοι τοῖς μοναχοῖς, ἐπὶ τὴν αὐτὴν εὐκολωτέραν τρέχωμεν ὁδὸν, καὶ τοὺς υἱοὺς ἐπὶ ταύτην ἕλκωμεν, ἀλλὰ μὴ καταποντίζωμεν, μηδὲ εἰς τὰ τῆς κακίας ἕλκωμεν βάραθρα, καθάπερ ἐχθροὶ, καὶ πολέμιοι. ταῦτα γὰρ εἰ μὲν ἄλλοι τινὲς ἐποίουν, οὐκ ἦν οὕτω δεινόν. ὅταν δὲ οἱ γεγεννηκότες, οἱ τῶν βιωτικῶν πεῖραν εἰληφότες πάντων, οἱ διὰ τῶν ἔργων μαθόντες αὐτῶν, ὅτι ψυχρὰ τῶν παρόντων πραγμάτων ἡ ἡδονὴ, οὕτω μαίνονται, ὡς ἑτέρους ἐπὶ ταῦτα ἕλκειν, ἐπειδὴ λοιπὸν ὑπὸ τῆς ἡλικίας αὐτοὶ κεκώλυνται· καὶ δέον ἑαυτοὺς ἐπὶ τοῖς προτέροις ταλανίζειν, οἱ δὲ καὶ ἑτέρους ἐμβάλλουσι, καὶ ταῦτα ἐγγὺς ἑστῶτες λοιπὸν τῆς τελευτῆς, καὶ τοῦ δικαστηρίου καὶ τῶν εὐθυνῶν ἐκείνων, ποία αὐτοῖς ἀπολογία λελείψεται; ποία συγγνώμη; ποῖος ἔλεος; οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων δώσουσι δίκην, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῖς παισὶ τετολμημένων, ἄν τε δυνηθῶσιν αὐτοὺς ὑποσκελίσαι, ἄν τε μή.

Ἀλλὰ παῖδας ἴσως ἐπιθυμεῖτε παίδων ἰδεῖν. καὶ πῶς οὔπω γενόμενοι πατέρες αὐτοί; οὐ γὰρ δὴ τὸ γεννῆσαι πατέρα ποιεῖ. καὶ τοῦτο αὐτοὶ οἱ γεγεννηκότες συνωμολογήσαιεν ἄν, οἱ τοὺς υἱεῖς ὅταν ἴδωσιν εἰς ἐσχάτην κακίας ἐλαύνοντας, ὡς οὐκ ὄντας αὐτῶν ἐκβάλλουσι, καὶ ἀπαλλοτριοῦσι, καὶ οὔτε φύσις, οὔτε γέννησις, οὔτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, κατασχεῖν αὐτοὺς δύναιτ' ἄν. μὴ τοίνυν μηδὲ πατέρες ἀξιούσθωσαν εἶναι οἱ τοιοῦτοι, ὧν πολὺ κατὰ τὸν τῆς φιλοσοφίας λείπονται λόγον. ἀλλ' ἐπειδὰν αὐτοὺς τοῦτον τὸν τρόπον γεννήσωσι, τότε καὶ τοὺς ἐκγόνους ζητείτωσαν. τότε γὰρ αὐτοὺς καὶ ἰδεῖν δυνήσονται μόνον. εἰσὶ γὰρ αὐτοῖς παῖδες, εἰσὶν, „οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς, οὐδὲ ἐκ θελή„ματος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντες τοῦ Θεοῦ. οὗτοι οἱ παῖδες οὐχ ὑπὲρ χρημάτων ἀναγκάζουσι κόπτεσθαι τοὺς πατέρας, οὐχ ὑπὲρ γάμου, οὐχ ὑπὲρ ἄλλου τινὸς τοιούτου· ἀλλὰ πάσης αὐτοὺς τῆς φροντίδος ἀτελεῖς ἀφέντες, τῶν φυσικῶν πατέρων μείζονι παρέχουσιν ἐντρυφᾶν ἡδονῇ. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τίκτονταί τε, καὶ τρέφονται, οἷσπερ κἀκεῖνοι, ἀλλ' ἐπὶ πολλῷ μείζοσι, καὶ λαμπροτέροις, διὸ μᾶλλον τοὺς γεγεννηκότας εὐφραίνουσι. χωρὶς δὲ τούτων κἀκεῖνο εἴποιμι ἄν, ὅτι τοὺς μὲν διαπιστοῦντας τῇ ἀναστάσει οὐδὲν ἀπεικὸς ὑπὲρ τούτων θρηνεῖν, ἅτε δὴ ταύτης μόνης καταλειπομένης τῆς παραμυθίας αὐτοῖς· οἱ δὲ τὸν θάνατον ὕπνον ἡγούμενοι καὶ παιδευόμενοι τῶν ἐνταῦθα πάντων καταφρονεῖν, τίνος ἂν εἴημεν συγγνώμης ἄξιοι θρηνοῦντες ὑπὲρ τούτων, καὶ παῖδας ἐπιζητοῦντες ἰδεῖν, καὶ καταλιπεῖν ἐνθάδε, ὅθεν ἀποπηδᾶν ἐπειγόμεθα, καὶ ἐνταῦθα ὄντες στενάζομεν; καὶ ταῦτα μὲν ἡμῖν πρὸς τοὺς πνευματικωτέρους εἴρηται· εἰ δέ τινες εἶεν φιλοσώματοι, καὶ σφόδρα τῷ παρόντι προσηλωμένοι βίῳ, ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι πρὸς αὐτοὺς, ὅτι πρῶτον ἄδηλον, εἰ καὶ παῖδες ἔσονται τῷ γάμῳ πάντως· δεύτερον, ὅτι καὶ γενομένων μείζων ἡ ἀθυμία. οὐ γὰρ τοσαύτην καρπούμεθα εὐφροσύνην, ὅσην λύπην ἀπὸ τῆς καθημερινῆς φροντίδος, καὶ τῆς ἀγωνίας, καὶ τῶν φόβων τῶν δι' αὐτούς. καὶ τίνι, φησὶ, καταλείψομεν τοὺς ἀγροὺς, καὶ τὰς οἰκίας, τὰ ἀνδράποδα, καὶ τὸ χρυσίον; καὶ γὰρ καὶ ταῦτα ἀκούω θρηνούντων αὐτῶν. τῷ καὶ πρὸ τούτων μέλλοντι κληρονομήσειν αὐτὰ, καὶ τοσούτῳ μᾶλλον νῦν, ἢ πρότερον, ὅσῳ καὶ φύλαξ, καὶ κύριος ἀσφαλέστερος αὐτῶν ἔσται νῦν. τότε μὲν γὰρ πολλὰ ἦν αὐτοῖς τὰ λυμαινόμενα· καὶ γὰρ σῆτες, καὶ χρόνος μακρὸς, καὶ λῃσταὶ, καὶ συκοφάνται, καὶ βάσκανοι, καὶ τὸ τοῦ μέλλοντος ἄδηλον, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων εὐμετάβλητον, καὶ τέλος ὁ θάνατος, καὶ τῶν χρημάτων, καὶ τῶν κτημάτων τούτων ἀπεστέρησεν ἂν τὸν υἱόν· νυνὶ δὲ πάντων τούτων ἀνωτέρω τὸν πλοῦτον ἀπέθετο, τόπον εὑρὼν ἄσυλον, καὶ οὗ μηδενὶ τῶν εἰρημένων ἐπιβῆναι θέμις. τοιοῦτον γὰρ χωρίον ὁ οὐρανὸς, πάσης μὲν ἄβατος ὢν ἐπιβουλῆς, πάσης δὲ εὐφορώτερος γῆς, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀφθονίας τῶν ἐν αὐτῷ τεθέντων χρημάτων παρέχων τοῖς παρακαταθεμένοις ἀμᾶσθαι τοὺς καρπούς. ὥστε νῦν οὐκ ἔδει ταῦτα λέγειν, ἀλλ' εἰ βιωτικὸν ἔμελλεν ἔσεσθαι τὸ παιδίον, τότε θρηνεῖν, καὶ ταῦτα φθέγγεσθαι, τίνι τοὺς ἀγροὺς καταλείπωμεν; τίνι τὸ χρυσίον; τίνι τὰ λοιπὰ χρήματα; νῦν γὰρ τοσαύτη τῆς κυριότητος ἡ περιουσία, ὡς μηδὲ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἐκπίπτειν τῆς δεσποτείας αὐτῶν, ἀλλὰ τότε μάλιστα τοῦ κέρδους αὐτῶν ἀπολαύειν, ὅταν ἐντεῦθεν ἀπέλθωμεν. εἰ δὲ καὶ ἐνταῦθα βούλει κύριον ὄντα ἰδεῖν, καὶ τοῦτο τῷ μοναχῷ μᾶλλον, ἢ τῷ βιωτικῷ συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν.

A ſed ut in primis vitia effugiant eligántque virtutes. Quid igitur? Omnéſne qui matrimonii vinculis aſtricti ſunt, peribunt? Non equidem id dico; ſed majoribus, ut ſervari poſſint, laboribus eis opus eſſe confirmo, ob imminentem neceſſitatem. Nam eo, qui ligatus fuerit, is, qui ſolutus eſt & facilius longè & expeditius curret. Num ergo majore ille idcirco mercede donabitur, illuſtrioribúſque coronis? Minime vero. Sibi enim ille hanc neceſſitatem conſcivit, cum liceret effugere, ſi vellet. Quoniam
B igitur ut apertis documentis declaratum eſt, iiſdem ſumus obnoxii, quibus & monachi: faciliorem percurramus viam, liberóſque noſtros ad eam pertrahamus, non illos demergamus, neque ad vitiorum prærupta, tanquam inimici & hoſtes infenſiſſimi præcipitemus. Hæc enim ſi quis alius facere tentaret, non eſſet adeo horrendum & execrandum. At vero cum parentes ipſi, qui ſecularium rerum omnium periculum fecerunt, qui rebus ipſis quam ſit frivola & nulla vitæ mortalis voluptas didicerunt, a-
C deò inſaniant, ut alios quoque ad eam ipſam trahere nitantur, quia ipſi jam frui per ætatem prohibentur: cúmq; ſe ipſos ex his quæ antè peccaverint, infelices & miſeros agnoſcere & dicere deberent, alios in eaſdem miſerias præcipitant: atque iſta cum jam mors vicina eſt & judicium, horrendique illi cruciatus: quænam excuſatio relinquitur? quæ venia? quæ miſericordia? Neque enim ſuorum tantum peccatorum pœnas dabunt; ſed eorum quoque quæ filii peccarunt, ſive fallere illi filios potuerint, ſive
D non potuerint.

Seculares majori cum difficultate ſalvi fiunt.

At fortaſſe filiorum filios videre cupitis. Quomodo id tandem, cum ipſi nondum facti parentes ſitis? Neque enim patrem facit generatio. Quod ipſi quoque patres teſtari ſolent, qui filios cum viderint ad ſummum vitiorum culmen perveniſſe, quaſi non ſint illi ſui, ſic eos à ſe abjiciunt & abdicant: neque generatio ipſa, neque affectus naturalis, neque aliud aliquid ejuſmodi ipſos quo minus id faciant, continere poteſt. Itaque ne ipſi quidem
E patres horum digni eſſe judicentur, quibus philoſophiæ ratione longe inferiores & deteriores ſunt. Sed cum ipſos non minus ſpiritu quàm carne genuerint, tunc etiam nepotes quærant Nam tunc ſolùm etiam videre eos poterunt. Sunt enim, ſunt profectò illis filii, *non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; ſed ex Deo ipſo generati*: atque hi filii, non pecuniarum gratia luctum parentibus, aut mœſtitiam inducunt, non matrimonii, non alterius cujuſque rei; ſed omni illos hac cura
A liberos immunéſque dimittentes, majoribus longe illos, honeſtioribúſque voluptatibus afficiunt, quam ſi eſſent illi naturales patres. Neque enim eſt eadem utriuſque generationis ratio, neque ut carnales filii; ita ſpirituales quoque nutriuntur: ſed longe iſti excellentius & dignius, idcirco parentes quoque copioſiore lætitia afficiunt. Illud præterea adjiciendum, quòd hi, qui reſurrectionis fidem non ſuſcipiunt, mirum non eſt, ſi in ejuſmodi lugeant & lamententur: quippe quibus ſola hæc poſteritatis
B ſpes & conſolatio reliqua eſſe videatur. Nos vero, qui mortem ſoporem eſſe exiſtimamus, qui edocti ſumus præſentia omnia deſpicere, qua tandem venia digni erimus, ſi in ejuſmodi lugeamus, filióſque videre cupiamus, atque hic relinquere, unde ipſi tranſire feſtinamus, ubi cum ſimus, ingemiſcimus? Verum iſta ad eos, qui capaciores rationis ſunt diximus: ſi qui vero fuerint ſtudioſi corporis, atque huic ſeculo penitus affixi illud imprimis dicemus, quòd incertum eſt, an ex matrimonio liberi ſint ſe-
C cuturi: ſed & ſi nati illi fuerint, majoris inde mœroris occaſio ſequetur. Neque enim tantum ex iſta liberorum procreatione lætitiæ, quantum ex aſſidua cura & anxietate mœroris acquirimus, dum illis omnia quotidie timere cogimur. Et cui, inquies, villas, ædes, mancipia aurúmque relinquemus? Nam & iſta illos conquerentes audio. Ei profectò, qui hæc antea hæreditario jure poſſeſſurus erat, nuncque tanto magis, quanto hæres ipſe & ſecurior & tutior eſt. Hac enim in vita plurima ſunt, quæ illa cor-
D rumpant & demoliantur: nam & tineæ, & longitudo temporis, & latrones, & calumniatores, & invidi, & futuri incertum, humanarúmque rerum varietas, & mors tandem ipſa, & pecuniis, & prædiis, & villis filium profectò tuum ſpoliaſſent: jam vero editiori atq; tutiori in loco divitias repoſuit, locum inviolabilem reperiens, ad quem nulli ex his, quæ dicta ſunt, aſpirare fas eſt. Is vero locus cœlum eſt, nullum impetum metuens, nulliſque inſidiis pervium, omnique ſoli fœcunditate feracius, atq; in-
E genti cum fœnore depoſitorum fructus lætiſſimos his, qui ea depoſuerint, decerpendos præbens. Non igitur nunc ea verba dicenda ſunt; ſed ſi ſeculo ſe dedere mallet filius tuus, tunc ingemiſcendum & lamentandum eſſet, atq; talia dicendum: Cui modo villas relinquemus, cui aurum, cui pecunias reliquas? Nunc enim tanta proprietatis & dominationis eſt copia, ut ne tum quidem cum vita exceſſerint, eo dominio fruſtrandi ſint; ſed tunc maxime rerũ ſuarũ lucris potituri. Quod ſi tu hac etiã in vita cupis illũ dominũ videre, demulcétq; te blanda dominationis appellatio: id quoq; monacho, quã ſeculari videas excellentius cõtingere.

Cap. 14. De cupiditate filios & procreatores relinquendi & ſucceſſores.

Joh. 1, 13.

Domini verius monachi quam ſeculares.

Quis enim oro te, dominus dicendus eſt? illene, qui ſumma cum facilitate pecunias impendit & erogat, an is qui præ parcitate & auaritia eas contingere non audet; ſed ſuffodit atque humo abdit, ſuiſque ita abſtinet tanquam profectò illa non ſint ſua? Qui inaniter & abſque ratione impendit rem ſuam, an qui ſumma cum moderatione id facit? Qui in terra ſeminat, an qui in cœlo? Qui non ſua omnia quibus voluerit erogare permittitur, an qui omnibus ejuſmodi tributa exigentibus liber evaſit? Ei quippe qui prædia ſulcat plurima, quique mundi ſe negociis addicit, complures plurimis ex locis imminebunt, vectigalia perſoluere cogentes, & quantum cuique competit, ſua quiq; repetentes: ei vero qui clementer in pauperes erogat, nemo prorſus erit, qui obſtrepat, nemo qui minas ullas intentet. Et hoc igitur ex loco inſigniori iſte potiorique dominatione beatus eſt. An vero tu illum dominum dices rerum ſuarum, qui meretricibus & gulæ illecebris & aſſentatoribus & paraſitis patrimonium effundit, & gloriæ ſuæ maculam acquirit, ſalutemque ſuam prodit, atque ab omnibus ridetur: qui autem ad conquirendam veram ſempiternámque gloriam, atque ad immortalia conſequenda commoda utque divinis monitis obtemperet, illud ſapientiſſimè diſpenſat, eum non jam eſſe rei ſuæ dominum quereris? Nonne ergo idem facis, ac ſi perſpiciens quempiam in ſubterraneos aliquos meatus vel cuniculos rem ſuam projicientem, diceres eum verè rei familiaris ſuæ dominum: ſin vero neceſſariis uſibus diſpenſantem intuereris, ut qui rerum ſuarum non haberet poteſtatem, ita illum lamentarere? Imò verò non eis, qui rationabiliter patrimonia conſumunt; ſed eis, qui in perniciem ſui capitis id faciunt, iſti conferendi ſunt. Denique præclarum hoc impendendi genus & illuſtriorem eum & ditiorem & potentiorem faciet: illud vero perlaſciuum & luxurioſum, non modo odioſum & execrabilem; ſed extremæ quoque damnationi obnoxium & obſtrictum reddet.

Cap. 15. Qui ergo? Poſt matrimonium, inquies, & liberos, non licebit

Non differre debemus ingreſſum religionis ad ſenectutem uſque. hanc philoſophiam apprehendere, cum ad ſenectutem quis pervenerit? Et quis tandem ille erit, qui polliceatur ad extremam nos provehendos eſſe ſenectutem, quodque cum ad illam pervenerimus, hac in voluntate & ſententia perſeverabimus? Neque enim ſumus domini præſtituti ac definiti vitæ noſtræ temporis: atque hoc Paulus nos docuit cum diceret, *Dies Domini ſicut fur*

1. Theſſ. 5, 2. *in nocte, ita veniet:* neque rurſus in eadem ſemper alacritate propoſiti cogitationes noſtræ perſeverant. Quocirca ſapiens quidam

Eccl. 5, 8. admonet dicens: *Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem, ne forte cum tu moram trahis, conteraris, atque in tempore ultionis pereas.* Nempe ſi nihil horum quoq; incertum eſſet, ne ſic quidem liberos noſtros differre deberemus, ne tanta detrimenta, quãta mox aperiemus, ex dilatione iſta paterentur. Eſſet enim profectò incredibilis amentiæ & fatuitatis, imò vero ſum̃æ immanitatis, ſic cùm juveni opus eſſet adjutorio, adverſariusque vehementer immineret, tunc illum juberemus quietem agere, mundaniſque immiſceri negociis, ut capi facilius poſſet: cum vero vulneribus innumeris confoſſus jaceret, nullaque ex parte eſſet integer, tunc illum ut ſe erigeret atque armaret hortaremur, jacentem jam & ſaucium, atque omnino debilem. Ita ſanè inquies. Tunc enim & lucta levior, & dimicatio facilior futura eſt, jam extinctis voluptatibus. Quænam tunc dimicatio, quæ pugna erit, cum nullus ſit compar, qui nos provocet, nullus qui prælio laceſſat? Ita profectò, ne coronis quidem illuſtrioribus

Thren. 3, 27. donabimur. *Beatus enim*, inquit, *qui tulit jugum ab adoleſcentia ſua: ſedebit ſolitarius, & tacebit.* Hic planè, hic præconiis innumeris eſt dignus, hic & laudari, & beatiſſimus meretur dici, qui rebelles inſanóſque naturales motus ratione frænare perrexerit, atque in ipſo impetu tempeſtatis & turbinis illæſam ſervarit navem; verum nihil inde contendamus; ſed illic quoq; ſit dimicatio, ſi placet. Nempe ſi eſſet in poteſtate noſtra certaminis tempus, rectè forſitan ſenectutem expectare poſſemus. Sin vero per omnem vitam nobis dimicandum eſt, atque à prima ſtatim ætate inchoandum, cum decem annorum eſſe cœperimus, ex ea quippe ætate eorum omnium, quæ peccavimus, rationem reddituri pœnáſq; daturi ſumus: quod inſinuant pueri illi, qui quòd

4. Reg. 2. Eliſſæum irridere auſi ſunt, urſis devorandi permiſſi memorantur: & nunc ex eadem ætate jam in acie eſt ſtandum, quando bellum adverſum nos acerbius & gravius imminet, qua tu ratione tempus illud certaminibus ſtatuis? Si enim ipſi diabolo poteſtatis jure imperare poſſes, ut atrocius imminere & pugnare deſineret, videretur eſſe non irrationabilis hæc tua admonitio. Nunc vero cum tu illum & pugnare, & ictibus me gavioribus pulſare permittas, ſi mihi contra quieſcendum ſtatuas, imò ſponte ſuccumbendum: quid hac iniquitate & abſurditate poſſit eſſe deterius, cum hoſte inſtante furioſo eum qui oppugnatur armis exuas, atque ita illius manibus tradas? Juvenis eſt & imbecillus? Igitur idcirco majore & cautione, & ſecuritate illi opus eſt; quam quidem ut poſſit conſequi, ſumma cura & diligentia illi opus erit, atq; is. qui ejuſmodi eſt, in tranquillitate ſemper & quiete ſumma degere, non mundanis negociis incumbere, neque mediis fluctibus merſari debebit, ubi tumultus ingens & perturbatio eſt. Tu vero contra penitus quibus bellum acrius imminet & per ætatem,

& per

A τίς γάρ, εἰπέ μοι, κυριώτερος, ὁ δαπανῶν, καὶ διδοὺς μετὰ ἀδείας πολλῆς, ἢ ὁ μηδὲ ἅψασθαι τολμῶν ὑπὸ φειδωλίας, ἀλλὰ κατορύττων αὐτὰ καὶ ὡς ἀλλοτρίων ἀπεχόμενος τῶν αὑτοῦ; ὁ μάτην ἀναλίσκων, καὶ εἰκῆ, ἢ ὁ δεόντως τοῦτο ποιῶν; ὁ σπείρων τὴν γῆν, ἢ ὁ τοῦτο ἐργαζόμενος ἐν οὐρανῷ; ὁ μὴ πάντα συγχωρούμενος τὰ ἑαυτοῦ διδόναι, οἷς ἂν ἐθέλοι, ἢ ὁ πάντων ἀπηλλαγμένος τῶν ἀπαιτούντων τὰς τοιαύτας συνεισφοράς; γεωργοῦντι μὲν γάρ, καὶ πραγματευομένῳ πολλοὶ πανταχόθεν B ἐφίστανται, φόρους ἀναγκάζοντες καταθεῖναι, καὶ τὸ ἑαυτοῦ μέρος ἕκαστος ἀπαιτοῦντες· τῷ δὲ εἰς τοὺς δεομένους ἀναλίσκειν ἐπιθυμοῦντι οὐδεὶς οὐδαμόθεν φανεῖται ταῦτα ἀπειλῶν· ὥστε καὶ ἐνταῦθα κυριώτερος οὗτός ἐστιν. ἢ ἂν μὲν πόρναις ἀναλίσκῃ, καὶ γαστρὶ, καὶ παρασίτοις, καὶ κόλαξι, καὶ καταισχύνῃ τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, καὶ ἀπολλύῃ τὴν σωτηρίαν, καὶ καταγέλαστος γένηται, κύριον αὐτὸν εἶναί φῃς δαπανωμένων· ἂν δὲ εἰς δόξαν τὴν ἀληθῆ, καὶ ὠφέλειαν, καὶ τῷ Θεῷ C δοκοῦν μετὰ πολλῆς αὐτὰ δαπανᾷ τῆς συνέσεως, οὐκέτι; οὐκοῦν ὅμοιον ποιήσεις, ὥσπερ ἂν εἰ μὲν ὀχετοὺς ἀμαρῶν ὁρῶν τινα ἐμβάλλοντα τὰ ἑαυτοῦ, κύριόν φῃς εἶναι· εἰς δὲ χρείας ἀναγκαίας τοῦτο ποιοῦντα, ὡς οὐκ ἔχοντα τῶν ἀναλισκομένων ἐξουσίαν θρηνεῖς; μᾶλλον δὲ οὐ τοῖς ἁπλῶς δαπανωμένοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπὶ κακῷ τῶν ἑαυτῶν κεφαλῶν τοὺς τοιούτους παραβάλλειν χρή. ἐκεῖναι μὲν γὰρ αἱ δαπάναι λαμπρότερον, καὶ εὐπορώτερον, καὶ ἀσφαλέστερον ποιοῦσιν· αὗται δὲ οὐκ D αἰσχρὸν μόνον, οὐδὲ ἐπονείδιστον, ἀλλὰ καὶ ἀπωλείας ὑπεύθυνον τρόπῳ παντί.

Τί δὲ μετὰ γάμον, φησὶ, καὶ παῖδας οὐκ ἔνι ταύτης ἐπιλαβέσθαι τῆς φιλοσοφίας ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ γινόμενον; καὶ τίς ἡμῖν ἐγγυήσεται, πρῶτον μὲν, ὅτι εἰς ἔσχατον ἥξομεν γῆρας, δεύτερον, ὅτι ἐλθόντες, πάντως ταύτην διατηροῦμεν τὴν γνώμην; οὔτε γὰρ τῆς ἐν τῇ ζωῇ κύριοι προθεσμίας ἐσμέν· καὶ τοῦτο ἐπαίδευσεν ὁ Παῦλος λέγων· ἡ ἡμέρα E κυρίου, ὡς κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἔρχεται. οὔτε ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἀεὶ προθυμίας μένει τὰ τῶν λογισμῶν ἡμῖν. καὶ διὰ τοῦτο σοφός τις παραινεῖ λέγων· μὴ ἀνάμενε ἐπιστρέψαι πρὸς κύριον, μηδὲ ἀναβάλλου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, μή ποτε ὡς μέλλεις ἐκτριβήσῃ, καὶ ἐν καιρῷ ἐκδικήσεως ἐξολῇ. εἰ δὲ καὶ μηδὲν τούτων ἄδηλον ἦν, οὐδὲ οὕτως ἀναβάλλεσθαι ἔδει τοὺς υἱεῖς, οὐδὲ τοσαύτην γινομένην ζημίαν περιορᾶν. καὶ γὰρ τῆς ἐσχάτης ἀλογίας ἂν εἴη, ὅταν μὲν δέηται βοηθείας ὁ υἱὸς, καὶ σφο- A δρὸς ὁ ἀνταγωνιστὴς ἐφεστήκῃ, κελεύειν τοῖς τοῦ βίου ἐμφύρεσθαι πράγμασιν, ὥστε γενέσθαι εὐχειρωτότερον· ὅταν δὲ λάβῃ μυρία τραύματα, καὶ μηδὲ τὸ τυχὸν ἔχῃ μέρος ὑγιὲς, τότε καθοπλίζειν, καὶ διεγείρειν κείμενον ἤδη καὶ ἐξησθενηκότα. ναί φησι, τότε γὰρ εὔκολος ἡ πάλη, τότε ῥᾴων ἡ μάχη, τῶν ἐπιθυμιῶν σβεσθεισῶν. ποία μάχη, οὐδενὸς ὄντος ἡμῖν τοῦ πυκτεύοντος; διὰ γὰρ τοῦτο, οὐδὲ οἱ στέφανοι λαμπροὶ λοιπὸν ἔσονται. μακάριος γὰρ ὃς ἦρε ζυγὸν ἐκ νεότητος αὐτοῦ, καθίσεται B κατὰ μόνας, καὶ σιωπήσεται. οὗτος μυρίων ἐπαίνων ἄξιος, καὶ μακαρισμῶν, καὶ εὐφημιῶν, ὁ μαινομένην χαλινῶν τὴν φύσιν, καὶ ἐν αὐτῇ τοῦ χειμῶνος τῇ ἀκμῇ διασώζων τὸ σκάφος. πλὴν ἀλλὰ μηδὲν ὑπὲρ τούτων φιλονεικῶμεν· ἀλλ' ἔσω μάχη καὶ τότε, εἰ βούλει. ἀλλ' εἰ μὲν ἐφ' ἡμῖν ἔκειτο ὁ τοῦ ἀγῶνος καιρὸς, καλῶς ἐκεῖνον ἀνεμένομεν τὸν χρόνον. εἰ δὲ πάντα τὸν παρόντα βίον ἀγωνίζεσθαι χρὴ, ἐκ πρώτης ἡλικίας δεξάμενον εὐθέως, καὶ δεκαετῆ γεγονότα, καὶ ἐξ ἐκεί- C νης ἀνάγκη τῆς ἡλικίας ἀπαιτεῖσθαι τῶν ἁμαρτημάτων εὐθύνας· καὶ δηλοῦσι τὰ καταβρωθέντα ὑπὸ τῶν ἄρκτων παιδία, ἐπὶ τοῖς εἰς τὸν Ἐλισσαῖον σκώμμασι· καὶ νῦν ἐκ ταύτης παλαίειν χρὴ τῆς ἡλικίας, ἐν ᾗ καὶ ἐφέστηκεν ὁ πόλεμος χαλεπῶς πνέων καθ' ἡμῶν, πόθεν ὅλως σὺ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον τοῖς ἀγῶσιν ὁρίζεις; εἰ μὲν γὰρ καὶ τῷ διαβόλῳ κύριος ἦς ἐπιτάττειν μὴ ἐπικεῖσθαι, μηδὲ πυκτεύειν, εἶχεν ἄν τινά σοι λόγον αὕτη ἡ παραίνεσις. εἰ δὲ ἐκεῖνον ἀφεὶς ἀγωνίζεσθαι, D καὶ τύπτειν, ἐμοὶ νομοθετεῖς ἡσυχάζειν, μᾶλλον δὲ καὶ ὑποκατακλίνεσθαι ἑκόντα, τί ταύτης τῆς ἐπηρείας χεῖρον γένοιτ' ἄν, τοῦ πολεμίου μαινομένου τὸν πολεμούμενον ἀφοπλίζειν, καὶ οὕτω τῶν ἐκείνου χερσὶ παραδιδόναι; νέος ἐστὶ, καὶ ἀσθενής; οὐκοῦν διὰ τοῦτο πλείονος ἀσφαλείας δεῖται· ἀσφαλείας δὲ δεόμενος, καὶ ἐπιμελείας δεήσεται πλείονος. τὸν δὲ τοιοῦτον ἐν γαλήνῃ διαπαντὸς καὶ ἡσυχίᾳ εἶναι δεῖ, οὐκ εἰς πράγματα ἐκβάλλεσθαι, οὐδὲ ἐν τῷ μέσῳ στρέφεσθαι, ἔνθα πολὺς ὁ θόρυβος, E καὶ ἡ ταραχή. σὺ δὲ οἷς ὁ πόλεμος χαλεπώτερος, καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν.

καὶ διὰ τὸν θόρυβον, καὶ διὰ τὴν ἀσθένειαν, καὶ διὰ τὴν ἀπειρίαν, καὶ διὰ τὴν ἐν μέσῳ διατροφὴν, τούτους ὡς ἤδη κατωρθωκότας, καὶ γεγυμνασμένους ἰσχυροὺς εἰς μέσον ἕλκεις, καὶ οὐκ ἐᾷς ἀπελθόντας γυμνάζεσθαι ἐπὶ τῆς ἐρημίας· ὥσπερ ἂν εἴ τις τὸν μὲν μυρία δυνάμενον στῆσαι τρόπαια κελεύῃ τὰ πολεμικὰ μελετᾶν ἐφ' ἡσυχίας· τὸν δὲ ἄπειρον καὶ οὐδὲ εἰς μάχην παρακύψαι δυνάμενον, τοῦτον δι' αὐτὸ τοῦτο ἐν τῇ μάχῃ στρέφεσθαι νομοθετῇ. ὡς δυσκατόρθωτον τὸ πρᾶγμα τοῦτο, μείζονα τὰ κωλύματα τιθείς. πρὸς δὲ τούτοις, κἀκεῖνο εἰδέναι χρὴ, ὅτι οὐκ ἔνι μετὰ γάμον κύριον ἑαυτοῦ εἶναι, ἀλλ' ἀνάγκη δυοῖν θάτερον, ἢ διαπαντὸς ὁμιλεῖν τῇ γυναικὶ, ἂν ἐκείνη τοῦτο βούληται, ἢ βουλομένης ἐγκρατεύεσθαι ἀποστάντα μοιχείᾳ ἁλίσκεσθαι. τί δεῖ λέγειν τὰς ἄλλας ἀνάγκας τῶν παίδων, τῆς οἰκίας τὰς φροντίδας, αἳ πᾶσαν προθυμίαν ἱκαναὶ ἀμβλῦναι, καὶ πολλὴν τῆς ψυχῆς κατασκεδάσαι νάρκην;

Διὸ βέλτιον, κύριον ὄντα καὶ λελυμένον ἐκ πρώτης καθοπλίζειν τῆς ἡλικίας, οὐ τῶν εἰρημένων ἕνεκεν μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐνθήσεσθαι μέλλοντος οὐχ ἧττον, ἢ τούτων. ὁ μὲν γὰρ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου τῆς φιλοσοφίας ἁψάμενος ταύτης πάντα ἀναλίσκει τὸν χρόνον, ἵνα δυνηθῇ τὰ γενόμενα κατὰ τὴν ἔμπροσθεν ἡλικίαν ἁμαρτήματα ἀπονίψασθαι, καὶ πᾶσα εἰς τοῦτο ἡ σπουδὴ δαπανᾶται· καὶ οὐδὲ οὕτω πολλάκις ἀρκεῖ, ἀλλ' ἀπέρχεται λείψανα τῶν πληγῶν ἔχων. ὁ δὲ ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀποδυσάμενος, οὐκ εἰς τοῦτο δαπανᾷ τὸν χρόνον, οὐδὲ κάθηται τραύματα θεραπεύων, ἀλλ' ἐκ προοιμίων λαμβάνει τὰ βραβεῖα. κἀκείνῳ μὲν ἀγαπητὸν τὰς ἥττας ἀναμαχέσασθαι πάσας· οὗτος δὲ ἐκ βαλβίδος αὐτῆς τρόπαια ἵστησι, καὶ νίκας συνάπτει νίκαις, καθάπερ τις Ὀλυμπιονίκης ἐκ πρώτης ἡλικίας δι' ἀναρρήσεων ἐπὶ τὸ γῆρας ὁδεύων, οὕτως ἄπεισιν ἐκεῖ, μυρίοις τὴν κεφαλὴν ἀναδησάμενος στεφάνοις. τίνων οὖν βούλει εἶναι τὸν υἱόν; τῶν διὰ τὴν πολλὴν παρρησίαν, καὶ πρὸς αὐτοὺς τοὺς ἀρχαγγέλους ἀντιβλέψαι δυναμένων, ἢ ἐκείνων τῶν μετὰ πάντων ἑστώτων, καὶ τὴν ἐσχάτην τηρούντων τάξιν; τὴν ἐσχάτην γὰρ λήψονται πάντως, καὶ ταύτην, ὅταν δυνηθῶσι, πάντα τὰ κωλύματα διαδρᾶναι, ἅπερ ἀπηριθμησάμην νῦν, καὶ μήτε ἄωρος προαναρπάσῃ θάνατος, μήτε ὑπὸ γυναικὸς κωλυθῶσιν ὕστερον, μήτε τοσαῦτα τραύματα λάβωσιν, ὡς μὴ δυνηθῆναι αὐτοῖς τὸν τοῦ γήρως ἀρκέσαι χρόνον, πρὸς τὴν θεραπείαν ἐκείνων, τήν τε γνώμην μένωσι διαπαντὸς τηροῦντες βεβαίαν, καὶ ἀκίνητον. ὅταν γὰρ ταῦτα πάντα συνέλθῃ, τότε μόλις ἐν τοῖς ἐσχάτοις τετάξονται. τούτων οὖν βούλει εἶναι τὸν υἱὸν, ἢ τῶν ἐν τῷ μετώπῳ τῆς φάλαγγος λαμπόντων; καὶ τίς οὕτω, φησὶν, ἄθλιος, ὡς ἐκεῖνα μᾶλλον, ἢ ταῦτα συνεύξασθαι τοῖς παισίν; ἀλλὰ συνήθειαν ἐπιζητοῦμεν, καὶ σὺν ἡμῖν αὐτοὺς εἶναι βουλόμεθα. τοῦτο καὶ αὐτὸς βούλομαι, καὶ ὑμῶν οὐχ ἧττον εὔχομαι τῶν γεννησαμένων, εἰς τὴν πατρῴαν αὐτοὺς ἐπανελθεῖν οἰκίαν, καὶ τῶν τροφείων ἀποδοῦναι τὰς ἀμοιβὰς, ὧν ἴσας οὐκ ἂν εὕροιεν ἑτέρας. ἀλλὰ μὴν οὐ νῦν αὐτοὺς τοῦτο ἀπαιτῶμεν. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον ἐπὶ λόγους μὲν πέμποντας, πολὺν χρόνον καὶ τῆς πατρίδος ἐξορίζειν αὐτοὺς, καὶ τέχνην βάναυσόν τινα, ἢ καὶ ἑτέραν φαυλοτέραν μανθάνειν μέλλουσιν, ἄβατον καθιστάναι τὴν οἰκίαν ἐν διδασκάλου οἰκίᾳ καὶ ἀριστᾶν, καὶ καθεύδειν κελεύοντας, τούτους δὲ οὐκ ἐπ' ἀνθρώπειον μέλλοντας ἔρχεσθαι μάθημα, ἀλλ' ἐπὶ τὴν οὐράνιον φιλοσοφίαν, εὐθέως ἐφέλκειν, πρὶν ἢ γενέσθαι, ὅπερ εὐχόμεθα; καὶ σχοῖνον μέν τις τεταμένην διατρέχειν διδασκόμενος, πολὺν χρόνον ἀποστήσεται τῆς αὐτοῦ, τοὺς δὲ μανθάνοντας ἀπὸ τῆς γῆς πέτεσθαι εἰς τὸν οὐρανὸν, συγκατακλείσομεν τοῖς γεννῶσι; καὶ τί ταύτης τῆς ἀλογίας χεῖρον γένοιτ' ἄν; οὐχ ὁρᾶτε τοὺς γεωργοὺς, ὅτι κἂν σφόδρα ἐπείγωνται τῶν πόνων λαβεῖν τοὺς καρποὺς, ἀώρους αὐτοὺς οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο τρυγῆσαί ποτε; μὴ τοίνυν μηδὲ ἡμεῖς πρὸ ὥρας ἀπάγωμεν τῆς κατὰ τὴν ἐρημίαν διατριβῆς τοὺς υἱούς· ἀλλ' ἐάσωμεν αὐτοῖς ἐμπαγῆναι τὰ μαθήματα, καὶ ῥιζωθῆναι τὰ φυτά· κἂν δέκα, κἂν εἴκοσιν ἔτη τρέφεσθαι αὐτοὺς ἐν μοναστηρίῳ δέῃ, μὴ θορυβώμεθα, μηδὲ ἀλύωμεν. ὅσῳ γὰρ ἐν διατρίβῃ τῷ γυμνασίῳ πλέον, τοσούτῳ πλείονα κτήσεται τὴν ἰσχὺν. μᾶλλον δὲ εἰ δοκεῖ, μηδὲ χρόνον ὁρίζωμεν, ἀλλ' ὅρος ἐκεῖνος ἔστω μόνος ὁ πρὸς τὴν ἀκμὴν ἄγων τοὺς ἐν αὐτοῖς φυτευθέντας καρποὺς, καὶ τότε ἐπανερχέσθω ἀπὸ τῆς ἐρήμου. πρότερον δὲ, μή. οὐδὲ γὰρ ἔσται τι πλέον ἀπὸ τῆς ταχυτῆτος ἡμῖν ταύτης, ἀλλ' ἢ τὸ μηδέποτε αὐτοὺς γενέσθαι ὥριμον. ὁ γὰρ πρὸ ὥρας τῆς ἐν τῇ ῥίζῃ τροφῆς ἀποστερηθεὶς, οὐδὲ τοῦ καιροῦ παραγενομένου χρήσιμος ἔσται λοιπόν. ὅπερ ἵνα

A & per imbecillitatem, & per imperitiam, reique novitatem, eos quaſi jam perfecti bellatores ſint reique militaris peritiſſimi, firmiſſimiſque viribus ſubnixi, in medium certaminis pertrahis, nec permittis, ut prius ad ſolitudinem profecti vires ſibi per exercitationem comparent: veluti ſi quis fortiſſimum virum & qui millies hoſtem fundere poſſit jubeat quietem agere, belliciſque rebus per meditationem aſſueſcere: eum vero qui & rudis ſit & imperitus, nec pugnam unquam aſpicere potuerit, ob B hoc ipſum in media pugna verſari debere ſtatuat, difficillimæque rei majora impedimenta proponat. Ad hæc ſciendum illud quoque, non licere poſt nuptias cuiquam ſui ipſius eſſe dominum; ſed è duobus alterum neceſſario contingere, aut uxori ſemper, ſi ita voluerit, conjungi: vel ſi continenter vivere voluerit, ea dimiſſa, adulterii flagitio capi. Quid me perſequi neceſſe eſt educandorum liberorum ſummas neceſſitates, curaſque reliquas rei familiaris? quæ profecto tantæ ſunt, ut omnem ala- C critatem propoſiti obtundere, ſummamque ſegnitiem ac ſtuporem animis offundere ſufficiant.

Cap. 16. *A prima ætate armandus juvenis religioſus futurus.*

Quocirca ſatius omnino, ac melius cenſeo, eum, dum adhuc liber ac ſui dominus eſt, ab ipſo ſtatim ætatis initio armare. non eorum tantum gratia, quæ dicta ſunt; verum ejus quoque in primis, quod dicendum eſt. Qui enim ad finem vitæ philoſophiæ huic dare operam aggreditur, in hoc tempus omne conterit, ut poſſit ea, quæ in priori ætate admiſit, peccata diluere, D cunctumque illi ſtudium in hac duntaxat parte conſumitur: & ne ſic quidem ſæpenumero illi quantum ſatis eſt temporis ſuppetit; ſed ex hac vita proficiſcitur vulnerum reliquias ſecum ferens. At vero qui à prima ſtatim ætate ſe exercuit, viresque ſibi ad certandum comparare ſtuduit, non in hoc tempus conſumit, nec ſedet curans vulnera; ſed ab ipſis jam tyrocinii ſui rudimentis meretur, atque accipit palmas. Et illi quidem ſatis fuerit, eas pugnas omnes, in quibus victus fuerat repetita di- E micatione ſuperare: hic vero ab ipſo ferè dixerim pueritiæ aditu & limine tanquam è carceribus emiſſus, atque ad calcem curſu perpetuo properans fundit hoſtem, victoriaſque victoriis jungit, & velut Olympici certaminis victor, à primæ ætatis flore per buccinationes ad ſenectutem proficiſcitur, innumeris coronis inſignitus caput. Quorum igitur in ordine conſtituere mavis filium tuum? eorumne, qui ob ingentem fiduciam, ſummæque virtutis conſcientiam, in ipſos etiam Archan- A gelos defigere obtutus valent: an eorum, qui cum omnibus ſtant, extremumque ordinem obſervant? Extremum enim ſortientur penitus, eumque ipſum tum demum, cum potuerint cuncta ea impedimenta percurrere, quæ modo memoravi: cum ſcilicet neque mors immatura præripuerit, neque poſtea fuerint ab uxore impediti, neque tanta negocia ſubierint, ut non poſſit ad curam priorum vulnerum ſufficere ſenectutis tempus, eamque ſententiam firmam ſemper, immobilémque ſervaverint. B Cum enim ſimul hæc omnia convenerint, tunc quoque vix inter extremam ſortem ſtatuentur. Horum igitur ex numero vis eſſe filium tuum, an eorum qui in phalangis fronte eximia virtute emicant? Et quis, inquies, adeo miſer & infelix eſt, quin hæc magis optet filiis ſuis? Verum conſuetudinem, inquiunt, requirimus, nobiſcúmque eos eſſe cupimus. Hoc ipſum ego quoque & cupio & opto, nec minus ſanè, quam voſipſi, ut illi ad paternam domum redeant, educationiſque & alimentorum vices C parentibus referant: quibus profecto illi dulciores reperire non poſſent; verum hoc nunc ab illis nō exigamus. Quam enim iniqvum eſt, ſi ut aſſequantur ſtudia liberalia longo illos tempore patria arcemus, utq; artem aliquam vulgarem ac mechanicam diſcant, domum quoque ne accedant interdicimus, in magiſtri domo & prandere illos, & dormire jubentes: cum vero non ad humanam diſciplinam, ſed ad philoſophiam cœleſtem proficiſci parant, antequam id fiat, quod optamus, confeſtim trahe- D re illos inſtituimus: atque is quidem qui per extenſum funem currere docetur, ut ejus rei peritus fiat, non parvo tempore, & domo & patria ſe abdicabit: nos autem eos, qui ad cœlum avolare diſcunt, domi cum parentibus claudemus? Et quid hac abſurditate poſſit eſſe deterius? Nónne agricolas videtis, ut etiam cum ſatis properant laborum fructus carpere, acerbos tamen eos nunquam metere ſuſtineant? Ergo ne nos quidem intempeſtivè liberos nostros ab deſerti commoratione revocemus; E verum ſtudii cœleſtis diſciplinam in eis ſolidari permittamus, altiſque radicibus arbuſta firmari: & ſive decem annos, ſive etiam viginti nutriendi illi ſint in monaſterio, non perturbemur, non mœrore ullo afficiamur. Quanto enim amplius fuerint in ſchola virtutis exercitati, tanto ampliores vires adipiſcentur. Sin autem tu mavis, atque ita videtur, tempus nullum certum ſtatuamus; ſed ille terminus ſit ſolus, qui ad maturam frugem perducat ſatos in illis boni operis fructus, tuncque ſolum ex deſerto redeant: prius autem nullo modo. Nihil enim ex hac celeritate noſtra conſequi aliud poterimus, niſi ut illi nunquam ad maturitatem pertingant. Qui enim ante tempus radicis nutrimento deſtitutus fuerit, is profecto nec tempore adveniente jam utilis ulla ratione erit. Quod uti

uti ne fiat, toleremus interim bono animo ſeparationem: nec ſolum illos non urgeamus ad reditum; verùm prohibeamus quoque, ſi voluerint ante tempus atque immaturè remeare. Nam ſi ad ſummam virtutem profecerit filius tuus, commune lucrum erit & patri, & matri, & familiæ, & civitati, & genti: ſin vero minus perfectus fuerit, ridiculus erit, contemptus, abjectus, ſibiq; ipſi & aliis noxius. Non igitur tanti illis incommodi, tantique detrimenti cauſa ſimus. Nam quoties peregrè à nobis liberos dimittimus, tunc demum illos videre volumus, cum ea conſecuti fuerint, quorum gratia peregrinati ſunt. Quod ſi antea redierint, non tantum ex peregrinatione ipſa voluptatis capimus, quantum quòd fruſtra & intempeſtivè advenerint, mœroris. An non igitur extremæ dementiæ & iniquitatis eſt, non tantum ſtudii ac ſolicitudinis in rebus ſpiritualibus ponere, quantum circa temporalia & fluxa monſtramus? Cum enim illic adeò philoſophicè ac patienter feramus ſeparationem à nobis filiorum, ut eam extendi cupiamus, & prolixiorem fieri, dum aliqua ex ea gigni commoda conſtanter teneamus: hic in tantum animi mollitie frangimur, ut ex hac puſillanimitate noſtra ſumma corrumpamus bona. Atque id cum plurima habeamus ſolatia, non tantum quòd illi ſe ad majora ac digniora contulerint, & optato fine potituri ſint, nihilque ſit penitus, quod eam ſpem infirmet aut frangat; verum quòd ipſe quoque ſeparationis modus & perjucundus ſit, & facile poſſit tolerari. Nam cum illi longinquius peregrinati fuerint, non eis congredi facile poſſumus, idque cum ſemper contingit, tum in primis quando ſenuerimus. Hic vero aſſiduè ad illos proficiſci poſſumus, atque ex eorum congreſſione fructus uberrimos conſequi. Ita ergo faciamus, cùmque illi nondum ad nos proficiſci poſſunt, ipſi illos adeam⁹, illis congrediamur, cum eis familiariter loquamur. Maximum enim emolumentum ex hoc eorum contubernio, ſummámq; voluptatem conſequemur. Non enim ex aſpectu ſolum amantiſſimorum filiorum exultabimus; verum inſigni profectu meliores facti, ita domum remeabimus. Nonnunquam vero cum illis etiam unà permanebimus, ejuſdem philoſophiæ amore capti. Tunc ergo ſolum ipſos ad nos vocemus, cum vires ſummas fuerint adepti, atque aliis etiam prodeſſe potuerint, tunc eos revocemus tantum, & non aliter, ut clariſſima lux illa omnibus communis fiat, ut lucerna ſuper candelabrum conſtituatur. Tum demum, tunc apertius inſpicietis, quorum liberorum vos parentes eſtis, quorúmve ii, quos modo maximè beatos dicitis. Tunc philoſophiæ lucra cognoſcetis, cum illi eos homines curarint, qui morbis graviſſimis laborant, cum veluti benefici communes & conſervatores & rectores prædicati fuerint, cum veluti cœleſtes Angeli cum hominibus in terra converſati fuerint, cum illos intuebuntur omnes, cum in illos atque in illorum nomen ſe cunctorum ora convertent. Imò vero quæcunque dixerimus, nihil tale profectò dicturi ſumus, quale in ipſo experimento, & in rebus ipſis cognoſcetis. Iſta quoque à legiſlatoribus facienda erant, ſi officiis humanitatis ſatisfacere vel aliqua ex parte curaremus. Non tum liberis noſtris timores intentandi erant, cum ad viriles annos perveniſſent; ſed cum pueritiæ ætatem agerent, moderandi illi & inſtituendi, formandique fuerant, nec poſt hac unquam opus habuiſſent minis & terroribus. Nunc vero idem facimus, ac ſi medicus aliquis languenti ægroto nihil dicat, nihilque per quod curari poſſit ab ægritudine oſtendat: cum vero corruptus fuerit & perditus, atque inſanabili morbo comprehenſus, tunc jam innumeras remediorum leges conſtituat. Nam reliqui ſanè legiſlatores tunc nos inſtituunt & monent, cum fuerimus perverſi; ſed non ita Paulus facit; verum ab initio ſtatim, atque à prima ætate, virtutis magiſtros illis præficit, vitiis omnem penitus aditum adimens. Hæc eſt enim optimi atque rectiſſimi magiſterii norma, non prius vitia dominari ſinere, poſtque ut illa effugentur inquirere: verum cuncta facere, & univerſa moliri, ut natura noſtra vitiis inviolabilis fiat, atque inacceſſa. Quo circa hortor, & moneo, non modo alios qui hoc volunt facere non prohibeamus; ſed ipſi quoque adjutores accedamus, atque unà ſervantes inter undarum moles navem, nihil omittamus, ut felici illa curſu, auris ſecundis impulſa naviget. Nempe enim ſi hanc ſententiam omnes amplecteremur, aliiſque omnibus poſthabitis natos noſtros ad virtutem perducere inſtitueremus, atque hoc ſolum operæ pretium, reliqua omnia & ſuperflua & ocioſa eſſe arbitraremur, tanta nobis inde bona, tanta provenirent commoda, quanta ſi dicere voluero, vereor ne juveniliter gloriari videar.

A μὴ γένηται, καρτερῶμεν τὸν χωρισμόν· καὶ μὴ μόνον μὴ κατεπείγωμεν, ἀλλὰ καὶ βουλομένους ἐλθεῖν πρὸ ὥρας, κωλύωμεν. ἀπαρτισθεὶς μὲν γὰρ κοινὸν ἔσται κέρδος καὶ πατρὶ, καὶ μητρὶ, καὶ οἰκίᾳ, καὶ πόλει, καὶ ἔθνει· ἀτελέστερος δὲ παραγινόμενος, καταγέλαστος ἔσται καὶ ἐπονείδιστος, καὶ ἑαυτῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιβλαβής. μὴ δὴ τοσαύτην ἐργαζώμεθα ζημίαν. καὶ γὰρ εἰς ἀποδημίαν πέμποντες, τότε βουλόμεθα τοὺς υἱοὺς ἰδεῖν, ὅταν ὑπὲρ ὧν τὴν ἀποδημίαν πεποίηνται, κατωρθωκότες B τύχωσιν· ἂν τι πρὸ τούτου παραγίνωνται, οὐ τοσαύτην ἀπὸ τῆς ἐπιδημίας λαμβάνομεν τὴν ἡδονὴν, ὅσην ἀπὸ τοῦ μάτην ἐπανελθεῖν τὴν ζημίαν. πῶς οὖν οὐκ ἐσχάτης βλακείας τοσαύτην τοῖς πνευματικοῖς μὴ παρέχειν σπουδὴν, ὅσην ἐπιδεικνύμεθα περὶ τὰ βιωτικά; ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οὕτω φιλοσόφως φέρειν τὸν παίδων τὸν χωρισμὸν, ὡς καὶ εὔχεσθαι ἐπιταθῆναι αὐτὸν ὅταν ὑπέρτιμος γένηται χρήσιμος· ἐνταῦθα δὲ οὕτω μαλακίζεσθαι, καὶ κατακλᾶσθαι πρὸς τὴν ἀποδημίαν, ὡς τοῖς μεγίστοις C λυμαίνεσθαι διὰ τὴν μικροψυχίαν ταύτην ἀγαθοῖς, καὶ ταῦτα πλείονας παραμυθίας ἔχοντας, οὐ μόνον τὸ πρὸς μείζονα αὐτοὺς ἀποδύσασθαι, καὶ πάντως ἐπιτεύξεσθαι τοῦ τέλους, καὶ μηδὲν εἶναι τὸ διακόπτον τὰς ἐλπίδας, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὐτὸ τὸν χωρισμὸν ἐν ἀποδημίᾳ οὔσῃ μακρᾷ οὐκ εὔκολον συγγίνεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν γεγηρακότες τύχωσιν οἱ γονεῖς· ἐνταῦθα δὲ ἔνι συνεχῶς πρὸς αὐτοὺς ἀπιέναι. τοῦτο δὴ καὶ ποιῶμεν, ὅταν αὐτοῖς μηδέπω δυνατὸν ᾖ πρὸς ἡμᾶς ἐλθεῖν, αὐτοὶ βαδί- D ζωμεν πρὸς ἐκείνους, καὶ συγγινώμεθα, καὶ διαλεγώμεθα· μέγα ἡμῖν ἐκ τούτου καὶ κέρδος ἔσται, καὶ ἡδονή. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς ὄψεως τῶν ἀγαπωμένων μόνον παιδίων εὐφρανθησόμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ τὰ μέγιστα καρπωσάμενοι πρὸς τὴν οἰκίαν ἐπανήξομεν, πολλάκις δὲ αὐτοῖς καὶ παραμενοῦμεν ἁλόντες τῷ τῆς φιλοσοφίας ἔρωτι. τότε οὖν αὐτοὺς καλῶμεν, ὅταν ἰσχυροὶ γένωνται, καὶ ἑτέρους οἷοί τε ὦσιν ὠφελεῖν. τότε αὐτοὺς ἕλκωμεν μόνον, ὥστε κοινὸν γενέσθαι τὸ φῶς, ὥστε ἐπὶ τῆς λυχνί- E ας τεθῆναι τὸ φῶς. τότε ὄψεσθε τίνων μὲν παίδων πατέρες ὑμεῖς, τίνων δὲ οἱ μακαριζόμενοι παρ' ὑμῶν. τότε εἴσεσθε τῆς φιλοσοφίας τὰ κέρδη, ὅταν θεραπεύωσιν ἀνθρώπους ἀνίατα νοσοῦντας νοσήματα· ὅταν, ὡς εὐεργέται κοινοὶ, καὶ πρόστατοι, καὶ σωτῆρες ἀνακηρύττωνται· ὅταν ὡς ἄγγελοι τοῖς ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις συμπεριπατῶσιν· ὅταν παρὰ πάντων ἀποβλέπωνται· μᾶλλον δὲ ὅπερ ἂν εἴπωμεν, οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον ἐπὶ τῆς πείρας αὐτῆς, καὶ τῶν πραγμάτων ἐστὶν ἰδεῖν. A ταῦτα καὶ τοὺς νομοθέτας ἔδει ποιεῖν, εἴ τι τῶν δεόντων ἐγίνετο· οὐκ ἀνδράσι γενομένοις τοῖς νέοις ἐπανατείνασθαι φόβους, ἀλλὰ παῖδας ὄντας ῥυθμίζειν, καὶ διαπλάττειν, καὶ οὐκ ἂν τῆς μετὰ ταῦτα ἐδεήθησαν ἀπειλῶν. νυνὶ δὲ ταὐτὸ γίνεται, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἰατρὸς ἀσθενοῦντι μὲν τῷ κάμνοντι μὴ λέγῃ μηδὲν, μήτε δεικνύῃ, δι' ὧν ἀπαλλάξοι τῆς νόσου· διαφθαρέντι δὲ καὶ ἀνιάτως ἔχοντι μυρίους τιθῇ νόμους λοιπόν. καὶ γὰρ οἱ νομοθέται τότε παιδαγωγοῦσιν ἡμᾶς, B ὅταν διαστραφέντες τύχωμεν. ἀλλ' οὐχ ὁ Παῦλος οὕτως, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐν ἡλικίᾳ πρώτῃ τοὺς διδασκάλους αὐτοῖς ἐφίστησι τῆς ἀρετῆς, κωλύων ἐπελθεῖν τὴν κακίαν. αὕτη γὰρ ἀρίστη διδασκαλία, οὐ συγχωρήσαντας πρότερον περιγενέσθαι τῆς πονηρίας, ὕστερον ζητεῖν, ὅπως αὐτὴν ἐξελάσωμεν, ἀλλ' ἅπαντα ποιεῖν, καὶ πραγματεύεσθαι, ὥστε ἄβατον αὐτῇ γενέσθαι τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν. διὸ παραινῶ, μὴ μόνον ἑτέρους βουλομένους τοῦτο ποιεῖν κωλύειν, ἀλλὰ C καὶ αὐτοὺς συναντιλαμβάνεσθαι, καὶ σώζειν τὸ σκάφος, καὶ παρασκευάζειν ἐξ οὐρίας πλεῖν. καὶ γὰρ εἰ ταύτην ἡμεῖς πάντες ἀναδεξάμενοι τὴν γνώμην, καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰς ἀρετὴν αὐτοὺς ἤγομεν, τοῦτο μὲν ἔργον, τὰ δὲ ἄλλα νομίζοντες πάρεργα εἶναι, τοσαῦτα ἔμελλεν εἶναι τὰ ἀγαθὰ, ὅσα νῦν μὲν λέγων, καὶ ἀλαζονεύεσθαι δόξω. εἰ δὲ θέλοιτε μαθεῖν, ἐπὶ τῶν ἔργων εἴσεσθε καλῶς, καὶ πολλὴν μὲν ἡμῖν ὁμολογήσετε χάριν, πολλὴν δὲ πρὸ ἡμῶν D τῷ Θεῷ, βλαστάνουσαν ὁρῶν ἐπὶ τῆς γῆς τὴν ἐν οὐρανοῖς πολιτείαν, καὶ τοὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, καὶ τοὺς τῆς ἀναστάσεως λόγους ἐντεῦθεν ἤδη πιστευομένους, καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς ἀπίστοις.

Καὶ ὅτι οὐ κόμπος ταῦτα, δῆλον ἐκεῖθεν. ὅταν γὰρ αὐτοῖς τὴν πολιτείαν λέγωμεν τῶν ἐν ταῖς ἐρήμοις ὄντων, πρὸς μὲν ταύτην οὐδὲν ἔχουσιν ἀντει- E πεῖν, δοκοῦσι δὲ ἰσχυρίζεσθαι, καὶ φιλονεικεῖν τῇ τῶν κατορθούντων ὀλιγότητι.

Cap. 17. *Reſpondet objectioni, quòd pauci ad culmen perfectionis evadunt.*

Porrò ſi quis id certius addiſcere voluerit, ex rebus ipſis celerius agnoſcet, ingentéſque nobis gratias habebit, Deóque longe uberiores, cum viderit cœleſtem in terris converſationem germine læto pullulantem, atque inde in primis bonorum futurorum ſpem & reſurrectionis fidem jam apud ipſos infideles quoq; obtinentem. Enimvero quòd iſta jactantiæ verba non ſint, hinc perſpicuum eſt. Quoties enim illis eorum qui ad ſolitudines ſe receperunt, vitam exponere incipimus, nihil habent quod refragari poſſint, aut contrà objicere: cæterum huic tantum rationi niti videntur, atque inde contentionis occaſionem ſumere, quòd pauci ad culmen perfectionis evadunt.

Si vero

εἰ δὲ ἐν ταῖς πόλεσι τὸν καρπὸν ἐφυτεύσαμεν τοῦτον, καὶ νόμον τινὰ, καὶ ἀρχὴν ταῦτα τῆς διδαξίας ἔλαβε, καὶ τοὺς παῖδας πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ταῦτα ἐπαιδεύομεν, πάντα ἂν ἀπεπήδησε τὰ λυπηρὰ, καὶ μυρίων ἀπηλλάγη κακῶν ὁ βίος ὁ παρὼν, καὶ ὃ περὶ τῆς μελλούσης λέγεται ζωῆς, „ὅτι ἀπέδρα ὀδύνη, λύπη, καὶ στεναγμὸς, ἐντεῦθεν ἂν ἐκαρπωσάμεθα πάντες. εἰ γὰρ μήτε χρημάτων, μήτε δόξης ἔρως ἡμᾶς εἰσῄει κενῆς, μὴ θάνατον ἐδεδίειμεν, μὴ πενίαν, μὴ τὸ κακῶς παθεῖν βλάβην ἡγούμεθα, ἀλλὰ καὶ κέρδος μέγιστον, μὴ ἀπεχθάνεσθαι, μὴ μισεῖν ᾔδειμεν, οὔτ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν ἰδίων παθῶν, οὔτ᾽ ἂν ὑπὸ τῶν ἀλλοτρίων ἐπολεμήθημέν ποτε, ἀλλ᾽ αὐτῶν τῶν ἀγγέλων ἐγγὺς ἂν τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο γένος. καὶ τίς ἀνθρώπων ταῦτα κατώρθωσε φησίν; εἰκότως ἀπιστεῖς, ἅτε ἐν πόλεσιν οἰκῶν, καὶ ταῖς θείαις βίβλοις οὐχ ὡμιληκώς· εἰ δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς ἐρήμοις ὄντας, καὶ τοὺς ἐν ταῖς πνευματικαῖς βίβλοις γενομένους πάλαι ἐγνώκεις, ἔμαθες ἂν, ὅτι καὶ οἱ μοναχοὶ, καὶ οἱ πρὸ τούτων ἀπόστολοι, καὶ οἱ πρὸ ἐκείνων δίκαιοι μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης τὴν φιλοσοφίαν ἐπεδείξαντο ταύτην. ἵνα δέ σοι μὴ φιλονεικῶμεν, δῶμεν τῶν δευτέρων ἢ τρίτων ἀπ᾽ ἐκείνων γενέσθαι τὸν σόν. οὐδὲ γὰρ οὕτω μικρῶν ἀπολαύσεται ἀγαθῶν. οὐ φθάνει πρὸς Πέτρον ἐλθεῖν, οὐδὲ Παῦλον, ἀλλ᾽ οὐδὲ γενέσθαι αὐτῶν ἐγγύς. διὰ τοῦτο οὖν αὐτὸν καὶ τῆς μετ᾽ ἐκείνων ἀποστερήσομεν τιμῆς; ταυτὸν γὰρ ποιεῖς ταῦτα λέγων, ὡς ἂν εἰ ἔλεγες· ἐπειδὴ λίθον τίμιον γενέσθαι οὐκ ἔνι, μενέτω σίδηρος ὢν, καὶ μήτε ἄργυρος γενέσθω, μήτε χρυσός. διὰ τί γὰρ μὴ καὶ ἐν τοῖς ἔξωθεν πράγμασι τοῦτον ἔχεις τὸν λογισμὸν, ἀλλὰ τὸν ἐναντίον τούτῳ; καὶ γὰρ ἐπὶ λόγων μάθησιν πέμπων, οὐ πάντως αὐτὸν ἐπὶ τοῖς ἄκροις ὄψεσθαι προσδοκᾷς, ἀλλ᾽ ὅμως οὐ διὰ ταῦτα ἀπάγεις τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς, ἀλλὰ πάντα πληροῖς τὰ παρὰ σαυτοῦ, ἀγαπητὸν εἶναι νομίζων ἂν πέμπτον, ἂν δέκατον, ἀπὸ τῶν πρώτων συμβῇ γενέσθαι τὸν υἱὸν ἐν τῇ τῶν λόγων δυνάμει. καὶ βασιλεῖ δὲ στρατεύοντες τοὺς υἱεῖς, οὐ πάντως ἐπὶ τὸν ὑπάρχων αὐτοὺς ἀναβήσεσθαι προσδοκᾶτε θρόνον. ἀλλ᾽ ὅμως οὐ διακελεύεσθε λῦσαι τὴν ζώνην, ἢ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐπιβῆναι τῶν βασιλείων· ἀλλὰ πάντα πραγματεύεσθε, ὡς μηδέποτε αὐτοὺς τῆς ἐκεῖθεν διατριβῆς ἐκπεσεῖν, ἀρκεῖν ἡγούμενοι τὸ καὶ ἐν τοῖς μέσοις ἀριθμουμένους ὁρᾷν. τίνος οὖν ἕνεκεν ἐκεῖ μὲν κἂν μὴ τῶν μειζόνων ἐπιλαβέσθαι, ὅμως ὑπὲρ τῶν ἐλαττόνων κόπτεσθε, καὶ ταλαιπωρεῖσθε, κἂν τούτοις πάλιν τῆς ἐλπίδος οὔσης ἀδήλου· ἐνταῦθα δὲ ὀκνεῖτε, καὶ ἀναδύεσθε, ὅτι ἐκείνων μὲν πολλὴν ἔχετε τὴν ἐπιθυμίαν, τούτων δὲ οὐδὲ βραχεῖαν. εἶτα αἰσχυνόμενοι τοῦτο ὁμολογῆσαι, σκήψεις ἐπενοήσατε, καὶ προφάσεις. ὡς εἴγε ἀληθῶς ἐβούλεσθε, οὐδὲν ἂν ὑμᾶς τούτων ἐκώλυσε. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει, ὅταν τις ἂν ἐρῶν τύχῃ γνησίως, κἂν μὴ τοῦ παντὸς, μηδὲ τοῦ ἀνωτάτω περιγένηται, τοῦ γοῦν μέσου, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ μετ᾽ ἐκεῖνον μυριάκις ἂν ἕλοιτο ἐπιτυχεῖν. καὶ γὰρ ὁ φίλοινος, καὶ φιλοπότης, κἂν μὴ τὸν ἡδύν, καὶ ἀνθοσμίαν ἐξῇ λαβεῖν οἶνον, οὐδὲ φαυλοτέρου καταφρονήσει ποτέ. καὶ ὁ φιλοχρήματος πάλιν, κἂν μὴ λίθους τιμίους, μηδὲ χρυσίον, ἀλλ᾽ ἀργύριον αὐτῷ τις παρέχῃ, πολλὴν εἴσεται χάριν. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἐπιθυμία, τυραννικόν τι πρᾶγμα καὶ ἱκανὸν πεῖσαι πάντα τὸν ἁλόντα, ὑπὲρ ὁτουοῦν καὶ παθεῖν, καὶ ὑπομεῖναι· ὥστε εἰ μὴ σκῆψις ταῦτα τὰ ῥήματα ἦν, συμπράττειν ἐχρῆν, καὶ συμπονεῖν. τοῦ γὰρ ἐπιθυμοῦντός τι γενέσθαι, οὐ τὸ κωλύειν ἐστὶν, ἀλλὰ τὸ πάντα ποιεῖν ὅπως ἂν γένοιτο. καὶ γὰρ οἱ καθιέντες εἰς τοὺς Ὀλυμπιακοὺς ἀγῶνας εἰδότες, ὅτι ἐν πλήθει τοσούτῳ εἰς ἕνα τὰ τῆς νίκης περιστήσεται, ὅμως κόπτονται, καὶ ταλαιπωροῦσι. καίτοι γε οὐδέν ἐστιν ἴσον ἐνταῦθα κἀκεῖ· οὐ μόνον διὰ τὸ τῶν ἀγώνων τέλος, ἀλλ᾽ ὅτι ἀνάγκη ἐκεῖ στεφανωθέντα μόνον ἕνα ἀπελθεῖν· ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐν τούτοις ἡ ὑπεροχὴ καὶ ἡ ἐλάττωσις, ἐν τῷ τὸν μὲν ἀστεφάνωτον ἀναχωρῆσαι, τὸν δὲ ἐστεφανωμένον, ἀλλ᾽ ἐν τῷ τὸν μὲν λαμπροτέρας, τὸν δὲ ἐλάττονος τυχεῖν τῆς ἀνακηρύξεως, πάντας δὲ ὅμως τυχεῖν. ὅλως δὲ, εἴπερ ἐβουλόμεθα καὶ ἐξ ἀρχῆς διαπλάττειν τοὺς παῖδας, καὶ τοῖς βουλομένοις ῥυθμίζειν παραδιδόναι, οὐκ ἦν ἀπεικὸς αὐτοὺς ἐν τῇ πρώτῃ στῆναι τάξει τοῦ στρατοπέδου. οὐ γὰρ ἂν περιεῖδεν ὁ Θεὸς τοσαύτην προθυμίαν, καὶ σπουδὴν, ἀλλ᾽ ἐπέδωκεν ἂν τὴν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ ἥψατο τοῦ ἀγάλματος. ἐκείνης δὲ ἐργαζομένης τῆς χειρὸς, ἀμήχανον διαπεσεῖν τι τῶν γινομένων, μᾶλλον δὲ ἀμήχανον μὴ πρὸς ἄκρον λαμπρότητος, καὶ δόξης ἐλθεῖν, μόνον εἰ τὰ παρ᾽ ἡμῶν ἔποιτο. εἰ γὰρ γυναῖκες ἴσχυσαν πεῖσαι Θεὸν, συνεφάψασθαι αὐτὸν τῆς τῶν παίδων ἐπιμελείας, πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, ἂν ἐθέλωμεν, τοῦτο δυνησόμεθα.

A Si vero in civitatibus virtutum fructus ſereremus, legémque aliquam & initium diſciplina cœleſtis acciperet, liberóſque noſtros ante omnia admoneremus, Deo amicos & familiariſſimos fieri, ſpiritualéſque diſciplinas aliarum vice, atque alias ante omnes illos doceremus, jam dudum triſtia cuncta deſiiſſent, innumeriſque malis vita noſtra caruiſſet: idque quod de beatitudine futuræ vitæ dicitur, *quòd inde aufugit dolor omnis & triſtitia & gemitus*, hic quoque omnes conſecuti fuiſſemus. Eſa. 35, 10. Nam ſi nec B pecuniarum amor, nec inanis gloriæ cupido ulla inceſſerit, non mortem timeremus, non paupertatem, non injuriis affici, læſionem ullam aut damnum arbitraremur, ſed maximum lucrum: ſi non hoſtiliter perſequi, non odiſſe noviſſemus, nunquam profecto perturbationibus propriis, nunquam alienis injuriis victi ceſſiſſemus; ſed Angelis ipſis proximum ac ſimillimum eſſet hominum genus. Et quis, inquies, mortalium iſta implevit? Minime vero mirum eſt, ſi tu non credis: quippe qui civita- C tem inhabitas, divinorúmque librorum conſuetudinem & familiaritatem nullam habes. Quod ſi eos qui ſolitudines habitant, quique divinis literis olim aſſueti ſunt, noſſes, agnoſceres profectò quòd & monachi, & ante hos Apoſtoli, atque ante illos ipſos veteres juſti diligentiſſime philoſophiæ hujus documenta dederunt. Verum ut contentione interim omni abſtineamus, concedamus ſanè ſecundum aut tertium à ſummis illis viris fore filium tuum: non ideo parvis aut negli- D gendis bonis potietur? Non ad Petri vel Pauli merita conſcendit, num igitur idcirco illum proximo etiam honore privabimus? Idem enim facis, ac ſi ita loquereris, quandoquidem ipſe precioſus lapis fieri non poteſt, ferrum eſſe perſeveret, neque argentum fiat, neque aurum. Cur ergo in reliquis rebus non eandem habes rationem; ſed penitus contrariam? Nam cum filium tuum ad eloquentiæ aſſequendam diſciplinam abs te dimittis, non ſummis illum oratoribus antecel- E lentem te viſurum ſperas: nec tamen idcirco ejuſmodi illum ſtudiis deducis: ſatis cum tibi exiſtimans facturum, ſi quintum etiam vel decimum ab his, qui in oratoria principes fuerunt, fieri contingat. Cumque ad regiam militiam filios veſtros adſcribendos curatis, non ad ipſa penitus Præfectorum tribunalia conſcenſuros expectatis, nec tamen ideo balteum illos ſolvere jubetis, aut ne initio quidem regiam conſcendere; ſed omnia molimini, uti ne illi unquam regiæ commoratio- A ni decidant, ſufficere exiſtimantes, ſi vel inter mediocres illos numerari perſpexeritis. Cujus ergo rei gratia illic quidem, etſi majora conſequi non liceat, ne ſic quidem deſiſtitis; verum ut minora conſequamini elaboratis, ærumnáſque ſubitis, atque iſta facitis, cum tamen ſpes nulla certa ſit: hic autem deſidetis, atque torpore langueſcitis? Cur, niſi quod illa quidem vehementer cupitis; horum vero ne brevi quidem deſiderio tangimini? Cumque iſtud confiteri erubeſcatis, figmenta & oc- B caſiones excogitatis. Itaque ſi quidem planè ac penitus velletis, nihil vobis ad hæc aſſequenda impedimento eſſe potuiſſet. Ita enim ſe res habet, ſi quis aliquid ardenter amet, etſi non illo aut primus fruatur, aut ſolus: vel medio in loco ſtare patietur, atque etiam aliquanto inferiore, dum eo, quod amat, frui tandem ulla ratione poſſit. Quippe & is qui vino potationique addictus fuerit, etſi vinum ſuaviſſimum accipere non poſſit, ne id quidem, quod deterius fuerit, unquam contemnet. C Rurſus qui pecuniæ veſano amore flagraverit, non ſolum ſi quis ei precioſos lapides vel aurum dederit; verum ſi argentum quoque, maximas illi gratias habebit. Tanti nempe eſt concupiſcentia, violentiſſima quidem res, & quæ eum quem ſemel ceperit, omnia ſuſtinere & perpeti, qualibet ex re, vi ſua poſſit adigere. Itaque niſi eſſet hæc verborum callida tergiverſatio, cooperandum illis fuerat & collaborandum. Neque enim ejus eſt, qui aliquid fieri deſideret, id ut ne fiat impedimento eſſe; ſed D ut fiat omnia moliri. Nam & hi, qui ad Olympiaca certamina deſcenderint, cum probe norint, unum ex tanta multitudine victorem fore, laborant tamen atque fatigantur & in ſudoribus & in ærumnis agunt. Etſi nihil ferè hic atque illic ſimile eſſe videatur, non ſolum ob certaminum diſſimillimum finem; ſed quòd cum ſit neceſſe ibi unum ſolummodo corona donari: hic non ea præmiorum eſt ratio, ut alius ſine coronis, alius coronatꝰ abſcedat; ſed quòd cum alius majore gloria clarioréq; laudatione po- E tiatur, alius minore: omnes tamen beati & illuſtres ſunt. Prorſus vero ſi vellemꝰ in ipſis ſtatim initiis effingere ac formare liberos noſtros, atq; eis erudiendos tradere, qui illos regere & moderari ſcirent, fieri ſatis poſſet, ut in primo caſtrorum ſtarent ordine. Nunquam enim profectò ſperneret Deus tantam devotionem & alacritatem animi, tantúmque ſtudium; ſed ad hanc formandam perficiendamque ſtatuam, manum quoque ſuam adjeciſſet, qua operante, poſſibile non eſſet quicquam ex his, quæ fierent, cadere: imò contrà, eſſet impoſſibile illam non ad ſummum ſplendoris & gloriæ culmen, pervenire, ſi modo quod noſtræ partis munus eſt, non negligeremus. Nam mulieres impetrare à DEO valuerunt, ut ad curam liberorum adjutor ſibi & fautor accederet: longe id magis nos, ſi voluerimus, conſequi poterimus.

Et alias quidem conſulto omitto, ſunt autem permultæ, ne liber qui jam claudendus eſt, prolixior fiat, unam tantum commemorabo.

Cap. 18.
Exemplum Annæ matris Samuelis filium Deo offerentis.
1. Reg. 1.

Anna quædam fuit Hebræa mulier, hæc unum filium cum partu ediſiſſet, nec alium jam ſe ſperaret parituram: hunc enim vix tandem poſt multas lacrymas acceperat, erat enim ſterilis: viderétque propterea æmulam ſuam ſibi crebrò inſultantem, ne ſic quidem quicquam tale paſſa eſt, quale vos; verum cum filium illum genuiſſet, id ſolum tempus eum apud ſe morari permiſit, quo lacte nutriri opus habuit. Cum vero non jam ejusmodi indigeret alimento, ſumptum ſtatim obtulit Deo, nec jam ut paternam domum reviſeret, oravit; ſed ſemper in Dei templo ille morabatur, eumque ſi quando illa videre cupiviſſet, quippe mater, non ad ſe vocabat filium; ſed ad illum unà cum patre aſcendebat, illo tanquam revera donario Deo jam conſecrato abſtinens. Adeò vero magnus & ſtrenuus adoleſcens ipſe factus eſt, ut Deum, quum illam Hebræorum gentem ob effuſam late malitiam execraretur, nec jam illis oracula redderet, nec viſionem ullam eis revelaret, rurſus eximiæ virtutis meritis attraxerit, perſuaſeritque ea omnia, quæ antea ſolebat exhibere, Propnetiam quoque, quæ diu auolarat, reſtituere. Nec iſta tunc modo valuit, cum ad maturam ætatem perveniſſet; ſed etiam, quum puer adhuc eſſet. *Non enim erat*, inquit, *viſio diſtinguens, & verbum pre-*

1. Reg. 3, 1.

cioſum erat. Cumque iſta talia ac tanta eſſent, illum Deus jugiter alloquio familiari dignabatur, ac per illum frequens oracula edebat: tantum confert emolumenti Deo ſemper, quæ poſſederimus, concedere, cunctiſque, ut illi placeamus, nos extraneos facere, non tantum pecuniis & poſſeſſionibus; ſed ipſis quoque liberis noſtris. Nam ſi hoc in noſtra anima facere jubemur, multo magis in omnibus cæteris. Hoc enim & Patriarcha fecit Abraham: imò vero multo majus aliquid, idcirco longe etiam majore cum gloria filium recepit. Tunc enim maxime & veriſſime filios habemus noſtros, quum Deo noſtro illos tradiderimus. Longe quippe ille eos melius & excellentius quam nos moderabitur & reget. quippe qui majorem illorum curam gerat. Nonne id videtis in divitum quoque domibus fieri? Nempe enim ibi eos, qui domi cum parentibus morantur, non uſque adeò illuſtres, inſignique potentia præditos videas: quos autem à parentibus principes abduxerint, ſuoque ſervitio ac miniſterio accommodaverint, ærariique cuſtodiæ præfecerint, eos videas & ſumma dominorum benevolentia, & longe maxima fiducia potiri, tantumque conſervis eſſe clariores, quantum ſervis domini excellunt. Sin autem homines miniſteriis & officiis ſuis deditos tanta benevolentia & benignitate proſequuntur, longe id profecto dignius & excellentius infinita illa bonitas, quæ Deus eſt, faciet. Permittamus ergo illos miniſterio cœleſti famulari, non in templum eos introducentes, ut Anna Samuelem; ſed in ipſum cælum cum Angelis, cum Archangelis divino miniſterio dicandos. Quòd enim cum Angelis illi miniſtraturi ſint, qui hanc philoſophiam apprehenderint, omnibus profectò liquet. Tunc ſanè illi non tantum ſuæ; ſed veſtræ quoque majore cum fiducia gloriæ felicitatique proſpicient. Nam ſi quidam parentum gratia nonnulla conſolatione potiti ſunt, multo id magis filiorum cauſa parentes conſequentur. Illic enim naturæ tantum prærogativa erat, hic jus etiam educationis accedit, quod natura longe majus & potentius eſt. Atque ego vobis utrumque ſcripturæ

4. Reg. 19, 34.

divinæ exemplis confirmabo. Ezechiam certè inſigni virtute & pietate virum, minus tamen ex virtutum ſuarum conſcientia fiduciæ habentem, quàm ut poſſet adverſus imminens periculum conſiſtere, paternæ virtutis gratia ſe Deus ſervare teſtatus eſt. *Protegam enim*, inquit, *civitatem iſtam, ut ſervem eã propter me, & propter David puerum meũ.* Paulus item quum ad Timotheum de

1. Tim. 2, 15.

parentibus ſcriberet, aiebat: *Quoniam ſalvi fient per filiorum generationem, ſi permanſerint in fide & dilectione & ſanctificatione cum caſtitate.* Job quoq; ſanctiſſimum virũ, qvum ex virtutibus reliquis ſcriptura collaudet, quod fuerit *juſtus*, quòd *verax*, quòd *religioſus*, quòd *pius*, tum ex eo maximè, quod filiorũ optime nutriendorum habuerit ſum̃am diligentiam. Non enim ea cura urebatur, ut aurum illis copioſiſſimũ acquireret, nõ ut humana gloria verendos & illuſtres cerneret; ſed quid ille tandem requirebat? audi quid ſcriptura dicat:

Job. 1, 5.

Quum conſummati, inquit, *eſſent dies convivii illorum, mittebat Job, & purificabat eos, conſurgenſq; diluculo offerebat pro eis ſacrificia ad numerum ipſorum, vitulumque unum pro peccatis, pro animabus eorum. Dicebat enim Job in corde ſuo: Ne forte filii mei in mente ſua mala cogitaverint adverſus Deum.* Ullane jam nobis erit excuſatio, ejusmodi ſcelus admittere audentibus, quando is, qui ante gratiam, ante legem fuit, qui nullo ſacrarum literarum magiſterio inſtructus erat, tantam filiorum oſtendit geſſitque providentiam, ut de incertis quoque eorum & occultis tremeret pauerétque delictis? Quænam nos jam excuſabit ratio, qui cum ſimus ſub gratia, cum tantis & tam inſignibus magiſtris potiamur, qvum ejusmodi exemplis abundemus, totque monitis erudiamur, nõ modo pro occultis incertisq; filiorũ peccatis nõ metuimus; verũ aperta quoq; & manifeſta contemnimus?

A τὰς μὲν οὖν ἄλλας, ὥστε μὴ μακρὸν ποιῆσαι τὸν λόγον, παρήσω, καίτοι πολλὰς ἔχων εἰπεῖν, μιᾶς δὲ μόνον ἐπιμνησθήσομαι.

Ἄννα τίς ἦν Ἰουδαία γυνή· αὕτη ἡ Ἄννα παιδίον ἔτεκεν, καὶ οὐ προσδοκῶσα τέξεσθαι ἕτερον· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μόλις, καὶ μετὰ πολλῶν ἔτεκε τῶν δακρύων· στεῖρα γὰρ ἦν· ὁρῶσα δὲ τὴν ἀντίζηλον αὐτῆς διὰ τοῦτο πολλάκις ἐπεμβαίνουσαν αὐτῇ, οὐδὲ ἔπαθέ τι τοιοῦτον, οἷον ὑμεῖς· ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν υἱὸν ἔσχεν ἐκεῖνον, τοσοῦτον εἴασε παρ' ἑαυτῇ μεῖναι χρόνον, ὅσον γα- B λακτοτροφηθῆναι ἔδει μόνον. ἐπειδὴ δὲ οὐκέτι ταύτης ἔδει τῆς τροφῆς, λαβοῦσα αὐτὸν εὐθέως ἀνέθηκε τῷ Θεῷ, καὶ τῆς πατρῴας οὐκέτι ἐπιβῆναι παρεκάλεσεν οἰκίας, ἀλλ' ᾤκει διαπαντὸς ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἴποτε αὐτὸν ἰδεῖν ἐπεθύμησεν, οἷα δὴ μήτηρ, οὐκ ἐκάλει πρὸς ἑαυτὴν τὸ παιδίον, ἀλλ' αὐτὴ πρὸς ἐκεῖνον ἀνέβαινε μετὰ τοῦ πατρός, καθάπερ ἐνὶ ἀναθήματι ἀπεχομένη λοιπόν. καὶ οὕτω γενναῖος καὶ μέγας ὁ νεανίας ἐγένετο ἐκεῖνος, ὡς τὸν Θεὸν ἀποστραφέντα τὸ τῶν C Ἑβραίων γένος διὰ τὴν κατακεχυμένην κακίαν, καὶ οὐ χρῶντα αὐτοῖς, οὐδὲ ὄψιν τινὰ φαίνοντα λοιπόν, ἐπισπάσασθαι πάλιν διὰ τῆς ἀρετῆς, καὶ πεῖσαι παρέχειν τὰ αὐτά, ἅπερ καὶ πρότερον, καὶ τὴν προφητείαν ἀποπτᾶσαν ἀνακαλέσασθαι πᾶσαν. καὶ ταῦτα ἴσχυσεν οὐκ ἐφ' ἡλικίαν γενόμενος, ἀλλ' ἔτι παιδίον ὢν μικρόν. οὐκ ἦν γάρ, φησιν, ὅρασις διαστέλλουσα, καὶ ῥῆμα τίμιον ἦν. ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων τοιούτων ὄντων, ἐχρᾶτο αὐτῷ συνεχῶς ὁ Θεός. τοσοῦτόν ἐστι κέρδος ἀεὶ τῶν οἰκεί- D ων παραχωρεῖν κτημάτων αὐτῷ, καὶ πάντων ἐξίστασθαι, οὐχὶ χρημάτων μόνον, οὐδὲ κτημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν. εἰ γὰρ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς κελευόμεθα τοῦτο ποιεῖν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. τοῦτο καὶ ὁ πατριάρχης ἐποίησεν Ἀβραάμ, μᾶλλον δὲ πολλῷ μεῖζον, διὸ καὶ μετὰ πλείονος δόξης ἀπέλαβε τὸν υἱόν. καὶ γὰρ τότε μάλιστα ἔχομεν τὰ ἡμέτερα παιδία, ὅταν αὐτὰ τῷ δεσπότῃ παραδῶμεν. πολλῷ γὰρ μειζό- E νως αὐτῶν ἐκεῖνος προστήσεται, ἐπειδὴ καὶ μειζόνως κήδεται. οὐχ ὁρᾶτε καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις τῶν πλουτούντων ταῦτα γινόμενα; καὶ γὰρ ἐκεῖ τοὺς μετὰ πατέρων κάτω οἰκοῦντας, οὐχ οὕτως ὄντας λαμπροὺς ἔστιν ἰδεῖν, οὐδὲ τοσαύτην ἔχοντας δύναμιν· ὅσους δ' ἂν τῶν γονέων ἀποσπάσαντες οἱ δεσπόται προσνείμωσιν αὐτῶν τῇ διακονίᾳ, καὶ τῇ φυλακῇ τῶν ταμιείων, οὗτοι δὴ καὶ εὐνοίας ἀπολαύουσι πλείονος, καὶ παρρησίας, καὶ τοσοῦτον τῶν ὁμοδούλων εἰσὶ λαμπρότεροι, ὅσον τῶν οἰκετῶν οἱ δεσπόται. εἰ A δὲ ἄνθρωποι περὶ τοὺς διακονουμένους οὕτως εἰσὶ χρηστοί, καὶ εὔνοι, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἄπειρος ἀγαθότης, οὗτος ἐστιν, ὁ Θεός. ἐῶμεν τοίνυν αὐτοὺς ὑπηρετεῖν, οὐκ εἰς ναὸν ἄγοντες καθάπερ τὸν Σαμουήλ, ἀλλ' εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν, μετὰ τῶν ἀγγέλων, μετὰ τῶν ἀρχαγγέλων. ὅτι γὰρ μετ' ἐκείνων διακονήσονται πάντως, καὶ ὑπηρετήσουσιν οἱ ταύτης ἐπειλημμένοι τῆς φιλοσοφίας, παντί που δῆλόν ἐστι. καὶ οὐχ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑμῶν μετὰ πλείονος προστήσονται τῆς παρρησίας. εἰ γάρ τινες διὰ B πατέρας παραμυθίας ἔτυχόν τινος, πολλῷ μᾶλλον διὰ παῖδας πατέρες. ἐκεῖ μὲν γὰρ τὸ τῆς φύσεως μόνον δικαίωμα ἦν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τῆς ἀνατροφῆς, πολλῷ τῆς φύσεως μεῖζον ὄν. καὶ ταῦτα ὑμῖν ἀμφότερα ἀπὸ τῶν θείων πιστώσομαι γραφῶν. τὸν γὰρ Ἐζεκίαν ἐνάρετον μὲν ὄντα, καὶ εὐσεβῆ, οὐκ ἔχοντα δὲ τοσαύτην παρρησίαν ἀπὸ τῶν κατορθωμάτων, ὥστε καὶ πρὸς τοσοῦτον κίνδυνον στῆναι, ἀπὸ τῆς τοῦ πατρὸς ἔφησε σώζειν ἀρετῆς ὁ Θεός. "ὑπερασπιῶ γάρ, φησι, τῆς πόλεως ταύτης τοῦ C σῶσαι αὐτὴν δι' ἐμέ, καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου." καὶ Τιμοθέῳ δὲ περὶ γονέων ἐπιστέλλων ἔλεγεν ὁ Παῦλος· "ὅτι σωθήσονται διὰ τεκνογονίας, ἐὰν μείνωσιν ἐν πίστει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ ἁγιασμῷ μετὰ σωφροσύνης." καὶ τὸν Ἰὼβ δὲ ὥσπερ ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐπῄνεσεν ἡ γραφή, οἷον ὅτι δίκαιος, καὶ ἀληθινός, καὶ θεοσεβὴς ἦν, οὕτω καὶ ἀπὸ τῆς περὶ τοὺς παῖδας ἐπιμελείας. αὕτη δὲ ἦν οὐ χρυσὸν συνάγειν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐπιδόξους ποιεῖν, καὶ λαμπρούς, ἀλλὰ τί; ἄκουσον τῆς γραφῆς λεγούσης. D "ὅταν συνετελέσθησαν αἱ ἡμέραι τοῦ πότου αὐτῶν, ἀπέστελλεν Ἰὼβ, καὶ ἐκαθάριζεν αὐτούς, καὶ ἀνιστάμενος τὸ πρωῒ προσέφερε περὶ αὐτῶν θυσίαν κατὰ τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν, καὶ μόσχον ἕνα περὶ ἁμαρτίας τῶν ψυχῶν αὐτῶν. ἔλεγε γὰρ Ἰὼβ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, μήποτε οἱ υἱοί μου ἐν τῇ διανοίᾳ αὐτῶν κακὰ ἐνενόησαν πρὸς τὸν Θεόν." ἆρα ἔσται τις ἡμῖν ἀπολογία λοιπὸν τοιαῦτα τολμῶσιν; εἰ γὰρ ὁ πρὸ τῆς χάριτος, ὁ πρὸ τοῦ νόμου, ὁ μηδεμιᾶς ἀπολαύσας διδασκαλίας τοσαύτην τῶν E παίδων ἐποιεῖτο πρόνοιαν, ὡς καὶ ὑπὲρ τῶν ἀδήλων τρέμειν ἁμαρτημάτων, τίς ἡμᾶς ἐξαιρήσεται τοὺς ἐν τῇ χάριτι, τοὺς καὶ τοσούτων διδασκάλων τετυχηκότας, τοὺς τοιαῦτα ὑποδείγματα ἔχοντας, καὶ τοσαύτας παραινέσεις, οὐ μόνον ὑπὲρ τῶν ἀδήλων δεδοικότας, ἀλλὰ καὶ τῶν δήλων καταφρονοῦντας, καὶ οὐ καταφρονοῦντας μόνον,

Nec iſta

ἀλλὰ καὶ τοὺς βουλομένους αὐτὰ διορθοῦν ἐλαύνοντας; καὶ τὸν Ἀβραὰμ δὲ, καθάπερ ἔφθην εἰπὼν, μετὰ τῶν ἄλλων κατορθωμάτων, καὶ τοῦτο λαμπρὸν ἐποίει.

Τοσαῦτα οὖν ἔχοντες ὑποδείγματα, κατασκευάζωμεν τῷ Θεῷ διακόνους, καὶ λειτουργοὺς δοκίμους. εἰ γὰρ ἀθλητάς τις πόλεσι τρέφων, ἢ στρατιώτας βασιλεῦσιν ἀσκῶν μεγάλης τιμηθήσεται τιμῆς, πόσην ἡμᾶς εἰκὸς λαβεῖν δωρεὰν, οὕτω γενναίους, καὶ μεγάλους ἄνδρας, μᾶλλον δὲ ἀγγέλους τῷ Θεῷ τρέφοντας; πάντα οὖν πράττωμεν, ὥστε αὐτοῖς ἀφεῖναι τὸν τῆς εὐσεβείας πλοῦτον, τὸν μένοντα, καὶ συναποδημοῦντα, καὶ οὐκ ἐνταῦθα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖ μέγιστα ὀνῆσαι δυνάμενον. ὁ μὲν γὰρ βιωτικὸς οὔτε συμμεταστήσεται, καὶ ἐνταῦθα δὲ προαπολεῖται, καὶ τοὺς ἔχοντας πολλάκις προσαπολεῖ· οὗτος δὲ καὶ ἐνταῦθα κἀκεῖ βέβαιος ἔσται, καὶ διατηρήσει μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας τοὺς κεκτημένους αὐτόν. καὶ γὰρ οὕτως ἔχει· ὁ μὲν τὰ ἐν τῇ γῇ προτιμῶν τῶν πνευματικῶν, κἀκείνων ἐκπεσεῖται, καὶ τούτων· ὁ δὲ τῶν οὐρανίων ἐπιθυμῶν, καὶ τῶν ἐπὶ γῆς τεύξεται πάντως. οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ταῦτα παρέχειν μέλλοντος κυρίου. ζητεῖτε γάρ φησι βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν. τί ταύτης ἴσον γένοιτ' ἂν τῆς τιμῆς; Φρόντιζε, φησιν, ὑπὲρ τῶν πνευματικῶν, ἐμοὶ δὲ ἄφες πάντα τὰ σά· ὥσπερ ἂν εἴ τις πατὴρ φιλόστοργος οἰκίας ἐπιμέλειαν, καὶ οἰκετῶν προστασίαν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων μεταχειρίζοιτο, τῷ παιδὶ φιλοσοφίᾳ μόνῃ σχολάζειν παραινοίη· οὕτω δὴ καὶ ὁ Θεός. πειθώμεθα τοίνυν, καὶ ζητῶμεν τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ οὕτω πανταχοῦ τούς τε παῖδας ὀψόμεθα, καὶ αὐτοὶ μετ' ἐκείνων ἐσόμεθα, ἂν τῶν μελλόντων καὶ οὐρανίων ἐρῶμεν μόνον. ταῦτα πειθομένοις νῦν ὑμῖν μέγαν οἴσει τὸν μισθὸν, ἀντιλέγουσι δὲ καὶ ἀπιστοῦσι, χαλεπωτέραν τὴν τιμωρίαν. οὐ γὰρ ἔνι καταφυγεῖν εἰς ἀπολογίαν, οὐδὲ εἰπεῖν, ὅτι ὁ ταῦτα διδάσκων οὐδεὶς ἦν. μάλιστα μὲν οὖν καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων λόγων ἡ ἀπολογία αὕτη ἀνῄρητο, τῆς τε φύσεως ἐχούσης ἀκριβὲς τὸ κριτήριον τῶν καλῶν, καὶ τῶν οὐ τοιούτων, τῆς τε φιλοσοφίας ταύτης πανταχοῦ προκειμένης, τῶν τε ἐν τῷ βίῳ κακῶν ἱκανῶν ὄντων καὶ τοὺς σφόδρα ἐρῶντας αὐτοῦ πρὸς τὴν ἐρημίαν ἐλάσαι. καὶ σιγώντων μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, τὰ τῆς ἀπολογίας ἀνῄρητο· νυνὶ δὲ πολλῷ πλέον μετὰ τοὺς μακροὺς λόγους τούτους, καὶ τὴν τοσαύτην παραίνεσιν, τήν τε ἀπὸ τῶν πραγμάτων, τήν τε σαφεστέραν τὴν ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν. καὶ εἰ μὲν ἦν οἴκοι μένοντας μὴ διαφθαρῆναι τέλεον, ἀλλὰ τὴν γοῦν ἐσχάτην τάξιν τῆς σωτηρίας λαχεῖν. μάλιστα μὲν οὐδὲ οὕτως ἂν τὴν κόλασιν διεφύγομεν, τοὺς ἐπὶ βίον ἀκριβέστερον βαδίζειν ἐπειγομένους κωλύοντες, καὶ ἐν τοῖς βιωτικωτέροις κατέχοντες πρὸς τὸν οὐρανὸν πτῆναι ἐπειγομένους. ὅταν δὲ μηδὲ τοῦτο ἐξῇ, ἀλλ' ἀνάγκη πάντως ἀπολέσθαι, καὶ περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος ᾖ, τίνα συγγνώμην ἕξομεν, τίνα δὲ ἀπολογίαν, οὐ μόνον τῶν οἰκείων ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα τοῖς παισὶν ἁμαρτανομένων τὰς εὐθύνας ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες χαλεπωτέρας; οὐ γὰρ οὕτως ἐκείνους οἶμαι τιμωρηθήσεσθαι ὑπὲρ ὧν πταίσωσι μετὰ ταῦτα, εἰς τὸν κλυδώνιον τοῦτον κατασπασθέντες, ὡς ὑμᾶς τοὺς τὴν ἀνάγκην αὐτοῖς ταύτην ἐπιθεμένους. εἰ γὰρ τῷ ἕνα σκανδαλίζοντι συμφέρει μετὰ μύλου καταποντισθῆναι εἰς τὴν θάλασσαν, τοῖς τὴν ὠμότητα ταύτην καὶ ἀπήνειαν εἰς τοὺς παῖδας ἐνδεικνυμένοις, ποία τιμωρία ἀρκέσει καὶ κόλασις;

Διὸ παρακαλῶ καθυφεῖναι τῆς φιλονεικίας, καὶ γενέσθαι φιλοσόφων παίδων πατέρας. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνό ἐστιν εἰπεῖν, ὅπερ ἀκούω πολλοὺς σκηπτομένους. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ἀδυνατοῦντάς φησιν εἰδότες πρὸς τὸ τέλος ἐλθεῖν, ἐκωλύσαμεν διὰ τοῦτο. εἰ γὰρ καὶ προῄδεις τοῦτο σαφῶς, καὶ μὴ στοχασμὸς τὸ πρᾶγμα· [πολλοὶ γὰρ καὶ τῶν πεσεῖσθαι προσδοκηθέντων ἔστησαν.] πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ σφόδρα προῄδεις, οὐδὲ οὕτως αὐτὸν καθέλκειν ἐχρῆν· οὐδὲ γὰρ εἴ τινας πίπτειν μέλλοντας λαβόντες ὑποσκελίσαιμεν, ἀρκεῖ τοῦτο πρὸς ἀπολογίαν ἡμῖν· ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο μάλιστά ἐστι τὸ καταδικάζον ἡμᾶς. διὰ τί γὰρ μὴ συνεχώρησας τῆς ἐκείνου ῥαθυμίας γενέσθαι τὸ πτῶμα, ἀλλὰ προλαβὼν ἥρπασας τὴν ἁμαρτίαν, καὶ τὸ πᾶν ἤγαγες ἐπὶ τὴν σὴν κεφαλήν; μᾶλλον δὲ οὐδὲ συγχωρῆσαι ἐχρῆν. διὰ τί γὰρ μὴ πάντα ἔπραξας ὑπὲρ τοῦ μὴ πεσεῖν τὸν υἱόν; ὥστε ἐπειδὴ μάλιστα ᾔδεις ὅτι πεσεῖται, διὰ τοῦτο μάλιστα τιμωρίας ἂν εἴης ἄξιος. τὸν γὰρ τοῦτο προειδότα οὐχὶ καταβάλλειν, ἀλλὰ χεῖρα ὀρέγειν χρὴ, καὶ μείζονα ἐνδείκνυσθαι τὴν σπουδὴν ὑπὲρ τοῦ τὸν μέλλοντα πίπτειν, στῆναι γενναίως·

A Nec iſta ſaltem pernicie contenti, ſi qui eos emendare voluerint, eos undique rejicimus, exagitamus, affligimus. Abraham quoque ſimul, ut dictum eſt, cum cætera recte facta commendant, tum iſtud quoque clariſſimum facit.

Igitur cum tanta ſummorum virorum teneamus exempla, pa- Cap. 19. *Cohortatio ad parentes, ut filios ad religionem ac pietatem informent, ac rectè educent.* remus Deo miniſtros idoneos & probatiſſimos famulos. Nam ſi is, qui vel athletas civitatibus nutrit, vel exercet ad regis obſequium milites, maximis honoribus fruitur: quanta nos munera, B quot coronas accepturi ſumus, qui tam magnos & eximios viros, dicam verius Angelos, Deo educamus? Omnia ergo faciamus, cunctaque moliamur, ut eis inſignes pietatis opes relinquamus, quæ ſolæ permanent nobiſcum, excedentéſque è vita comitantur, neque hac in vita ſolum; ſed in illa etiam maximo nobis uſui erunt, ſummáque conferent emolumenta. Nam ſeculi quidem divitiæ, neque excedentes è vita comitantur, & hic nonnunquam nos deſerunt, poſſeſſoréſque ſuos crebro perdiderunt: C iſtæ autem divitiæ & in vita & poſt mortem firmæ ſtabiléſque perdurant, eóſque qui ſe poſſederunt tutos inviolatóſque ſervabunt. Ita enim ſe res habet, ut is quidem, qui terrena ſpiritualibus præfert, & illis decidat & iſtis: qui autem cæleſtium deſiderio tenetur, terrenis etiam omnino potiatur. Nec iſta mea oratio eſt; ſed ejus, qui hæc præbiturus eſt, Domini. *Quærite enim*, inquit, *regnum Dei, & hæc omnia apponentur vobis.* Quid huic honori par ulla ratione eſſe poſſit? Curam, inquit, gere ſpiritualium *Matth. 6. 33.* D rerum, mihi vero tua omnia permitte. Ac ſi pater aliquis indulgentiſſimus & domus curam & familiæ regimen, aliarúmque rerum omnium adminiſtrationem ipſe ſibi aſſumeret, filiúmque ſuum, ut philoſophiæ ſolum operam daret, admoneret; ita profectò Deus quoque. Pareamus illi igitur, inquiramúſque cœlorum regnum: ſicque & filios noſtros probatiſſimos videbimus, & ipſi unà ex illorum præclaris actibus illuſtriores erimus, boniſque etiam præſentibus fruemur, ſi futura tantum & cœleſtia E diligamus. Iſta vobis, ſiquidem obtemperare volueritis, maxima præmia conferent, ſummámque mercedem: ſin autem reluctari, atque eis minime parere perſtiteritis, graviores cruciatus. Neque enim ullus jam excuſationi locus erit, ut tergiverſari & colligere figmenta valeatis, aut dicere, neminem fuiſſe, à quo iſta diſceretis. Certè enim ante noſtram quoque admonitionem hæc omnis excuſatio ſublata erat, quum habeat natura ipſa diligentiſſimum bonorum malorúmque judicium, iſtaque philoſo- A phia ubique propoſita ſit omnibus: tantaque ſint præterea vitæ præſentis incommoda & mala, ut eos quoque, qui illam vehementer amant, ab ea ad ſolitudines fugare ſufficiant. Igitur, ut dixi, etiam ſi ipſi taceamus, omnis excuſatio ſublata eſſet: nunc vero multo id magis continget poſt iſtos adeò prolixos libros, támque longam admonitionem, quam ex rebus ipſis, & quæ etiam illuſtrior eſt, quam ex divinis literis fecimus. Nempe enim etſi domi remorantes poſſibile eſſet non penitus corrumpi & peri- B re; ſed vel inter extremam electorum ſortem numerari, ne ſic quidem ſupplicia evadere poſſemus: cum & his qui ad diligentioris delectum vitæ properant, impedimento fuiſſemus, & eos mundanis rebus obligatos teneamus, qui ad cælum evolare cupiunt; atque in auras veræ libertatis emergere. Cum vero iſtud poſſibile non ſit; ſed omnino pereundum conſtet, & de extremis periculum immineat: quam tandem veniam, quam excuſationem habituri ſumus, qui non modo noſtrorum peccatorum; ſed eorum C etiam, quæ poſtea filij peccaverint, pœnas in noſmetipſos acerbiſſimas attrahimus? Neque enim eos ita punitum iri exiſtimo pro his, quæ deliquerint ad mundanos fluctus violenter attracti, ut vos qui hanc invitis illis & renitentibus neceſſitatem impoſuiſtis. Nam ſi *ei qui unum ſcandalizat, cum mola in mare præcipitari expedit*: quæ tandem pœna, qui cruciatus illis ſatis erunt, qui ſævitiam tantam & immanitatem in liberos proprios oſtendunt? *Matth. 18.*

D Quocirca moneo, atque obteſtor, velitis aliquid de conten- Cap. 20. *Excuſatio & prætextus eorum, qui ab ingreſſu religionis avertunt.* tione remittere, & eſſe philoſophorum filiorum patres. Neque enim dicere debetis, quod audio plurimos tergiverſantes dicere. Quidnam vero iſtud eſt? Quum videremus, inquiunt, eos ad finem pervenire non poſſe, iſtud prohibuimus. Etiamſi enim hoc apertiſſime noviſſes, nec eſſet iſta fallax conjectura: [plurimi quippe ex his, qui lapſuri putabantur, firmiter ſteterunt:] quamvis tamen id omnino præſciviſſes, ne ſic qui- E dem illum ab inſtituto retrahere debueras. Neque enim, ſi quem cadere incipientem, anticipantes lapſum, ipſi præcipitaremus, id nobis ad excuſationem ſatis eſſet; ſed ipſum hoc nos in primis condemnaret. Ut quid enim tu non permiſiſti illius magis negligentia ruinam illam contingere; ſed præveniens alterius peccatum rapuiſti, cunctáque in tuum caput conjeciſti? Quinimò ne permittere quidem, ut ea ruina contingeret, debebas. Cur enim non omnia feciſti, ut non rueret filius tuus? Itaque idcirco maxime extrema animadverſione dignus es, quòd ſciebas illum ruiturum. Qui enim ruinam præſciebas, non illum dejicere; ſed manum porrigere debueras, ſtudiúmque maximum oſtendere, ut is, qui ruiturus videbatur, fortiter perſiſteret, ſive

ſive ille poſte aſtare firmiter duraret, ſive non. Nos enim cuncta partium noſtrarum munera exequi atque implere convenit, etiamſi illi nihil ex noſtra diligentia & ſtudio fuerint lucrati. Cujus rei gratia? & ut quid? Ut non jam adverſum nos Deus ſen-
Matth. 25. tentiam ferat, ſed adverſus illos. Quod & ipſe eum qui talento accepto nihil operatus fuerat, criminans dicebat: *oportebat enim*, inquit, *te pecuniam meam deponere ad nummularios, & ego veniens cum fœnore exegiſſem illã*. Obtemperemus igitur iſta monita edenti, ut cruciatus quoq; quos ille cominatus eſt, effugere poſſimus. Neque enim ſanè Deum cum hominibus ludere poterimus, qui cordium ſcrutatur arcana, & omnia in lucem adducit: qui ubique etiam ſalutis filiorum reos parentes conſtituit. Nam ſi is, qui pecuniam deponere neglexit, tanta ſeveritate punitus eſt: quid ille patietur, qui deponere volentibus impedimento fuit? Non ſolum enim ſi ad mundi ſtrepitum filii veſtro conſilio devoluti fuerint; ſed & ſi fortiter impetum tulerint, montéſque occuparint, eadem vobis ſupplicia ſunt conſtituta. Sicut enim qui ad philoſophiam hortari pergit, ſive ille perſuadeat, ſive non, perfectam conſequitur integerrimámque mercedem: omne enim quod erat ſui muneris implevit; ita & qui aliquem perdere voluerit, ſive illum læſerit, ſive non læſerit, eadem animadverſione punietur: & hic enim cuncta, quæ potuit, fecit. Itàque etſi nihil valueritis ad dejiciendos ac pervertendos fortes filiorum animos, hujus tamen iniquiſſimi conatus tantas pœnas dabitis, quantas, ſi id, quod cupiebatis, ex propoſito illos dejeciſſetis. Hæc igitur univerſa cogitantes, cunctiſque cavillationibus omiſſis, curemus effici nobilium fortiúmque filiorum patres, templorúmque Chriſtiferorum fabri, pugilúmque cœleſtium curatores, ungentes, erigentes, & undique commodis illorum conſulentes, ut coronarum quoque participes eſſe mereamur. Sin autem vos contenderitis, filii quidem ſi fuerint egregia virtute prædità etiamſi nolueritis, ad hanc peruenient philoſophiam, ſempiterniſque gaudiis fruentur, vos autem infinitos vobis ipſis cruciatus congeretis, tuncque ea, quæ à nobis dicta ſunt, laudabitis, qùum ex eiſce laudibus nihil commodi conſequi poteritis.

A εἴτ' ἔμελλε στήσεσθαι, εἴτε μή. τὰ γὰρ παρ' ἡμῶν ἅπαντα πληρῶσαι δεῖ, κἂν ἕτεροι μηδὲν μέλλωσι καρπώσασθαι παρ' ἡμῶν. τίνος ἕνεκεν; καὶ διὰ τί; ἵνα μηκέτι πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ πρὸς ἐκείνους ὁ λόγος ᾖ τῷ Θεῷ. ὅπερ καὶ αὐτὸς ἔλεγεν ἐγκαλῶν τῷ μηδὲν εἰς τὸ τάλαντον ἐργασαμένῳ· ἔδει γάρ σε, φησί, καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις· κἀγὼ ἐλθὼν μετὰ τόκου ἀνάπῄτησα αὐτό. πειθώμεθα τοίνυν τῷ ταῦτα παραινοῦντι, ἵνα καὶ τὴν τιμωρίαν ἐκφύγωμεν. οὐ γὰρ δὴ B καὶ τὸν Θεὸν μετὰ τῶν ἀνθρώπων παραλογίσασθαι δυνάμεθα, τὸν ἐρευνῶντα τὰς καρδίας, καὶ πάντα εἰς μέσον ἄγοντα· καὶ πανταχοῦ τῆς τῶν παίδων ὑπευθύνους ποιοῦντα σωτηρίας ἡμᾶς. εἰ γὰρ ὁ μὴ καταβαλὼν τὸ ἀργύριον τοσαύτην ἔδωκε δίκην, ὁ καὶ τοὺς καταβαλεῖν βουλομένους κωλύων, τί πείσεται; οὐ γὰρ καταχυλισθέντων τῶν παίδων εἰς τὰ τοῦ βίου πράγματα ἐκ τῆς ἡμετέρας συμβουλίας, ἀλλὰ καὶ γενναίως ἐνστάντων τῇ προσβολῇ, καὶ τὰ ὄρη καταλαβόντων πάλιν ἡ αὐτὴ κείσεται C κόλασις τοῖς διακωλῦσαι βουλομένοις αὐτούς. ὥσπερ γὰρ ὁ πρὸς φιλοσοφίαν ἄγων, ἄν τε πείσῃ, ἄν τε μὴ πείσῃ, ἀπηρτισμένον ἔχει τὸν μισθόν, οὕτω καὶ ὁ διαφθεῖραι βουληθείς, ἄν τε ἕλῃ, ἄν τε μὴ ἕλῃ, τὴν αὐτὴν ὑποστήσεται δίκην. τὸ γὰρ αὐτοῦ πᾶν καὶ οὗτος ἐπλήρωσεν. ὥστε κἂν μηδὲν ἰσχύσητε πρὸς τὸ ὑποσκελίσαι καὶ καθελεῖν τὰ γενναῖα τῶν παίδων φρονήματα, τῆς γοῦν ἐπιχειρήσεως μόνης τοσαύτην δώσετε δίκην, ὅσην οἱ καθελόντες ἐκεῖθεν αὐτούς. D ταῦτ' οὖν ἐννοήσαντες ἅπαντα, καὶ τὰς σκήψεις ἀφέντες πάσας, σπουδάσωμεν γενναίων παίδων γενέσθαι πατέρες, χριστοφόρων οἰκοδόμοι γενέσθαι ναῶν, ἀθλητῶν ἐπουρανίων ἐπιμεληταί, ἀλείφοντες, ὀρθοῦντες, πάντοθεν ἐργαζόμενοι τὴν ὠφέλειαν αὐτῶν, ἵνα καὶ τῶν στεφάνων αὐτοῖς ἐκεῖ κοινωνήσωμεν. ἂν δὲ φιλονεικῆτε, οἱ παῖδες μὲν ἂν ὦσι γενναῖοι, καὶ ἀκόντων ὑμῶν ἐπὶ ταύτην ἥξουσι τὴν φιλοσοφίαν, καὶ πάντων ἀπολαύσονται τῶν ἀγαθῶν, ὑμῖν δὲ περιέσται τὸ E μυρίαν κόλασιν ἑαυτοῖς συναγαγεῖν, καὶ τότε ἐπαινέσαι τὰ παρ' ἡμῶν εἰρημένα, ὅτε τῶν ἐπαίνων ὄφελος ὑμῖν οὐδέν.

REVERENDO JOANNI BELLAIO EPISCOPO PARISIORUM GERMANUS BRIXIUS.

EGo, antiſtes optime, quum me intelligerem jampridem in ære tuo eſſe, cogitarémque, quo potiſſimum munuſculo, ex iis opibus ſumpto, quæ in cenſu meo in primis eſſent, poſſem tibi non dico contracta nomina diſſolvere (qui enim id poſſim?) ſed probatum ſaltem, ac teſtatum facere, quæ tu mihi olim beneficia largiter contuliſſes, ea te homini, ſi minus merito, at neque ingrato, neque immemori contuliſſe, mihi commodum Chryſoſtomus meus (meum hic appello, in cujus ſcilicet lectione ſtudia nunc noſtra omnia ſunt) de immenſo eloquentiæ ac doctrinæ ſuæ theſauro ſuppeditat, quod tibi maximè omnium conveniens munus offeram. Liber eſt ut brevis, ita certe elegans, ut ſunt autoris illius ſcripta omnia, in quo quidem verum monachum, eumque, qui cum pietatis Chriſtianæ amore, ſacrarum literarum ſtudia conjunxit, cum mundi hujus principibus confert, oſtendens interim illius felicitate, principum, divitum, ac nobilium quorumvis felicitatem longe inferiorem. Quem ego libellum quum è Græco in Latinum vertiſſem, tibi non Epiſcopo modo, & Pariſiorum Epiſcopo; ſed & variis monachorum cœnobiis præfecto nuncupare, ac propter te in hominum manus emittere placuit: ut habeant, qui verè monachi ſunt (quos multos hodie eſſe non ambigimus, ex tot ordinis illius ſodalitiis) graviſſimum, non cujuslibet; ſed Chryſoſtomi, hoc eſt, autoris & eloquentiſſimi & ſanctiſſimi teſtimonium, id ſe vitæ genus inſtituiſſe, quod non tantum non ſuppudendum, ſuppœnitendumque, ſed magnifaciendum, & vel ſummorum quorumque regum amplitudini ac ſplendori anteponendum ſit, poſſintque iidem quaſi ad trutinam quandam, eamque juſtiſſimam digne felicitatem ſuam appendere, metiri, agnoſcere. Te itaque, pontifex digniſſime, non modo hortor, ut libellum ipſum per intermittentium iſtorum negociorum intervalla legendum in manus ſumas; verum etiam ad eos omnes, qui in illis tuis cœnobiis degunt, monaſticam, quam dixi, vitam profeſſi, multis exemplaribus mittendum cures. Sic enim intelligent te, vel in maximis iſtis occupationibus, quibus tu diebus ac noctibus pro republica diſtringeris, à Franciſco rege inter eos perpaucos allectus, quos ille in ſanctioris ſecretiorisque conſilij ſui album adſcriptos eſſe voluit: ſic, inquam, intelligent illi, te paſtorem ſuum, per id etiam tempus, quo præſentia tua, per publicas iſtas curas, frui non poſſunt, ſui curam ac ſtudium adeo non abjeciſſe, ut ipſos etiam ſummopere cupias ſic ad virtutis ac religionis Chriſtianæ cultum compoſitos eſſe, ut ad eam tandem aſpirare felicitatem poſſint, quam illis divus Ioannes Chryſoſtomus, non in hac ſolum; ſed in ea quoque, quæ nos poſt obitum manet vita promiſſam eſſe elegantiſſimo hoc libello pronunciat. Vale, & hoc tibi veluti animi erga te mei pignus, ac monumentum habe, donec majori tecum munere agens, benignitatis tuæ erga me prolixitatem, ſi non omni; at aliqua tamen parte remunerer. Ex Bertocuriano noſtro, Calend. Januarii, M. D. XXXIII.

JO-

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ βασιλικῆς δυναστείας, καὶ πλούτου, καὶ ὑπεροχῆς, πρὸς μοναχὸν συζῶντα τῇ ἀληθεστάτῃ, καὶ κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίᾳ.

Ὁρῶν ἐγὼ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων τὰ δοκοῦντα εἶναι καλὰ μᾶλλον ἀγαπῶντάς τε καὶ θαυμάζοντας, ἢ τὰ φύσει χρηστὰ, καὶ ὡς ἀληθῶς ἀγαθὰ, ἀναγκαῖον εἶναι νομίζω περὶ ἑκατέρων βραχεῖς ποιήσασθαι τοὺς λόγους, καὶ παραθεῖναι νῦν ἀλλήλοις τά τε καταῤῥαθυμημένα παρὰ πολλοῖς, τά τε πολλῆς τυγχάνοντα σπουδῆς, ἵνα μαθόντες τὸ διάφορον ἑκατέρων τῶν μὲν ὡς ἀξίων σπουδῆς καὶ σωτηρίας περὶ πολλοῦ ποιησώμεθα, τῶν δὲ καταφρονεῖν παιδευθῶμεν ὡς οὐδενὸς ἀξίων. Οὐκοῦν ἀγαπᾶται μὲν πλοῦτος καὶ δυναστεία, καὶ ἀρχὴ, καὶ δόξα, καὶ μακαρίζουσιν οἱ πολλοὶ τοὺς τῶν ἐθνῶν ἄρχοντας, καὶ φερομένους ἐπὶ λαμπρῶν ὀχημάτων, καὶ κηρύκων βοῆς ἀπολαύοντας, καὶ δορυφορίας πολλῆς, καταπεφρόνηται δὲ τῶν φιλοσοφούντων ὁ βίος, καὶ τὴν μονήρη δίαιταν ᾑρημένων· κἀκεῖνοι μὲν φανέντες πρὸς ἑαυτοὺς ἐπιστρέφουσι τὸν δῆμον, οὗτοι δὲ φανέντες, οὐδενὸς ὀφθαλμοὺς, ἢ κομιδῇ γε ὀλίγων πρὸς ἑαυτοὺς ἕλκουσι. Καὶ τούτων μὲν οὐδεὶς ἂν ἐπιθυμήσειε γενέσθαι ὅμοιος, ἐκείνων δὲ ἅπαντες, καί τοι γε δυναστείαν μὲν κτήσασθαι, καὶ ἀρχὴν ἔθνους λαβεῖν χαλεπόν τε καὶ τοῖς πολλοῖς ἀδύνατον, καὶ πολλῶν ἂν δεηθεῖεν χρημάτων οἱ τῆς ἀρχῆς ἐρασταὶ, τὸ δὲ μονήρη βίον ἑλέσθαι, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ συζῆν, πᾶσιν ὁμοίως εὔπορόν τε, καὶ ῥᾴδιον. Καὶ τῆς μὲν ἀρχῆς ἡ κτῆσις τῷ βίῳ τούτῳ συνδιαφθείρεται, μᾶλλον δὲ καὶ ζῶντας ἀπολιμπάνει τοὺς ἑαυτῆς ἐραστάς· ἤδη δέ τινας εἰς κίνδυνον μέγαν ἢ ἀδοξίαν καθέστησεν· ὁ δὲ μονήρης βίος νῦν τε πολλῶν ἀγαθῶν ἀναπίμπλησι τοὺς δικαίους, καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν, λαμπροὺς καὶ χαίροντας ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἄγει τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς, ὅτε τῶν ἀρξάντων οἱ πλείους μεγάλην ὀφθήσονται διδόντες τῶν βεβιωμένων τὴν δίκην. Φέρε δὴ παραθέντες ἀλλήλοις τά τε τῆς φιλοσοφίας ἀγαθὰ, τά τε δοκοῦντα εἶναι χρηστὰ τῆς ἐν τῷ παρόντι βίῳ δυναστείας καὶ δόξης, καταμάθωμεν τὸ διάφορον ἑκατέρων τῶν ἀγαθῶν. Παράλληλα γὰρ ἔσται φανερώτερα· μᾶλλον δὲ εἰ δοκεῖ τὴν κορυφὴν τῶν ἀγαθῶν τὴν βασιλείαν λέγω τῇ φιλοσοφίᾳ παραθέντες θεωρήσωμεν ἑκατέρας κτήσεως τοὺς καρποὺς, καταμαθόντες ἀκριβῶς τίνων μὲν ὁ βασιλεὺς, τίνων δὲ ὁ φιλόσοφος ἄρχει. Οὐκοῦν ὁ μὲν βασιλεὺς πόλεσι, καὶ χώραις, καὶ πολλοῖς ἐφέστηκεν ἔθνεσι, καὶ στρατηγοὺς, καὶ ὑπάρχους, καὶ στρατόπεδα, καὶ δήμους, καὶ βουλὰς τοῖς ἑαυτοῦ νεύμασιν ἄγων· ὁ δὲ Θεῷ δεδωκὼς ἑαυτὸν, καὶ τὸν μονήρη βίον ᾑρημένος, θυμοῦ, καὶ φθόνου, καὶ φιλαργυρίας, καὶ ἡδονῆς, καὶ τῶν ἄλλων ἄρχει κακῶν, σκοπῶν ἀεὶ καὶ φροντίζων, ὅπως ἂν μὴ συγχωρήσειε τῇ ψυχῇ ὑπὸ τοῖς αἰσχροῖς γενέσθαι πάθεσιν, μηδὲ δουλωθῆναι τὸν λογισμὸν τυραννίδι πικρᾷ· ἀλλ᾽ ἀνωτέρω πάντων ἀεὶ τὴν διάνοιαν ἔχοι, τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐπιστήσας τοῖς πάθεσιν. Τοιαύτην μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς, τοιαύτην δὲ ὁ μοναχὸς ἀρχὴν καὶ δυναστείαν κέκτηται, ὥστε δικαιότερον ἄν τις τοῦτον βασιλέα καλέσειεν, ἢ τὸν ἁλουργίδι καὶ στεφάνῳ λαμπόμενον, καὶ καθήμενον ἐπὶ θρόνου χρυσοῦ. Βασιλεὺς γὰρ ὡς ἀληθῶς ὁ θυμοῦ καὶ φθόνου καὶ ἡδονῆς κρατῶν, καὶ πάντα ὑπὸ τοὺς νόμους ἄγων τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸν νοῦν ἐλεύθερον τηρῶν, καὶ οὐκ ἐῶν ἐνδυναστεῦσαι τῇ ψυχῇ τὴν δεσποτείαν τῶν ἡδονῶν. Τὸν τοιοῦτον ἡδέως ἂν εἶδον καὶ δήμων, καὶ γῆς, καὶ θαλάσσης ἄρχοντα, καὶ πόλεων, καὶ δήμων καὶ στρατοπέδων. Ὁ γὰρ τοῖς πάθεσι τῆς ψυχῆς τὸν λογισμὸν ἐπιστήσας, ῥᾳδίως ἂν ἐπισταίη καὶ ἀνθρώποις μετὰ τῶν θείων νόμων, ὥστε αὐτὸν ἐν πατρὸς τάξει τοῖς ἀρχομένοις εἶναι, μετὰ πάσης ἡμερότητος ὁμιλοῦντα ταῖς πόλεσιν. Ὁ δὲ ἀνθρώπων μὲν ἄρχειν δοκῶν, θυμῷ δὲ καὶ φιλαρχίᾳ, καὶ ἡδοναῖς δουλεύων· πρῶτον μὲν καταγέλαστος εἶναι δόξειεν ἂν τοῖς ἀρχομένοις, ὅτι στέφανον μὲν φορεῖ λιθοκόλλητον καὶ χρυσοῦν, σωφροσύνῃ δὲ οὐκ ἐστεφάνωται· καὶ ἁλουργίδι μὲν ὅλον τὸ σῶμα λάμπεται, τὴν δὲ ψυχὴν ἀκόσμητον ἔχει. Ἔπειτα δὲ οὐδὲ ὅπως μεταχειρίσαιτο τὴν ἀρχὴν ἐπιστήσεται· ὁ γὰρ ἑαυτοῦ μὴ δυνηθεὶς ἄρχειν, πῶς ἂν ἑτέρους δυνηθείη κατευθύνειν τοῖς νόμοις; εἰ δὲ βούλει καὶ τὸν πόλεμον ἑκατέρων ἰδεῖν, εὑρήσεις τὸν μὲν δαίμοσι μαχόμενον, καὶ κρατοῦντα, καὶ νικῶντα, καὶ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ στεφανούμενον· μετὰ γὰρ τοῦ

JOHANNIS CHRYSOSTOMI LIBELLUS, IN QUO confert eum, qui in veriſſima ac Chriſtiana philoſophia vitam degit monaſticam, cum ſummo quoque mundi hujus principe, Germano Brixio Altiſſiodorenſi interprete.

B Ego quum intuear ex hominibus complures quæ bona eſſe videntur, ea majori & amore, & admiratione ſectari, quàm quæ natura ac veriſſime bona ſunt: neceſſarium eſſe reor, brevi oratione de utriſque hic agere, & componere interſe, tum quæ vulgo neglectui ſunt, tum quæ magno mortales ſtudio ſequuntur, ut utrorumque differentiam edocti, illa quidem ut ſeria, ac ſalutaria magni faciamus, hæc autem tanquam nihili æſtimanda contemnere diſcamus. Igitur magnopere expetuntur divitiæ, C principatus, imperium, gloria, ac beatos quidem vulgus eos ducit, qui gentium principes ſunt, qui ſplendidis vehiculis feruntur, qui præconum clamorem, ac ſatellitium magnum aſſequuntur. Contrà, philoſophantium vita, & eorum qui ſolitariæ vitæ inſtitutum delegerunt, deſpicabilis eſt: atque illi quidem dum foris prodeunt, ad ſeſe contuendos populum ipſum convertunt: hi autem ſicubi apparuerint, nullius oculos, aut certe perpaucorum ad ſui ſpectaculum trahunt, & præterea horum D nullus ſimilis eſſe concupiſcat: illorum contrà, nemo non quenquam principatum quærere, gentis alicujus imperio potiri, arduum ſanè ac ſupra vulgarium hominum vires, ac quorum animis imperii amor inceſſit, iis magna pecunia opus: ſolitariam verò vitam eligere, Dei cultui vitam ſuam mancipare, æquè omnibus proclive ac facile. Adde quòd principatus poſſeſſio unà cum vita hac deſinit, ſeu verius dicam, vivos etiam ſui amatores deſtituit: ut taceam hic multos olim extitiſſe, quos maE gnum in periculum, vel certe magnam in ignominiam coniecit. At ſolitudo juſtos hac in vita bonis multis quum repleverit, à vitæ exitu ornatos ac hilares ad Dei & Patris tribunal ducit, quo potiſſimum tempore eorum, qui imperio functi fuerint, bonam partem magnas peccatorum in vita admiſſorum pœnas luere videas. Age itaque conferentes inter ſe tum philoſophiæ bona, tum ea quæ in hac vita principatus ac gloriæ bona eſſe videntur, utrorumque bonorum diſcrepantiam perdiſcamus: ſic enim colA lata apertiora fient: quin potius, ſi placet, ipſum bonorum faſtigium, (regnum intelligo) cum philoſophia comparantes, utriuſque poſſeſſionis fructus contemplemur, diligenter edocti, quibus rex, quibus rurſus philoſophus imperet. Rex igitur urbium, regionum, tum multarum gentium præfecturam gerit, Magiſtros militum, Præfectos, exercitus, populos, ſenatus ſuo unius nutu regens; at vero qui ſe ipſe totum Deo dedit, ſolitariamque vitam elegit, iræ, invidiæ, avaritiæ, voluptaB ti, cæteriſque animi morbis imperat, aſſiduè ſpeculans, ac meditans, quémnam in modum non committat, ut ſuum animum obſcænis affectibus ſubjiciat, neu amaræ tyrannidi ratio inſerviat; ſed ſupra res humanas omnes cogitationem ſemper erectam habeat, Dei timorem animi morbis præficiens. Hujuſmodi igitur imperium rex, hujuſmodi item principatum monachus adeptus eſt: ut juſtius quidem hunc regem voces, quàm eum qui purpura indutus, ac corona C ornatus ſplendeſcit, throno in aureo ſeſſitans. Nam is demum verè rex eſt, qui iram, qui invidiam, qui voluptatem cohibens, omnia ſub Dei lege agit, mentem liberam ſervans, neque patiens voluptatum dominationem animo ſuo imperitare. Talem equidem regem libens viderem & populis, & terræ, & mari, & civitatibus, & exercitibus jura dantem. Quiſquis enim animi affectibus rationem magiſtram præfecerit, is parvo admodum negocio & homiD nibus unà cum divinis legibus præfici poſſit, ut eundem patris loco ſubditi habeant, cum omni manſuetudine civitatibus conſuetudinis ſuæ copiam facientem. Qui vero hominibus imperare quum videatur, iræ tamen, ambitioni, voluptatibus ſervit: hic primum ſubditis ſuis ridiculus videri poſſit hoc ipſo, quod coronam quidem geſtat gemmis auroque intertextam, temperantiæ vero corona minime inſignis eſt: & purpureo quidem paludamento toto corpoE re fulget, animum autem inornatum habet. Deinde idem hic ne adminiſtrandi quidem imperii ſcientiam habiturus eſt. Qui enim ſibiipſi imperare neſcit, hic quo tandem modo alios legibus regere poterit? Quin ſi id belli genus, quod uterque ſibi peculiariter gerendum ſumpſit, ſpectare volueris, invenies hunc cum dæmonibus depugnantem: eundémque & ſuperantem, & vincentem, & à Chriſto coronam capientem: utpote qui ad pugnam acce-

Quis demum verè rex dicendus.

Comparat cum Rege monachum in bello gerendo.

accedat divino ſuſtentatus auxilio, cœleſtibus armis communitus, ut neceſſe quidem ſit victoriam ab ipſius partibus ſtare, quum interim regem illum cum Barbaris bellantem cernas: quanto autē hominib° dæmones terribiliores ſunt, tanto ſplendidior eſt, qui hos ſuperat, eo, qui illos vincit. Quòd ſi utriuſque belli cauſam perdiſcere cupis, magnam profectò inæqualitatem reperies. Alter enim pro pietate ac Dei cultu cum dæmonibus bellum gerit, vel urbes, vel pagos ab errore aſſerere deſiderans: alter vero cum Barbaris digladiatur pro locis, finibus, opibúſve raptis, illum auaritia, atque adeò injuſti principatus ambitione ad pugnam provocante: ubi certe plerique plerumque reges majora quum appetiviſſent, jam parta amiſere. Itaque tum principatus, tum ipſa bellorum genera arguunt, eouſque inter ſe diſcrepare & regem, & eum, qui vitæ ſuæ ſtudium Dei cultui addixit: ſed tamen eoſdem illos exactè utique pernoſcas, ſi ad utriuſque vitam, quotidianáque geſta examinanda deſcenderis. Revera enim hunc invenias cum Prophetis verſantem, Pauli ſapientia animum exornantem, aſſiduè à Moſe ad Eſaiam, ab Eſaia ad Johannem, à Johanne ad alium quempiam tranſeuntem. At regem aſſidua centurionum, præfectorum, & ſpiculatorum conſuetudine utentem. Porro autem natura comparatum eſſe videmus, ut cum quibus aſſiduè quis verſatur, horum mores ſimiles habeat. Itaque qui ſolitarius vivit, is animum ſuum ad Apoſtolorum & Prophetarum mores conformat: at rex ad mores ducum, ſcutatorum, ſatellitum, hominum vino ſervientium, voluptatibus indulgentium, bonam diei partem in potu conterentium, denique nullius rei neceſſariæ, aut honeſtæ ſcientiam, vino impediente, callentium. Hac ergo ratione monaſticam vitam convenit ea beatiorem dicere, quæ principatu, quæ regno, quæ ſceptris conſtat. Quòd ſi & noctis tempus examinare voluerimus, monachum quidem videbimus Dei optimi cultu, ac precibus inſignem multo ante gallinaceos tempore canentem, Angelis convictoribus utentem, cum Deo colloquentem, cœleſtibus bonis fruentem: eum vero qui multis gentibus, multis populis, atque exercitibus præeſt, quique terra ac mari latè imperat, in lecto diſtentum ac ſtertentem. Ille quidem cibis iis alitur, qui altum ab eo ſomnum minimè exigant: hunc autem deliciæ conſopiunt & potus, eundem in lectulo in ipſum uſque diem detinens. Iam monacho & veſtis & menſa moderata, & convictores ejuſdem virtutis æmuli: at regem neceſſe eſt & lapillis & auro ſuperbum eſſe, menſámque extruere ſplendidam, tum convictoribus uti, ſi quidem imprudens ille fuerit, ſua ſtoliditate dignis, ſin autem mentem habeat, temperánſque ſit, probis fortaſſe & juſtis; ſed tamen virtute iis, quos ante dixi, longe inferioribus: ita rex ut philoſophiæ deditus ſit, tamen ne tantillum quidem ad monachi virtutem propius accedere queat. Etenim in itineribus faciendis ſubditis gravis eſt, præterea & urbem habitans, & pace fruens, & bello operam dans, tum tributa exigens, tum exercitus conficiens, tum captivos agens, & dum victor, & dum victus eſt, ſubditos propriis malis replet: victor quidem intolerabilis eſt, victoria ſeſe venditans, ac ſibi placens, tum militibus præbens licentiam rapiendi, deprædandi, viatores injuria afficiendi, urbes obſidione cingendi, pauperum domos depopulandi, ab iis, à quibus excepti fuerint, ea quotidie exigendi, quæ nulla lex permittit, idque per cauſam priſcæ alicuius conſuetudinis iniquæ & injuſtæ. Quum interim illum neſcio quem per hujuſmodi mala rex minime lædit; ſed de paupertate tantum male meretur: perinde quaſi verè ille divites vereatur: At verò non ſic monachus, qui ſimul ut conſpectus fuerit, ſtatim tam divitibus quàm pauperibus donum aliquod afferens, utriſque æquè munificum ſe præſtat, uno tantum amictu toto anno utens, tum aquam libentius bibens, quàm generoſum vinum, pro ſe quidem nullam neque parvam, neque magnam à divitibus gratiam poſtulans: pro indigentibus autem tum multas, tum continuas, eaſque utriſque conducentes, hoc eſt, tam iis, qui largiuntur, quam iis, qui accepturi ſunt. Sic fit, ut communem ille agat medicum divitum juxtà & inopum, illos peccatis liberans per bonam admonitionem, hos ab indigentia eximens. At rex tributa dum minus gravia eſſe jubet, divitibus magis, quam pauperibus uſui eſt. Idem dum contrà facit, paucarum facultatum dominos lædit: nam diviti tenuem admodum jacturam attulerit tributorum acerbitas: at eadem pauperū domos tanquam torrens diſtrahit, fletu complens pagos: quum interim neq; ſenectus iis miſerabilis eſt, qui tributa exigunt, neq; mulierum viduitas, neque liberorum orbitas, quinimò protervíendi finem nullum illi faciunt, communes quidam regionis hoſtes, quæ tellus nequaquam tulit, ea ab agricolis exigentes.

Nocturno tempore uter beatior.

A θείας ῥοπῆς ἐπὶ τὸν πόλεμον ἔρχεται, οὐρανίοις πεφραγμένος ὅπλοις, ὥστε ἀνάγκη τούτου γενέσθαι τὸ κράτος· τὸν δὲ βασιλέα βαρβάροις μαχόμενον. ὅσῳ δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ δαίμονες φοβερώτεροι, τοσούτῳ λαμπρότερος ὁ τούτων κρατῶν τοῦ νικῶντος ἐκείνους. εἰ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἑκατέρου πολέμου καταμαθεῖν βουληθῇς, πολὺ τὸ οὐκ ἴσον εὑρήσεις. ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ λατρείας πολεμεῖ τοῖς δαίμοσιν, ἢ πόλεις ἢ κώμας ἐκ τῆς πλάνης ἐξαρπάσαι πο- B θῶν. ὁ δὲ μάχεται βαρβάροις ὑπὲρ τόπων ἢ ὅρων ἢ χρημάτων ἁρπασθέντων, ἢ πλεονεξίας καὶ ἔρωτος ἀρχῆς ἀδίκου προσκαλούσης ἐπὶ τὴν μάχην. ἔνθα δὴ πολλοὶ πολλάκις βασιλεῖς τῶν μειζόνων ἐπιθυμήσαντες, καὶ τὰ παρόντα προσαπώλεσαν. ἡ μὲν οὖν ἀρχὴ, καὶ οἱ πόλεμοι τοσοῦτον ἀλλήλων διαφέροντας ἔδειξαν, τόν τε βασιλέα, καὶ τὸν ἐσπουδακότα τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ συζῆν. γνοίη δ' ἄν τις αὐτοὺς ἀκριβῶς, τὸν βίον ἑκατέρου καὶ τὰς πράξεις τὰς παρ' ἡ- C μέραν σκοπῶν. εὕροι γὰρ ἂν ὡς ἀληθῶς τὸν μὲν ὁμιλοῦντα προφήταις, καὶ τῇ Παύλου σοφίᾳ τὴν ψυχὴν καλλωπίζοντα, μεταπηδῶντα συνεχῶς ἀπὸ μὲν Μωυσέως πρὸς Ἡσαΐαν, ἀπὸ δὲ τούτου πρὸς Ἰωάννην, ἀπὸ δὲ τούτου πρὸς ἕτερον· τὸν βασιλέα δὲ συνεχῶς ὁμιλοῦντα ταξιάρχοις, καὶ ὑπάρχοις, καὶ δορυφόροις· οἷς δέ τις ὁμιλεῖ συνεχῶς, τούτοις ἀφομοιοῦται τὸ ἦθος. οὐκοῦν ὁ μὲν μονάζων, πρὸς τὰ τῶν ἀποστόλων, καὶ προφητῶν ἤθη ἐκτυποῦται τὴν γνώμην· ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς D τὰ τῶν στρατηγῶν, καὶ δορυφόρων, καὶ ὑπασπιστῶν ἀνθρώπων οἴνῳ δουλευόντων, καὶ ἡδοναῖς χαριζομένων, καὶ τὸ πλέον τῆς ἡμέρας διατριβόντων ἐν πότῳ, οὐδὲν καίριον ἢ καλὸν διὰ τὸν οἶνον ἐπισταμένων. οὕτως ἄρα, καὶ διὰ τοῦτο τὸν μονήρη βίον προσήκει μακαρίζειν μᾶλλον, ἢ τὸν ἐν δυναστείᾳ, καὶ βασιλείᾳ, καὶ σκήπτροις. εἰ δὲ καὶ τὸν τῆς νυκτὸς τὸν χρόνον ἐξετάζειν βουληθείημεν, τὸν μοναχὸν μὲν ὀψόμεθα τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ, καὶ ταῖς εὐχαῖς κοσμούμενον, πολὺ πρότερον ᾀδόν- E των τῶν ὀρνίθων, ἀγγέλοις συμβιοτεύοντα, Θεῷ λαλοῦντα, τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἀπολαύοντα· τὸν δὲ πολλοῖς ἔθνεσιν ἐφεστηκότα καὶ δήμοις καὶ στρατοπέδοις, καὶ πολλῆς μὲν γῆς, πολλῆς δὲ ἄρχοντα θαλάττης, ἐπὶ τῆς κλίνης ἀνατεταμένον καὶ ῥέγχοντα. ἐκεῖνος μὲν γὰρ τοσούτοις τρέφεται σιτίοις, ὅσα οὐκ ἂν ἀπαιτήσειε τὸν μοναχὸν ὕπνον βαθύν· τὸν δὲ ἡ τρυφὴ κατακοιμίζει καὶ ὁ πότος μέχρις ἡμέρας αὐτὸν ἐν τῇ κλίνῃ κατέχων. ἔστι τοίνυν τῷ μὲν μοναχῷ καὶ ἀμπεχόνη καὶ τράπεζα με- A τρία, καὶ σύσσιτοι τῆς αὐτῆς ἀρετῆς ἀθληταί· τὸν βασιλέα δὲ λίθοις τε ἀνάγκη καὶ χρυσῷ καλλωπίζεσθαι, τράπεζάν τε παρατίθεσθαι λαμπρὰν, καὶ χρῆσθαι συσσίτοις, εἰ μὲν ἄφρων εἴη, τῆς ἑαυτοῦ κακίας ἀξίοις, εἰ δὲ νοῦν ἔχοι καὶ σωφρονοίη, χρηστοῖς ἴσως καὶ δικαίοις, πολὺ δὲ λειπομένοις τῆς ἐκείνων ἀρετῆς. οὕτω κἂν φιλοσοφῇ βασιλεὺς, οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγὺς ἐλθεῖν τῆς τοῦ μονάζοντος καλοκαγαθίας δυνήσεται. καὶ γὰρ ἐν ὁδοιπορίαις βαρύς ἐστι τοῖς ὑπηκό- B οις, καὶ πόλιν οἰκῶν, καὶ εἰρήνης ἀπολαύων, καὶ πολέμων ἁπτόμενος, φόρους τε εἰσπραττόμενος, καὶ στρατεύματα συγκροτῶν· καὶ αἰχμαλώτους ἄγων, καὶ νικῶν, καὶ ἡττώμενος τῶν οἰκείων κακῶν ἀναπίμπλησι τοὺς ἀρχομένους, καὶ νικῶν ἀφόρητος γίνεται, καλλωπιζόμενός τε τοῖς τροπαίοις, καὶ μέγα φρονῶν, καὶ τοῖς στρατιώταις παρέχων ἄδειαν ἁρπάζειν, συλᾷν, τοὺς ὁδοιπόρους ἀδικεῖν, τὰς πόλεις ἐν τῇ καθέδρᾳ πολιορκεῖν, τὰς τῶν πενήτων πορθεῖν C οἰκίας, τοὺς ὑποδεξαμένους εἰσπράττεσθαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἃ μηδεὶς ἐπιτρέπει νόμος ἐπὶ προφάσει τινὸς ἔθους ἀρχαίου, παρανόμου τε καὶ ἀδίκου. καὶ τὸν μὲν ἔβλαψεν οὐδὲν ὁ βασιλεὺς τοῖς τοιούτοις κακοῖς, τὴν πενίαν δὲ ἐκάκωσεν, ὥσπερ ὡς ἀληθῶς αἰσχυνόμενος τοὺς εὐπόρους. οὐ μήν γε ὁ μοναχὸς οὕτως, ἀλλ' ἅμα τε ὤφθη, καὶ πλουσίων καὶ πενήτων χάριν τινὰ κομίζων ἦλθε καὶ τούτοις κἀκείνοις ὁμοίως, ἱματίῳ μὲν ἑνὶ δι' ἔτους χρώμενος, D ὕδωρ δὲ πίνων ἥδιον, ἢ θαυμαστὸν οἶνον· ὑπὲρ ἑαυτοῦ μὲν οὔτε μίαν, οὔτε μικρὰν, οὔτε μείζω χάριν παρὰ τῶν πλουσίων αἰτῶν· ὑπὲρ δὲ τῶν ἐν ἐνδείᾳ, πολλάς τε καὶ συνεχεῖς, ἀμφοτέροις λυσιτελούσας, τοῖς τε παρέχουσι, καὶ τοῖς κομίζεσθαι μέλλουσιν, οὕτω κοινός ἐστιν ἰατρὸς καὶ πλουσίων καὶ πενήτων ὁμοίως, τοὺς μὲν ἁμαρτημάτων ἐλευθερῶν διὰ τῆς ἀγαθῆς νουθεσίας, τοῖς δὲ λύων τὴν ἔνδειαν. βασιλεὺς δὲ τάς τε εἰσφορὰς κουφοτέρας εἶναι κελεύων, τοὺς E πλουσίους μᾶλλον, ἢ τὴν πενίαν ὠφέλησε. καὶ τὰ ἐναντία ποιῶν, τοὺς μικρὰ κεκτημένους ἔβλαψε. τὸν μὲν γὰρ πλούσιον ὀλίγα ἂν βλάψειεν ἡ χαλεπότης τῶν εἰσφορῶν· τὰς δὲ τῶν πενήτων οἰκίας, ὥσπερ χειμάρρους παρασύρει, οἰμωγῆς πιμπλῶσα τὰς κώμας. καὶ οὔτε γῆρας ἐλεεινὸν τοῖς εἰσπραττομένοις τοὺς φόρους, οὔτε χηρεία γυναικῶν, οὐκ ὀρφανία παίδων, ἀλλὰ κωμάζουσι πάντα τὸν χρόνον, κοινοί τινες πολέμιοι τῆς χώρας, ἅπερ οὐκ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ, ταῦτα τοὺς γεωργοὺς εἰσπραττόμενοι.

A Φέρε κἀκεῖνο ἐξετάσωμεν, τί μὲν ὁ μοναχὸς, τί δὲ ὁ βασιλεὺς τοῖς ὑπηκόοις χαρίζεται. οὐκοῦν ὁ μὲν χρυσὸν, ὁ δὲ πνευματικὴν χάριν. καὶ ὁ μὲν ἔλυσε πενίαν, ἐὰν ᾖ χρηστὸς, ὁ δὲ ψυχὰς τυραννουμένας ὑπὸ δαιμόνων ἠλευθέρωσε ταῖς προσευχαῖς. κἂν συμβῇ τινα τοιαύταις χειμάζεσθαι συμφοραῖς, τὸν βασιλέα μὲν ὥσπερ τὰ ἄψυχα παρέρχεται, ἐπὶ δὲ τὴν τῶν μοναχῶν οἰκίαν καταφεύγει, ὥσπερ ὁ λύκον ὑποφεύγων, καταφεύγων δὲ ἐπ᾽ ἄνδρα θηρευτὴν ξίφος ἐν τῇ χειρὶ φέροντα. B ὅπερ γὰρ τῷ θηρευτῇ ξίφος, τοῦτο προσευχὴ τῷ μονάζοντι. οὐ γὰρ οὕτω φοβερὸν τοῖς λύκοις τὸ ξίφος, ὡς τοῖς δαίμοσιν αἱ προσευχαὶ τῶν δικαίων. οὐ τοίνυν μόνον ἡμεῖς πρὸς τοὺς ἁγίους μοναχοὺς ἐν ταῖς χρείαις καταφεύγομεν, ἀλλὰ καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτοὶ πρὸς τούτους καταφεύγουσιν ἐν καιροῖς φοβεροῖς, ὥσπερ οἱ πτωχεύοντες ἐν λιμῷ πρὸς τὰς τῶν πλουσίων οἰκίας. οὐκ Ἀχαὰβ ὁ τῶν Ἰουδαίων βασιλεὺς ἐν λιμῷ καὶ σιτοδείᾳ τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας εἶχεν ἐν ταῖς Ἠλίου προσευχαῖς; C οὐκ Ὀζίας τὴν αὐτὴν ἔχων ἀρχὴν καὶ δυναστείαν, νοσῶν καὶ μέλλων τελευτᾶν, ἐφεστηκότα τὸν θάνατον ὁρῶν, ἐπὶ τὸν αὐτὸν προφήτην κατέφυγεν, ὡς θανάτου δυνατώτερον καὶ ζωῆς χορηγόν; καὶ μὴν καὶ πολέμου καταρραγέντος, καὶ τῆς Παλαιστίνης ἐκ βάθρων αὐτῶν ἀνασπασθῆναι κινδυνευούσης, οἱ τῶν Ἰουδαίων βασιλεῖς ἀφέντες τὴν στρατείαν, καὶ πεζοὺς, καὶ τοξότας, καὶ ἱππέας, καὶ στρατηγοὺς, καὶ ταξιάρχους ἐπὶ τὰς Ἐλισσαίου προσευχὰς κατέφυγον· ᾔδεισαν γὰρ αὐτοῖς ἀντὶ πολλῶν μυ- D ριάδων ἔσεσθαι θεράποντα τοῦ Θεοῦ. τὸ δ᾽ αὐτὸ τοῦτο καὶ Ἐζεκίας τοῦ Περσικοῦ πολέμου συστάντος, καὶ τῆς πόλεως περὶ τῶν ἐδαφῶν αὐτῶν εἰς κίνδυνον μέγιστον κατακεκλιμένης, καὶ τῶν ἐπὶ τῷ τείχει τρεμόντων καὶ δεδοικότων καὶ σειομένων καθάπερ ἐν προσδοκίᾳ βροντῆς, ἢ σεισμοῦ πάντα κινοῦντος, τὰς Ἠσαΐου προσευχὰς ὁ βασιλεὺς ἀντέστησε ταῖς πολλαῖς τῶν Περσῶν μυριάσι, καὶ οὐκ ἐψεύσθη τῆς ἐλπίδος. E ἅμα τε γὰρ ὁ προφήτης τὰς χεῖρας ἦρεν εἰς οὐρανὸν, καὶ τοῖς ἐξ οὐρανοῦ βέλεσιν ὁ Θεὸς τὸν Περσικὸν κατέλυσε πόλεμον, παιδεύων τοὺς βασιλεῖς κοινοὺς τῆς γῆς ἡγεῖσθαι σωτῆρας τοὺς ἑαυτοῦ θεράποντας, ὅπως ἂν παιδευθεῖεν, καὶ παρακαλούμενοι παρὰ τῶν δικαίων, ἐπὶ πᾶσαν πρᾶξιν ἀγαθὴν καὶ φιλάνθρωπον αἰδεῖσθαι τὰς συμβουλίας, καὶ πείθεσθαι ταῖς ἀγαθαῖς νουθεσίαις. οὐ τοίνυν ἐκ τούτων μόνον ἐστὶ τὸ διάφορον ἰδεῖν ἀμφοτέρων, ἀλλὰ κἂν ἐκπεσεῖν συμ- A βῇ καὶ τοῦτον κἀκεῖνον· τὸν μὲν τῆς ἀρετῆς, τὸν δὲ τῆς βασιλείας στερηθῆναι, ὁ μὲν ῥᾳδίως ἂν ἑαυτοῦ γένοιτο, καὶ ταχέως διὰ προσευχῆς καὶ δακρύων, καὶ πένθους, καὶ θεραπείας πτωχῶν, τὰς ἁμαρτίας ἀποτριψάμενος, πάλιν ῥᾳδίως ἐπὶ τὴν προτέραν ἀρχὴν ἀνατρέχει· βασιλεὺς δὲ ἐκπεσὼν πολλῶν μὲν ἂν δεηθείη συμμάχων, πολλῶν δὲ ὁπλιτῶν καὶ ἱππέων, καὶ ἵππων, καὶ χρημάτων, καὶ κινδύνων, καὶ ὅλως ἐν ἑτέροις ἔχει τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας· ὁ δὲ τῇ βουλήσει, καὶ τῇ B σπουδῇ, καὶ τῇ μεταβολῇ τῆς γνώμης ἑπομένην ἔχει τὴν σωτηρίαν εὐθέως. „ἡ βασιλεία γάρ φησι τῶν οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι. καὶ μὴν ὁ θάνατος τῷ μὲν βασιλεῖ φοβερὸς, τῷ φιλοσοφοῦντι δὲ ἄλυπος. τὸν γὰρ ὑπερορῶντα πλούτου καὶ ἡδονῆς καὶ τρυφῆς, ὧν ἕνεκα ζῆν ἐπιθυμοῦσιν οἱ πολλοὶ, καὶ τὴν ἐντεῦθεν μετάστασιν ἀνάγκη ῥᾳδίως φέρειν. εἰ δὲ καὶ σφαγῆναι τοῦτον συμβαίη κἀκεῖνον, ὁ μὲν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐπισπάσηται κινδύνους, ἀθάνατον ζωὴν καὶ οὐράνιον διὰ θανάτου C πραγματευόμενος· βασιλεὺς δὲ τύραννον ἕξει σφαγέα καὶ τῆς ἀρχῆς ἐραστὴν, ἐλεεινὸν θέαμα καὶ δεινὸν μετὰ τὴν σφαγὴν γινόμενος. μοναχὸν δὲ ἰδεῖν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐσφαγμένον ἡδὺ καὶ σωτήριον θέαμα, καὶ ὁ μὲν τοὺς ἐραστὰς τῶν οἰκείων ἀγαθῶν μιμητὰς ἕξει καὶ μαθητὰς πολλοὺς εὐχομένους αὐτῷ φανῆναι παραπλησίους· ὁ δὲ πολλοὺς ἂν ἐν προσευχαῖς ἀναλώσειεν λόγους δεόμενος τοῦ Θεοῦ, μηδένα φανῆναι τῆς βασιλείας ἐραστήν. καὶ τὸν μὲν οὐδεὶς ἂν ἀποκτεῖναι τολμήσειεν, εἰς τὸν Θεὸν ἀσεβεῖν ἡγούμενος, εἰ τὸν τοιοῦτον ἀνέλοι· τῷ D δὲ πολλοὶ σφαγεῖς ἐφεστήκασιν ἐρασταὶ τυραννίδος. διόπερ ὁ μὲν φρουρεῖται στρατιώταις, ὁ δὲ πόλεις τειχίζει ταῖς εὐχαῖς, οὐδένα δεδοικώς· ὁ δὲ βασιλεὺς ἀεὶ φόβῳ συζῇ καὶ προσδοκίᾳ σφαγῆς· ὁ μὲν γὰρ ἐπικίνδυνον ἔχει πλεονεξίαν, ὁ δὲ ἀσφαλῆ σωτηρίαν. περὶ μὲν οὖν τῶν ἐν τῷ παρόντι βίῳ πραγμάτων ἱκανῶς εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ· εἰ δὲ καὶ τὸν ἀγῶνα τὸν μέλλοντα βουληθείημεν ἐξετάζειν, τὸν μὲν ὀψόμεθα λαμπρὸν καὶ περίβλεπτον E ἁρπαζόμενον ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου εἰς ἀέρα, κατὰ τὸν ἡγεμόνα καὶ παιδευτὴν τοῦ σωτηρίου τούτου βίου καὶ πάσης ἀρετῆς· ὁ δὲ βασιλεὺς, ἐὰν μὲν δικαίως φανείη καὶ φιλανθρώπως διοικήσας τὴν ἀρχήν· πολὺ δὲ τοῦτο σπάνιον· ἐλάττονος ἔσται σωτηρίας τε καὶ τιμῆς. οὐ γὰρ ἴσον, οὐκ ἴσον βασιλεύς τε χρηστὸς, καὶ μοναχὸς ἀκριβῶς τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ συζῶν. εἰ δὲ φανείη πονηρὸς καὶ σκαιὸς,

A Age verò, & illud inſuper examinemus, quánam in parte monachus, quà contrà in parte rex ſubditis beneficus ſit. Igitur hic quidem aurum largitur; ille vero ſpiritus gratiam: præterea idem hic dum bonus eſt, paupertatem ſolvit, ille autem animas dæmonum tyrannide oppreſſas precibus liberat: ac ſi quis fortè hujuſmodi calamitate affligetur, is regem tanquam ſtatuam præterit, ad monachorum verò habitaculum confugit, quaſi qui conſpecti lupi timore ad venatorem gladium manu B geſtantem fuga contendit: Etenim quod venatori gladius, id preces ſunt monacho: neque ſanè ſic lupos gladius, ut dæmonas juſtorum preces terrent. Itaque non nos modo ad ſanctos monachos, dum rei uſus poſtulat, confugimus; ſed vel reges ipſi ad eoſdem in temporibus formidandis, haud aliter quàm famis tempore mendicantes ad divitum domos confugiunt. Nónne Achab Judæorum rex per famem, & annonæ caritatem, in Eliæ precibus ſpem poſuit ſuam? Nónne Ochozias illud idem im- C perium, illum eundem principatum obtinens, æger, ac jam jam moriturus, inſtantem ſibi mortem quum videret, ad eundem Prophetam confugit, tanquam morte potentiorem, ac vitæ largitorem? Atqui bello erumpente, Palæſtináque in tantum adducta periculum, ut funditus excidenda eſſet, Judæorum reges miſſo exercitu, miſſis peditibus, ſagittariis, equitibus, ducibus, centurionibus, ad Eliſſæi preces ſe receperunt: exiſtimabant enim Dei ſervum ſibi multarum myriadum inſtar fore. Itidem D & Ezechias rex bello Perſico conflato, jamque civibus ipſis pro aris ac focis in maximum pertractis periculum, iiſque qui pro mœnibus ſtarent, jam trementibus, metuentibus, ac perinde commotis, ut commoveri homines ſolent, quoties vel tonitruum vel terræmotum omnia quatientem expectant, Eſaiæ preces multis Perſarum millibus oppoſuit, neque ſua illum ſpes fefellit. Nam ſimul ut Propheta manus in cœlum ſuſtulit, ſtatim Deus ſagittis è cœlo miſſis Perſicum bellum E confecit: reges erudiens, eo ſe loco ipſius miniſtros habere debere, ut eos omnes communes eſſe terræ ſervatores exiſtiment, ut hac quidem ratione edoceantur per juſtorum exhortationes, ad omne bonum atque humanum opus invitati, tum conſilia revereri, tum bonis admonitionibus locum relinquere. Proinde non ex iis ſolum, quæ dixi, utriuſque diſcrimen cognoſcere licet; ſed ſi uſu venerit & hunc & illum deturbari: hoc eſt, hunc quidem à virtute deſtitui, illum autem regno pri- A vari, nimirum hic parvo admodum negocio ad ſe redit: ac ſtatim per preces, per lachrymas, per mœrorem, per pauperum curam, peccatis abſterſis, de integro facile ad priſtinum principatum recurrit. At rex ſolio dejectus quum fuerit, tum demum multis ſanè ſociis indiget, multis item armatis militibus, equis, pecuniis, periculis: denique ſalutis ſuæ ſpem in aliis ſitam habet. Monachus vero ſalutem celeritet voluntati ſuæ, ſtudio, ac ſententiæ mutationi comitem habiturus eſt. Regnum enim B cœlorum, inquit ille, in vobis eſt. Jam mors regi terribilis eſt, eadem philoſopho minime moleſta. Eum enim qui divitias, voluptatem, delicias (quorum gratia vitam agitare multi concupiſcunt) deſpicit, neceſſe eſt migrationem ab hoc orbe haud ægre ferre. Quòd ſi & hunc & illum jugulari contigerit, hic quidem pro pietate pericula ſibi accerſet, immortalem & cœleſtem vitam morte ſua comparans: at rex tyrannum aliquem, & eum qui imperium affectat, jugulatorem ſuum habiturus eſt, C miſerabile, idémque horrendum poſt cædem ſpectaculum. Adde his quòd monachus bonorum ſuorum affectatores habiturus eſt æmulatores ac diſcipulos, bona ex parte comprecantes, ut ipſius ſimiles evadant: at rex multos fruſtra in precibus ſermones inſumpſerit, Deum rogans, ut nemo exiſtat, qui regnum affectet. Præterea illum interficere nullus audeat, cùm exiſtimet impium ſe in Deum futurum, ſi eum ſuſtulerit: huic vero multi jugulatores ingruunt, tyrannidis affectatores. Quamobrem D alter milites adhibet corporis ſui cuſtodes, alter urbes precibus ſuis tanquam muro communit, neminem timens, quum rex perpetuò in timore, continua in cædis expectatione vivat: ſecum enim circumfert avaritiam periculoſam, prò qua monachus tutam præ ſe fert ſalutem. Proinde de rebus, quæ nos in præſenti vita circumſiſtunt, abunde mihi dixiſſe videor. Quòd ſi & certamen futurum examinare velimus, monachum quidem videbimus ſplendidum ac conſpicuum rapi inter nubes, ad oc- E curſum Chriſti in aëra exemplo ducis, & inſtitutoris hujus vitæ ſalutaris, omniumque virtutum. At rex, ſiquidem juſte & humane imperium rexiſſe viſus fuerit ſuum (hoc autem admodum rarum eſt) minorem ſalutem, minorem honorem ſortietur: non enim idem, non, inquam, idem fuerit, bonus rex, & monachus ſummam in Dei cultu curam ponens; ſin autem malum & importunum vixiſſe eum conſtiterit,

De beneficentia in ſubditos.

3. Reg. 18.

Luc. 17.

Comparat cum Rege monachum in iis, quæ mortem ſequuntur.

ac multis malis orbem repleviſſe: quis tandem enarrare poſſit calamitates eas, quas ſuſtinere eum videbis, igni exuſtum, flagellatum, cruciatum, denique ea patientem, quæ neque verbo exprimi, neque re ipſa tolerari poſſunt? Hæc omnia reputantes, atque ediſcentes, oportet non divites admirari: Etenim conſtat horum dominum ne tantillum quidem ad monachi virtutem propius accedere. Ergo ubi conſpexeris divitem veſte ornatum auro ſuperbum, curru vectum, inceſſus magnificos incedentem, ne hominem beatum dixeris. Temporariæ enim divitiæ, & quicquid bonum eſſe videtur, unà cum vita hac corrumpitur. At monachum ubi videris ſingularem incedentem, humilem, manſuetum, quietum, pacificum, hominem æmulare, fac videare imitator philoſophiæ ipſius, fac preceris eſſe juſti ſimilis. *Petite enim*, inquit, *& dabitur vobis.* Hæc enim verè ſunt bona, ſalutaria, juſta, propter Chriſti benignitatem ac prudentiam: cui gloria & imperium per ſecula ſeculorum, Amen.

Matth. 7.

A πολλῶν κακῶν ἐμπεπληκὼς τὴν γῆν, τίς ἂν εἰπεῖν δυνηθείη τὰς συμφορὰς, αἷς ὀφθήσεται συνεχόμενος, πυρὶ καιόμενος, μαστιγούμενος, στρεβλούμενος, τοιαῦτα πάσχων ἅπερ οὔτε λόγῳ ῥητὰ, οὔτε ἔργῳ φορητά; ταῦτα πάντα δεῖ λογιζομένους καὶ μανθάνοντας, μὴ τοὺς πλουτοῦντας θαυμάζειν· ὁ γὰρ τούτων δεσπότης πέφηνως, οὐδὲ κατὰ μικρὸν ἐγγὺς ἐλθεῖν δύναται τῆς τοῦ μοναχοῦ ἀρετῆς. ὅταν οὖν ἴδῃς πλούσιον ἐσθῆτι κεκοσμημένον, χρυσῷ καλλωπιζόμενον, ἐπ' ὀχημάτων B φερόμενον, ἐξόδους ἐξιόντα λαμπρὰς, μὴ μακαρίσῃς τὸν ἄνθρωπον. πρόσκαιρος γὰρ ὁ πλοῦτος, καὶ τὸ δοκοῦν εἶναι καλὸν τῷ βίῳ τούτῳ συνδιαφθείρεται. μοναχὸν δὲ ἰδὼν βαδίζοντα μόνον, ταπεινὸν καὶ πρᾶον καὶ ἡσύχιον καὶ ἥμερον, ζήλωσον τὸν ἄνδρα, φάνηθι μιμητὴς τῆς ἐκείνου φιλοσοφίας, εὖξαι γενέσθαι τῷ δικαίῳ παραπλήσιος. αἰτεῖτε γάρ, φησι, καὶ δοθήσεται ὑμῖν. ταῦτα γὰρ ὡς ἀληθῶς καλὰ καὶ σωτήρια καὶ μόνιμα διὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπίαν καὶ πρόνοιαν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.

FLAMINIO NOBILIO.

QUIN opuſculum, quod ad me miſiſti, γνήσιον ſit Joan. Chryſoſtomi, quicunque paulò diligentius in ejus libris legendis eſt verſatus, & guſtum eorum cepit aliquem, dubitare poteſt nemo. Tu quoque quin ſis γνήσιος illius interpres, nec minus diſertè, & ornatè, Latinè loquaris, quam ille Græcè ſcripſit, ſi quis negare fuerit auſus, eum ego vel malevolum, vel ineptum, & omni prorſus judicio deſtitutum eſſe non dubitanter affirmaverim. Procul dubio gaudet ſanctus ille Pater in cœlis, quòd interpretem te ſit nactus in terris: nec per alium, quàm per te loqui mavult: vix enim alium quemquam reperiri poſſe puto, qui præclaram illius dicendi vim pari Latinè loquendi facultate poſſit exprimere. Quo majore cum deſiderio quod promittis aliud ejuſdem autoris opuſculum expecto: quod ſi miſeris, non ideò ſtatim fidem tuam liberaveris. Nam & hoc mihi pollicitus fueras, te mecum eſſe communicaturum commentariolum quendam de vita magni Cardinalis illius Hippolyti per te ſcriptum. Quod cum feceris, tunc primum, quam dediſti mihi fidem, eam liberaſſe te rectè poteris affirmare. Facturum id autem eſſe te, nulla mora longiore interpoſita, mihi tanto magis perſuaſum eſt: quòd & Cardinalis ille, quem tuum vocas, cùm non ſit magis tuus, quàm meus, fidem pro te ſuam interpoſuiſſe videtur: quem ſi tu poſtea tuum vocaveris, dicam dicturum eſſe tibi me denuncio. Quamobrem hac dicendi forma ne deinceps utaris, Cardinalis meus, verùm, noſter potius; ne videaris eum tibi ſoli tanquam proprium vendicare velle. Quem etiam verbis meis quàm officioſiſſimè ſalutabis, ac dices accepiſſe me literas, quibus mihi monachum quendam commendavit, doctum illum quidem, ſicut ex primo cum illo congreſſu videre licuit; ſed qui mecum, ut pranderet, adduci non potuit, ut perexigua mihi cum illo fuerit conſuetudo. Opto te bene valere. Dat. Sublaci Calend. Auguſti. Anno Jobælei M. D. LXXV.

Tuus in Chriſto
STANISLAUS Card. Varmienſis. M. P.

A

Sancti Patris noſtri,

JOHANNIS CHRYSOSTOMI, ARCHIEPIſcopi Conſtantinopolitani,

AD VIDUAM JUNIOREM.

Flaminio Nobilio Interprete.

GRavem te quidem accepiſſe plagam, atque ad maximè vitalem partem jaculum ſupernè immiſſum perveniſſe omnes ſanè tibi conſenſerint, ac nemo, ne ex iis quidem, qui valdè philoſophi ſunt, contradixerit: verùm quoniam malè acceptos minimè in luctu, ac lacrymis omne ſuum tempus conſumere oportet; ſed vulnerum quoq; curationi plurimum operæ, ſtudii q; navare, ne ſi deſpecta fuerint, majorem ipſiſmet lachrymis afferãt plagam, atque ipſo luctu vehementiorem flammam excitent; æquum profectò fuerit te eam, quæ per ſermones adhibetur, conſolationem minimè repudiare, ac lacrymarum fluvios parumper coërcentem ad breve ſaltem tempus iis etiam, qui te conſolari aggrediuntur, te ipſam dare. Hæc enim cauſa eſt, cur & nos non in ipſo luctus vigore, neque ſimul ac fulmen decidit, obturbaremus; ſed cunctantes toto hoc intermedio tempore, ac permittentes te ſatiari fletu, quando jam à caligine illa paululum oculos attollere, atque aures iis, qui te conſolari tentarent, præbere potuiſti, tunc ipſi quoq; poſt ancillarum ſermones noſtra adjungeremus. Nam cùm adhuc tempeſtas magna eſt, & luctus viget, qui dolorem deponere ſuadet, is ejulatum magis provocat atque irritat, nihilque aliud lucri reportans, quàm odium, multam ſanè materiem ejuſmodi oratione ſuppeditat igni, ſimúlque de ſe, & inimici, & ſtulti hominis affert opinionem. Verùm quando jam fervor ille deſidere cœpit, ac violentiam fluctuum ſedavit DEUS, facilè orationis vela pandemus. Nam mediocri quidem tempeſtate poterit fortaſſe ars ſuum officium facere: at cùm ventorum impetus invictus fertur, nihil loci eſt peritiæ. His adducti cauſis toto ſuperiore tempore ſiluimus,

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΙΩΑΝΝΟΥ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος.

ΕΙΣ ΝΕΩΤΕΡΑΝ ΧΗΡΕΥΣΑΣΑΝ.

B

ΟΤι μὲν χαλεπὴν ἔλαβες τὴν πληγὴν, καὶ ἐν καιρίῳ τὸ πεμφθὲν καὶ ἄνωθεν ἐδέξω βέλος, ἅπαντες ἄν σοι συνομολογήσαιεν, καὶ οὐδὲ τῶν σφόδρα φιλοσοφούντων οὐδεὶς ἀντερεῖ· ἐπεὶ δὲ τοὺς πληττομένους οὐκ εἰς πένθος καὶ δάκρυα τὸν ἅπαντα χρόνον ἀναλίσκειν δεῖ, ἀλλὰ καὶ τῆς θεραπείας τῶν τραυμάτων πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν πρόνοιαν, ὥστε μὴ παροφθέντα μείζονα τοῖς δάκρυσι παρα-C σχεῖν τὴν πληγὴν, καὶ τῆς ὀδύνης σφοδροτέραν τὴν φλόγα ἐργάσασθαι, καλὸν καὶ τὴν διὰ τῶν λόγων ἀναδέξασθαι παράκλησιν, καὶ τὰς κρουνοὺς μικρὸν ἀνασχοῦσαν τῶν δακρύων, χρόνον γοῦν βραχὺν καὶ τοῖς παραμυθεῖσθαί σε ἐπιχειροῦσι παρασχεῖν σεαυτήν. διὰ γάρ τοι τοῦτο καὶ ἡμεῖς οὐ παρ' αὐτὴν τοῦ πένθους τὴν ἀκμὴν, οὐδ' ἅμα τῷ κατενεχθῆναι τὸ σκηπτὸν ἠνωχλήσαμεν· ἀλλ' ἀναμείναντες τὸν ἐν μέσῳ τουτονὶ χρόνον, καὶ συγχωρήσαντες ἐμπλησθῆναί σε τῶν ὀδυρμῶν, D ὅτε λοιπὸν καὶ διαβλέψαι μικρὸν ἀπὸ τῆς ἀχλύος ἐκείνης, καὶ τὰς ἀκοὰς παρανοῖξαι ἐδυνήσω τοῖς σε παρακαλεῖν πειρωμένοις, τότε καὶ αὐτοὶ μετὰ τοὺς τῶν θεραπαινίδων λόγους, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν προσετεθείκαμεν. ἔτι μὲν γὰρ τοῦ χειμῶνος ὄντος σφοδροῦ, καὶ πολλοῦ τοῦ πένθους πνέοντος, ὁ παρακαλῶν ἀποθέσθαι τὴν λύπης, πλέον ἂν παροξύνει, πρὸς τὰς οἰμωγὰς καὶ τὸ μισηθῆναι κερδάνας μόνον, ὕλην ἂν πολλὴν τοῖς τοιούτοις λόγοις παρέχει τῷ πυρὶ μετὰ τοῦ καὶ E ἐχθροῦ καὶ ἀνοήτου δόξαν λαβεῖν. ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἤρξατο λήγειν ἡ ζάλη, καὶ τὸ τῶν κυμάτων ἄγριον κατεστόρεσεν ὁ Θεὸς, εὐκόλως τοῦ λόγου τὰ ἱστία ἀναπετάσομεν. ἐν συμμέτρῳ μὲν γὰρ χειμῶνι δυνήσεται ἴσως ἡ τέχνη ποιῆσαι τὸ ἑαυτῆς· ὅταν δὲ ἄμαχος ἡ τῶν πνευμάτων ἡ προσβολὴ, τῆς ἐμπειρίας ὄφελος οὐδέν. διὰ ταῦτα πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον σιγήσαντες·

ac

μόλις καὶ νῦν ἐπεχειρήσαμεν ῥῆξαι φωνὴν, ἐπειδὴ παρὰ τοῦ θείου ἠκούσαμεν τοῦ σοῦ, ὅτι λοιπὸν χρὴ θαῤῥεῖν· καὶ γὰρ καὶ τῶν θεραπαινίδων τὰς ἐν τιμῇ κατατολμᾶν ὑπὲρ τούτων μακροὺς ἀποτείνειν λόγους, τάς τε ἔξωθεν γυναῖκας, καὶ τὰς γένει προσηκούσας, καὶ τὰς ἄλλως πως ἐπιτηδείως ἐχούσας· ὅτι δὲ τοὺς παρ' ἐκείνων δεχομένη λόγους οὐκ ἀτιμάσεις τοὺς παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἡσυχίαν καὶ ἀταραξίαν παρέξεις αὐτοῖς κατὰ δύναμιν, σφόδρα θαῤῥοῦμεν καὶ πεπιστεύκαμεν. καὶ ἄλλως μὲν οὖν τὸ γυναικεῖον γένος ἐπιῤῥεπέστερόν πως ἐστὶ πρὸς συμπάθειαν· ὅταν δὲ καὶ νεότης προσῇ, καὶ χηρεία ἄωρος, καὶ πραγμάτων ἀπειρία, καὶ φροντίδων ὄχλος πολὺς, καὶ τὸν ἐν τρυφῇ καὶ εὐθυμίᾳ καὶ πλούτῳ τὸν ἔμπροσθεν ἅπαντα τετράφθαι χρόνον, πολλαπλάσιον γίνεται τὸ δεινὸν, κἂν ἡ τοῦτο παθοῦσα μὴ τῆς ἄνωθεν τύχῃ ῥοπῆς, καὶ ὁ τυχὼν αὐτὴν λογισμὸς καταλῦσαι δυνήσεται· ὅπερ πρῶτον καὶ μέγιστον τῆς πολλῆς περὶ σὲ τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας τίθεμαι εἶναι τεκμήριον. τὸ γὰρ τοσούτων συνδραμόντων ἐξαίφνης κακῶν μὴ ἀποπνιγῆναι τῇ λύπῃ, μηδὲ τὴν κατὰ φύσιν ἐκστῆναι φρενῶν, οὐκ ἀνθρωπίνης τινὸς βοηθείας ἦν, ἀλλὰ τῆς τὰ πάντα δυναμένης χειρὸς, τῆς συνέσεως ἧς οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, τῆς φρονήσεως, ἧς οὐκ ἔστιν ἐξιχνίασις, τοῦ πατρὸς τῶν οἰκτιρμῶν, καὶ Θεοῦ πάσης παρακλήσεως· „καὶ αὐτὸς γὰρ πεπαίδευκεν ἡμᾶς φησι, καὶ ἰάσεται „ἡμᾶς· πατάξει, καὶ μοτώσει ἡμᾶς, καὶ ὑγιάσει ἡμᾶς. ἕως μὲν γάρ σοι συνῆν ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἀνὴρ, ἀπέλαυες μὲν τιμῆς καὶ φροντίδος καὶ σπουδῆς· ἀπέλαυες δὲ οἵας παρὰ ἀνθρώπου ἀπολαύειν εἰκὸς ἦν· ἐπειδὴ δὲ ἐκεῖνον ἔλαβε πρὸς ἑαυτὸν ὁ Θεὸς, ἀντ' ἐκείνου σοι γέγονεν αὐτὸς, καὶ οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου προφήτου Δαβίδ· φησὶ γάρ· „ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται, καὶ ἀλλαχοῦ δὲ αὐτὸν „πατέρα καλεῖ τῶν ὀρφανῶν, καὶ κριτὴν τῶν χηρῶν· οὕτω πολλὴν ὑπὲρ τούτου τοῦ γένους πολλαχοῦ ποιούμενον αὐτὸν εὕρῃς τὴν σπουδήν. ἵνα δὲ μὴ συνεχῶς τοῦτο λεγόμενον τὸ ὄνομα στρέφῃ σου τὴν ψυχὴν, καὶ συγχέῃ σου τὸν λογισμὸν, ἐν αὐτῷ τῆς ἡλικίας τῷ ἄνθει ἐπελθὸν, ὑπὲρ τούτου διαλεχθῆναι βούλομαι πρῶτον, καὶ δεῖξαι, ὅτι οὐ συμφορᾶς, ἀλλὰ τιμῆς ἐστιν ὄνομα, τὸ τῆς χηρείας ὄνομα, καὶ τιμῆς τῆς μεγίστης. μὴ γάρ μοι τὴν τῶν πολλῶν δόξαν τὴν πεπλανημένην εἰς μαρτυρίαν ἀγάγῃς, ἀλλὰ τοῦ μακαρίου Παύλου, μᾶλλον δὲ τοῦ Χριστοῦ τὴν νομοθεσίαν. ἃ γὰρ ἐκεῖνος ἐφθέγγετο, ταῦτα ὁ Χριστὸς ἐλάλει δι' αὐτοῦ, καθὼς καὶ αὐτὸς ἔλεγεν, „εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν „ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ; τί οὖν, φησι; „χήρα καταλεγέσθω μὴ „ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα γεγονυῖα, καὶ πάλιν, νεωτέρας δὲ χήρας πα„ραιτοῦ. δι' ἀμφοτέρων τοῦ πράγματος ἡμῖν τὸ μέγεθος παραστῆσαι βουλόμενος. καὶ περὶ μὲν ἐπισκόπων διαταττόμενος οὐδαμοῦ τίθησι τὸν ἀριθμόν· ἐνταῦθα δὲ πολλὴν ποιεῖται τὴν ἀκρίβειαν. τί δήποτε; οὐχ ὅτι ἡ χηρεία μείζων ἱερωσύνης ἐστὶν, ἀλλ' ὅτι μείζονα αὗται πόνον ἐκείνων ἔχουσι, πραγμάτων αὐτὰς πολλῶν πολλαχόθεν περιῤῥεόντων, δημοσίων καὶ ἰδιωτικῶν. καθάπερ γὰρ πόλις ἀτείχιστος εἰς μέσον ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἁρπάζειν πρόκειται, οὕτω καὶ κόρη χηρείᾳ συζῶσα πολλοὺς ἔχει πανταχόθεν τοὺς ἐπιβουλεύοντας, οὐ τοὺς τῶν χρημάτων αὐτῆς ἐφιεμένους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τὴν σωφροσύνην αὐτῆς διαφθεῖραι σπουδάζοντας. καὶ οὐ ταύτας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας πρὸς τὸ πεσεῖν αὐτὴν ἀφορμὰς προσγινομένας εὑρήσομεν. καὶ γὰρ οἰκέται καταφρονοῦντες, καὶ πράγματα ἀμελούμενα, καὶ τὸ μηκέτι ἐν τῇ προτέρᾳ εἶναι τιμῇ, καὶ τὸ τὰς ὁμήλικας εὐπραττούσας ὁρᾶν, πολλάκις δὲ καὶ τὸ τρυφῆς ἐπιθυμεῖν, δευτέροις αὐτὰς ἔπεισεν ὁμιλῆσαι γάμοις. εἰσὶ δὲ αἳ νόμῳ μὲν γάμου οὐκ ἐθέλουσι συζεύγνυσθαι τοῖς ἀνδράσι· λάθρα δὲ καὶ μετὰ τοῦ κρύπτεσθαι. τοῦτο δὲ ποιοῦσιν, ἵνα τὰ ἐγκώμια τῆς χηρείας καρπώσωνται. οὕτως οὐκ ἐπονείδιστον, ἀλλὰ θαυμαστὸν καὶ τιμῆς ἄξιον τὸ πρᾶγμα παρὰ ἀνθρώποις εἶναι δοκεῖ, οὐ παρ' ἡμῖν μόνον τοῖς πιστοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀπίστοις αὐτοῖς. καὶ γὰρ ἐγώ ποτε νέος ἔτι ὢν, τὸν σοφιστὴν τὸν ἐμὸν, [πάντων δὲ ἀνδρῶν δεισιδαιμονέστερος ἐκεῖνος ἦν.] οἶδα ἐπὶ πολλῶν τὴν μητέρα τὴν ἐμὴν θαυμάζοντα. τῶν γὰρ παρακαθημένων αὐτῷ πυνθανόμενος, οἷα εἰώθει, τίς εἴην ἐγὼ, καί τινος εἰπόντος, ὅτι χήρας γυναικὸς, ἐμάνθανε παρ' ἐμοῦ τήν τε ἡλικίαν τῆς μητρὸς, καὶ τῆς χηρείας τὸν χρόνον. ὡς δὲ εἶπον, ὅτι ἐτῶν τεσσαράκοντα γεγονυῖα εἴκοσιν ἔχει λοιπὸν, ἐξ οὗ τὸν πατέρα ἀπέβαλε τὸν ἐμὸν, ἐξεπλάγη, καὶ ἀνεβόησε μέγα, καὶ πρὸς τοὺς παρόντας ἰδὼν, βαβαὶ, ἔφη, οἷαι παρὰ Χριστιανοῖς γυναῖκές εἰσι· τοσοῦτον οὐ παρ' ἡμῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτοῖς ἔξωθεν τὸ πρᾶγμα ἀπολαύει τοῦ θαύματος καὶ τοῦ ἐπαίνου. ἅπερ ἅπαντα συνιδὼν ὁ μακάριος Παῦλος, ἔλεγε· „χήρα καταλεγέσθω, μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα „γεγονυῖα. καὶ οὐδὲ μετὰ τὴν τοσαύτην τῶν χρόνων μαρτυρίαν ἀφίησιν αὐτὴν εἰς τὸν ἅγιον τοῦτον ταγῆναι χορὸν, ἀλλὰ καὶ ἕτερα προστίθησι λέγων,

A ac vix nunc emittere vocem aggreſſi ſumus. Audivimus etim de patruo tuo confidendum poſthac eſſe: nam & famulas, quæ paulò honoratiores ſint, audere de his rebus prolixos inferre ſermones, & præter domeſticas mulieres, eas etiam quæ aut genere tibi cognatæ, aut alia quavis ratione ad hoc munus obeundum ſint idoneæ. Quòd ſi illarum ſermones admittis: ut valde confidimus, ac pro certo habemus fore, ut noſtros non contemnas; ſed quietem, ac tranquillitatem, quoad poteris, ipſis audiendis
B adhibeas. Ac ſanè cum muliebris ſexus nunquam non proclivior quodammodo ad concipiendum dolorem eſt; tum verò, cum & juventus acceſſerit, & viduitas immatura & nullus negotiorum uſus, & curarum magna moles, atque illud præterea, omne priſtinum tempus deliciis, hilaritati; divitiis eſſe innutritum, multis partibus major redditur calamitas, ut niſi ſupernum adſit auxilium, periculum ſit, ne à qualicumque irruente cogitatione dejiciatur; quod equidem vel præcipuum, ac maximum
C divinæ erga te curæ indicium cenſuerim. Nam quòd tot repente concurrentibus malis non te ægritudo abſorbuerit; nec de naturali mentis ſtatu ſis deturbata; non id humani alicujus auxilii fuit; ſed omnipotentis illius manus; ſed intelligentiæ illius, cujus non eſt numerus; ſed prudentiæ illius, quæ inveſtigari non poteſt; ſed patris miſericordiarum, ac Dei totius conſolationis. *Ipſe enim*, inquit, *verberavit n s, & ipſe ſanabit nos, percutiet, & cu-* Hoſea 6, 1.
rabit & ſanos faciet nos. Quamdiu enim tecum unà vivebat beatus
D ille vir; capiebas quidem fructus honoris, procurationis, ſtudii, capiebas autem, quales ex homine capere par erat. Quoniam verò illum ad ſe vocavit Deus; ipſe nunc illius loco ſe tibi ſubſtituit: neque hoc meum eſt, ſed beati Prophetæ Davidis, qui ita inquit, *pupillum & viduam ſuſcipiet*; ac rurſus ipſum vocat *pa-* Pſal. 145. 9.
trem pupillorum, & judicem viduarum, omninóque hoc homi- Pſal. 67, 5.
num genus magnæ ipſi curæ eſſe videbis. Cæterùm ne hoc nomen aſſiduè uſurpatum animum tibi dejiciat; ac rationem per-
E turbet reputanti in ipſo ætatis flore illud te ſubiiſſe, de hoc mihi primum diſſerendum propoſui, atque oſtendendum, non calamitatis nomen eſſe nomen viduitatis; ſed honoris, & honoris quidem maximi. Neque enim tu mihi vulgi depravatam opinionem loco probationis, ac teſtimonii aſſeras; ſed beati Pauli, vel potius Chriſti decretum, ac legem. Quæ enim ille loquebatur, hæc per ipſum pronunciabat Chriſtus, quemadmodum & ipſe dixit, *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur Chri-* 2. Corinth.
A *ſtus?* Quid igitur, inquit? *Vidua eligatur non minus ſexaginta an-* 13, 3.
norum, & rurſus, *Adoleſcentiores autem viduas devita*, utroque hoc 1 Timoth. 5.
præcepto rei nobis magnitudinem indicans. Nam de Epiſco- 9. & 11.
pis quidem præcipiens nullibi numerum annorum ſtatuit, hic autem adhibet accurationem. Quid ita? non quidem propterea, quòd viduitas ſacerdotio major ſit; ſed quoniam majorem ipſæ, quam illi laborem ſuſtinent, multis undique negotiis illas circumvenientibus publicis, & privatis. Etenim quemadmo-
B dum civitas mœnibus non circundata projecta eſt, atque expoſita omnibus, quicumque capere eam voluerint; ita & puella in viduitate ætatem degens multos habet, qui undique inſidientur, non ſolum eos, qui pecuniis animum adjecerunt; ſed etiam qui pudicitiam ipſius violare ſtudent. Neque verò has tantum; ſed etiam alias labendi occaſiones in ipſam incurrere invenimus. Nam & à familiaribus contemni ſe, & rem per negligentiam perire, nec priſtinam retinere dignitatem, & æquales ſuas,
C quibuſcum verſari conſueverant, florentes, ac lætas videre, ſæpè autem, & deliciarum cupiditas eò ipſas adduxerunt, ut ſecundis ſe nuptiis illigarent. Nec verò deſunt quæ legitimo quidem matrimonio viris ſe jungere minimè velint; ſed occultè, & clam. Id autem propterea faciunt, ut encomia viduitatis lucrentur. Ita non ignominiæ; ſed admirationis, atque honoris plena res ipſa apud homines eſt non modo fideles; verumetiam infideles ipſos. Nam & ego aliquando cum eſſem junior, doctori meo (erat Præceptoris
D autem ille omnium hominum maximè ſuperſtitioſus) animad- Gentilis de
verti matrem meam præ multis magnam excitaſſe admiratio- matre S.
nem. Nam cum eos, qui ſibi aſſidebant, more ſuo interrogaſſet, Chryſoſt.
cujus ego eſſem; ac reſponſum eſſet, me viduæ mulieris eſſe fili- judicium.
um; ex me quæſivit ætatem matris, & viduitatis tempus. Cum primum verò audivit quadraginta annos natam eſſe, vigeſimum verò jam annum agi, ex quo patrem meum amiſerit; obſtupuit planè, atque ad eos, qui aderant, converſus clara voce exclama-
E vit: En quales mulieres apud Chriſtianos ſunt. Tanta non modò apud nos; ſed etiam apud Gentiles viduitatis laus eſt, & admiratio. Quæ omnia conſiderans beatus Paulus dixit: *Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum.* Neque verò ex hoc ſolo, quamvis gravi ætatis teſtimonio, continuo ſinit, ut in ſacrum hunc adlegatur chorum; ſed alia addit ita ſcribens, Ibid.

In operi-

Ibid v.10. *In operibus bonis teſtimonium habens,ſi filios educavit, ſi hoſpitio rece-*
v.11. *pit, ſi ſanctorum pedes lavit; ſi tribulationem patientibus ſubmini-*
ſtravit,ſi omne opus bonum ſubſequuta eſt. O diligentiã,ac ſubtilita-
tem in probando. Quantam à vidua requirit virtutem,& quàm
ſubtiliter omnia perſequitur? hanc ſanè operam non ſum-
pturus, niſi munus honeſtatis, ac dignitatis plenum
v.11.12. illi commiſſurus fuiſſet. At verò cum dixiſſet: *Adoleſcentiores*
autem viduas devita; *cauſam* quoque adjungit: *Cum enim lu-*
xuriatæ fuerint in Chriſto,nubere volunt. His enim verbis illud no-
bis ſignificat, mulieres, quæ viros amiſerunt, in illorum locum
aptari,& jungi Chriſto. Quò autem oſtendat hanc adjunctio-
nem eſſe ſuavem,ac lenem; ita inquit, *Cum enim luxuriatæ fue-*
rint in Chriſto, nubere volunt, Quaſi de viro quodam leni,ac probo
loquens, quique non illis pro imperio utatur; ſed libertate
frui permittat. Nec verò hactenus orationem produxiſſe ſatis
habuit; ſed & aliunde rurſus magnæ ſibi illas curæ eſſe decla-
Ibid.v.5.6. ravit,ita ſcribens: *Nam quæ in deliciis eſt,vivens mortua eſt, quæ*
autem verè vidua eſt,& deſolata,ſperavit in Deum, & inſtat obſecra-
1.Cor.7.40 *tionibus,& orationibus nocte ac die.* Et ad Corinthios ſcribens in-
quit, *Beatior autem erit,ſi ſic permanſerit.* Vides,quanta viduita-
tis encomia. Atque hæc quidem in nova lege,quando jam Vir-
ginitatis decus ſummoperè emicuit. Veruntamen neque hujus
ſplendor viduitatis luminibus officere potuit; ſed & ipſa elu-
cet adhuc ſuam habens virtutem. Quotieſcunque igitur inter
dicendum viduitatis mentionem faciemus, ne animo concidas,
nec rem turpem exiſtimes. Nam ſi viduitas turpis, multo
turpior virginitas. Sed non eſt, non eſt; procul à nobis abſit
iſta opinio. Quando enim eas, quæ viris adhuc ſuperſtitibus
continentiam ſervant, omnes admiramur, & commendamus,
cur non eas,quæ poſt virorum obitum eandem illis benevolen-
tiam præſtant, laudibus & admiratione proſequamur? Donec
igitur, quemadmodum dicebam, cum beato illo Theraſio vive-
bas,eum ille tibi honorem, tuorúmque commodorum ſtudium
præſtitit,cujuſmodi ab optimo viro expectanda erant. Nunc
autem illius loco habes Dominum omnium Deum, qui cum
antea tibi affuit; tum verò id nunc multò impenſius, ac cumu-
latius faciet. Atqui ſtudii erga te ſui, & procurationis non
minimum,quemadmodum antea dicebam, indicium jam nobis
dedit,in hoc curarum, atque ægritudinis incendio incolumẽ te
præſtans, nec permittens, ut quicquam inconſiderate in te ad-
mitteres. Qui autem tanta tempeſtatis vi incumbente naufragi-
um fieri minimè permiſit, multo magis tranquillo jam mari
cuſtodiet animam tuam, & levem reddet viduitatem, atque ea,
quæ ex ipſa oriri videntur mala. Quòd ſi non viduitatis nomen
te diſcruciat; ſed talis viri jactura: ego etiam tibi planè aſſen-
tior in toto terrarum orbe paucos ex viris ſecularibus extitiſſe
viri tui ſimiles,tanta humanitate, probitate modeſtia, integri-
tate,prudentia,innocentia præditos. Verùm,ſi quidem peni-
tus interiiſſet, atque in nihilum abiiſſet, mœrendum, ac dolen-
dum erat: ſin autem ad quietum,placidúmque delatus eſt por-
tum, atque ad ſuum verè Regem profectus eſt; nullus hic la-
chrymis; ſed lætitiæ locus eſt. Etenim hæc mors non eſt mors;
ſed migratio ac domicilii mutatio à deterioribus ad meliora, à
terra ad cœlum,ab hominibus ad Angelos,& Archangelos. atq;
adeò ipſum Archangelorum Dominum. Nam hic quidem,dum
in terris Imperatori militabat; multa erant expectanda diſcri-
mina, multæ ab invidis inſidiæ. Quò enim magis illius exiſti-
matio,& gloria augebatur;eò plures,atq; acriores in ipſum exci-
tabantur inimicitiæ. Illic autem profectò nihil ejuſmodi me-
tuendum eſt. Quamobrem quantum luges,cùm tam commodus,
ac bonus eſſet, juſſum eſſe ad Deum ire;tantum lætari oportet
magna illum cum ſecuritate,& gloria profectum eſſe,& à peri-
culorum quæ hic imminebant,tumultu liberum, pacatam pla-
cidiſſimámque vitam vivere. Quàm enim abſurdum, eſt, fateri
quidem cœlum terra longè melius eſſe, at tamen eos, qui hinc
eò commearunt,luctu proſequi? Nam ſi beatus iſte ex illorum
hominum numero fuiſſet, qui turpiter,ac Deo minimè probati
vixerunt; profectò non ſolùm mortuus; ſed etiam vivens fletu,
atq; ejulatu proſequendus erat. Nunc verò, quando & ipſe unus
ex Dei amicis erat;non ſolum viventi, ſed etiam ſomnum ſuum
dormienti gratulandum eſt. Audiſti ſanè ex beato Paulo,faci-
Phil.1,23. endum hoc eſſe, cum ita diceret, *longè ſatius eſt diſſolvi, & eſſe cum*
Chriſto. At fortè voces illius audire cupis tuoque erga illum a-
more frui, & conſuetudinem requiris, & gloriam,ſplendorem,
decus, ſecuritatem, quæ ab illo in te redundabant, atque hæc
omnia periiſſe ægrè fers, & quaſdam quaſi tenebras menti tuæ
offundi ſentis. Verum enim verò tuam quidem erga illum a-
micitiam æquè tibi nunc, atque antea tueri licet. Talis enim
eſt charitatis natura,& potentia: non ſolum præſentes,ac pro-
ximos, quique ob os, atque oculos verſantur; ſed eos etiam

A ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς μαρτυρουμένη, εἰ ἐτεκνοτρόφησεν, εἰ ἐξενοδό-"
χησεν, εἰ ἁγίων πόδας ἔνιψεν, εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν, εἰ παν-"
τὶ ἔργῳ ἀγαθῷ ἐπηκολούθησε. βαβαὶ τῆς δοκιμασίας, καὶ τῆς βασάνου.
ὅσην παρὰ τῆς χήρας ἀπαιτεῖ τὴν ἀρετὴν καὶ πῶς ἀκριβολογεῖται. οὐκ
ἂν οὖν τοῦτο ποιήσας, εἰ μὴ πρᾶγμα τίμιον καὶ σεμνὸν ἔμελλεν ἐμπιστεύειν
αὐτῇ. καὶ νεωτέρας δέ, φησι, χήρας παραιτοῦ. εἶτα καὶ τὴν αἰτίαν προστί-
θησιν. ὅταν γὰρ καταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι. "διὰ τού-
B του γὰρ ἡμῖν τοῦ ῥήματος αἰνίττεται, ὅτι αἱ τοὺς ἄνδρας ἀποβαλοῦσαι
ἀντ' ἐκείνων ἁρμόττονται τῷ Χριστῷ. ὅρα πῶς δεικνὺς τὴν ἁρμονίαν
ταύτην ῥᾳδίαν οὖσαν καὶ ἐπιεικῆ, οὕτω τίθησι. λέγω δὲ τό, ὅταν γὰρ κα-"
ταστρηνιάσωσι τοῦ Χριστοῦ, γαμεῖν θέλουσι," καθάπερ τινὸς ἀνδρὸς
ἐπιεικοῦς, καὶ οὐ μετ' ἐξουσίας αὐταῖς κεχρημένου, ἀλλ' ἐῶντος ἐν ἐλευ-
θερίᾳ ζῆν. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων τὸν λόγον ἔστησεν, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθι πά-
λιν πολλὴν ὑπὲρ αὐτῶν τὴν φροντίδα πεποίηται λέγων· ἡ δὲ σπατα-"
C λῶσα, ζῶσα τέθνηκεν, ἡ δὲ ὄντως χήρα καὶ μεμονωμένη, ἤλπισεν"
ἐπὶ τὸν Θεόν, καὶ προσμένει ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς ἡμέρας καὶ"
νυκτός. καὶ Κορινθίοις ἐπιστέλλων φησί· μακαριωτέρα δέ ἐστιν ἐὰν"
οὕτω μείνῃ. εἶδες ὅσα τῆς χηρείας τὰ ἐγκώμια, καὶ ταῦτα ἐν τῇ καινῇ,
ὅτε καὶ τὸ τῆς παρθενίας διέλαμψε καλόν, ἀλλ' ὅμως, οὐδὲ τότε τὰς
μαρμαρυγὰς αὐτῆς ἀποκρύψαι ἴσχυσεν ἡ ταύτης φαιδρότης, ἀλλὰ
διαλάμπει καὶ οὕτω τὴν οἰκείαν ἔχουσα ἀρετήν. ὅταν οὖν μνημονεύω-
D μεν μεταξὺ χηρείας, μὴ καταπέσῃς, μηδὲ ὄνειδος τὸ πρᾶγμα νό-
μιζε· εἰ γὰρ τοῦτο ἐπονείδιστον, πολλῷ μᾶλλον ἡ παρθενία· ἀλλ' οὐκ
ἔστιν, οὐκ ἔστι, μὴ γένοιτο. ὅπου γὰρ τὰς ἔτι ζώντων ἀπεχομένας τῶν
ἀνδρῶν θαυμάζομεν ἅπαντες, καὶ ἀποδεχόμεθα, τὰς καὶ ἀπελθόντων
αὐτῶν τὴν αὐτὴν περὶ αὐτοὺς ἐπιδεικνυμένας εὔνοιαν, πῶς οὐκ ἐκπλήτ-
τεσθαι δεῖ καὶ ἐπαινεῖν; ἕως μὲν οὖν, ὅπερ ἔφην, συνῆς τῷ μακαρίῳ
ἐκείνῳ Θηρασίῳ, καὶ τιμῆς καὶ προνοίας ἀπέλαυσας, οἵας παρὰ ἀν-
E θρώπου ἀπολαύειν εἰκός· νυνὶ δὲ εἰς τὴν ἐκείνου τάξιν ἔχεις τὸν ἁπάν-
των δεσπότην Θεόν, ὃς καὶ πάλαι συμπαρῆν· ὡς μειζόνως καὶ μετὰ πλείο-
νος τοῦτο ποιήσει τῆς σπουδῆς νῦν· καὶ τῆς πολλῆς αὐτοῦ προνοίας οὐ μι-
κρόν, ὥσπερ ἔφθην εἰπών, τεκμήριον ἔδειξεν ἡμῖν ἤδη, ἐν τοσαύτῃ
καμίνῳ φροντίδων καὶ λύπης, ὑγιῆ καὶ ἀνεπαφῆ σε διαφυλάξας,
καὶ μηδὲν ἀφεὶς τῶν ἀβουλήτων παθεῖν. ὁ δὲ ἐν τοσούτῳ σάλῳ μηδὲ συγ-
χωρήσας γίνεσθαι ναυάγιον, πολλῷ μᾶλλον ἐν γαλήνῃ διατηρή-
A σει τὴν σὴν ψυχήν, καὶ κούφην ποιήσει τὴν χηρείαν, καὶ τὰ ἐκ ταύτης δο-
κοῦντα εἶναι δεινά. εἰ δέ σε οὐ τὸ τῆς χηρείας ὄνομα θορυβεῖ, ἀλλὰ τὸ ἄν-
δρα τοιοῦτον ἀποβαλεῖν· συνομολογῶ σοι κἀγώ, πανταχοῦ γῆς ὀλί-
γους γεγενῆσθαι τοιούτους ἐν ἀνδράσι βιωτικοῖς, φιλοστόργους, ἐπιει-
κεῖς, ταπεινούς, εὐλαβεῖς. ἀλλ' εἰ μὲν διελύετο παντελῶς, καὶ εἰς τὸ μη-
δὲν ἔληγεν, ἔδει θορυβεῖσθαι καὶ ἀλγεῖν· εἰ δὲ εἰς τὸν εὔδιον κατέπλευσε
λιμένα, καὶ πρὸς τὸν ὄντως αὐτοῦ βασιλέα ἀποδεδήμηκεν, οὐ πενθεῖν
B ὑπὲρ τούτων, ἀλλὰ καὶ χαίρειν δεῖ. οὐ γὰρ θάνατος ὁ θάνατος οὗτος,
ἀλλ' ἀποδημία καὶ μετάστασίς τις ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ βελτίω,
ἀπὸ τῆς γῆς πρὸς τὸν οὐρανόν, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων πρὸς ἀγγέλους καὶ ἀρ-
χαγγέλους, καὶ τὸν τῶν ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων δεσπότην. ἐνταῦθα μὲν
γὰρ ἐπὶ τῆς γῆς στρατευόμενον βασιλεῖ καὶ κινδύνους ἦν προσδοκᾶν,
καὶ πολλὰς παρὰ τῶν φθονούντων τὰς ἐπιβουλάς. ὅσῳ γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς
εὐδοκιμήσεως ηὔξετο· τοσούτῳ καὶ τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπλεόνα-
C ζεν. ἐκεῖ δὲ ἀπελθόντα οὐκ ἔστιν ὑποπτεῦσαι τούτων οὐδέν· ὥστε ὅσω-
περ ἂν πενθῇς, ὅτι χρηστὸν ὄντα καὶ ἐνάρετον ἔλαβεν ὁ Θεός· τοσούτῳ
χαίρειν δεῖ, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς ἀσφαλείας καὶ τῆς δόξης ἀποδεδήμη-
κε, καὶ τῆς ἐν τῷ παρόντι κινδύνῳ ταραχῆς ἀπαλλαγείς, ἔστιν ἐν εἰ-
ρήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ πολλῇ. πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον τὸν μὲν οὐρανὸν πολλῷ
βελτίω τῆς γῆς εἶναι ὁμολογεῖν, τοὺς δὲ ἀπὸ ταύτης ἐκεῖ μεταστάντας
πενθεῖν; εἰ μὲν γὰρ τῶν αἰσχρῶς βεβιωκότων καὶ παρὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν
D ὁ μακάριος ἐκεῖνος ἦν, ἔδει κόπτεσθαι καὶ θρηνεῖν, οὐκ ἀπελθόντα
μόνον, ἀλλὰ καὶ ζῶντα ἐκεῖνον. ἐπειδὴ δὲ τῶν αὐτοῦ φίλων καὶ οὗτος εἷς
ἐτύγχανεν ὤν· οὐ ζῶντι μόνον, ἀλλὰ καὶ κοιμηθέντι συνήδεσθαι χρή.
καὶ ὅτι τοῦτο ποιεῖν δεῖ, τοῦ μακαρίου Παύλου πάντως ἤκουσας λέγον-
τος· τὸ ἀναλῦσαι καὶ σὺν Χριστῷ εἶναι πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον·"
ἀλλὰ ῥημάτων ἴσως ποθεῖς ἀκοῦσαι τῶν ἐκείνου, καὶ φιλίας ἀπο-
λαῦσαι τῆς πρὸς αὐτόν, καὶ συνήθειαν ἐπιζητεῖς, καὶ δόξαν τὴν δι' αὐ-
E τόν, καὶ λαμπρότητα, καὶ τιμήν, καὶ ἀσφάλειαν, καὶ ταῦτά σοι
πάντα φροῦδα γενόμενα θορυβεῖ καὶ σκοτοῖ. τὴν μὲν οὖν φιλίαν τὴν
πρὸς ἐκεῖνον ἔξεστί σοι φυλάττειν καὶ νῦν ὁμοίως, ὥσπερ καὶ πρό-
τερον. τοιαύτη γὰρ ἡ τῆς ἀγάπης δύναμις, οὐ τοὺς παρόντας μόνον
καὶ πλησίον ὄντας ἡμῶν καὶ ὁρωμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς μακρὰν
ἀφεστῶτας περιλαμβάνει, καὶ συγκολλᾷ, καὶ συνδεῖ·

, qui longè abſunt complectitur, conglutinat, conjungit:

ac ne.

καὶ οὔτε χρόνου πλῆθος, οὔτε ὁδῶν διάστημα, οὔτε ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν ψυχῆς φιλίαν διακόψαι δύναιτ' ἂν καὶ διατεμεῖν. εἰ δὲ καὶ πρόσωπον αὐτοῦ βούλει πρὸς πρόσωπον ἰδεῖν· [τοῦτο γὰρ οἶδα ὅτι μάλιστα ποθεῖς·] διαφύλαξον αὐτῷ τὴν εὐνὴν ἀνέπαφον ἀνδρὸς ἑτέρου, καὶ βίον ἐπιδείξασθαι σπούδασον ἴσον ἐκείνῳ, καὶ πάντως εἰς τὴν αὐτὴν ἀπελεύσῃ χορὸν αὐτῷ, οὐ πέντε ἔτη καθάπερ ἐνταῦθα, οὐδὲ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν, οὐδὲ χίλια καὶ δὶς τοσαῦτα, οὐδὲ μυρία, καὶ πολλάκις τοσαῦτα, ἀλλὰ τοὺς ἀπείρους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας αὐτῷ συνοικήσουσα. τοὺς γὰρ τῆς ἀναπαύσεως τόπους ἐκείνους, οὐχ αἱ συγγένειαι αἱ σωματικαὶ, ἀλλ' ἡ τῶν βίων ἰσότης κληρονομεῖν πέφυκεν. εἰ γὰρ καὶ τὸν Λάζαρον ἀγνῶτα ὄντα τῷ Ἀβραὰμ εἰς τοὺς αὐτοὺς αὐτῷ κόλπους ἤγαγε, καὶ πολλοὺς ἀπὸ ἀνατολῶν καὶ δυσμῶν μετ' ἐκείνου ἀνακλιθῆναι παρασκευάζει τὸ τῆς πολιτείας ἀπαράλλακτον· καὶ σὲ μετὰ τοῦ καλοῦ Θηρασίου ὁ τῆς ἀνέσεως ἐκδέξεται τόπος, ἂν ἐκείνῳ τὸν βίον θέλῃς ἐπιδείξασθαι τὸν αὐτόν· καὶ τότε αὐτὸν οὐκ ἐν τούτῳ τῷ κάλλει τοῦ σώματος, ὅπερ ἔχων ἀπῆλθεν, ἀπολήψῃ πάλιν, ἀλλ' ἐν ἑτέρᾳ τινὶ μαρμαρυγῇ καὶ φαιδρότητι, μᾶλλον τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἀπολαμπούσῃ. τοῦτο γὰρ τὸ σῶμα, κἂν ἐν ὕψει τρέχῃ πολλῷ, φθαρτὸν ὅμως ἐστί· τὰ δὲ σώματα τῶν εὐηρεστηκότων τῷ Θεῷ τοσαύτην ἐνδύσεται δόξαν, ὅσην οὐδὲ ἰδεῖν ἔνι τούτοις τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τούτων ἡμῖν σημεῖά τινα καὶ ἴχνη ἀμυδρὰ, καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ καὶ ἐν τῇ καινῇ δοθῆναι παρεσκεύασεν ὁ Θεός. „ἐκεῖ μὲν γὰρ πρόσωπον τοῦ Μωϋσέως, τοσαύτῃ κατέ„λαμπετο δόξῃ τότε, ὡς ἀπρόσιτον εἶναι τοῖς τῶν Ἰσραηλιτῶν ὀ„φθαλμοῖς· ἐν δὲ τῇ καινῇ τούτου πολλῷ πλέον ἐξέλαμψε τὸ τοῦ Χριστοῦ. εἰπὲ γάρ μοι, εἰ βασιλέα τις αὐτὸν ἐπηγγέλλετο πάσης ποιῆσαι τῆς γῆς· εἶτα ἐτῶν εἴκοσι χρόνον ἀποστῆναί σε ἐκέλευσεν ὑπὲρ τούτου, καὶ μετὰ ταῦτά σοι μετὰ τοῦ διαδήματος καὶ τῆς ἁλουργίδος ἀποδώσειν αὐτὸν ἔλεγε, καὶ πάλιν [οὕτως] εἰς τὴν αὐτὴν ἄξειν ἐκείνῳ τιμὴν, ἆρα οὐκ ἂν τὸν χωρισμὸν πρᾴως ἤνεγκες, καὶ μετὰ σωφροσύνης τῆς προσηκούσης; ἆρα οὐκ ἂν ἠσμένισας τῷ δώρῳ, καὶ πρᾶγμα εὐχῆς ἄξιον εἶναι ἐνόμισας; τοῦτο τοίνυν ἀνάσχου καὶ νῦν, οὐχ ὑπὲρ βασιλείας τῆς ἐν τῇ γῇ, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἐν οὐρανοῖς· οὐχ ἵνα ἱμάτιον χρυσοῦν φοροῦντα ἀπολάβῃς, ἀλλ' ἵνα ἀφθαρσίαν καὶ δόξαν, ὅσην τοὺς ἐν οὐρανοῖς διάγοντας ἔχειν εἰκός. εἰ δὲ σφόδρα ἀφορήτως ἔχεις πρὸς τὸ τοῦ χρόνου μακρὸν, εἰκὸς αὐτὸν καὶ δι' ὀνειράτων ἐπιστῆναί ποτε, καὶ διαλέγεσθαι τὰ ἐν συνηθείᾳ, καὶ δεῖξαι ὄψιν τὴν ποθουμένην, τοῦτό σοι ἀντὶ τῶν ἐπιστολῶν ἔστω παραμύθιον· μᾶλλον δὲ τοῦτο καὶ ἐπιστολῶν τρανώτερον. ἐκεῖ μὲν γὰρ γράμματα μόνον ἐστὶν ἰδεῖν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τύπον ὄψεως, καὶ γέλωτα προσηνῆ, καὶ σχῆμα, καὶ βάδισιν, καὶ ἠχῆς ἀκοῦσαι, καὶ φωνὴν ἐπιγνῶναι τὴν φιλτάτην. ἐπειδὴ δὲ καὶ ὑπὲρ ἀσφαλείας θρηνεῖς, ἣν δι' ἐκεῖνον πάλαι ἐκέκτησο, ἴσως δὲ καὶ διὰ τὸ μείζους ἐμφαίνειν ἐλπίδας εὐδοκιμήσεως· [καὶ γὰρ ἤκουον εὐθέως ἐπὶ τὸν τῶν ὑπάρχων θρόνον ἥξειν αὐτόν· ὃ μάλιστα πάντων, οἶμαι, συστρέφει σου τὴν ψυχὴν καὶ συγχεῖ·] ἐννόησον τοὺς ἐπὶ μείζονος ἀξιώματος ὄντας ἐκείνου, καὶ τὸν βίον σφόδρα ἐλεεινῶς καταστρέψαντας. ἀναμνήσω δέ σε· Θεόδωρον ἴσως ἀκούεις τὸν ἀπὸ Σικελίας, καὶ γὰρ τῶν σφόδρα ἐπισήμων ἐτύγχανεν ὤν· οὗτος καὶ κάλλει καὶ μεγέθει σώματος, καὶ παρρησίᾳ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα πάντων κρατῶν, καὶ δυνάμενος ὅσα τῶν ἔνδον στρεφομένων οὐδεὶς, οὐκ ἤνεγκε τὴν εὐπραγίαν πρᾴως ἐκείνην· ἀλλ' ἐπιβουλεύσας βασιλεῖ καὶ ἁλοὺς, αὐτὸς μὲν ἀπετμήθη σφόδρα ἐλεεινῶς· ἡ δὲ τούτου γυνὴ, καὶ ἀνατροφῆς καὶ γένους καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων οὐδὲν ἔλαττον ἔχουσα τῆς εὐγενείας τῆς σῆς, πάντων ἄφνω γυμνωθεῖσα τῶν αὐτῆς, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐκπεσοῦσα, ταῖς ταμιακαῖς ἐρίθοις ἐγκατελέγετο, καὶ πάσης θεραπαινίδος οἰκτρότερον ζῆν ἠναγκάζετο βίον, τοῦτο ἔχουσα τῶν ἄλλων πλέον, ὅσον διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς συμφορᾶς, ἐδακρύετο παρὰ τῶν ὁρώντων ἁπάντων αὐτήν. λέγεται δὲ καὶ Ἀρτεμισία ἀνδρὸς σφόδρα εὐδοκίμου γενομένη γυνή· ἐπειδὴ κἀκεῖνος τυραννίδος ἐπεθύμησεν· οὕτως εἰς ταύτην τὴν πενίαν ἐλθεῖν καὶ τὴν πήρωσιν. τό τε γὰρ μέγεθος τῆς ἀθυμίας, τό τε πλῆθος τῶν δακρύων ἔσβεσεν αὐτῇ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ νῦν τῶν χειραγωγησόντων δεῖται καὶ πρὸς τὰς ἑτέρων ἀξόνων θύρας, ἵνα τῆς ἀναγκαίας οὕτως εὐπορεῖν ἔχῃ τροφῆς. καὶ πολλὰς ἂν ἑτέρας εἶχον οἰκίας εἰπεῖν οὕτω κατενεχθείσας, εἰ μὴ τήν τε εὐλάβειαν καὶ τὴν σύνεσιν τῆς σῆς ἠπιστάμην ψυχῆς· οὐκ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων κακῶν τῆς οἰκείας συμφορᾶς παραμυθίαν βουλομένην εὑρεῖν. καὶ τούτων δὲ, ὧν ἐμνήσθην, δι' οὐδὲν ἕτερον ἐμνήσθην νῦν, ἀλλ' ἵνα μάθῃς, ὅτι τὰ ἀνθρώπινα οὐδέν ἐστι πράγματα· ἀλλ' ἀληθῶς, ὡς ὁ προφήτης φησὶ, „πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου, ὅσω

A ac neque temporis longinquitas, neque locorum intervalla, neque aliud hujus generis quicquam interrumpere, ac diſcindere animæ amicitiam poteſt. Quòd ſi præſens præſentem intueri cupis (non enim me fugit id tibi eſſe maximè in optatis) cuſtodi illi lectum alteri viro minimè pervium, incumbe in eam curam, ut eadem in te, atque in illo vitæ morúmque probitas eluceat, ac ſine dubio ad eundem cum ipſo pervenies chorum, atque unà cum eo habitabis non quinque annos, quemadmodum
B hic, non viginti, non centum, non mille, aut bis mille aut decem millia, aut multò plures; ſed planè infinitos, & infinita ſecula. Regiones enim illas recreationis, & pacis, non cognationes ad corpus pertinentes; ſed vitæ ſimilitudo apta eſt, quæ hæreditate obtineat. Nam ſi eadem ſuſcepta vivendi ratio Lazarum Abrahæ ignotum in ſinum illius adduxit, multóſque facit ab Oriente, & Occidente cum illo recumbere: profectò te quoque una cum optimo Theraſio locis quietis excipiet, ſi
C eandem, atque ille, colere volueris vitam, túncque ipſum non cum hac corporis pulchritudine, qua præditus abiit, iterum recipies; ſed cum alio quodam ſplendore, ac venuſtate, quæ ipſos Solis radios fulgore vincat. Etenim hoc quidem corpus, etiam ſi ad ſummum pulchritudinis gradum pervenerit, mortale tamen eſt. Corpora autem eorum, qui Deo placuerunt, tantam induent gloriam, quantam ne intueri quidem his oculis licet. Atque harum quidem rerum ſigna quædam ac le-
D viter preſſa veſtigia, & in vetere, & in novo teſtamento nobis oſtendit Deus. *Nam illic quidem Moſis facies tanto fulgebat gloria, ut eam oculi Iſraëlitarum ferre minimè poſſent.* In novo autem, longe magis fulſit Chriſti facies. Quæro igitur ex te, ſi quis tibi pollicitus eſſet ei ſe totius orbis regnum traditurum; ſed ob hanc cauſam juſſiſſet viginti ipſos annos te ſecedere, atque iis tranſactis diademate, ac purpura ornatum eum tibi traditurum promiſiſſet, teque in eodem, atque illum honoris gra-
E du collocaturum: nónne ſeceſſionem iſtam æquo animo, & ea, quæ te decet, modeſtia tuliſſes? nónne munus præclarum, rémque omnibus votis optandam duxiſſes? Obdura igitur & nunc, non regni terreni; ſed cæleſtis cauſa, non ut veſte aurea; ſed immortalitate indutum recipias & gloria, quantam eos, qui in cælis degunt, habere conſentaneum eſt. Quòd ſi valde tibi intoleranda videtur temporis longinquitas, veriſimile eſt illum tibi interdum in ſomniis aſtare, & quæ conſueverat tecum
A colloqui, & optatam faciem oſtendere. Hoc te loco epiſtolarum conſoletur: quinimo id majorem epiſtolis vim habet. In illis enim literas tantum cernere licet: hic verò, & formam vultus, & riſum tranquillum, & figuram, & inceſſum, & ſonum audire & amicam illam vocem agnoſcere. Cæterùm quoniam ſecuritatis præterea ratio, quæ ex illo tibi aderat, te ad fletum impellit, fortaſſe etiam ſpes illæ, quæ ſeſe oſtendebant majoris dignitatis, & amplitudinis: (audivi enim citò futurum fuiſſe, ut
B ille ad conſularem thronum aſcenderet, idque tibi omnium acerbiſſimum viſum eſſe, ac præcipuè animum tuum excruciare puto) illos tibi ante oculos pone, qui cum ad majorem, quàm ille, dignitatem evecti eſſent, valde miſerabilem vitam egerunt. Revocabo autem tibi in memoriam Theodorum illum Siculum, fortaſſe audiſti: erat enim in primis notus, & celebris. Hic & pulchritudine, & magnitudine corporis, & auctoritate apud Imperatorem omnibus præſtans, qui ea poterat, quę interiorum
C familiarium nemo, proſperã illam fortunam nõ moderatè tulit; ſed inſidiatus Imperatori, ac deprehenſus, ipſe quidẽ valdè miſerabiliter obtruncatus eſt, ipſius autem uxor neque educatione, neq; genere, neque ulla alia re nobilitati tuæ concedens, omnibus repentè rebus ſuis ſpoliata, ac libertate amiſſa cubiculariis ancillis adnumerata, ac nulla non ancilla miſeriorem, ac magis lachrymabilem vitam agere coacta eſt, hoc uno cæteras antecellens, quòd propter non comparabilem calamitatis magnitudi-
D nem, lachrymas eorum omnium, qui ipſam aſpicerent, eliciebat. Fertur etiam Artemiſia viro valde claro nupta, quoniam & ille tyrannidem affectavit, in eandem incidiſſe paupertatem, ac præterea oculis eſſe capta. Nam magnitudo ægritudinis, & lachrymarum multitudo lumina extinxit. At nunc quidem hominibus eget, qui deducant, atque ad alienas portas adducant; ut hoc modo neceſſarium ſibi victum comparare queat. Nec verò aliæ familiæ deſunt itidem dejectæ, ac proſtratæ, quas commemo-
E rarem, niſi probitatem, ac prudentiam tuam probè noſſem, quæ minimè ex alienis malis calamitati tuæ cupis ſolatium adhibere. Neq; verò hic exempla, quæ commemoravimus, aliam ob cauſam commemoravi, quàm ut intelligas res humanas nihil eſſe, veréque à Propheta eſſe dictum: *Omnis gloria hominis, ut flos fœni.* *Eſa. 40. 6.*

Quanta ſit futura gloria corporum in beatis.

2. Cor. 3. 7.

Theodorum Siculum in memoriam revocat.

Quò

Quò enim altius euehuntur, atque emicant, eò majorem edunt A ruinam, neque in iis ſolum, qui ſub alieno imperio vivunt; ſed etiam in Regibus ipſis. Neque enim facile quis inveniat privatam domum æquè refertam calamitatibus, ac Regiæ malis redundant. Nam & orphaniæ, & viduitates immaturæ, & neces violentæ, atque iis quidem, quæ in tragœdiis narrantur, multo ſceleſtiores, & acerbiores in hunc ipſum præcipuè cadunt principatum. Atque, ut vetera omittamus, ex iis omnibus, qui noſtro tempore imperarunt (fuerunt autem novem) duo ſoli com- B muni morte vitam clauſerunt. Reliquorum autem hic quidem à tyranno, ille verò in bello, alius domeſticorum cuſtodū inſidiis, alius autem ab illo ipſo, qui coronam, ac purpuram impoſuerat, interfectus occubuit. Uxores verò illorum partim, ut ferunt, veneno interierunt, partim ægritudine. Earum verò, quæ adhuc ſuperſtites ſunt, altera quidem filium habens pupillum tremit, ac metuit, ne quis eorum, qui rerum potiuntur, illa metuens, quæ ferre inſequens tempus queat, cum de medio C tollat, altera verò vix multorum precibus ad exilio rediit, quo antea ab eo, qui rerum potiebatur, miſſa erat. Cæterum ad ipſorum etiam, qui nunc regnant, uxores animum adverte. Alteram videbis ex priſtinis calamitatibus reſpirantem magnæ voluptati magnum habere dolorem admiſtum, eò quòd qui rerum potitur nimis juvenis, ac nullius uſus eſt, multóſque habet undique inſidiantes: Alteram verò timore exanimatam, & iis, qui capite damnati ſunt miſeriorem vitam ducentem, eò quòd vir ipſius ab D eo tempore, quo diadema ſuſcepit, uſque ad hodiernum diem in bello & præliis verſatur, verecundiáque & probris, quibus undique afficitur, magis quàm ex calamitatibus tabeſcit. Quod enim antea nunquam, nunc evenit, ut Barbari propriam relinquentes regionem multa ſtadiorum millia regionis noſtræ percurrerint, & agris incenſis, captiſque urbibus domum redeundi omnem cogitationem abjecerint. Ac perinde quaſi choreas ducerent, non bellum gererent, ita noſtros omnes irrident, & quen- E dam ex illorum Regibus dixiſſe ferunt, mirari ſe impudentiam noſtrorum militum, qui cum facilius quàm oves ſoleant jugulari, adhuc victoriam ſperent, neque ex ipſorum regione velint excedere. Nam ipſe quidem dixit, ſeſe illis cædendis ſatietate ſæpe captum eſſe. Quo igitur animo & Imperatorem, & ipſius uxorem iſta verba audientem exiſtimas eſſe? Et quoniam hujus belli mentio incidit, magnum mihi viduarum agmen occurrit, quarum multæ ex virorum quidem dignitate plurimum A ſplendoris acceperunt, nunc verò repente omnes nigra, ac luctui accommodata ſtola amictæ omne ſuum tempus in lachrymis, ac querimoniis traducunt. Neque illis hoc datum eſt, quod honorato tuo capiti. Tu enim, o admirabilis, & in lectulo jacentem vidiſti honeſtum illum, & ſupremam audiſti vocem, cùm quibus modis res domeſticæ adminiſtrandæ eſſent, te doceret, & teſtamento omnem alieni appetentibus ac ſycophantis aditum obſtrueret. Adde illud, quòd jacenti mortuo ſæpe incu- B buiſti, & ſuaviata es oculos & amplexa es, ac luxiſti, honeſtiſſimoque funere elatum vidiſti: omnibus, quæ decebat, erga illum officiis functa es, & juſta perſoluiſti: & ad ſepulchrum ſæpè accedens non minimum habes tui doloris ſolatium. Illæ verò omnibus hujuſmodi ſolatiis ſunt deſtitutæ, cum omnes quidem ad bellum miſiſſent viros ſuos tanquam rurſus ipſos recepturæ; at pro illis triſtem illorum mortis acceperint nuncium. Non enim quiſquam corpora ipſorum afferens; C ſed verba tantum mortis genus narrantia ad ipſas rediit. Verum ſunt, quæ neque hac ipſa narratione dignæ fuerint habitæ, neque quomodo illi ceciderint, doceri potuerint, cum in magno cæſorum numero reliquis eſſent coacervati. Ecquid verò mirum, ſi multi ex Ducibus hoc modo interierunt, quando & Imperator ipſe in vicum quendam cum paucis militibus concluſus exire quidem, & ſeſe invadentibus opponere minimè auſus eſt; ſed intus manens accenſo ab illis igne unà cum iis o- D mnibus, quos ſecum habebat, combuſtus eſt, nec viris ſolum; ſed etiam equis, & trabibus, & muris, & omnia in unum atque eundem cinerem abierunt? Atque hunc nuncium, ii qui unà cum Imperatore ad bellum profecti fuerant, loco Imperatoris ipſius ad uxorem reportantes redierunt. Nihil enim, nihil planè ea, quæ in mundo ſplendida ſunt, ab iis, quæ in ſcena geruntur, ac vernorum florum venuſtate differunt. Primum enim antequam appareant, evaneſcunt, deinde etiam ſi paulu- E lum temporis maneant, citò tamen ad interitum properant. Quid enim honore, qui à vulgò exhibetur, & gloria exilius, ac vilius? quem fructum, quam utilitatem afferunt? quonam bono exitu concluduntur? atque utinam nihil aliud ſubeſſet mali: nunc verò præterquam quòd nihil verè boni inde provenit, multas etiam moleſtias, multa damna aſſiduè is ferre cogitur, qui ſe huic acerbiſſimæ dominæ ſubjecit.

Valentis interitum innuit à Gothis incenſi.

γὰρ ἂν ἐπαρθῇ καὶ λάμψῃ, τοσούτῳ μείζονα τὴν πτῶσιν ἐργάζεται· οὐ τὰ τῶν ἀρχομένων μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν βασιλευόντων αὐτῶν. οὐδὲ γὰρ ἂν εὕροις τις οἰκίαν ἰδιωτικὴν τοσούτων ἐμπεπλησμένην συμφορῶν, ὅσων τὰ βασίλεια γέμει τῶν κακῶν. καὶ γὰρ ὀρφανίαι ἄωροι, καὶ χηρεῖαι, καὶ θάνατοι βίαιοι, καὶ τῶν ἐν ταῖς τραγῳδίαις παρανομώτεροι πολλῷ καὶ πικρότεροι μάλιστα εἰς ταύτην κατασκήπτουσι τὴν ἀρχήν. καὶ ἵνα τὰ παλαιὰ ἀφῶμεν, τῶν βασιλευσάντων ἐπὶ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας, ἐννέα γεγενημένων ἁπάντων, δύο μόνοι κοινῷ θανάτῳ τὸν βίον κατέλυσαν. τῶν δὲ ἄλλων, ὁ μὲν ὑπὸ τυράννου, ὁ δὲ ἐν πολέμῳ, ὁ δὲ ὑπὸ τῶν ἔνδον φυλαττόντων αὐτὸν ἐπιβουλευθεὶς, ὁ δὲ ὑπὸ αὐτοῦ τοῦ χειροτονήσαντος, καὶ τὴν ἁλουργίδα περιθέντος αὐτῷ· αἱ δὲ τούτοις συνοικήσασαι γυναῖκες, αἱ μὲν ὥς φασι φαρμάκοις ἀπέθανον, αἱ δὲ ὑπὸ τῆς ἀθυμίας αὐτῆς. τῶν δὲ ἔτι περιουσῶν ἡ μὲν παῖδα ἔχουσα ὀρφανὸν τρέμει καὶ δέδοικε, μή τις αὐτὸν τῶν κρατούντων φόβῳ τῶν μελλόντων ἀνέλῃ· ἡ δὲ μόλις πολλῶν δεηθέντων, ἀπὸ τῆς ὑπερορίας ἐπανῆλθεν, εἰς ἣν αὐτὴν ὁ κρατῶν ἐξέβαλε πρότερον. τῶν δὲ τοῖς νῦν βασιλεῦσι συνοικουσῶν ἡ μὲν ἀπὸ τῶν προτέρων ἀναπνεύσασα συμφορῶν, ἀναμεμιγμένην ἔχει πολλὴν τῇ ἡδονῇ τὴν ὀδύνην, διὰ τὸ σφόδρα ἔτι νέον εἶναι καὶ ἄπειρον τὸν κρατοῦντα, καὶ πολλοὺς πολλαχόθεν ἔχειν τοὺς ἐπιβουλεύοντας· ἡ δὲ ἀποτέθνηκε τῷ δέει, καὶ τῶν καταδίκων ἀθλιώτερον ζῇ διὰ τὸ τὸν ἄνδρα αὐτῆς, ἐξ οὗ τὸ διάδημα ἀνεδήσατο μέχρι τῆς σήμερον ἐν πολέμοις διατρίβειν καὶ μάχαις, καὶ τῶν συμφορῶν πλέον ὑπὸ τῆς αἰσχύνης ἀναλίσκεσθαι καὶ τοῖς παρὰ πάντων ὀνείδεσιν. ὃ γὰρ μηδέποτε γέγονε, συνέβη νῦν, καὶ τὴν αὐτῶν ἀφέντες οἱ βάρβαροι μυρίους σταδίους τῆς ἡμετέρας καὶ πολλάκις τοσούτους ἐπέδραμον, καὶ τὰς χώρας κατακαύσαντες, καὶ τὰς πόλεις ἑλόντες, οὐκ ἐθέλουσιν ὑποστρέφειν οἴκαδε πάλιν, ἀλλ' ὥσπερ χορεύοντες μᾶλλον ἢ πολεμοῦντες, οὕτω καταγελῶσι τοὺς ἡμετέρους ἅπαντας, καί τινα τῶν παρ' ἐκείνοις βασιλέων φησὶν εἰπεῖν, ὅτι τῆς ἀναισχυντίας ἐκπλήττεται τοὺς ἡμετέρους στρατιώτας, οἳ μᾶλλον προβάτων κατασφαττόμενοι, προσδοκῶσιν ἔτι νικᾶν, καὶ οὐκ ἐθέλουσιν ἐκστῆναι τῆς ἑαυτῶν. αὐτὸς μὲν γὰρ ἔφασκε καὶ κόρον εἰληφέναι πολλάκις κατακόπτων αὐτούς. ποίαν οὖν οἴει καὶ τὸν βασιλέα, καὶ τὴν τούτου γυναῖκα ταῦτα ἀκούσαντας τὰ ῥήματα ἔχειν ψυχήν; ἐπειδὴ δὲ ἐμνήσθην τοῦ πολέμου τούτου, ἑσμός μοι πολὺς χηρῶν ἐπέδραμεν, αἱ πολλαὶ μὲν σφόδρα ἐπέλαμπον ἀπὸ τῆς τῶν ἀνδρῶν τιμῆς· νῦν δὲ ἀθρόως ἅπασαι πενθήρη καὶ μέλαιναν περιθέμεναι στολὴν, θρηνοῦσι τὸν ἅπαντα χρόνον. οὐδὲ γὰρ τοῦτο αὐταῖς ὑπῆρξεν, ὅπερ τῇ τιμίᾳ σου κεφαλῇ· σὺ μὲν γὰρ, ὦ θαυμασία, καὶ κείμενον, ἐπὶ τῆς κλίνης εἶδες τὸν καλὸν ἐκεῖνον, καὶ ἐσχάτης ἤκουσας φωνῆς, καὶ τίνα χρὴ πρᾶξαι ὑπὲρ τῶν πραγμάτων τῆς οἰκίας ἔμαθες ἐπισκήπτοντος, καὶ διὰ τῶν διαθηκῶν ἅπασαν τοῖς πλεονέκταις καὶ συκοφάνταις ἀποτειχίζοντος ἔφοδον· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ νεκρῷ ἔτι κειμένῳ πολλάκις ἐπέπεσες, καὶ κατεφίλησας ὀφθαλμοὺς, καὶ περιεχύθης, καὶ ἐκώκυσας, καὶ προπεμφθέντα εἶδες μετὰ πολλῆς τῆς τιμῆς, καὶ τὰ πρὸς τὴν ταφὴν πάντα ἔπραξας, ὡς προσῆκον ἦν, καὶ πρὸς τὸν τάφον πολλάκις ἐρχομένη τὸν ἐκείνου, παραμυθίαν ἔχεις τῆς ὀδύνης οὐ μικράν· αὗται δὲ τούτων ἁπάντων ἐστέρηνται, ἐκπέμψασαι μὲν εἰς πόλεμον ἅπασαι τοὺς ἑαυτῶν ἄνδρας, ὡς πάλιν αὐτοὺς ἀποληψόμεναι, ἀντὶ δὲ ἐκείνων τὴν πικρὰν τῆς τελευτῆς αὐτῶν ἀγγελίαν δεξάμεναι. οὐδὲ γὰρ τὰ σώματά τις αὐτῶν κομίζων ἐπανῆλθεν αὐταῖς, ἀλλὰ ῥήματα μόνον τὸν τρόπον διηγούμενα τῆς τελευτῆς. εἰσὶ δὲ αἳ οὐδὲ ταύτης ἠξιώθησαν τῆς διηγήσεως· οὐδὲ ὅπως κατέπεσον μαθεῖν ἠδυνήθησαν, ἐν πολλῷ τῷ πλήθει τῆς συμβολῆς καταχωσθέντων αὐτῶν. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ τῶν στρατηγῶν οὕτως ἀπέθανον οἱ πολλοὶ, ὅπου γε καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς κώμην τινὰ ἀποληφθεὶς μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν, ἐξελθεῖν μὲν καὶ ἀντιστῆναι τοῖς ἐπελθοῦσιν οὐκ ἐτόλμησε, μένων δὲ ἔνδον, πῦρ ἐξαψάντων ἐκείνων, συγκατεφλέχθη τοῖς ἔνδον ἅπασιν οὐκ ἀνδράσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵπποις, καὶ δοκοῖς, καὶ τοίχοις, καὶ πάντα γέγονε κόνις; καὶ ταύτην οἱ μετὰ τοῦ βασιλέως ἀπελθόντες εἰς πόλεμον, ἀντὶ τοῦ βασιλέως ἐπανῆλθον τῇ γυναικὶ φέροντες τὴν φωνήν. οὐδὲν γὰρ οὐδὲν τῶν ἐν τῇ σκηνῇ γινομένων, καὶ τῆς τῶν ἐαρινῶν ἀνθέων ὥρας τὰ τοῦ κόσμου λαμπρὰ διενήνοχε. πρῶτον μὲν γὰρ πρὶν ἢ φανῆναι, ἀφίπταται· ἔπειτα δὲ, κἂν μικρὸν ἀναμεῖναι ἀνάσχηται χρόνον, εὐθέως εὔφθαρτα γίνεται. τί γὰρ τῆς παρὰ τῶν πολλῶν τιμῆς καὶ δόξης οὐδαμινέστερον; τίνα ἔχει τὸν καρπὸν, ποίαν τὴν ὄνησιν; εἰς ποῖον τέλος χρήσιμον ἀπαντᾷ; καὶ εἴθε τοῦτο μόνον ἦν τὸ δεινόν· νυνὶ δὲ πρὸς τῷ μηδὲν ἔχειν ἀπὸ τοῦ κερδαίνειν καλὸν, πολλὰ λυπηρὰ καὶ ἐπιβλαβῆ φέρειν ἀναγκάζεται συνεχῶς ὁ τὴν χαλεπωτάτην ταύτην δέσποιναν ἔχων.

δέσποινα γάρ ἐστι τῶν ἐχόντων αὐτὴν, καὶ ὅσῳπερ ἂν κολακεύηται παρὰ τῶν δούλων, τοσούτῳ πλέον αἴρεται κατ' αὐτῶν, καὶ σκληροτέροις αὐτοὺς κατατείνει τοῖς ἐπιτάγμασι· τοὺς δὲ διαπτύοντας αὐτὴν καὶ παρορῶντας οὐδὲ αὐτὴ λοιπὸν ἀμύνασθαι δύναιτ' ἄν· οὕτω καὶ τυράννου καὶ θηρίου παντός ἐστι χαλεπωτέρα. ὁ μὲν γὰρ τύραννος καὶ τὰ θηρία ἡμεροῦνται διὰ θεραπείας πολλάκις· αὕτη δὲ τότε μάλιστα ἀγριαίνεται, ὅταν αὐτῇ μάλιστα πειθώμεθα, κἂν εὕρῃ τὸν ἀκουσόμενον, καὶ εἰς πάντα εἴξοντα, οὐδέν ἐστιν ὃ παραιτεῖται ἐπιτάξαι λοιπόν. ἔχει δὲ καὶ σύμμαχον ἑτέραν, ἣν οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι θυγατέρα αὐτῆς προσειπών. ὅταν γὰρ καὶ αὕτη τραφεῖσα καὶ αὐξηθεῖσα καλῶς ῥιζωθῇ παρ' ἡμῖν, τότε τίκτει τὴν ἀπόνοιαν, πρᾶγμα οὐχ ἧττον αὐτῆς δυνάμενον καταχρημνίσαι τὴν τῶν ἐχόντων ψυχήν. ταῦτα οὖν θρηνεῖς, εἰπέ μοι, ὅτι σε ὁ Θεὸς τῆς οὕτω χαλεπωτάτης δουλείας ἀπήλλαξεν, ὅτι ταῖς λοιμικαῖς ταύταις νόσοις πᾶσαν ἀπετείχισεν ἔφοδον; ζῶντος μὲν γάρ σοι τοῦ ἀνδρὸς, οὔπω ἐπαύσαντο συνεχῶς ἐπιπηδῆσαι τοῖς τῆς ψυχῆς λογισμοῖς· τελευτήσαντος δὲ, οὐκ ἔχουσι πόθεν ἐπιλάβωνται τῆς διανοίας τῆς σῆς. τοῦτο οὖν δεῖ κατορθωθῆναι λοιπὸν, τὸ μὴ θρηνεῖν αὐτῶν τὴν ἀναχώρησιν, μηδὲ τὴν δεσποτείαν ἐπιζητεῖν τὴν πικράν. ὅπου γὰρ ἂν αὗται πνεύσωσι σφοδρὸν, πάντα ἐκ βάθρων ἀνέσπασαν, καὶ κατέσπασαν· καὶ καθάπερ πολλαὶ τῶν πορνευομένων γυναικῶν δυσειδεῖς οὖσαι κατὰ φύσιν καὶ εἰδεχθεῖς, τοῖς ἐπιτρίμμασι καὶ ταῖς ὑπογραφαῖς, ἁπαλὰς οὔσας ἔτι τὰς τῶν νέων ἀναπληροῦσι ψυχάς. καὶ ἐπειδὰν ὑπὸ τὴν ἀρχὴν λάβωσι τὴν ἑαυτῶν, παντὸς ἀνδραπόδου τούτοις ὑβριστικώτερον κέχρηνται· οὕτω καὶ ταῦτα τὰ πάθη, ἥτε κενοδοξία καὶ ἡ ἀπόνοια, παντὸς ἄγους μᾶλλον τὰς τῶν ἀνθρώπων μολύνουσι ψυχάς. διὰ τοῦτο καὶ ὁ πλοῦτος τοῖς πολλοῖς ἔδοξεν εἶναι καλόν· ταύτης γοῦν γυμνωθεὶς, οὐδὲ αὐτὸς ἔσται λοιπὸν ἐπέραστος· εἰ γοῦν ἐξῆν διὰ πενίας ἐπιτυχεῖν τῆς δόξης τῆς παρὰ τῶν πολλῶν, οὐκ ἔτι εἵλοντο πλουτεῖν· ἀλλὰ πολὺ διδόμενον χρυσίον διέπτυσαν, καὶ τούτους οὐ παρ' ἐμοῦ δεήσῃ μαθεῖν· ἀλλ' ἀκριβέστερον ἡμῶν οἶδας αὐτὴ τὸν Ἐπαμινώνδαν, τὸν Σωκράτην, τὸν Ἀριστείδην, τὸν Διογένην, τὸν Κράτητα, τὸν μηλόβοτον ἀνέντα τὴν χώραν τὴν αὐτοῦ. οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι παρ' ὧν πλουτῆσαι οὐκ ἦν, διὰ τῆς πενίας εἶδον τὴν δόξαν παραγινομένην αὐτοῖς, καὶ ἐπὶ τοῦτο ἦλθον εὐθέως· οὗτος δὲ καὶ ἅπερ εἶχεν, ἔρριψεν· οὕτως ἅπαντες ἦσαν ἐμμανεῖς, πρὸς τὴν τοῦ χαλεποῦ τούτου κτῆσιν θηρίου. μὴ δὴ δακρύωμεν, ὅτι ἡμᾶς ὁ Θεὸς ταύτης τῆς τυραννίδος ἀπήλλαξε τῆς αἰσχρᾶς καὶ καταγελάστου, καὶ πολλὰ ἐχούσης ὀνείδη· ὄνομα γὰρ ἔχει μόνον λαμπρὸν, ἐν δὲ τοῖς ἔργοις τἀναντία τῇ προσηγορίᾳ τοὺς ἔχοντας αὐτὴν διατίθησι, καὶ οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδεὶς, ὁ μὴ καταγελῶν τοῦ πρὸς δόξαν τι πράττοντος. μόνος γὰρ ἐκεῖνος περίβλεπτος καὶ ἐπίδοξος γενέσθαι δυνήσεται ὁ μὴ πρὸς τοῦτο ὁρῶν. ὁ δὲ μεγάλην δόξαν τιθέμενος τὴν παρὰ τῶν πολλῶν, καὶ πάντα ὑπὲρ τοῦ ταύτης τυχεῖν ὑπομένων καὶ ποιῶν, οὗτος μάλιστα αὐτῆς ἀποτεύξεται καὶ ἀποπεσεῖται, καὶ τῶν ἐναντίων ἀπολαύσεται πάντων, γέλωτος καὶ κατηγορίας, σκωμμάτων, ἀπεχθείας, καὶ μίσους. οὐκ ἐπὶ τῶν ἀνδρῶν δὲ μόνον τοῦτο συμβαίνειν εἴωθεν· ἀλλὰ καὶ ἐπὶ ὑμῶν τῶν γυναικῶν, καὶ μάλιστά γε ἐφ' ὑμῶν. τὴν μὲν γὰρ ἄπλαστον καὶ ἐν σχήματι, καὶ ἐν βαδίσματι, καὶ ἐν ἱματίοις, καὶ παρὰ μηδενὸς ἐπιζητοῦσαν τιμὴν θαυμάζουσιν ἅπασαι, καὶ ἐκπλήττονται, καὶ μακαρίζουσι, καὶ πάντα αὐτῇ συνεύχονται τὰ καλά· τὴν δὲ κενόδοξον ἀποστρέφονται καὶ μισοῦσι, καὶ ὥσπερ τι θηρίον ἄγριον φεύγουσι, καὶ μυρίαις ἀραῖς τε καὶ λοιδορίαις βάλλουσιν. οὐ ταῦτα δὲ μόνον ἀπὸ τοῦ μὴ προσίεσθαι τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δόξαν διαφεύγομεν τὰ κακὰ, ἀλλὰ καὶ τὰ μέγιστα πάντων κερδαίνομεν πρὸς τοῖς εἰρημένοις, παιδευόμενοι κατὰ μικρὸν ἀνιέναι καὶ μεταστῆναι πρὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ πάντων καταφρονεῖν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς. ὁ γὰρ μὴ δεόμενος τῆς παρὰ τῶν ἀνθρώπων τιμῆς, ἅπερ ἂν πράττοι καλὰ, ταῦτα μετὰ ἀσφαλείας ἅπαντα πράξει, καὶ οὔτε ἐπὶ τῶν λυπηρῶν, οὔτε ἐπὶ τῶν χρηστῶν τοῦ βίου τούτου πείσεταί τι δεινόν. οὔτε γὰρ ταῦτα αὐτὸν καταπλῆξαι καὶ καθελεῖν, οὔτε ἐκεῖνα ἐξογκῶσαι καὶ φυσῆσαι δύναται· ἀλλ' ἐν πράγμασιν εὐμεταπτώτοις καὶ τεταραγμένοις αὐτὸς μένει πάσης ἐκτὸς ὢν μεταβολῆς, ὅπερ ταχέως καὶ ἐπὶ τῆς σῆς ἔσεσθαι προσδοκῶ ψυχῆς, καὶ ἀθρόως ἁπάντων ἀποσπασθεῖσαν τῶν βιωτικῶν, τὴν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἡμῖν ἐπιδείξασθαι πολιτείαν, καὶ τῆς δόξης, ἧς θρηνεῖς νῦν, μικρὸν ὕστερον καταγελάσεσθαι, καὶ τὸ διάκενον καὶ μάταιον καταπτύσειν προσωπεῖον αὐτῆς. εἰ δὲ ἀσφάλειαν ποθεῖς τὴν δι' ἐκεῖνόν σοι γεγενημένην, καὶ τὴν τῶν πραγμάτων φυλακὴν, καὶ τὸ παρὰ μηδενὸς ἐπιβουλεύεσθαι τῶν ταῖς ἀλλοτρίαις ἐπιπηδώντων συμφοραῖς, ἐπίρριψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει. ἐμβλέψατε γάρ, φησιν, εἰς ἀρχαίας γενεάς, καὶ ἴδετε τίς ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, καὶ κατῃσχύνθη, ἢ τίς ἐπεκαλέσατο αὐτὸν, καὶ ὑπερεῖδεν αὐτόν· ἢ τίς ἐνέμεινε ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ, καὶ ἐγκατελιπ

A Domina enim eſt eorum, qui ipſam admiſerunt, & quò majoribus blanditiis & aſſentationibus colitur à ſervis, eò magis ſeſe contra ipſos erigit, & durioribus ipſos urget mandatis, eos verò, qui ipſam rejiciunt ac deſpiciunt, non habet amplius, ubi ulciſcatur. Ita & Tyranno, & fera qualibet immitior eſt. Nam Tyrannus quidem & feræ cultu, ac blanditiis ſæpe miteſcunt: hæc autem tunc maximè efferatur, quando ei maximè auſcultaverimus, ac ſi dicto audientem inveniat, atque ad omnia obſe-
B quentem, nihil eſt præterea, quod imperare omittat. Habet verò & alteram belli ſociam, quam non malè fortaſſe quis ipſius filiam appellarit. Quando enim ipſa probè à nobis alta & educata creverit, ac radices egerit, tunc arrogantiam parit, rem quæ nihilominus quam mater animum quem cœperit, præcipitem agere poteſt. Hoc igitur dic mihi luges, ac lamentaris, quòd ab hac duriſſima domina Deus te liberavit? quòd omnibus his peſtiferis morbis omnem obſepſit viam? Vivente enim adhuc
C tibi viro nullum in mentem tuam inſultandi finem fecillent, mortuo autem non habent, unde in cogitationes tuas impetum faciant. Hoc igitur tibi rectè curandum, ac præſtandum poſthac eſt, ut ne illarum diſceſſum lugeas, neque acerbum illum dominatum expetas. Nam ubi illæ vehementius ſpirant, omnia funditus evertunt, ac proſternunt. Et quemadmodum meretrices, cum plerumque ſuapte natura deformes ſint, ac ſqualidæ, frictionibus, & fucis incautos, & ſimplices juvenum animos il-
D laqueant, & poſtquam in ſuam ditionem receperint, ſervis omnibus contumelioſius tractant: ita & hujuſmodi affectiones, Ambitio, & Arrogantia nulla non fæce hominum animos magis inquinant. Hinc & multi divitias magnum bonum duxerunt: quare qui ambitionem ejecerit, neque à divitiis etiam capietur. Nam quibus licuit ob paupertatem conſequi magnam gloriam, ii diteſcere minimè voluerunt; ſed magnam auri vim ſibi oblatam contempſerunt. Atque hos minimè ex me cogno-
E ſcere neceſſe habes: ipſa enim longè melius, quàm ego, noſti Epaminondam, Socratem, Ariſtidem, Diogenem, Cratem, qui ſuaſmet poſſeſſiones incultas reliquit, ac depoſuit. Nam alii quidem, cum non eſſet in promptu diteſcere, exorientem ſibi ex paupertate gloriam animadvertentes, facilè in eam ſe partem dederunt. Hic autem & ea, quæ habebat, projecit. Adeò omnes hujus feræ belluæ ſibi acquirendæ cupiditate inſaniebant. Ne igitur queramur Deum ex hac turpi nos tyrannide, &
A ridicula, & multorum probrorum plena exemiſſe. Nomen enim ſolum ſplendidum eſt, res autem ipſa longe alios, atq; appellatio ipſa polliceatur, amatores ſuos reddit, ac nemo eſt, qui gloriæ cauſa quippiam agentem non irrideat. Ille enim ſolus ſuſpiciendum ſe præbere, & gloria circumfluere poterit, qui eò minimè ſpectat. Qui autem magnum quiddam putat gloriam à multis delatam, atq; illius conſequendæ cauſa omnia facit, & patitur, is potiſſimum ab ea longè aberit, ejusq; expers erit; rerum vero
B gloriæ adverſantiũ maximè particeps, irriſionis, criminationis, maledictorum, offenſionis, odii: neq; in viris tantum id uſu venit; ſed etiam in vobis mulieribus, atq; adeò multo magis. Nam quæ & figura, & inceſſu, & veſtitu ſimplicem quandam bonitatem præ ſe fert, & à nemine honorem aucupatur, eam omnes admirantur, ſuſpiciunt, prædicant, omnibus bonis ominibus proſequuntur: vanæ autem gloriæ cupidam averſantur, oderunt, & veluti belluam quandam agreſtem fugiunt, ſexcentas in illam
C execrationes, & contumelias conjicientes. Nec verò his duntaxat malis nos eripimus vulgarem gloriam contemnentes; ſed & ea, quæ omnium maxima ſunt, lucramur, dum præter ea, quæ dicta ſunt, paulatim erudimur reſpirare, & aſpirare ad cœlum, & terrena omnia deſpicere. Nam qui delato ab hominibus honore minimè egere ſe putat, quicquid boni faciet, magna cum ſecuritate faciet, neque aut adverſis, aut ſecundis hujus vitæ rebus quicquam incommodi ſentiet. Neq; enim aut adverſæ illum de-
D jicere, atq; obruere poſſunt, aut ſecundæ inflare, ac tumidum reddere; ſed in rebus maxime caducis ac fluxis ipſe omnis mutationis expers manet. Quod celeriter & in tuo ipſius animo eventurum ſpero, confeſtimq; terrenis omnibus abjectis cœleſtem te nobis vivendi rationem repræſentaturam, gloriam verò, quam nunc defles, paulò pòſt irriſuram, & vanam, ac futilem illius perſonam illuſuram. Quod ſi priſtinam, qua per illum potiebaris ſecuritatem deſideres, & bonorum cuſtodiam, nec patere velis eo-
E rum inſidiis, qui alienis calamitatibus inſultant, *jacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet. Inſpicite enim*, inquit, *in antiquas generationes, & videte ſi quis ſperavit in Domino, & confuſus eſt, vel ſi quis invocavit illum, & deſpectus eſt, vel ſi quis ſtetit in mandatis ejus, & derelictus eſt.*

Gloria humana conditionem exponit.

Gentiles qui divitias contempſerunt.

Pſ. 54. 23. Eccl. 2. 10.

Nam qui onus tam intolerabilis calamitatis levius reddidit, & in præſenti malacia te collocavit, is & , quæ imminent, propulſabit. Nam hac quidem plaga nullam te unquam graviorem poſſe accipere profectò nobis aſſentieris. Quando igitur præſens malum adeò fortiter, ac generosè tuliſti, idque cum te uſus nondum docuiſſet, multò magis ex iis, quæ accidere poſſunt, ſi quid præter voluntatem noſtram acciderit (quod Deus omen avertat) facile feres. Cœlum quære, & omnia quæcunque ad vitam illic degendam conducunt, ac nihil eorum, quæ hic fiant, lædere te poterit, ne ipſe quidem tenebrarum imperator, dummodo ne nobis ipſi noceamus. Nam & ſi quis bonis ſpoliet, & ſi corpus concidat, nihil horum ad nos, modò animus nobis incolumis, atque integer maneat. Omnino autem ſi vis pecunias & ab omni periculo tutas cuſtodire, & amplificare, ego ſanè & modum, & locum demonſtrabo, quô nulli eorum, qui inſidiari ſolent, fas eſt irruere. Quis igitur locus eſt? cœlum, mitte illas ad optimum illum virum, ac neque fur, neque inſidiator, neq; ulla alia peſtis impetum facere in illas poterit. Si ibi has ipſas pecunias defoderis, magnum ex his lucrum reportabis. Omnia enim, quæcunque à nobis in cœlis ſeruntur, longè majorem, ac meliorem proventum habent, ac planè talem, qualem conſentaneum eſt ex iis, quæ in cœlis radices egerunt. Quòd ſi hoc feceris, vide qualibus frueris bonis: primùm quidem *ſempiterna vita, & iis, quæ promiſſa ſunt diligentibus Deum, quæ neque oculus vidit, neque auris audivit, neq; in cor hominis aſcenderunt:* deinde conſuetudine optimi viri tui in omne ævum: poſtremo à curis, timoribus, periculis, inſidiis, ſimultate, odio, quæ hanc vitam exercent, te ipſam liberabis. Quamdiu enim pecunias apud te retinebis, erunt fortaſſe aliqui, qui fraudibus intervertant, ſin autem ad cœlum tranſmiſeris, periculis vacuam, tutam, ac tranquillitatis pleniſſimam vitam vives, quippe quæ ſufficientia unà cum pietate fueris. Magnæ enim dementiæ eſt, ſi agri quidem emendi ſint, feraciorem terram ſectari, cum vero cœlum terræ loco ſit propoſitum, cum ibi liceat prædium ſibi comparare, terræ potius inhærere, ſeque moleſtiis, quæ ex hac ſæpè incidunt, caſibúſq; exponere: ſæpè enim noſtram fruſtratur ſpem. Quoniam verò illud graviter percellit, concutitq; animum tuum, quòd ſæpè ſperaſti fore, ut is ad Præfectorũ dignitatẽ eveheretur, ideóq; magiſtratum illi quodam̃odo ereptum doles, primum illud quidem fac tecum cogites, licet valde explorata eſſet hæc ſpes, attamen humanam fuiſſe ſpem, quæ ſæpè fallere ſit ſolita, ac multa hujuſmodi in hac vita quotidie evenire cernimus: ut cum ea, quæ valde ſperantur, minime exitum inveniant, ea, quæ neq; in mentẽ venerunt, ad finem ſæpe numero perducantur, ſive ad imperia, ſive ad regna, ſive ad hæreditates, ſive ad matrimonia, ſive aliò animum intendamus. Quocirca quamvis prope adeſſet tempus, tamẽ, ut in proverbio eſt, multa ſunt inter calicem, & ſum̃um labium. Ac ſanè ſcriptura ipſa inquit: A mane uſq; ad veſperã immutatur tempus: ſic & Rex, qui hodie eſt, cras moritur. Ac rurſus quam incerti, atq; inexpectati rerum exitus ſint, nobis declarans hic ipſe ſapiens inquit; *Multi*
Eccl. 11,5. *tyranni ſederunt in ſolio, & inſuſpicabilis portavit diadema.* Non igitur exploratiſſimum erat, ſi vixiſſet, ad eum dignitatis gradum perventurum. Quod enim futurum eſt, incertum eſt: atque alia etiam erant, quæ nobis ſuſpicionem injicerent. Unde enim manifeſtum erat, ſi vixiſſet, ad magiſtratum illum evectum iri: atq; adeo futurum minime fuiſſe, ut ea, quæ nollemus, evenirent, ut morbo correptus, aut invidia, ac malevolentia eorum, qui proſperitatem illius non ferrent, circumventus, vel aliqua alia calamitate affectus præſenti etiam dignitate privaretur? Sed fac, ſi libet, multò exploratiſſimum fuiſſe, ſi diutius vixiſſet, ad illud faſtigium perventurum; at certè, quanto major dignitas, tanto majoribus periculis, curis, inſidiis neceſſariò ſuberat. Cæterum abſint & iſta, ac ſine periculo ſummáq; cum tranquillitate illud navigarit pelagus: ecquis finis, dic mihi, manebat? an non idem, qui nunc? aut potius non idem, ſed alius fortaſſe, triſtis nimirum, ac votis omnibus fugiendus? Primũ quidẽ tardius vidiſſet cœlũ, & ea, quæ in cœlis ſunt, quod iis, qui res futuras fide, & ſpe præceperunt, non minimũ damnum eſt. Deinde, quantumvis caſtè, integréque vixiſſet, attamen vitæ longitudo ac neceſſitas quædã in illũ magiſtratum incurrens, nõ æq; integrum & purum abire hinc permiſiſſent, atq; hoc tempore. Incertum quoq; & illud, an forte multis modis immutatus, ac negligentiæ deditus perpetuũ obdormiſſet ſomnum. Nam nunc quidem cõfidimus Dei gratia illum evolaſſe ad locum quietis, quòd nullam ex iis culpis in ſe admiſerit, quæ à regno cœlorum excludunt: tunc verò publica negotia plerumque tractans fortaſſe multas ad ſe attraxiſſet ſordes, Nam tot undique malis circumſtantibus, rectum tenere curſum rarum admodum eſt, peccare autem, & per imprudentiam & ſponte, valde uſitatum, ac quotidianum.

A αὐτόν. ὁ γὰρ τὴν συμφορὰν τὴν οὕτως ἀφόρητον παρενεγκών, καὶ ποιήσας εἶναι ἐν γαλήνῃ νῦν, οὗτος καὶ τὰ ἐπερχόμενα ἀποκρούσεται· ὅτι γὰρ ταύτης τῆς πληγῆς οὐδεμίαν ἑτέραν χαλεπωτέραν λήψῃ λοιπόν, καὶ αὐτὴ συνομολογήσαις ἡμῖν. ἡ τοίνυν οὕτω γενναίως ἐνεγκοῦσα τὰ ἐν χερσί, καὶ ταῦτα ἄπειρος οὖσα, πολλῷ μᾶλλον τὰ ἐπερχόμενα, εἴποτε (ὃ μὴ γένοιτο) συμβαίη τι τῶν ἀβουλήτων ἡμῖν, οἴσεις εὐκόλως. ἐὰν οὖν τὸν οὐρανὸν ζητῇς, καὶ πάντα τὰ πρὸς τὴν ἐκεῖ φέροντα
B ζωήν, καὶ οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα βλάψαι δυνήσεταί σε, οὐδὲ ὁ τοῦ σκότους κοσμοκράτωρ αὐτός, μόνον μὴ ἑαυτοὺς καταβλάψωμεν ἡμεῖς. κἂν γὰρ τὴν οὐσίαν τις ἀφέλητ᾽, κἂν κατατέμῃ τὸ σῶμα· τούτων οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς, ὑγιοῦς μενούσης ἡμῖν τῆς ψυχῆς. ὅλως δὲ εἰ βούλει καὶ τὰ χρήματά σοι μένειν ἐν ἀσφαλείᾳ, καὶ αὐξηθῆναι πάλιν, ἐγώ σοι καὶ τὸν τρόπον ὑποδείξω καὶ τὸν τόπον, ἔνθα οὐδενὶ τῶν ἐπιβουλευόντων θέμις εἰσελθεῖν. τίς οὖν ἐστιν ὁ τόπος; ὁ οὐρανός· ἀπόστειλον αὐ-
C τὰ πρὸς τὸν καλὸν ἐκεῖνον ἄνδρα, καὶ οὔτε κλέπτης, οὔτε ἐπίβουλος, οὔτε ἄλλο τι τῶν λυμαινομένων αὐτοῖς ἐπιπηδῆσαι δυνήσεται· ἂν ἐκεῖ κατορύξῃς ταῦτα τὰ χρήματα, πολὺν εὑρήσεις τὸν ἀπὸ τούτων καρπόν. τὰ γὰρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς φυτευόμενα πάντα παρ᾽ ἡμῶν, καὶ πλείονα καὶ κρείττονα ἔχει τὴν φορὰν, καὶ τοιαύτην, οἵαν εἰκὸς ἐν οὐρανοῖς ἐρριζωμένων αὐτῶν. κἂν τοῦτο πράξῃς, ὅρα ποίων ἀπολαύσῃ καλῶν· πρῶτον μὲν τῆς αἰωνίου ζωῆς, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων τοῖς ἀ-
D γαπῶσι τὸν κύριον, ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· ἔπειτα τοῦ πάντα συνοικῆσαι τῷ καλῷ τούτῳ τὸν αἰῶνα, καὶ τῶν ἐνταῦθα δὲ φροντίδων, καὶ φόβων, καὶ κινδύνων, καὶ ἐπιβουλῶν, καὶ ἔχθρας καὶ μίσους ἀπαλλάξεις σαυτήν. ἕως μὲν γὰρ αὐτὰ περικειμένη ᾖς, ἴσως ἔσονταί τινες οἱ ἐπιτεθησόμενοι· ἂν δὲ πρὸς τὸν οὐρανὸν αὐτὰ μεταθῇς, ἀκίνδυνον καὶ ἀσφαλῆ καὶ πολλῆς ἡσυχίας γέμοντα βιώσῃ βίον, αὐταρκείας μετ᾽ εὐσεβείας
E ἀπολαύουσα. καὶ γὰρ πολλῆς ἀλογίας, ἀγρὸν μὲν βουλομένους ὠνήσασθαι, τὴν εὐφοροῦσαν γῆν ἐπιζητεῖν, οὐρανοῦ δὲ, ἀντὶ γῆς προκειμένου, παρὸν ἐκεῖ κτήσασθαι χωρίον, μένειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ τοῖς ἐκ ταύτης ἀνέχεσθαι πόνοις, καὶ τοῖς δι᾽ ἁμαρτιῶν· πολλάκις γὰρ σφάλλει τῆς ἐλπίδος ἡμᾶς. ἐπειδὴ δέ σου δεινῶς στρέφει τὴν ψυχὴν, καὶ θορυβεῖ τὸ προσδοκηθὲν πολλάκις αὐτὸν ἐπὶ τὸ τῶν ὑπάρχων ἥξειν ἀξίωμα, καὶ προαναρπάσθαι τῆς ἀρχῆς· πρῶτον μὲν ἐκεῖνο σκόπει,
A ὅτι εἰ καὶ σφόδρα δήλη ἦν αὕτη ἡ ἐλπὶς, ἀλλ᾽ ὅμως ἀνθρώπων ἐλπὶς ἦν, πολλάκις διαπίπτουσα· καὶ πολλὰ ἐν τῷ βίῳ τοιαῦτα ὁρῶμεν γινόμενα, καὶ τῶν σφόδρα προσδοκηθέντων, ἀτελέσων μενόντων, τὰ δὲ μηδ᾽ εἰς νοῦν ἐλθόντα ἡμῖν, εἰς τέλος ἐξελθεῖν πολλάκις· καὶ οὕτω κἂν ταῖς ἀρχαῖς, κἂν ταῖς βασιλείαις, καν ταῖς κληρονομίαις, καὶ τοῖς γάμοις, καὶ πανταχοῦ συμβαῖνον ὁρῶμεν ἀεί. ὥστε εἰ καὶ σφόδρα ἐγγὺς ἦν ὁ καιρὸς, ἀλλὰ πολλὰ κατὰ τὴν παροιμίαν, μετα-
B ξὺ κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου πέλει. καὶ ἡ γραφὴ δέ φησιν, ἀπὸ πρωΐθεν ἕως ἑσπέρας μεταβάλλει καιρός. οὕτω καὶ βασιλεὺς ὁ σήμερον, αὔριον τελευτᾷ. καὶ πάλιν τὸ παρ᾽ ἐλπίδας ἐμφαίνων ἡμῖν αὐτὸς οὗτος ὁ σοφὸς, φησι, πολλοὶ τύραννοι ἐκάθισαν ἐπὶ ἐδάφους, ὁ δὲ ἀνυπονόητος ἐφόρεσε διάδημα, καὶ οὐ πάντως δῆλον ἦν, ὅτι ζήσας ἐπ᾽ ἐκείνην ἥξει τὴν ἀρχήν. τὸ γὰρ τοῦ μέλλοντος ἄδηλον, καὶ ἕτερα ὑποπτεύειν παρεῖχεν ἡμῖν. πόθεν γὰρ δῆλον ὅτι ζή-
C σας ἐπ᾽ ἐκείνην ἥξει τὴν ἀρχήν; ὅτι οὐχὶ καὶ τὰ ἐναντία ἐξέβαινε, καὶ τῆς οὔσης ἐξέπιπτε τιμῆς νόσῳ περιπεσὼν, καὶ φθόνῳ καὶ βασκανίᾳ τῶν βουλομένων αὐτὸν παρευημερῆσαι βληθεὶς, ἢ καὶ ἕτερον παθὼν χαλεπόν. θῶμεν δὲ εἰ βούλει καὶ δῆλον εἶναι σαφῶς, ὅτι πάντως ἐπιβιώσας, ταύτης ἔμελλεν ἐπιτυγχάνειν τῆς κορυφῆς. ὅσῳ γὰρ ἡ ἀξία μείζων, τοσούτῳ καὶ μείζονας ἔχειν ἀνάγκη τοὺς κινδύνους ἦν, καὶ φροντίδας καὶ ἐπιβουλάς· μηδὲ ταῦτα ἔστω, ἀλλ᾽ ἀκινδύνως καὶ
D μετὰ πολλῆς τῆς ἡσυχίας ἐκεῖνο διαπλείτω τὸ πέλαγος, καὶ τί τὸ πέρας, εἰπέ μοι, οὐ τοῦτο ὅπερ νῦν; μᾶλλον δὲ οὐ τοῦτο, ἀλλ᾽ ἕτερον ἴσως ἀηδὲς καὶ ἀπευκτόν; πρῶτον μὲν, τὸ βραδύτερον ἰδεῖν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ὅπερ οὐ μικρὰ ζημία τοῖς ὑπὲρ τῶν μελλόντων πεπιστευκόσιν ἐστίν. ἔπειτα δὲ, εἰ καὶ σφόδρα ἐβίου καθαρῶς· ἀλλ᾽ ὅμως τὸ μῆκος τοῦ βίου καὶ ἡ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης ἀνάγκη, οὐκ ἂν ἀφῆκεν οὕτως ἀπελθεῖν καθαρὸν ὥσπερ νῦν. ἄδηλον δὲ εἰ καὶ πολ-
E λὰς δεξάμενος μεταβολὰς, καὶ πρὸς ῥαθυμίαν ἀποκλίνας ἐσχάτην ἀπέπνευσε. νῦν μὲν γὰρ θαῤῥοῦμεν, ὅτι τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι πρὸς τὸ τῆς ἀναπαύσεως ἀπέπτη χωρίον, διὰ τὸ μηδὲν αὐτῷ τετολμῆσθαι τῶν ἀποκλειόντων τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· τότε δὲ πολὺν χρόνον δημοσίοις πράγμασιν ἐνδιατρίψας, ἴσως ἂν καὶ ῥύπον πολὺν περιτρίψατο. τὸν γὰρ ἐν μέσῳ στρεφόμενον τοσούτων κακῶν κατορθῶσαι μὲν τῶν σφόδρα σπανίων ἐστὶν, ἁμαρτεῖν δὲ καὶ ἄκοντα καὶ ἑκόντα τῶν εἰκότων, καὶ συμβαινόντων ἀεί.

ἀλλὰ νῦν τούτου τοῦ δέους ἀπηλλάγμεθα, καὶ σφόδρα πεπείσμεθα, ὅτι ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ μετὰ πολλῆς ἥξει τῆς φαιδρότητος, ἐγγὺς τοῦ βασιλέως ἀπολάμπων, καὶ μετ' ἀγγέλων προηγούμενος τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν ἄρρητον δόξαν ἠμφιεσμένος, καὶ κρίνοντι παρεστὼς τῷ βασιλεῖ, καὶ τὰ πρῶτα διακονούμενος αὐτῷ. διὸ τοὺς θρήνους ἀφεῖσα καὶ τὰς οἰμωγὰς ἔχου τῆς αὐτῆς πολιτείας· μᾶλλον δὲ καὶ ἀκριβεστέρας, ἵνα πρὸς τὴν ἴσην αὐτῷ φθάσασα ἀρετήν, τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ κατοικήσῃς σκηνήν, καὶ συναφθῆναι πάλιν αὐτῷ δυνηθῇς εἰς τοὺς ἀθανάτους αἰῶνας ἐκείνους· οὐ ταύτην τὴν τοῦ γάμου συνάφειαν, ἀλλ' ἑτέραν πολλῷ βελτίονα. αὕτη μὲν γὰρ σωμάτων ἐστὶ συμπλοκὴ μόνον· τότε δὲ ψυχῆς ἔσται πρὸς ψυχὴν ἕνωσις ἀκριβεστέρα, καὶ ἡδίων πολλῷ καὶ βελτίων.

A Nunc verò à timore iſto longè abſumus, ac magnopere confidimus venturum in die illa plenum venuſtatis, & ſplendoris proximum Regi, atque una cum Angelis præeuntem Chriſto, & gloria, cui nulla par inveniri oratio queat, circumfluentem, & judicanti regi aſſiſtentem, & in præſtantiſſimis muneribus miniſtrantem. Quamobrem miſſo jam fletu, & ejulatu eandem vivendi rationem, atque adeò etiam potiorem tene, ut eandem atque ille, adepta virtutem, iisdem etiam cum illo tabernaculum B recipiaris, ac rurſus conjungi cum illo queas in ſempiterna illa ſecula, non hoc matrimonii nexu; ſed alio quodam longe meliore. Hic enim corpora tantum copulat; ille vero multo elegantior, jucundior, melior animam animæ jungit & conflat.

C

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν αὐτὴν περὶ μονανδρίας.

EJUSDEM DE NON ITERANDO CONJUGIO.

Ad eandem.

A πῶς αὐτοὺς ἀναθρέψει, πῶς δὲ προστήσεται; τίνων δὲ ὀρφανῶν οὐ χαλεπώτερον ἐκεῖνοι βιώσονται τὰ τοῦ πατρὸς ὁρῶντες ἅπαντα ἕτερον ἔχοντα, καὶ οἰκέτας, καὶ οἰκίαν, καὶ ἀγροὺς, καὶ τὸ πάντων κεφάλαιον τὴν γυναῖκα; πῶς δυνήσονται ὡς πρὸς μητέρα διακεῖσθαι ἐκείνῃ; πῶς δὲ αὐτὴ ὡς πρὸς παῖδας, οὓς αἰσχύνεσθαι καὶ ἐρυθριᾶν ἀναγκάζεται, καὶ οἷς πᾶσαν ἀπονεῖμαι τὴν μητρικὴν οὐκ ἔχει φιλοστοργίαν, εἰς τοὺς ἐκείνου παῖδας σχι-B ζομένης αὐτῇ τῆς διανοίας; τί οὖν ἂν ἡ σφόδρα κόρη, φησὶ, καὶ βραχὺν ἀπολαύσασα χρόνον τοῦ ἀνδρός; πρὸς γὰρ τὰς κόρας μοι ταῦτα εἴρηται, οὐ πρὸς τὰς γεγηρακυίας· πρὸς γὰρ ἐκείνας οὔτε ποιοῦσας οὐδὲ διαλεχθήσομαι· εἰ γὰρ ὁ πολὺς χρόνος καὶ ἡ ἡλικία, καὶ τὰ ἄλλα πάντα οὐκ ἔπεισαν αὐτὰς ἀποσχέσθαι δευτέρου γάμου, πολύ γε ἧττον ἡμεῖς· οὐ γὰρ ὁ παρ' ἡμῶν πείσει λόγος· ἀλλ' ἅπας μοι πρὸς ταύτας ὁ λόγος C ἐστί. τί οὖν ἂν ἡ κόρη, φησὶ, καὶ μόνον ἐνιαυτὸν μετὰ τοῦ προτέρου συνοικήσασα δευτερογαμῆται πάλιν, τίνος ἕνεκεν τῆς εἰκοστὸν ἔτος καὶ τριακοστὸν ἀπὸ ἡλικίας ἐν γάμῳ προτιμηθήσεται αὐτῆς; οὐκ ἔγωγε, ἀλλ' ὁ μακάριος Παῦλος. ἐκεῖνος γάρ φησι, μακαριωτέρα δέ ἐστιν, ἐὰν οὕτω μείνῃ. τί γὰρ εἰ καὶ πολὺν ἐκείνη χρόνον συνῴκησεν ἀνδρὶ, ἀλλ' ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ καὶ μόνῳ, καὶ ᾧ ἐξ ἀρχῆς ἐκληρώθη; αὐτὴ δὲ δυσὶν ἔδωκεν ἑαυ-D τὴν, καὶ ταῦτα ἐν βραχεῖ τῷ χρόνῳ. ἀλλ' οὐχ ἑκοῦσά φησιν. εἰ γὰρ ὁ πρῶτος ἔζη, οὐκ ἂν ἕτερον ἠγάπησεν ἐπ' ἐκείνῳ. ἐπειδὴ δὲ πρὸ ὥρας ἀπῆλθεν ἐκεῖνος, ὑπὸ τῆς ἀνάγκης δευτέρῳ συνήφθη πάλιν· ποίας ἀνάγκης; ἐγὼ γὰρ ταύτης ἧς λέγεις μείζονα ἑτέραν ἀνάγκην ὁρῶ ἱκανὴν αὐτὴν κατασχεῖν ἐπὶ τετελευτηκότι, τὸ πικρῶς οὕτως ἀπολαῦσαι πραγμάτων τοῦ κόσμου. ἡ μὲν γὰρ πολὺν αὐτοῖς συγγενομένη χρόνον, καὶ ἐμπλησθεῖσα κα-E λῶς, ὡς τῶν αὐτῶν τευξομένη τῶν ἴσων ἅψεται πάλιν· ἡ δὲ προοιμίαν οὕτω χαλεπῶν πειραθεῖσα, ποίᾳ προαιρέσει καὶ ἐλπίδι πρὸς τὴν πεῖραν ἥξει τῶν χαλεπῶν; οὐδὲ γὰρ εἴ τις βουλόμενος ἐμπορεύσασθαι, πρὶν ἢ κερδάνῃ ἅμα τῷ τὸν λιμένα εἰσελθεῖν ναυάγιον ὑπομείνοι, εὐκόλως ἅψεται τῆς πραγματείας λοιπόν. οὕτω καὶ ταύτην εἰκότως τὰ πολλὰ μὲν προσδοκήσασαν ἡδέα, πρὶν ἢ δὲ ἐκείνων πεῖραν καλῶς λαβεῖν, τοσοῦτον πένθος ἰδοῦσαν, ἀγαπῆσαι τὰ A τοῦ κόσμου πράγματα, εἰ μὴ σφόδρα ἀκρατὴς οὖσα τύχοι· μᾶλλον δὲ εἰ καὶ σφόδρα πρὸς αὐτὰ διακέοιτο, καὶ λίαν ἔχοι προσπαθῶς, ἱκανὴ τῆς ἀρχῆς ἡ ἀηδία πᾶσαν σβέσαι τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῆς. τότε γὰρ τοῖς πράγμασι μάλιστα ἐπιμένειν εἰώθαμεν, ὅταν προοιμίων πειραθῶμεν καλῶς· ὅταν δὲ ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀπ' αὐτῆς ὡς ἂν εἴποι τις τῆς γραμμῆς χαλεπῶν καὶ δυσκόλων αἰσθώμεθα, ταχέως ἀνακρουόμεθα τῆς προαιρέσεως σβεννυμένης. ἡμῖν ὥστε αἱ τὰς ἀώρους B ὑπομείνασαι χηρείας, αὗται εἰκότως ἂν ἀπόσχοιντο γάμου δευτέρου, ὑπὲρ τοῦ μὴ τὰ αὐτὰ πάλιν παθεῖν. ἡ μὲν γὰρ ἐν τῇ χηρείᾳ μένουσα ἕξει τὸ ἀσφαλὲς, καὶ οὐχ ὑποπτεύσει πένθος ἕτερον πάλιν· ἡ δὲ προσομιλήσασα γάμῳ δευτέρῳ, καὶ τοῦτο προσδοκᾶν ἀναγκασθήσεται τὸ δεινὸν, καὶ ἄλλως δὲ, εἰ καὶ πρᾶγμα ἕν ἐστιν ἡ χηρεία, ἀλλ' οὐ πάντες τοὺς αὐτοὺς ἀπολήψονται τοὺς μισθούς· ἀλλ' αἱ μὲν πλείους, αἱ δὲ ἐλάττους. αἱ μὲν γὰρ ἐν νεότητι τὸν ζυγὸν ἀναδεξάμεναι, πλεί-C ονος ἀπολαύσονται καὶ τῆς τιμῆς καὶ τῆς δωρεᾶς· αἱ δὲ πρὸς αὐτῷ τῷ γήρᾳ, οὐχ ὁμοίως ἐκείναις, τί δήποτε; ὅτι ἡ μὲν πολλῶν ὄντων κωλυμάτων, διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον πάντα ἠνέσχετο· αὕτη δὲ οὐδὲ βραχὺν ἱδρῶτα ὑπέμεινεν, οὐδὲ πόνον. πῶς γὰρ οὐδενὸς ὄντος πράγματος τοῦ βίαν παρέχοντος; ὥσπερ οὖν ἡ δευτέρῳ δοῦσα ἑαυτὴν ἐλάττων ἐστὶ τῆς τὸν ἕνα ἄνδρα ἐχούσης· οὕτως ἡ ἐν χηρείᾳ μένουσα ἐν αὐτῇ τῇ νεότητι, πολλῷ τῷ μέτρῳ τῆς ἐν τῷ γήρᾳ τὸν ἄνδρα ἀποβαλούσης ὑπερα-D κοντίσαι δυνήσεται. καίτοιγε ἀμφοτέραις εἷς γέγονεν ὁ ἀνήρ, ἀλλ' ὅμως αὕτη μὲν τὸν τῆς ἁγνείας ἔδραμε δρόμον· ἐκείνη δὲ πολλοῖς ἀπελείφθη τοῖς σταδίοις. μὴ τοίνυν τὸν πόνον ἴδῃς μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν μισθόν. καὶ γὰρ τὰ πολλὰ τῶν κατορθωμάτων οὕτως ἡμῖν δύσκολα φαίνεται, ὅτι τὸν μόχθον αὐτῶν, καὶ τοὺς ἱδρῶτας συνεχῶς στρέφοντες, τοὺς ἀποκειμένους αὐτοῖς μισθοὺς οὐκ ἐν νῷ λαμβάνομεν. ἀλλ' οὐχ οὕτω δεῖ ποιεῖν· ἀλλὰ πάντα ὁμοῦ λογίζεσθαι μετὰ τῶν πόνων καὶ τὰς ἀμοιβάς, καὶ οὕτω E εὔκολα ἡμῖν φανεῖται, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν εὔκολα. καὶ γὰρ ὁ ἀριστεὺς οὐ τὰ τραύματα μόνον, οὐδὲ τὰ πτώματα, οὐδὲ τὸν θάνατον, ἀλλὰ καὶ τὰ τρόπαια, καὶ τὰς νίκας, καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας ἀναλογισάμενος τιμὰς, οὕτως ἐπὶ τὴν ἀριστείαν ἔρχεται. καὶ ὁ γεωργὸς δὲ, οὐχὶ τὴν ἄροσιν μόνον, οὐδὲ τὸν ἐν τῷ σκάπτειν πόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἅλω, καὶ τὰς ληνοὺς πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν θεὶς, οὕτω τῶν ἔργων ἅπτεται· οὕτω καὶ ἡμεῖς ταῖς ἐλπίσι ταῖς χρησταῖς τὸν τῆς χηρείας μόχθον ἐπικουφίσωμεν,

καὶ

καὶ πολλῷ μᾶλλον ἡμεῖς, ἢ ἐκεῖνοι. ἐκείνοις μὲν γὰρ πολλὰ πολλάκις τῶν οὐκ ἐπ' αὐτοῖς κειμένων τὴν προσδοκίαν διέκοψαν· τὰς δὲ ἡμετέρας ἐλπίδας οὐδεὶς ὁ καταισχύνων ἐστὶν, ἂν μὴ βουληθῶμεν αὐτοί. μὴ δὴ βουληθῶμεν, ἀλλ' ἐννοήσαντες ὡς οὐ πολλῷ τῆς παρθένου ἡ χήρα λείπεται· ἔστι δὲ ὅπου αὐτὴν καὶ ὑπερηκόντισεν, ὅταν ἡ μὲν παρθένος περιπλέκηται πράγμασιν· ἡ δὲ χήρα κατὰ τὸν „Παῦλον μεμονωμένη „καὶ ἐλπίζουσα ἐπὶ τὸν Θεὸν, προσκαρτερῇ ταῖς δεήσεσι καὶ ταῖς προσευχαῖς, καὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων ἀπέχηται), ἀναδυσώμεθα τὸν ἀγῶνα τοῦτον, ἵνα τῶν ἐν αὐτῷ στεφάνων τύχωμεν. ταῦτα ἡμῖν οὐκ ἀνάγκης ἕνεκεν εἴρηται, οὐδὲ ἐπιρρίψειν καταδικάζοντες τὰς οὐ βουλομένας χηρεύειν, ἐπὶ ταύτην ἤλθομεν τὴν παραίνεσιν, ἀλλὰ προτρέποντες καὶ παρακαλοῦντες, μὴ ἐπὶ τοσοῦτον προσδεθῆναι τῇ γῇ, ἀλλ' ἅπαξ λυθείσας, μένειν ἐλευθέρας, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐπιζητεῖν, καὶ τὴν πολιτείαν ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐκεῖ, καὶ ἁρμοσθείσας τῷ Χριστῷ οὕτως ἅπαντα πράττειν, ὡς προσῆκε τὰς τοιοῦτον ἐχούσας νυμφίον, ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀνάρχῳ πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ καὶ ἁγίῳ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A atque eo magis nos, quàm illi, quòd illis quidem multa ſæpè ex iis, quæ in ipſis ſita non erant, expectationem præciderunt. Noſtras autem ſpes nemo eſt, qui fallat, niſi voluntas noſtra acceſſerit. Quæ utinam non accedat, ſed illud nobiſcum cogitantes viduam à virgine non procul abeſſe, uſu etiam interdum venire, ut illam antecellat, nimirum, cum virgo negotiis ſe implicarit; Vidua autem ex Pauli ſententia *deſolata, & in Deo ſpem ponens inſtiterit obſecrationibus, & orationibus*, atque ab hujus vitæ negociis 1. Tim. 5. 5.
B abſtinuerit, in arenam hanc deſcendamus, ut quæ inde nos manent præmia, conſequamur. Hæc, non quo neceſſaria judicaremus, attulimus, aut quo illas, quæ in viduitate permanere nolunt, condemnaremus, ſed hoc unum cohortatione, admonitioneq; noſtra agẽtes, ut ne terræ perpetuo affixæ hærere velint, ſed ſemel ſolutæ in libertate maneant, ad cœlum aſpirent, cœleſtem vivendi rationem adhibeant, ac junctæ Chriſto ea omnia præſtent, quæ iis conveniunt, quæ tantum nactæ ſunt ſponſum:
C quoniam ipſum decet omnis gloria, honor & adoratio una cum experte principii Patre ac vivifico ſanctoque ipſius ſpiritu nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΕΙΣ ΕΥΤΡΟΠΙΟΝ

Εὐνοῦχον Πατρίκιον καὶ

Ὕπατον.

HOMILIA IN EUTROPIUM EUNUCHUM,

D PATRICIUM AC CONSULEM, PRÆFECTUMQUE cubiculi Arcadii Aug. cum offenſo principe deliteſceret ſub altari Eccleſiæ, cui ipſe anteà jus aſyli abrogare conatus fuerat,

Sigiſmundo Gelenio interprete.

Ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ νῦν εὔκαιρον εἰπεῖν „ματαιότης ματαιοτήτων καὶ πάντα ματαιότης· ποῦ νῦν ἡ λαμπρὰ τῆς ὑπατείας περιβολή; ποῦ δὲ αἱ φαιδραὶ λαμπάδες; ποῦ δὲ οἱ κρότοι καὶ οἱ χοροὶ, καὶ αἱ θαλίαι, καὶ αἱ πανηγύρεις; ποῦ οἱ στέφανοι καὶ τὰ παραπετάσματα; ποῦ ὁ τῆς πόλεως θόρυβος, καὶ αἱ ἐν ἱπποδρομίαις εὐφημίαι, καὶ τῶν θεατῶν αἱ κολακεῖαι; πάντα ἐκεῖνα οἴχεται· καὶ ἄνεμος πνεύσας ἀθρόον τὰ μὲν φύλλα κατέβαλε, γυμνὸν δὲ ἡμῖν τὸ δένδρον ἔδειξε, καὶ ἀπὸ τῆς ῥίζης αὐτῆς σαλευόμενον λοιπόν· τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ πνεύματος γέγονε προσβολὴ, ὡς καὶ πρόρριζον ἀπειλεῖν ἀνασπᾷν, καὶ αὐτὰ διασαλεῦσαι τοῦ δένδρου τὰ νεῦρα. ποῦ νῦν οἱ πεπλασμένοι φίλοι; ποῦ τὰ συμπόσια καὶ τὰ δεῖπνα; ποῦ ὁ τῶν παρασίτων ἑσμὸς, καὶ ὁ δι' ὅλης ἡμέρας ἐγχεόμενος ἄκρατος, καὶ αἱ ποικίλαι τῶν μαγείρων τέχναι, καὶ οἱ τῆς δυναστείας θεραπευταὶ, οἱ πάντα πρὸς χάριν ποιοῦντες καὶ λέγοντες; νὺξ ἦν πάντα ἐκεῖνα καὶ ὄναρ, καὶ ἡμέρας γενομένης ἠφανίσθη· ἄνθη ἦν ἐαρινὰ, καὶ παρελθόντος τοῦ ἔαρος ἅπαντα κατεμαράνθη· σκιὰ ἦν, καὶ παρέδραμε· καπνὸς ἦν, καὶ διελύθη· πομφόλυγες ἦσαν, καὶ διερράγησαν· ἀράχνη ἦν, καὶ διεσπάσθη. διὰ ταύτην τὴν πνευματικὴν ῥῆσιν ἐπᾴδομεν συνεχῶς ἐπιλέγοντες· „ματαιότης ματαιοτήτων, καὶ πάντα ματαιότης. ταύτην γὰρ τὴν ῥῆσιν καὶ ἐν τοίχοις, καὶ ἐν ἱματίοις, καὶ ἐν ἀγορᾷ, καὶ ἐν οἰκίᾳ, καὶ ἐν ὁδοῖς, καὶ ἐν θύραις, καὶ ἐν εἰσόδοις, καὶ πρὸ πάντων ἐν τῷ ἑκάστου συνειδότι συνεχῶς ἐγγεγράφθαι δεῖ, καὶ διαπαντὸς αὐτὴν μελετᾶν. ἐπειδὴ ἡ τῶν πραγμάτων ἀπάτη, καὶ τὰ προσωπεῖα, καὶ ἡ ὑπόκρισις, ἀλήθεια παρὰ τοῖς πολλοῖς εἶναι δοκεῖ· ταύτην καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ἐν δείπνῳ, καὶ ἐν ἀρίστῳ, καὶ ἐν συλλόγοις ἐπιλέγειν ἕκαστον τῷ πλησίον ἐχρῆν, καὶ παρὰ τοῦ πλησίον ἀκούειν, ὅτι „ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ „πάντα ματαιότης. οὐκ ἔλεγόν σοι συνεχῶς, ὅτι δραπέτης ὁ πλοῦτός ἐστι καὶ οἰκέτης; σὺ δὲ οὐκ ἐβούλου πείθεσθαι. ἰδοὺ ἐκ τῶν πραγμάτων ἔδειξεν ἡ πεῖρα, ὅτι οὐ δραπέτης μόνον, οὐδὲ ἀγνώμων, ἀλλὰ καὶ ἀνδροφόνος. οὗτος γάρ σε τρέμειν νῦν καὶ δεδοικέναι παρεσκεύασεν. οὐκ ἔλεγόν σοι, ἡνίκα συνεχῶς ἐπετίμας μοι λέγοντι τἀληθῆ, ὅτι ἐγώ σε φιλῶ μᾶλλον τῶν κολακευόντων; ἐγὼ ὁ ἐλέγχων πλέον κήδομαι τῶν χαριζομένων; οὐ προσετίθην τοῖς ῥήμασι τούτοις, ὅτι ἀξιοπιστότερα τραύματα φίλων ὑπὲρ ἑκούσια φιλήματα ἐχθρῶν; εἰ τῶν ἐμῶν ἠνέσχου τραυμάτων, οὐκ ἄν σοι τὰ φιλήματα ἐκείνων τὸν θάνατον τοῦτον ἔτεκεν· τὰ γὰρ ἐμὰ τραύματα ὑγείαν ἐργάζεται, τὰ δὲ ἐκείνων φιλήματα νόσον ἀνίατον κατεσκεύασε. ποῦ νῦν οἱ οἰνοχόοι; ποῦ δὲ οἱ σοβοῦντες ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ μυρία παρὰ πᾶσιν ἐγκώμια λέγοντες; ἐδραπέτευσαν, ἠρνήσαντο τὴν φιλίαν, ἀσφάλειαν ἑαυτοῖς διὰ τῆς σῆς ἀγωνίας πορίζουσιν. ἀλλ' οὐχ ἡμεῖς οὕτως· ἀλλὰ καὶ τοῦ δυσχεραίνοντός σου οὐκ ἀπεπηδῶμεν, καὶ νῦν πεσόντα περιστελλόμεθα καὶ θεραπεύομεν. καὶ ἡ μὲν πολεμηθεῖσα ἐκκλησία παρὰ σοῦ τοὺς κόλπους ἥπλωσε καὶ ἐπεδέξατο· τὰ δὲ θεραπευθέντα θέατρα, ὑπὲρ ὧν πολλάκις πρὸς ἡμᾶς ἠγανάκτεις, προὔδωκε καὶ ἀπώλεσεν. ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐπαυσάμεθα ἀεὶ λέγοντες·

SI unquam anteà, nunc maxime licet dicere „ *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* Ubi nunc inclytus ille conſulatus Eccl. 1. 1.
E ſplendor? ubi illuſtres illæ faces? ubi applauſus illi ac choreæ, epulæque & feſti conventus? ubi coronæ & aulæa? ubi ſtrepitus urbis, & illæ circenſium ſpectatorum fauſtæ acclamationes atque adulationes? Omnia illa perierunt: procella vehemens folia dejecit, arborem ſpoliatam reddidit, jam radicitus vacillantem: tantaque vis venti impacta eſt, ut cum nervos ejus univerſos concuſſerit, tum ipſam funditus proſternere minetur. Ubi nunc fucati illi amici? ubi compotationes & cœnæ? ubi paraſi-
A torum examen, & merum per totam diem exhauſtum, variæque coquorum artes, & potentatus cultores illi, ad gratiam omnia dicere ac facere aſſueti? omnia illa nihil niſi nocturnum ſomnium fuerunt, appetente die evaneſcens: flores fuerunt verni, vere exacto emarcuerunt omnia, umbra erant, & præterierunt: fumus erant, & ſoluta ſunt: bullæ erant, & dirupta ſunt: araneæ erant, & lacerata ſunt, quapropter ſpirituale hoc dictum occinimus, indeſinenter dicentes, *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas:* hoc
B enim dictum in parietibus, in veſtibus, in foro, in ædibus, in viis, in feneſtris, in januis, ſed potiſſimum in ipſa cujusque conſcientia continenter inſcriptum eſſe oportet, omnique tempore cogitationi obverſari: quando quidem negotia fraudulenta & perſonata ac mimica veritatis opinionem apud pleroſque ſibi paraverunt hoc dicto, in prandio, in cœna, in cœtu hominum, quemque proximum ſuum compellare oportebat, idemque ab illo viciſſim audire, nempe quòd *vanitas vanitatum, omnia vani-*
C *tas.* An non aſſidue tibi dicebam fugitivas & ſervas eſſe divitias? tu vero nos non ferebas: an non dicebam fugitivi ſervi naturam eas habere? tu vero credere nolebas: ecce experientia docuit, quod non ſolùm fugitivæ & ingratæ, ſed homicidæ etiam ſunt, ut quæ in metum nunc te conjecerint: nonne dicebam tibi, quum me indeſinenter objurgares vera monentem, quod ego tibi potius amicus eſſem quàm adulatores, ego redargutor majorem tui curam gererem, quàm hi qui tibi per omnia obſequerentur?
D nonne & hoc addebam, fide digniora eſſe vulnera ab amicis, quàm ultrò ingerentia ſe oſcula inimicorum? Si mea vulnera tuliſſes, haudquaquam tibi illorum oſcula hoc exitium attuliſſent: mea enim vulnera ſanitatem adferunt: illorum oſcula morbum immedicabilem tibi conciliaverunt. Ubi nunc pocillatores tui? ubi qui in foro populum de via decedere cogebant, tuaſque laudes paſſim apud omnes deprædicabant? transfugerunt, deſeruerunt tuam amicitiam, ſuam ſecuritatem tuis
E periculis quærunt, at non tales nos, ſed & tunc quamvis ægre ferentem non deſtituimus, & nunc collapſum protegimus ac curamus. Eccleſia à te hoſtiliter habita expanſo ſinu te ſuſcepit: theatra autem magnis obſequiis à te culta, quorum cauſa ſæpius nobis infenſus fuiſti, & prodiderunt te & perdiderunt: attamen nunquam deſtitimus his te verbis alloqui:

A Cur iſta facis? in Eccleſiam debaccharis, & teipſum in exitium præcipitem agis: & tu hæc omnia monita neglectim prætercurrebas. Et circenſis quidem multitudo exhauſtis in ſe tuis facultatibus gladium in te acuit: Eccleſia verò tuo furore exagitata, ultro citròque curſitat, ſi quo pacto te ex his caſſibus implicitum extricare queat. Et hæc nunc dico, non quò proſtrato inſultem, ſed quod eos qui adhuc ſtant, tutiores reddere cupiam: nec ut plagas vulnerati refricem, ſed ut nondum vulneratos in ſanitate conſeruem: B non ut jactatum fluctibus demergam, ſed ut eos, qui ſecundis auris nauigant erudiam, ne fortè cum ipſo nauigio in profundum deferantur. Quo autem modo caueri poſſit? Nimirum ſi rerum humanarum mutabilitates conſideremus. Si enim iſte mutationem timuiſſet, nunc eam non pateretur. Sed quoniam iſte nec domeſticis nec alienis conſiliis corrigi potuit, vos ſaltem qui diuitiis extollimini, hujus calamitatem in veſtrum profectum conuertite. C Nihil enim eſt humanis rebus infirmius, quapropter quocumque nomine earum utilitatem ſignificaueris, minus quam pro rei veritate dixeris: vel ſi fumum eas, vel fœnum, vel ſomnium, vel flores vernos, vel quidlibet aliud nominaueris: uſque adeò ſunt fragiles, & magis nihili quàm nihil ipſum: quod autem non ſolum nihili ſint, ſed & in præcipiti ſtent, vel hinc apparet. Quis hoc homine fuit excelſior? nònne in toto orbe diuitiis præcellebat? nònne ad ipſa faſtigia honorum conſcendit? nònne omnes eum formidabant ac D verebantur? Sed ecce factus eſt & vinctis miſerior, & ſeruis mutabilior, & mendicis fame tabeſcentibus indigentior, per ſingulos dies gladios præ oculis habens in ſe exacutos, & præcipitia & carnifices, & viam quæ ad ſupplicium ducit: ac neque memoria præteritarum voluptatum fruitur, imò ne luce quidem communi, ſed meridie quoque tanquam in denſiſſima nocte anguſtiis parietum incluſus oculorum uſu priuatur. Et quorſum hæc commemorare attinet, cum quantumuis adnitar, nul- E lis verbis exprimere valeam, quis illi animus ſit, per ſingulas horas capitis ſupplicium expectanti? aut quid noſtris verbis opus eſt, quum ipſius calamitatis imago ob oculos noſtros verſetur? Nuper namque miſſis ad eum à rege qui vel per vim hominem pertraherent, quum ad ſacrarium confugiſſet, buxo pallidior factus, nunc quoque nihilo meliorem quàm mortui colorem obtinet: accedit huc dentium ſtridor, tremor A totius corporis, vox ſingultiens & lingua titubans, in ſumma talis habitus, qualem oportebat habere animam quæ jam metu diriguiſſet. Hæc dico non exprobrandi cauſa, neque inſultans ejus infortunio, ſed ut veſtrum animum molliam, & ad commiſerationem pertraham, eòque inducam, ut præſenti hominis pœna ſit contentus. Quoniam enim multi ſunt è noſtris adeò inhumani, ut nos etiam incuſent, qui eum ſacrario excepimus; illorum duritiem noſtris ſermonibus mollire volens, miſerias B iſtius traduco. Quid enim eſt, quæſo dilecte, quod indignè fers? dices, quia in Eccleſiam confugit, qui eam indeſinenter impugnabat. Atqui hoc potiſſimum nomine glorificandus erat Deus, quòd permiſit eum in tanta conſtitui neceſſitate, ut & potentiam Eccleſiæ & clementiam diſceret: potentiam, eo quod in tantam inciderit mutationem ob ſimultatem quam cum illa habebat: clementiam verò, quòd infeſtatorem ſuum objecto nunc ſcuto protegat, & alarum obtentu tueatur, præteritarum- C que injuriarum oblita ſinus ei amantiſſime pandat: hoc enim quovis trophæo ſplendidius, quavis victoria illuſtrius, hoc ethnicos, hoc Iudæos pudefacit: hoc placiditatem vultus ejus oſtentat, quòd hoſti captivo parcat, & ab omnibus deſertum ac contemptum ut amantiſſima mater ſuis velamentis occultet, regis ſimul iræ & intolerabili populi furori ac odio ſe opponens; hoc ipſum eſt eximium altaris ornamentum. Dices, hoccine ornamentum, hominem ſceleſtum, auarum, rapacem altare D contingere? cave talia dixeris: quandoquidem & meretrix pedes ipſius Chriſti contigit, inceſta illa & impura: nec tamen hoc in crimen Domino Jeſu ceſſit, ſed in laudem magnam & admirationem; neque enim purum impura offendit, ſed ſceleſtam meretricem purus & inculpabilis ſuo contactu purificavit. Cave injuriarum memineris ô homo. Crucifixi illius ſervi ſumus dicentis: Remitte illis, non enim ſciunt quid faciant. Dices, at præcluſit hujus loci refugium legibus ſcriptis, quibus hoc irritum fa- E cere conatus eſt. At nunc re ipſa didicit, quale ſit quod fecit: & ſuomet facto legem ſuam primus abrogavit, factus orbis totius ſpectaculum: & ſileat licet, omnes tamen admonet; nolite hæc facere, ne qualia ego patiamini. Sua calamitate alios docet,

Eutropium Arcadius Imperator abduci à templo jubet.

Τί ταῦτα ποιεῖς; ἐκβακχεύεις τὴν ἐκκλησίαν, καὶ κατὰ κρημνῶν σαυτὸν φέρεις, καὶ παρέτρεχες ἅπαντα. καὶ αἱ μὲν ἱπποδρομίαι, τὸν πλοῦτόν σου ἀναλώσασαι, τὸ ξίφος ἠκόνησαν· ἡ δὲ ἐκκλησία ἡ τῆς ὀργῆς τῆς σῆς ἀπολαύσασα τῆς ἀκαίρου, πανταχοῦ περιτρέχει, τῶν δικτύων σε ἐξαρπάσαι βουλομένη. καὶ ταῦτα λέγω νῦν, οὐκ ἐπεμβαίνων τῷ κειμένῳ, ἀλλὰ τοὺς ἑστῶτας ἀσφαλεστέρους ποιῆσαι βουλόμενος· οὐκ ἀναξαίνων τὰ ἕλκη τοῦ τετρωμένου, ἀλλὰ τοὺς μηδέπω τετρωμένους ἐν ὑγείᾳ διατηρῆσαι ἀσφαλεῖ· οὐ καταποντίζων τὸν κλυδωνιζόμενον, ἀλλὰ τοὺς ἐξ οὐρίας πλέοντας παιδεύων, ὥστε μὴ γενέσθαι ὑποβρυχίους. πῶς δ' ἂν τοῦτο γένοιτο; εἰ τὰς μεταβολὰς τῶν ἀνθρωπίνων ἐννοοίμεθα πραγμάτων. καὶ γὰρ οὗτος εἰ ἔδεισε μεταβολήν, οὐκ ἂν ὑπέμεινε μεταβολήν, ἀλλ' ἐπείπερ οὗτος οὔτε οἴκοθεν, οὔτε παρὰ ἑτέρων ἐγίνετο βελτίων· ὑμεῖς γοῦν οἱ κομῶντες τῷ πλούτῳ, ἀπὸ τῆς τούτου κερδάνατε συμφορᾶς· οὐδὲν γὰρ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀσθενέστερον. διόπερ οἷον ἄν τις εἴποι τις ὄνομα τῆς εὐτελείας αὐτῶν, ἔλαττον τῆς ἀληθείας ἐρεῖ· κἂν καπνὸν αὐτὰ, κἂν χόρτον, κἂν ὄναρ, κἂν ἄνθη ἐαρινὰ, κἂν ὁτιοῦν ὀνομάσῃ· οὕτως ἐστὶν ἐπίκηρα, καὶ τῶν οὐδὲν ὄντων οὐδαμινώτερα. ὅτι δὲ μετὰ τῆς οὐθενείας καὶ πολὺ ἔχει τὸ ἀπόκρημνον, δῆλον ἐντεῦθεν· τίς γὰρ τούτου γέγονεν ὑψηλότερος; οὐ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην παρῆλθε τῷ πλούτῳ; οὐ πρὸς αὐτὰς τῶν ἀξιωμάτων ἀνέβη τὰς κορυφάς; οὐχὶ πάντες αὐτὸν ἔτρεμον, καὶ ἐδεδοίκεισαν; ἀλλ' ἰδοὺ γέγονε καὶ δεσμωτῶν ἀθλιώτερος, καὶ οἰκετῶν ἐλεεινότερος, καὶ τῶν λιμῷ τηκομένων πτωχῶν ἐνδεέστερος, καθ' ἑκάστην ἡμέραν ξίφη βλέπων ἠκονημένα, καὶ βάραθρον, καὶ δημίους, καὶ τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπαγωγήν· καὶ οὐδὲ εἴποτε γέγονεν ἐπὶ τῆς ἡδονῆς οἶδεν ἐκείνης, οὐδὲ αὐτῆς αἰσθάνεται τῆς ἀκτῖνος· ἀλλ' ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ, καθάπερ ἐν πυκνοτάτῃ νυκτὶ, περιτειχισμένος οὗτος τὰς ὄψεις πεπήρωται. μᾶλλον δὲ ὅσα ἂν φιλονεικήσωμεν, οὐ δυνησόμεθα τῷ λόγῳ παραστῆσαι τὸ πάθος, ὅπερ ὑπομένειν αὐτὸν εἰκὸς, καθ' ἑκάστην ὥραν ἀποκτείνεσθαι προσδοκῶντα. ἀλλὰ γὰρ τί δεῖ τῶν λόγων τῶν παρ' ἡμῶν, αὐτοῦ ταῦτα καθάπερ ἐν εἰκόνι σαφῶς ὑπογράψαντος ἡμῖν; τῇ γὰρ προτεραίᾳ, ὅτε ἐπ' αὐτὸν ἦλθον ἐκ τῶν βασιλικῶν αὐλῶν πρὸς βίαν ἀφελκύσαι βουλόμενοι· καὶ τοῖς σκεύεσι προσέδραμε τοῖς ἱεροῖς· ἦν αὐτοῦ τὸ πρόσωπον * καὶ τανῦν νεκρωθέντος ἅπαξ οὐδὲν ἄμεινον διακείμενον· κτύπος δὲ τῶν ὀδόντων, καὶ πάταγος καὶ τρόμος παντὸς τοῦ σώματος, καὶ φωνὴ διακοπτομένη, καὶ γλῶττα διαλυομένη, καὶ σχῆμα τοιοῦτον, οἷον εἰκὸς τὴν λιθίνην ἔχειν ψυχήν. Καὶ ταῦτα λέγω, οὐκ ὀνειδίζων, οὐδὲ ἐπεμβαίνων αὐτοῦ τῇ συμφορᾷ, ἀλλὰ τὴν ὑμετέραν διάνοιαν μαλάξαι βουλόμενος, καὶ εἰς ἔλεον ἐπισπάσασθαι, καὶ πεῖσαι ἀρκεσθῆναι τῇ τιμωρίᾳ τῇ γεγενημένῃ. ἐπειδὴ γάρ εἰσι πολλοὶ παρ' ἡμῖν ἀπάνθρωποι, ὥστε ὁμοίως καὶ ἡμῖν ἐγκαλεῖν, ὅτι αὐτὸν ἐδεξάμεθα τῷ βήματι· τὸ ἄστοργον αὐτῶν τοῖς διηγήμασι μαλάξαι βουλόμενος, ἐκπομπεύω τὰ τούτου πάθη. τίνος γὰρ ἕνεκεν ἀγανακτεῖς, εἰπέ μοι, ἀγαπητέ; ὅτι, φησὶν, εἰς ἐκκλησίαν κατέφυγεν ὁ πολεμήσας αὐτὴν διηνεκῶς. διὰ τοῦτο μὲν οὖν μάλιστα δοξάζειν ἐχρῆν τὸν Θεὸν, ὅτι ἀφῆκεν αὐτὸν ἐν τοσαύτῃ καταστῆναι ἀνάγκῃ, ὥστε καὶ τὴν δύναμιν τῆς ἐκκλησίας καὶ τὴν φιλανθρωπίαν μαθεῖν· τὴν δύναμιν μὲν, ἀφ' ὧν τοσαύτην ὑπέμεινε μεταβολὴν ἐκ τῶν πρὸς ἐκείνην πολέμων· τὴν φιλανθρωπίαν δὲ, ἐξ ὧν πολεμηθεῖσα νῦν τὴν ἀσπίδα προβάλλεται, καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας ἐδέξατο τὰς αὐτῆς, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ πάσῃ κατέστησεν, οὐ μνησικακήσασα ὑπὲρ τῶν ἔμπροσθεν οὐδενὸς, ἀλλὰ τοὺς κόλπους αὐτῷ μετὰ πολλῆς ἁπλώσασα τῆς φιλοστοργίας. τοῦτο γὰρ τροπαίου παντὸς λαμπρότερον, τοῦτο νίκη περιφανὴς, τοῦτο Ἕλληνας ἐντρέπει, τοῦτο καὶ Ἰουδαίους καταισχύνει, τοῦτο φαιδρὸν αὐτῆς τὸ πρόσωπον δείκνυσιν· ὅτι τὸν πολέμιον αἰχμάλωτον λαβοῦσα, φείδεται, καὶ πάντων αὐτὸν ἐν ἐρημίᾳ παριδόντων, μόνη καθάπερ μήτηρ φιλόστοργος, ὑπὸ τὰ περιπετάσματα αὐτὸν ἔκρυψε, καὶ πρὸς βασιλικὴν ὀργὴν ἔστη, πρὸς δήμου θυμὸν, καὶ πρὸς μῖσος ἀφόρητον. τοῦτο τῷ θυσιαστηρίῳ κόσμος. ποῖος κόσμος, φησὶ, τὸ τὸν ἐναγῆ καὶ πλεονέκτην καὶ ἅρπαγα ἅπτεσθαι τοῦ θυσιαστηρίου; μὴ λέγε ταῦτα· ἐπειδὴ καὶ ἡ πόρνη ἥψατο τῶν ποδῶν τοῦ Χριστοῦ, ἡ σφόδρα ἐναγὴς καὶ ἀκάθαρτος· καὶ οὐκ ἦν ἔγκλημα τῷ Ἰησοῦ τὸ γινόμενον, ἀλλὰ θαῦμα καὶ ὕμνος μέγας· οὐ γὰρ τὸν καθαρὸν ἔβλαπτεν ἡ ἀκάθαρτος, ἀλλὰ τὴν ἐναγῆ πόρνην ὁ καθαρὸς καὶ ἄμωμος διὰ τῆς ἀφῆς καθαρὰν εἰργάσατο. μὴ δὴ μνησικακήσῃς, ὦ ἄνθρωπε· ἐκείνου οἰκέται ἐσμὲν τοῦ σταυρουμένου καὶ λέγοντος, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. ἀλλ' ἀπετείχισε, φησὶ, τὴν ἐνταῦθα καταφυγὴν γράμμασι καὶ νόμοις διαφόροις. ἀλλ' ἰδοὺ διὰ τῶν ἔργων ἔμαθεν, ὅπερ ἐποίησε, καὶ τὸν νόμον ἔλυσε πρῶτος αὐτὸς, δι' ὧν ἐποίησε, καὶ γέγονε τῆς οἰκουμένης θέατρον. καὶ σιγῶν ἐντεῦθεν ἀφίησι φωνὴν ἅπασι παραινῶν, μὴ ποιεῖτε τοιαῦτα, ἵνα μὴ πάθητε τοιαῦτα. διδάσκαλος ἀνεφάνη διὰ τῆς συμφορᾶς.

& alta-

καὶ λαμπηδόνα μεγάλην ἀφίησι τὸ θυσιαστήριον, νῦν φοβερὸν μάλιστα καὶ ἐκ τούτου φαινόμενον, ὅτι τὸν λέοντα δεδεμένον ἔχει. ἐπεὶ καὶ βασιλικῇ εἰκόνι μέγας γίνοιτο κόσμος, οὐχ ὅταν ἐπὶ τοῦ θρόνου κάθηται πορφυρίδα περιβεβλημένος, καὶ διάδημα περικείμενος ὁ βασιλεὺς μόνον· ἀλλὰ καὶ ὅταν ὑπὸ τῷ ποδὶ τῷ βασιλικῷ βάρβαροι τὰς χεῖρας ὀπίσω δεδεμένοι, κάτω τὰς κεφαλὰς νεύωσι κείμενοι. καὶ ὅτι οὐ πιθανότητι κέχρηται λόγων, ὑμεῖς μάρτυρες τῆς σπουδῆς καὶ τῆς συνδρομῆς· καὶ γὰρ λαμπρὸν ἡμῖν τὸ θέατρον σήμερον, καὶ φαιδρὸς ὁ σύλλογος, καὶ ὅσον ἐν τῷ Πάσχα τῷ ἱερῷ δῆμον εἶδον συναγόμενον, τοσοῦτον ὁρῶ καὶ ἐνταῦθα νῦν, καὶ οὗτος σιγῶν πάντας ἐκάλεσε, σάλπιγγος λαμπροτέραν φωνὴν διὰ τῶν πραγμάτων ἀφείς, καὶ παρθένοι θαλάμους, καὶ γυναῖκες γυναικῶνας, καὶ ἄνδρες τὴν ἀγορὰν κενώσαντες, πάντες ἐνταῦθα συνεδράμετε, ἵνα τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ἴδητε ἐλεγχομένην, καὶ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων τὸ ἐπίκηρον ἀπογυμνούμενον, καὶ τὴν πορνικὴν ὄψιν τὴν χθὲς καὶ πρώην φαιδρὸν ἀπολάμπουσαν· καὶ γὰρ τοιοῦτον ἡ εὐπραγία ἡ ἀπὸ τῶν πλεονεξιῶν, παντὸς γραϊδίου ῥυτίδας ἔχοντος αἰσχροτέρα φαινομένη· καθάπερ σπογγιᾷ τινὶ τῇ μεταβολῇ τὰ ἐπιτρίμματα καὶ τὰς ἐπιγραφὰς ἐκμάξασαν. τοιαύτη γὰρ τῆς δυσημερίας ταύτης ἡ ἰσχύς· τὸν φαιδρὸν καὶ περιφανῆ, πάντων ἐποίησεν εὐτελέστερον φαίνεσθαι νῦν· κἂν πλούσιος εἰσέλθῃ, μεγάλα κερδαίνει· ὁρῶν γὰρ ἐκ τοσαύτης κορυφῆς κατενεχθέντα τὸν σείοντα τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, καὶ συνεσταλμένον, καὶ λαγωοῦ καὶ βατράχου δειλότερον γεγενημένον, καὶ χωρὶς δεσμῶν τῷ κίονι τούτῳ προσηλωμένον, καὶ ἀντὶ ἁλύσεως τῷ φόβῳ περισφιγγόμενον, καὶ δεδοικότα, καὶ τρέμοντα, καταστέλλει τὴν φλεγμονήν, καθαιρεῖ τὸ φύσημα, καὶ φιλοσοφήσας ἃ χρὴ περὶ τῶν ἀνθρωπίνων φιλοσοφεῖν, οὕτως ἄπεισιν, ἃ διὰ ῥημάτων λέγουσιν αἱ γραφαί, ταῦτα διὰ τῶν πραγμάτων μανθάνων „ὅτι πᾶσα σὰρξ χόρτος, καὶ πᾶσα δό„ξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· καὶ ὁ χόρτος ἐξηράνθη, καὶ τὸ „ἄνθος ἐξέπεσεν· οἷον, ὡσεὶ χόρτος ταχὺ ἀποξηρανθήσονται, „καὶ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται· ὅτι ὡσεὶ καπνὸς „αἱ ἡμέραι αὐτοῦ, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Πάλιν ὁ πένης εἰσελθὼν, καὶ πρὸς τὴν ὄψιν ταύτην ἰδὼν, οὐκ ἐξευτελίζει ἑαυτὸν, οὐδὲ ὀδυνᾶται διὰ τὴν πτωχείαν· ἀλλὰ καὶ χάριν οἶδε τῇ πενίᾳ, ὅτι χωρίον αὐτῷ γέγονεν ἄσυλον, καὶ λιμὴν ἀκύμαντος, καὶ τεῖχος ἀσφαλές· καὶ πολλάκις ἂν ἕλοιτο ταῦτα ὁρῶν μένειν, ἔνθα ἐστὶν, ἢ πρὸς βραχὺ τὰ πάντων λαβὼν, ὕστερον καὶ ὑπὲρ αἵματος κινδυνεύειν ἑαυτοῦ. ὁρᾷς ὡς οὐ μικρὸν κέρδος γέγονε καὶ πλουσίοις καὶ πένησι, καὶ ταπεινοῖς καὶ ὑψηλοῖς, καὶ δούλοις καὶ ἐλευθέροις ἀπὸ τῆς ἐνταῦθα τούτου καταφυγῆς; ὁρᾷς πῶς ἕκαστος φάρμακα λαβὼν ἐντεῦθεν ἄπεισιν, ἀπὸ τῆς ὄψεως ταύτης μόνης θεραπευόμενος; ἆρα ἐμάλαξα ὑμῶν τὸ πάθος, καὶ ἐξέβαλον ὀργήν; ἆρα ἔσβεσα τὴν ἀπανθρωπίαν; ἆρα εἰς συμπάθειαν ἤγαγον; σφόδρα ἔγωγε οἶμαι, καὶ δηλοῖ τὰ πρόσωπα, καὶ αἱ τῶν δακρύων πηγαί. ἐπεὶ οὖν ὑμῖν ἡ πέτρα γέγονε βαθύγειος, καὶ λιπαρὰ χώρα, φέρε δὴ καὶ καρπὸν ἐλεημοσύνης βλαστήσαντες, καὶ τὸν στάχυν κομῶντα τῆς συμπαθείας ἐπιδειξάμενοι, προσπέσωμεν τῷ βασιλεῖ, μᾶλλον δὲ παρακαλέσωμεν τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν, μαλάξαι τὸν θυμὸν τοῦ βασιλέως, καὶ ἁπαλὴν αὐτοῦ ποιῆσαι τὴν καρδίαν, ὥστε ὁλόκληρον ἡμῖν δοῦναι τὴν χάριν. καὶ ἤδη μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἧς οὗτος κατέφυγεν ἐνταῦθα, οὐ μικρὰ γέγονεν ἡ μεταβολή· ἐπειδὴ γὰρ ὁ βασιλεὺς ἔγνω, ὅτι εἰς τὸ ἄσυλον τοῦτο χωρίον κατέδραμε, τοῦ στρατοπέδου παρόντος, καὶ παροξυνομένου ὑπὲρ τῶν αὐτῷ πεπλημμελημένων, καὶ εἰς σφαγὴν αὐτὸν αἰτούντων, μακρὸν ἀπέτεινε λόγον, τὸν στρατιωτικὸν καταστέλλων θυμὸν, ἀξιῶν μὴ τὰ ἁμαρτήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ εἴ τι αὐτῷ γέγονε κατόρθωμα, καὶ τοῦτο λογίζεσθαι, καὶ τῆς μὲν εἰδέναι χάριν ὁμολογῶν, ὑπὲρ δὲ τῶν ἑτέρως ἐχόντων ὡς ἀνθρώπῳ συγγινώσκων. ὡς δὲ ἐπέκειντο πάλιν εἰς ἐκδικίαν τοῦ ὑβρισμένου βασιλέως, βοῶντες, πηδῶντες, θανάτου μεμνημένοι, καὶ τὰ δόρατα σείοντες, πηγὰς λοιπὸν ἀφεὶς δακρύων ἀπὸ τῶν ἡμερωτάτων ὀφθαλμῶν, καὶ ἀναμνήσας τῆς ἱερᾶς τραπέζης, εἰς ἣν κατέφυγεν, οὕτω τὴν ὀργὴν κατέπαυσε. πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς τὰ παρ᾿ ἑαυτῶν προσθῶμεν. τίνος γὰρ ἂν ἦτε συγγνώμης ἄξιοι, εἰ τοῦ βασιλέως τοῦ ὑβρισμένου μὴ μνησικακοῦντος, ὑμεῖς οἱ μηδὲν τοιοῦτον παθόντες τοσαύτην ὀργὴν ἐπιδείξησθε; πῶς δὲ τοῦ θεάτρου τούτου λυθέντος, ὑμεῖς μυστηρίων ἅψεσθε, καὶ τὴν εὐχὴν ἐρεῖτε ἐκείνην, δι᾿ ἧς κελευόμεθα λέγειν, „ἄφες ἡμῖν κα„θὼς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν, τοὺς ὑμῶν ὀφειλέτας ἀπαιτοῦντες δίκην; ἠδίκησε μεγάλα καὶ ὕβρισεν, οὐδὲ ἡμεῖς ἀντεροῦμεν. ἀλλ᾿ οὐ δικαστηρίου καιρὸς νῦν, ἀλλ᾿ ἐλέους· οὐκ εὐθύνης, ἀλλὰ φιλανθρωπίας· οὐκ ἐξετάσεως, ἀλλὰ συγχωρήσεως· οὐ ψήφου καὶ δίκης, ἀλλὰ οἴκτου καὶ χάριτος. μὴ τοίνυν φλεγμαινέτω τις, μηδὲ δυσχεραινέτω, ἀλλὰ μᾶλλον δεηθῶμεν τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, δοῦναι αὐτῷ προθεσμίαν ζωῆς.

A & altare hoc ipſo illuſtrem ex ſe ſplendorem emittit, ac venerationem ſibi comparat, quòd leonem vinctum contineat, quandoquidem & regiæ effigiei non tantum ornatus ex eo contingat, ſi ſolio rex ſublimi ſedeat purpuratus & diademate redimitus, quantum ſi ſub pedibus quoque regiis barbari manibus poſt terga revinctis proni jaceant. Et quòd verbis non ſit uſus ad perſuadendum paratis, voſmet feſtinatione veſtra ac concurſu atteſtamini. Etenim præclarum hoc vobis ſpectaculum &
B hilaris conventus contigit: nec minorem nunc video populi frequentiam, quàm in ſacra paſchæ celebritate: adeò exciti eſtis iſtius ſilentio, quod impræſentiarum quavis tuba clariorem ſonum emittit. Et virgines penetralibus, & mulieres gynæceis, & viri foro vacuo relicto, univerſi huc concurriſtis, ut humanam naturam traduci videretis, & ſecularium negociorum momentaneam mutabilitatem detegi, illamque meretriciam faciem heri ac nudius tertius præclariſſime ſplendentem
C (talis enim eſt ex alienis injuriis felicitas, quæ rugoſa quavis anicula deformior apparet) rerum mutatione tanquam ſpongia quadam tectoria fucoſque abſterſiſſe. Tanta nempe eſt hujus infortunii vis, quæ virum felicem ac conſpicuum, nunc omnium abjectiſſimum reddidit. Introeat dives aliquis, & magnam utilitatem percipiet; videns enim tam celſo faſtigio delapſum eum qui totum orbem nutu concutiebat, ac formidine contractum, quaviſque rana aut lepore timidiorem, & abſ-
D que vinculis columnæ huic hærentem, & vice catenæ timore affixum trementemque, deprimet faſtum ſuum: & conſideratis quæ in humanis caſibus conſideranda ſunt, diſcedet re ipſa doctus, quæ ſcripturæ nos docent. Quale eſt illud: *Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis ut flos fœni: aruit fœnum, & flos ejus decidit;* item illud: *Sicut fœnum citò areſcent, & ſicut olera herbarum citò decident, quoniam ſicut fumus dies ejus ſunt;* & reliqua ſimilia. Contra pauper introgreſſus, & hoc ſpectacu- Eſ. 40, 6. Pſ. 89, 6. 7. Ib. 102, 15.
E lum animadvertens, non diſplicet ſibi ipſe, neque ſortem ſuam deplorat: ſed gratias inſuper paupertati habet, quæ ſibi & aſyli vice ſit tutiſſimi, & portus tranquilliſſimi, & arcis munitiſſimæ: & his viſis, ſi detur optio, mallet præſenti conditione contentus eſſe, quàm omnium facultatibus pauliſper occupatis, mox in proprii ſanguinis periculum venire. Vides quòd non parva utilitas divitibus & pauperibus, & celſis & humilibus, ſervis & ingenuis, ex hoc iſtius refugio enata eſt?
A Vides, ut cum remedio quiſque hinc abit, hujus rei ſpectaculo affectus ſuos curaturus? Num igitur mollivi veſtros animos, aut indignationem expuli? num inhumanitatem extinxi? num ad commiſerationem adduxi? equidem adduxiſſe me opinor: idque ex vultibus veſtris ac lachrymis colligo. Quandoquidem igitur petra cordis veſtri in pinguem & fertilem agrum verſa eſt, age jam fructum quoque miſericordiæ proferentes, flaventeſque commiſerationis ſpicas præ nobis ferentes,
B procumbamus regi ad genua: vel potius deprecemur benigniſſimum DEum, ut molliat iram regis, & cor illi tenerum dare dignetur, quo hanc gratiam integram ab ipſo auferre poſſimus. Jam enim ex illo die, quo huc confugit iſte, non parva eſt facta mutatio; poſtquam enim cognovit rex eum ad aſylum hoc ſe recepiſſe, affluente milite & concitato ob ejus crimina, depoſcenteq; hominem ad ſupplicium, longam habuit orationem, qua militarem indignationem compeſceret, poſtulans ut non
C culparum modo, ſed etiam rectè factorum rationem haberent: ut qui pro illis gratiã haberet, & ſiquid humanum ſecus accidiſſet, ignoſcendum duceret: qvum autem illi de integro urgerent ad vindictam læſi regis, clamantes, exilientes, ad mortem depoſcentes, haſtas vibrantes: tum verò ne à lachrymis quidẽ clementiſſimis ſuis oculis temperans, & ſacroſanctæ menſæ, ad quã perfugerat, religionem illis incutiens, ægrè tandem iram eorum ſedavit. Admoveamus igitur nos quoq; quæ à nobis adhiberi par eſt.
D Qua enim ipſi venia digni eſſetis, ſi rege propriam injuriam condonante & oblito, vos nihil tale paſſi in ira obſtinatè pergeretis? aut quomodo hoc cœtu ſoluto ſacramenta contrectabitis, & precationem illam dicetis, qua rogare jubemur: *Remitte nobis, quemadmodum etiam nos remittimus debitoribus noſtris;* Matt. 6, 12. ſi à debitore veſtro pœnas exigatis? Injuriis vos fortè magnis affecit ac contumeliis? ne nos quidem iſtud inficias ibimus. Sed non tribunalis eſt præſens tempus, ſed miſericordiæ poti-
E us: non repetundarum, ſed clementiæ: non examinationis, ſed condonationis: nõ ſuffragiorum ac calculorum, ſed miſerationis ac gratiæ. Ne igitur quis veſtrum accendatur, neve ægre ferat, ſed potius mitiſſimum Deum deprecemur, ut reo vitam proroget,

cunque ex impendente cæde eripiat, ut ipſe errata ſua corrigat: A & communi opera interpellemus clementiſſimum regem pro Eccleſia & altari, unum hominem ſacroſanctæ menſæ donari obſecrantes. Quod ſi fecerimus, & regi gratum faciemus, & DEus prius quàm Rex factum noſtrum approbabit, magnamque nobis hujus humanitatis mercedem retribuet. Sicut enim crudelem & inhumanum averſatur & odit; ita miſericordem & humanum amplectitur & amat: eique ſive juſtus ſit, ſplendidiores plectit coronas: ſive peccator, peccata ejus diſſimulat, B commiſerationis erga conſervum talionem illi retribuens. Oſe. 6, 6. *Miſericordiam volo*, inquit, *& non ſacrificium*. Et per univerſam ſcripturam vides eum ſemper hoc requirere, atque hanc eſſe dicere peccatorum medelam. Proinde nos quoque ad hunc modum illum propitiemus: ſic enim peccata noſtra redimemus, ſic Eccleſiam ornabimus, ſic & regem clementiſſimum, ut dixi, demerebimur: ita fiet ut univerſus populus nobis applaudat, & uſque ad fines orbis terræ humanitatis & clementiæ C noſtræ fama celebretur, mercedemque ſimus ubique terrarum laudem noſtri facti recepturi. Ut igitur talibus bonis frui contingat, accidamus ad genua, obteſtemur, deprecemur; eripiamus è periculis captivum, profugum, ſupplicem, ut & ipſi futura bona conſequamur, gratia & benignitate Domini noſtri JEſu CHriſti, cum quo Patri gloria ſimul & Spiritui ſancto, in ſecula ſeculorum, Amen.

A καὶ τῆς ἀπειλουμένης ἐξαρπάσαι σφαγῆς, ὥστε αὐτὸν ἀποδύσασθαι τὰ πεπλημμελημένα, καὶ κοινῇ προσέλθωμεν τῷ φιλανθρώπῳ βασιλεῖ, ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας, ὑπὲρ τοῦ θυσιαστηρίου, ἵνα ἄνδρα τῇ τραπέζῃ τῇ ἱερᾷ χαρισθῶσι παρακαλοῦντες. ἂν τοῦτο ποιήσωμεν, καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἀποδέξεται, καὶ ὁ Θεὸς πρὸ τοῦ βασιλέως ἐπαινέσεται, καὶ μεγάλην ἡμῖν τῆς φιλανθρωπίας ἀποδώσει τὴν ἀμοιβήν. ὥσπερ γὰρ τὸν ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον ἀποστρέφεται καὶ B μισεῖ, οὕτω τὸν ἐλεήμονα καὶ φιλάνθρωπον προσίεται καὶ φιλεῖ· κἂν μὲν δίκαιος ᾖ ὁ τοιοῦτος, λαμπροτέρους αὐτῷ πλέκει τοὺς στεφάνους· ἂν δὲ ἁμαρτωλός, παρατρέχει τὰ ἁμαρτήματα, τῆς πρὸς τὸν ὁμόδουλον συμπαθείας ἀμοιβὴν αὐτῷ ταύτην ἀποδιδούς. ἔλεον γάρ, φησι, θέλω, καὶ οὐ θυσίαν· καὶ πανταχοῦ τῶν γραφῶν ὁρᾷς αὐτὸν τοῦτο ἀεὶ ἐπιζητοῦντα, καὶ ταύτην λύσιν τῶν ἁμαρτημάτων οὖσαν λέγοντα. οὕτω τοίνυν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς ἵλεων ἐργασόμεθα, οὕτω τὰ C ἡμέτερα διαλύσομεν πλημμελήματα, οὕτω τὴν ἐκκλησίαν κοσμήσομεν, οὕτω καὶ βασιλεὺς ἡμᾶς ὁ φιλάνθρωπος ἐπαινέσεται, καθάπερ ἔφθην εἰπών, καὶ ἅπας ὁ δῆμος κροτήσει, καὶ τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὸ φιλάνθρωπον καὶ ἥμερον τῆς πόλεως θαυμάσεται, καὶ μαθόντες οἱ πανταχοῦ τῆς γῆς τὰ γινόμενα ἀνακηρύξουσιν ἡμᾶς. ἵν᾽ οὖν ἀπολαύσωμεν τῶν τοσούτων ἀγαθῶν, προσπέσωμεν, παρακαλέσωμεν, δεηθῶμεν, ἐξαρπάσωμεν τοῦ κινδύνου τὸν D αἰχμάλωτον, τὸν φυγάδα, τὸν ἱκέτην, ἵνα καὶ αὐτοὶ τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

DE POENITENTIA
HOMILIA III.
Godefrido Tilmanno interprete.

χθὲς hic, non heri ſed pluſculum indicat temporis.

ETſi à vobis * aliquantum temporis abfuerim, at certè non E volens, ſed neceſſitate eò adactus. Corpore quidem abfui, non item voluntate, abſentia carnis, non affectione mentis. Etenim vos (quoad potui) in univerſum complectebar, & arcana animi cogitatione circumferebam. Deinceps, fratres, temporarii iſtius morbi mentione intermiſſa, magnopere contendimus contueri faciem veſtram. Iſtius enim ægrotationis reliquias quum adhuc penes me aſſervem, curſu tamen nihilo ſegniore properavi ad hanc veſtram charitatem. Enimverò qui A adverſa quapiam conflictantur valetudine, lavacra expetunt & balnea, mox ut ſe remiſit ægrotatio: ego autem deſideratam mihi omnium veſtrum faciem his cenſui digniorem, ſimul ut aviditatem iſtam auditoribus debitam explerem. Pelagus hoc planè immenſum eſt, nec quicquam habens ſalſuginis. Hoc mare nulla fluctuatione agitatur. Denique veni, ut inviſerem veſtrum hoc arvum ruderibus ſpiniſque expurgatum. Quod enim uſquam pratum tale eſt, cujuſmodi Eccleſia? Quis uſpiam para- B diſus talis, ut eſt veſter hic cœtus? Nullus hîc inſidiatur ſerpens, ſed Chriſtus ipſe ſacramentorum inſtaurator & doctor. Non ſupplantatrix Eva, ſed Eccleſia vos confirmans in rectitudine vitæ. Non hîc arborum folia, ſed abundè ſuppetit fructus ſpiritus ſancti. Non hîc ſepimentum ſpinis obſerans hortum, ſed vinea præfertilis. Si quam invenero ſentem, in olivam commutabo. Si quidem noxia hæc nequaquam proveniunt inopia naturæ, quippe quæ eſt honeſtata facultate liberi arbitrii. Si hîc depre- C hendero lupum, ex lupo ovem efficiam, non quidem naturam permutans, ſed transferens animi deſtinationem. Quare non aberrarit quis, ſi profiteatur Eccleſiam arca illa eſſe præſtantiorem. Etenim arca & excipiebat animalia & conſervabat; Eccleſia verò ſemel ſuſcepta animalia immutat. Exempli cauſa; Ingreſſuſne illò eſt milvus? Idem eſt egreſſus milvus. Illo introivit lupus? exiit etiam lupus. Hucne ingreſſus eſt milvus? egreditur columba. Introivit lupus; exiit ovis. Ingreſſus eſt ſerpens, egreſſus eſt D agnus; non quidem immutata natura, ſed exploſa malitia. Ob hoc de pœnitentia continenter moveo ſermonem. Eſt enim pœnitentia permoleſta quidem & horroris plena peccatoribus. Eſt alioqui medela delictorum & conſumptio, prævaricationum legis ſolutio, loquendi libertas in conſpectu Dei, adverſus diabolum armatura ſimul & gladius caput ipſius præſecans, ſalutis ſpes, everſio ignorantiæ. Ipſa homini cœlum adaperit. Eadem ipſum in paradiſum introducit evicto diabolo. Sanè hanc ob E cauſam continenter promoveo ſermonem, quòd fiduciam præſtet evertendi inimicū. Peccatores? De ſpe caveto decidas. Non deſino vos jugiter hiſce medicamentis ſuperlinere. Planè enim novi quàm ſit efficax ſcutum hoc adverſus veteratoriam artem diaboli, modò ne animum deſpondeatis. Ut premaris pondero peccatorum, ne ſic deſperes. Non conquieſcam dicere hæc. Quotidie peccas? quotidianam age pœnitentiam. Id quod in ſingulis quibuſque ædibus & ipſi facimus, cum fuerint conquaſſatæ, ſubducimus quæ conquaſſata ſunt, tignaque nova ſubmittimus, nec interquieſcimus ab aſſidua hac diligentiare parandi domum.

ΠΕΡΙ ΜΕΤΑΝΟΙΑΣ.
ΟΜΙΛΙΑ Γ.

E Εἰ καὶ χθὲς ὑμῶν ἀπελείφθην, ἀλλ᾽ οὐχ ἑκών, ἀλλ᾽ ἀναγκασθεὶς ἀπελείφθην· τῷ σώματι, οὐ τῇ γνώμῃ· ἀπελείφθην ἀπουσίᾳ σαρκός, οὐ διαθέσει διανοίας. καὶ γὰρ περιπλεκόμενος, πρὸς ὃ ἐδυνάμην, ἅπαντας ὑμᾶς, καὶ ἐπὶ τῆς διανοίας ὑμᾶς ἔφερον. πάλιν ἀδελφοὶ τὴν πρόσκαιρον νόσον ταύτην παρέντες, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν. ἔτι γὰρ τὰ λείψανα τῆς ἀῤῥωστίας ἡμῖν ἔχοντες ἐδράμομεν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. οἱ μὲν γὰρ A ἀῤῥωστοῦντες λουτρὰ καὶ βαλανεῖα μετὰ τὴν ἀῤῥωστίαν ζητοῦσιν· ἐγὼ δὲ τὰ ποθούμενά μοι ὑμῶν πρόσωπα ἄξια ἡγησάμην θεάσασθαι, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἐπιθυμίαν τῆς ἀκροάσεως ἀποπληρῶσαι. τὸ πέλαγος οὗτος τὸ μέγα, καὶ ἅλμην οὐκ ἔχον, τὴν θάλατταν ταύτην τῶν κυμάτων ἀπηλλαγμένην. ἦλθον ὑμῶν τὴν ἄρουραν τὴν κεκαθαρμένην ἰδεῖν. τίς γὰρ τοιοῦτος λειμών, οἷος ἡ ἐκκλησία; τίς τοιοῦτος παράδεισος, ὡς ἡ σύνοδος ἡ ὑμετέρα; οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα ὄφις B ἐπιβουλεύων, ἀλλ᾽ ὁ Χριστὸς μυσταγωγῶν. οὐκ ἔστιν Εὔα ὑποσκελίζουσα, ἀλλ᾽ ἡ ἐκκλησία ὀρθοῦσα. οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα φύλλα δένδρων, ἀλλ᾽ ὁ καρπὸς τοῦ πνεύματος. οὐκ ἔστιν ἐνταῦθα φραγμὸς ἀκανθῶν, ἀλλ᾽ ἄμπελος εὐθηνοῦσα. ἐὰν δὲ ἀκάνθας εὕρω, εἰς ἐλαίαν μεταφέρω. οὐ γὰρ ἀπορίᾳ φύσεως τὰ ἐνταῦθα, ἀλλ᾽ ἐλευθερίᾳ προαιρέσεως τετίμηται. ἐὰν δὲ λύκον εὕρω, πρόβατον ποιῶ, οὐ τὴν φύσιν μεταβάλλων, ἀλλὰ τὴν προαίρεσιν μεταφέρων. διὰ C τοῦτο οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις τῆς κιβωτοῦ τὴν ἐκκλησίαν μείζονα προσειπών. ἡ μὲν γὰρ κιβωτὸς παρελάμβανε τὰ ζῶα, καὶ ἐφύλαττε ζῶα, ἡ δὲ ἐκκλησία παραλαμβάνει τὰ ζῶα καὶ μεταβάλλει. οἷόν τι λέγω· εἰσῆλθεν ἐκεῖ ἱέραξ, καὶ ἐξῆλθεν ἱέραξ· εἰσῆλθε λύκος, καὶ ἐξῆλθε λύκος. εἰσῆλθέ τις ἱέραξ ἐνταῦθα, καὶ ἐξέρχεται περιστερά. εἰσέρχεται λύκος, καὶ ἐξέρχεται πρόβατον. εἰσέρχεται ὄφις καὶ ἐξέρχεται ἀρνίον, οὐ τῆς φύσεως μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τῆς κακίας ἐλαυνομένης. διὰ D τοῦτο συνεχῶς τὸν περὶ μετανοίας κινῶ λόγον. ἡ γὰρ μετάνοια δεινὴ καὶ φοβερά, τῶν ἁμαρτωλῶν φάρμακον, τῶν πλημμελημάτων δαπάνημα, τῶν παρανομιῶν ἀνάλωμα, τῶν δακρύων παῤῥησία πρὸς τὸν Θεόν, ὅπλον κατὰ τοῦ διαβόλου, μάχαιρα ἀποτέμνουσα αὐτοῦ τὴν κεφαλήν, σωτηρίας ἐλπίς, ἀγνωσίας ἀναίρεσις. αὕτη τῷ ἀνθρώπῳ οὐρανὸν ἀνοίγει, αὕτη εἰς τὸν παράδεισον εἰσάγει, αὕτη τοῦ διαβόλου περιγίνεται. διὰ δὴ τοῦτο συνεχῶς τὸν περὶ τούτου κινῶ λόγον, ὅπερ καὶ τὸ E θαῤῥεῖν ποιεῖ ὑποσκελίζεσθαι. ἁμαρτωλὸς εἶ; μὴ ἀπογνῷς. οὐ παύομαι συνεχῶς ταῦτα ἐπαλείφων ὑμᾶς τὰ φάρμακα. καὶ γὰρ οἶδα ἡλίκον ὅπλον ἐστί, κατὰ τοῦ διαβόλου τὸ μὴ ἀπογινώσκειν ὑμῖν, ἂν ἔχῃς ἁμαρτήματα μὴ ἀπογνῷς, οὐ παύομαι συνεχῶς ταῦτα λέγων, κἂν καθ᾽ ἡμέραν ἁμαρτάνῃς, καθ᾽ ἡμέραν μετανόει. ὅπερ ἐν ταῖς πάσαις ποιοῦμεν οἰκίαις, ὅταν σαθρωθῶσιν, ὑπεξαιρούμεθα τὰ σεσαθρωμένα, καὶ καινὰ ἐπισκευάζομεν, καὶ οὐδέποτε τῆς συνεχοῦς ἐπιμελείας ἀπολυόμεθα.

ἐπαλαιώθης σήμερον ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας; ἀνακαίνισον σεαυτὸν ἀπὸ τῆς μετανοίας. καὶ ἔνι, φησὶ, μετανοήσαντα σωθῆναι; καὶ πάνυ ἔνι. πάντα τὸν βίον ἐν ἁμαρτίαις διέτριψα, καὶ ἐὰν μετανοήσω σώζομαι; πάνυ. πόθεν δῆλον; ἀπὸ τῆς τοῦ δεσπότου σου φιλανθρωπίας. μὴ γὰρ τῇ μετανοίᾳ σου θαῤῥῶ; μὴ γὰρ μετάνοιά σου ἰσχύει τοσαῦτα κακὰ ἀποσμῆξαι; εἰ γὰρ μετάνοια μόνη ἦν, εἰκότως ἐφόβου· ἐπειδὴ δὲ τῇ μετανοίᾳ κεράννυται Θεοῦ φιλανθρωπία, Θεοῦ δὲ φιλανθρωπίας μέτρον οὐκ ἔστιν, οὐδὲ λόγῳ ἑρμηνευθῆναι δύναται αὐτοῦ ἡ ἀγαθότης. ἡ μὲν γὰρ σὴ κακία μέτρον ἔχει, τὸ δὲ φάρμακον μέτρον οὐκ ἔχει· ἡ σὴ κακία οἵα ἐὰν ᾖ, ἀνθρωπίνη ἐστὶ κακία, ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, ἄφατος. θάῤῥει, ὅτι περιγίνεταί σου τῆς κακίας. ἐννόησον σπινθῆρα εἰς πέλαγος ἐμπεσόντα, μὴ δύναται στῆναι ἢ φανῆναι; ὅσον σπινθὴρ πρὸς πέλαγος, τοσοῦτον κακία πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν· μᾶλλον δὲ οὐ τοσοῦτον, ἀλλὰ πολλῷ πλέον. τὸ μὲν γὰρ πέλαγος, κἂν μέγα ᾖ, μέτρον ἔχει· ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία ἀπερίγραπτος. ταῦτα λέγω, οὐχ ἵνα ὑμᾶς ῥᾳθυμοτέρους ἐργάσωμαι, ἀλλ' ἵνα σπουδαιοτέρους κατασκευάσω· παρῄνεσα πολλάκις εἰς θέατρον μὴ ἀναβαίνειν. ἤκουσας, οὐκ ἐπείσθης, ἀνέβης εἰς τὸ θέατρον, παρήκουσάς μου τοῦ λόγου, μὴ αἰσχυνθῇς πάλιν εἰσελθεῖν, καὶ ἀκοῦσαι. ἤκουσα, καὶ οὐκ ἐτήρησα, πῶς δύναμαι εἰσελθεῖν; τέως αὐτὸ τοῦτο οἶδας, ὅτι οὐκ ἐτήρησας· τέως αἰσχύνῃ· τέως ἐρυθριᾷς· τέως μηδενός σε ἐλέγχοντος τὸν χαλινὸν περιφέρεις· τέως τὸν λόγον μου ἔχεις ἐῤῥιζωμένον· τέως μὴ φαινομένου μου καθαίρεις σε· οὐκ ἐτήρησας, κατέγνως σεαυτοῦ, εἰς τὸ ἥμισυ ἐτήρησας· κἂν μὴ τηρήσῃς, εἴπῃς δὲ, οὐκ ἐτήρησα. ὁ γὰρ καταγνοὺς ἑαυτοῦ ἐπὶ τῷ μὴ τηρῆσαι, ἐπὶ τὸ τηρῆσαι σπουδάζει. ἐθεώρησας, εἰργάσω παρανομίαν, αἰχμάλωτος ἐγένου τῆς πόρνης· κατέβης ἀπὸ τοῦ θεάτρου, πάλιν ἐμνήσθης, ᾐσχύνθης, πρόσελθε. ἐλυπήθης, παρακάλεσον τὸν Θεόν. ἀνέστης μέχρι τούτου· οὐαί μοι ἤκουσα, καὶ οὐκ ἐτήρησα. πῶς εἰσέλθω εἰς τὴν ἐκκλησίαν; πῶς πάλιν ἀκούσω; μᾶλλον εἴσελθε, ἐπειδὴ οὐκ ἐτήρησας, ἵνα πάλιν ἀκούσας τηρήσῃς. φάρμακον ἐὰν ἐπιθῇ σοι ὁ ἰατρὸς, καὶ μὴ καθαρίσῃ σε, ἄλλην ἡμέραν οὐκ ἐπιτίθησιν αὐτὸ πάλιν; ἔστι τις δρυοτόμος, θέλει τεμεῖν δρῦν, λαμβάνει ἀξίνην, κόπτει τὴν ῥίζαν. ἐὰν δῷ μίαν πληγὴν, καὶ μὴ πέσῃ τὸ ἄκαρπον δένδρον, οὐ δίδωσιν ἄλλην πληγήν; οὐ τὴν τετάρτην; οὐ τὴν πέμπτην; οὐ τὴν δεκάτην; οὕτω καὶ σὺ ποίει· δρῦς ἐστιν ἡ πόρνη, ἄκαρπον δένδρον, βαλάνους ἐκφέρουσα, χοίρων ἀλόγων τροφὴν, ἐν πολλῷ χρόνῳ ἐῤῥιζώθη ἐν τῇ διανοίᾳ σου, ἐν τῇ περιβολῇ τῶν δένδρων κατέβαλέ σου τὸ συνειδός. ὁ λόγος μου ἀξίνη ἐστίν. ἤκουσε μίαν ἡμέραν, πρὸς μίαν ἡμέραν πίπτει ἡ τοσούτῳ χρόνῳ ἐῤῥιζωμένη; ἐὰν γὰρ τρὶς, ἐὰν γὰρ ἑκατοντάκις, ἐὰν γὰρ μυριάκις, οὐκ ἔστι θαυμαστόν· μόνον ἐκκόψαι πρᾶγμα πονηρὸν καὶ ἰσχυρὸν, συνήθειαν πονηράν. Μάννα ἤσθιον οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ κρόμμυα ἐζήτουν τὰ ἐν Αἰγύπτῳ· καλῶς ἦν ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ· οὕτως αἰσχρὸν πρᾶγμα συνήθεια καὶ κάκιστον. κἂν εἰς δέκα ἡμέρας κατορθώσῃς, ἐὰν γὰρ εἰς εἴκοσι, ἐὰν γὰρ εἰς τριάκοντα, οὐκ ἀγαπῶ, οὐ χάριν ἔχω, οὐ περιπτύσσομαί σε, μόνον μὴ ἀποκάμῃς, ἀλλὰ αἰσχύνου καὶ καταγίνωσκε. πάλιν διελέχθην περὶ ἀγάπης, ἤκουσας, ἀπῆλθες καὶ ἥρπασας; οὐκ ἐπεδείξω διὰ τῶν ἔργων τὸν λόγον. μὴ αἰσχυνθῇς πάλιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν· αἰσχύνου ἁμαρτάνων, μὴ αἰσχύνου μετανοῶν, ἀλλ' ἁμαρτάνων. πρόσεχε τί ἐποίησέ σοι ὁ διάβολος. δύο ταῦτά ἐστιν, ἁμαρτία καὶ μετάνοια· ἁμαρτία, τραῦμα· μετάνοια, φάρμακον. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ σώματι φάρμακα καὶ τραύματα. οὕτως ἐν τῇ ψυχῇ ἁμαρτήματα καὶ μετάνοια. ἀλλ' ἡ ἁμαρτία τὴν αἰσχύνην ἔχει, ἡ δὲ μετάνοια τὴν παῤῥησίαν κέκτηται. πρόσεχέ μοι μετὰ ἀκριβείας, παρακαλῶ, ἵνα μὴ τὴν τάξιν συγχέων ἀπολέσῃς τὴν ὠφέλειαν. πρόσεχε τῷ λόγῳ. τραῦμα καὶ φάρμακον· ἁμαρτία καὶ μετάνοια. τὸ τραῦμα, ἡ ἁμαρτία, τὸ φάρμακον, ἡ μετάνοια. ἐν τῷ τραύματι, σηπεδὼν, ἐν τῷ φαρμάκῳ, καθαρισμὸς σηπεδόνος. ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ σηπεδὼν, ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὄνειδος, ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ γέλως· ἐν τῇ μετανοίᾳ παῤῥησία, ἐν τῇ μετανοίᾳ ἐλευθερία, ἐν τῇ μετανοίᾳ καθαρισμὸς ἁμαρτήματος. πρόσεχε μετὰ ἀκριβείας· τῇ ἁμαρτίᾳ αἰσχύνη ἕπεται, τῇ μετανοίᾳ παῤῥησία ἀκολουθεῖ. προσέσχες ὃ λέγω; τὴν τάξιν ὁ Σατανᾶς ἀντέτρεψε, καὶ ἔδωκε τὴν παῤῥησίαν τῇ ἁμαρτίᾳ, καὶ τὴν αἰσχύνην τῇ μετανοίᾳ. οὐκ ἀφίσταμαι ἕως ἑσπέρας, ἕως οὗ αὐτὸ λύσω. δεῖ με τὴν ὑπόσχεσιν πληρῶσαι, ἀμήχανόν με ἀποστῆναι.

A Hodiene in peccatis conſenuiſti? Fac, ut te renoves per pœnitentiam. Dixerit aliquis, licetne per pœnitentiam conſequi ſalutem? Prorſus licet. Qvum omnem vitam in peccatis detriverim, ſi me pœnituerit, ſiamne ſalvus? Prorſus ſies. Id unde liquet? ab ipſa Domini tui erga nos benignitate. Num enim ex tua pœnitentia mihi ſumo fiduciam? pœnitentia num tua prævalet tantam abſtergere malorum eluviem? Pœnitentia ſi ſola fuerit, meritò tibi metuendum eſt. Nam quando Dei erga nos clementia B attemperat ſe pœnitentiæ, (Dei autem benignitas nullam novit menſuram, ſed neque ejus bonitatem ullo ſermone quis interpretari poteſt) tua quidem malitia modo aliquo circumſcribitur, menſuram autem nullam habet medicamentum, malitia verò tua qualiſcumque tandem fuerit, humana eſt malitia: Dei autem benignitas erga homines nullo eloquio enarrabilis eſt, tu fiduciam bonam ſume, quia tuam evincit malitiam. Hic mihi tu conſidera ſcintillam quæ caſu incidit in pelagus, ſiſterene ſe ali- C quò poteſt, aut apparere? Quantum ſcintilla ad pelagus collata, tantidem eſt hominis malitia, ſi eam componamus cum benignitate Dei. Imò verius non tantidem, ſed tanto amplius præcellit clementia Dei. Pelagus enim etſi eximiæ ſit magnitudinis, ſuum tamen habet modum: Dei autem clementia nullo clauditur fine. Hæc eò dixerim, non ut ſegniores vos reddam, ſed potius ut reddam ad virtutis ſtudia propenſiores. Sæpenumero vos admonui ne ad theatrica ſpectacula aſcenderetis. Audiſti qui- D dem, non item paruiſti admonitus. Ecce aſcendiſti ad theatrum, ſuperfluè ſermonem meum audiſti: ne te pudeat ingredi rurſus & audire. Audivi (fateor) & non obſervavi; Quinam ingredi poſſum? Interim hoc ipſum noſti, te non obſervaſſe? Interim te pudet: interim erubeſcis: interim corripiente nemine ſceleras frænum: interim radicem retines ſermonis mei: interim me non comparente purificas teipſum: non obſervaſti. condemnaſti te: ex parte obſervaſti, etiam ſi minus obſervaveris, dummo- E do dixeris rurſus, Non obſervavi. Nam qui ſe coarguit non obſervaſſe mandatum: utique eò feſtinat, ut obſervet. Per hoc quod ſpectaſti theatricam obſcœnitatem, iniquitatem ipſam operatus es, captivus factus es meretriculæ. Deſcendiſti à theatro quæ ſpectaſti, ad memoriam recurrunt. Erubuiſti ob turpitudinem? Huc accede. Mœrore ob id affectus es: Obſecra Deum. Huc uſque reſurrexiſti. Audivi: Væ mihi, quia non obſervavi: qua fronte introiero Eccleſiam? Qua rurſus ratione ſermonem audiam? Eò A tu majore cum fiducia ingredere, quando non obſervaſti: ut denuo exauditum obſerves. Medicamentum ſi adhibeat tibi medicus, nec eo tuam ſaniem expurgarit: nonne vel die altero rurſus idem apponet? Sit unus aliquis cæſor arborum ſive lignator, qui quercum puta velit incidere, arripit ſecurim, radicem incidit: ſi ad plagam unam ea infrugifera arbor non deciderit, nonne & alteram infliget plagam? Adde quartam, quintam, decimam. Ad hunc modum & tu facito. Quercus utique arbor infrugife- B ra eſt meretrix, glandes tantum proferens in alimoniam porcorum irrationalium, & hæc quidem prolixo tempore radices impreſſit altius menti tuæ. In arborum circuitu conſcientiam tuam dejecit. Sermo meus ſecuris eſt. Audivit die uno, quomodo die uno cadat, tanto radicata tempore? Si enim bis, ſi item tertiò, ſi rurſus centies, ſi denique decies millies, nihil mirabile fuerit: tantum excide rem malam & tempore confirmatam, nempe conſuetudinem malam. Manna comedebant Ju- C dæi, & cepas quærebant, quas in Ægypto eſitaſſe ſe meminerant. Bene erat nobis in Ægypto. Acquieviſſe ſic peſſimæ conſuetudini, res eſt probro & infamiæ obnoxia. Et ſi per dies decem quidpiam rectè egeris, ſi item per viginti, ſi denique per triginta: ne ſic quidem ſatis fit mihi, nihil habeo gratiæ, non te amplector hoc nomine. Tantum eſt, ne deficias: ſuppudeſce aliquando, & teipſum coargue. Rurſus mihi diſſerendum fuit de charitate. Audiiſti, abiiſti, & rapuiſti? His D operibus neutiquam declaraſti impleſſe te ſermonem meum. Nolim alioqui deſinas Eccleſiam ingredi nimio ſuffuſus pudore. Dum peccas, pudeat te peccati: ne ſuppudeſcas agens pœnitentiam. Attende interim dum peccaſti, quid tibi diabolus fecerit. Duo ſunt hæc, peccatum & pœnitentia. Peccatum, vulnus eſt: pœnitentia, impacti vulneris medela. Quemadmodum in corpore, medicina & vulnus: ſic in anima, peccata & pœnitentia. Sed peccatum infamiam ſibi annexam E habet: Fiduciam autem loquendi recuperat pœnitentia. Hic tu mihi, quæſo, animum adverte cum exacta diligentia: ut ne ordine dicendi confuſo, tibi pereat ſermonis utilitas. Attentus eſto, dum dico hæc, vulnus & medela, peccatum & pœnitentia: utique vulnus peccatum eſt: medela pœnitentia. In vulnere, famoſa eſt putredo: in medicamine, expurgatio putredinis. In peccato ſanies purulenta, in peccato probrum ac dedecus. In peccato deriſio eſt, in pœnitentia fiducia loquendi, in pœnitentia libertas, in pœnitentia expurgatio peccati. Sedulò attende. Peccatum verecundia ſequitur: libertas dicendi comitatur pœnitentiam. Animadvertiſti quod dico? Vice converſa ordinem pervertit ſatanas. Peccato etenim liberiorem attribuit fiduciam, verecundiam pœnitentiæ. Ad veſperam uſque non deſino, uſque dum abſolvam quod cœpi. Pollicitationem meam ut expleam neceſſe eſt. Difficile enim factu eſt, ut me avocet quis à cœpto argumento.

A ſimili confirmatio.

Num. 11.

Peccatum & pœnitentia quid ſint.

Et vulnus eſt, & medicamen. Vulnus putredinem habet: vim A purgatoriam putredinis obtinet medicamentum. Num in medicamine putredo? numquid medela in vulnere? Hæcne ſuum ordinem obtinent, aut illa ſibi ſunt confinia? Num hoc poteſt ad illud tranſcendere, aut illud ad hoc? Nullo modo. Denique deſcendamus & ad animam peccatis oneratam. Peccatum probrum habet & ignominiam ſortitò accepit: pœnitentia fiduci-
Τί οὖν, φησὶ, τὸν Ἀδὰμ οὐκ ἠδίκησε, καὶ ὑπεσκέλισε, καὶ ἐξέβαλε τοῦ παραδείσου; οὐχ οὗτος, ἀλλ' ἡ τοῦ ἀδικηθέντος ῥᾳθυμία, καὶ τὸ μὴ νήφειν, μηδὲ ἐγρηγορέναι. ὁ γὰρ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα προσαγαγὼν μηχανήματα, καὶ τὸν Ἰὼβ κατενεγκεῖν μὴ δυνηθείς· πῶς ἂν ἐξ ἐλαττόνων ἐκράτησε τοῦ Ἀδὰμ, εἰ μὴ διὰ τῆς οἰκείας ῥᾳθυμίας ἑαυτὸν προὔδωκεν ἐκεῖνος; τί οὖν; ὁ συκοφάνταις περιπεσὼν, καὶ δημευθεὶς τὴν οὐσίαν, οὐκ ἠδίκηται, τὰ ὄντα πάντα ἀφαιρεθεὶς, καὶ πατρῴων ἐκπεσὼν, καὶ πενίᾳ παλαίων ἐσχάτῃ; οὐκ ἠδίκηται, ἀλλὰ καὶ ἐκέρδανεν, ἐὰν νήφῃ. τί γὰρ, εἰπέ μοι, τοῦτο παρέβλαψε τοὺς ἀπο-

A Age igitur (ſed ut principio rogavi, ne tumultuamini) oſtendamus nihil eorũ quæ diximus, nocere ſobrio homini, neq; virtutẽ ejus labefactare poſſe. Quid enim, dic mihi, omnibus opibus ſpoliato, aut à calumniatoribus, ſive à prædonibus, aut etiam improbis ſervis exuto omnibus facultatibus ſuis, hoc damnum obfuit, quoad virtutem hominis? ſed potius, ſi ita videtur, primum deſcribamus virtutem hominis, quidnam ea tandem ſit, ubi prius ad alias res orationem converterimus, ut eam multi- B tudini ad intelligendum faciliorem & dilucidiorem efficiamus. Quid ergo eſt virtus equi? nunquid aureum habere frænum, & hujuſcemodi cingula, ſtragulorum vincula ex ſericis filis contexta, tapetas variegatos auroque intertextos, phaleras gemmis diſtinctas, comas aureis funiculis complicatas: an vero curſu eſſe velocem, cruribus bene firmis numeroſè incedere, & ungulas habere generoſo equo dignas; fortitudine præditum eſſe, longis itineribus ac bellis idonea; poſſe & in acie magno animo C & facta fuga equitem incolumem conſervare? an non perſpicuum eſt, his, non illis equi virtutem contineri? Aſinorum verò & mulorum quam virtutem eſſe diceres? an non poſſe onera commodè geſtare, itinera facile conficere; habere pedes, qui firmitate ſaxa imitentur? Num ea, quibus extrinſecus circundati ſunt aliquid ad vitutem ipſorum proprium conferre dicemus? nequaquam. Vineam deinde quam admirabimur? foliis comatam & palmitibus, an fructu onuſtam? Quam etiam olivæ D virtutem eſſe dicimus? cum magnos habet ramos, & multam foliorum comam, an cum ſuum fructum uberem & in omnes partes diſperſum oſtentat? ſic igitur etiam in hominibus faciamus. Diſcernamus virtutem hominis, idque ſolum damnum exiſtimemus, quod illam violet. Quid igitur eſt virtus hominis? non pecuniæ, ut paupertatem metuas; nec ſanitas corporis, ut timeas morbum, non multitudinis opinio, ut ſuſpectam habeas exiſtimationem malam, nec vita per ſe ſola ſine adje- E ctione, certoque propoſito fine, ut mors tibi formidabilis exiſtat; ne libertas, ut ſervitutem fugias, ſed veræ doctrinæ diligens ſtudium, & vitæ honeſtas. Hæc verò nec ipſe diabolus poterit eripere, ſi poſſeſſor ea, qua par eſt, cura cuſtodiat: idque nequiſſimus & truculentus ille dæmon novit. Hanc enim ob cauſſam etiam Job bonis ſpoliavit, non ut eum pauperem redderet, ſed ut maledicum adverſus eum aliquod verbum efferre cogeret: & corpus concidit, non ut in morbum conjiceret, ſed A ut animæ virtutem labefactaret. Sed tamen cum omnes ſuas machinas admoviſſet, & ex divite pauperem effeciſſet, id quod nobis omnium maximè horribile videtur, ex multorum, liberûm patre orbum, totum ejus corpus gravius laceraſſet, quam carnifices in prætoriis (neque enim illorum ungulæ ita perfodiunt eorum, qui in manus ipſorum incidunt, latera, ut ejus carnem vermes laceraront) malam ei exiſtimationem conciliaſſet (amici enim, qui aderant, Non dignas, ajebant, peccatis tuis pœnas B dediſti, multiſque verbis eum accuſabant) nec urbe exactum aut domo in aliam civitatem tantum tranſtuliſſet, ſed ſterquilinium ei & domus & urbis loco eſſe feciſſet; non modò non nocuit, ſed etiam illuſtriorem per inſidias reddidit. Neque tantum quicquam de bonis non abſtulit (quanquam tot tantaque abſtuliſſet) ſed etiam majores ei divitias virtutis comparavit. Etenim majore deinceps fruebatur fiducia, quippe difficiliori quoque certamine perfunctus. Quòd ſi is, qui tanta perpeſſus eſt, de- C trimenti nihil accepit, ac perpeſſus non ab homine, ſed à dæmone omnibus hominibus nequiore: quid excuſationis deinceps habebit quiſquam eorum, qui dictitant: Ille mihi damnum aut detrimentum attulit? ſi enim diabolus tanta refertus improbitate, omnibus inſtrumentis adhibitis, omnibus miſſis telis, omnibus malis, quæ in hominibus erant, magno cum exceſſu & in familiam juſti illius, & in corpus congeſtis, nihil viro obfuit, ſed, ut dixi, potius etiam profuit: qui poterunt quidam hunc aut illum D accuſare, quaſi alter ab altero, ac non potius ſemetipſis damno affecti?

Quid ergo, dicet aliquis, Adamum non læſit ac ſupplantavit, & paradiſo ejecit? non ille ſed læſi ignavia, non ſobrii, nec vigilantis. Nam qui talibus ac tantis allatis machinis Job deturbare nequivit: quomodo minoribus ſuperaſſet Adamum, niſi is per ſuam ignaviam ſemet ipſe dedidiſſet? Quid igitur? qui à calumniatoribus circumventus & publicatis E bonis proſcriptus eſt, an is non damnum accepit omnibus facultatibus ſpoliatus, amiſſo patrimonio, colluctans cum extrema paupertate? non damnum accepit, ſed lucrum, ſi ſobrius eſt. Quid enim, quæſo, id obfuit Apoſtolis? nonne

CAP. II.

Quid ſit virtus hominis, & quid eam lædere poſſit.

Exemplo Jobi oſtendit, in quo noceri homini.

CAP. III.

nonne cum fame, ſiti, nuditate continenter luctabantur? Et A ob hoc ipſum proinde etiam admodum illuſtres erant & clari, magnumque à Deo auxilium impetrarunt. Quid Lazaro morbus, ulcera, paupertas, ſolitudo eorum, qui aſſiſterent, obfuit? annon his rebus ei magis ſunt contextæ coronæ? Quid Joſeph illi mala fama domi foriſque collecta? (nam & adulter & ſcortator habebatur) quid ſervitus? quid exilium? an non ob hæc eum maximè admiramur & obſtupeſcimus? Quid dico exilium, paupertatem, malam famam, & ſervitutem? Mors B enim ipſa quid Abel obfuit & violenta, & immatura, & per fratris manum ſceleratè allata? annon hanc ob rem ubique terrarum celebratur? videſne ut plura quam promiſerit, oratio demonſtrarit? Non enim tantum declaravit neminem à quoquam damno affici, verum etiam potius lucrum facere eos qui ſibi attendunt. Cujus igitur gratia pœnæ & ſupplicia? dicet aliquis; cujus gratia gehenna? cujus gratia tot minæ intenduntur, ſi nemo nec damnum dat, nec accipit? Quid dicis? C quid confundis orationem? neque enim dixi, neminem damnum dare, ſed neminem accipere. Ecqua ratione fieri poteſt, inquies, multis damnum dantibus non aliquem accipere? ea qua jam docui ratione. Nam & Joſeph multi damnum dederunt, ipſe tamen non accepit: & Abel inſidias tetendit Cain, ille tamen iis non eſt implicitus. Hac de cauſa pœnæ, & ſupplicia conſtituta ſunt. Neque enim ob eorum qui patiuntur virtutem, Deus pœnas tollit, ſed propter improbitatem malitioſe agentium, proponit ſupplicia. Etſi enim qui mali quid D ab inſidiatoribus patiuntur, illuſtriores evadunt, id tamen non inſidiantium menti, ſed eorum, quibus inſidiæ ſtruuntur, fortitudini tribuendum eſt. Quocirca his ſapientiæ præmia, illis nequitiæ ſupplicia conſtituuntur ac præparantur. Spoliatus es pecuniis? dic, *Nudus egreſſus ſum ex utero matris meæ, nudus etiam revertar.* Adde illud Apoſtolicum: *Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium quod nec auferre quid poſſumus.* Male audiſti, ac te ſexcentis quipiam conviciis E oneratunt? recordare illius dicti: *Væ vobis cum benedixerint vos omnes homines;* & *Gaudete & exultate, cùm protulerint adverſum vos verbum malum.* In exilium ejectus es? cogita te hic non habere patriam, ſed ſi ſapientiæ operam datutus ſis, juſſum eſſe etiam totam terram pro peregrina ducere. At in gravem incidiſti morbum? dic illud Apoſtolicum: *Quanto magis exterior noſter homo corrumpitur, tantò magis interior renovatur de die in diem.* At violentam quis mortem ſuſti- A nuit? cogita Joannem, & abſciſſum in carcere caput, in lance allatum, & in meretriciæ ſaltationis mercedem datum. Cogita remunerationes inde ſecuturas. omnia enim iſthæc damna cùm per injuriam inferuntur, & peccata expiant, & juſtitiam conferunt. Tanta eſt utilitatis eorum magnitudo in iis qui generoſo ea animo ferunt. Cùm igitur neque pecuniæ jactura, neque calumniæ & convicia, neque exilium, neque morbi, neque cruciatus, neque id ipſum quod omnibus terribilius eſſe videtur, mors perferentibus damnum afferat, ſed utilitatem B potius: quibus rebus mihi potes oſtendere quempiam lædi, quandò his non læditur? ego enim contrarium demonſtrare conabor, qui maxima damna ac detrimenta, & incurabiles clades perferant, eos eſſe qui inferunt. Quid enim miſerabilius eſſe poſſit, quàm Cain, qui talibus modis fratrem accepit? Quid infelicius uxore Philippi, quæ Joanni caput abſcidit? Quid fratribus Joſeph, qui eum venundederunt, & in exilium relegârunt? Quid diabolo, qui Job tot malis af- C fecit? non enim cæterorum duntaxat ſcelerum, ſed ita quoque non vulgares inſidiarum pœnas dabit. Cernis etiam hic plura, quàm pollicita fuerat, orationem demonſtraſſe? non modo nullum incommodum eos, qui perferunt inſidias ab inſidiatoribus accipere, verum etiam id omne in caput inſidiantium converti? Quoniam enim nec in divitiis, neque in libertate, neque in habitanda patria, neque in cæteris, quæ dixi, hominis ſita eſt virtus, ſed in animæ rectè factis: D merito cùm horum fit jactura, nihil detrimenti accipit virtus hominis. Quid igitur, ſi ipſius animæ virtutis jacturam quis faciat? neque hîc, ſi læditur, ab alio læditur, ſed à ſeipſo. Quomodo inquies, à ſeipſo? cùm quis cæſus à quopiam, aut facultatibus exutus, aut aliquam aliam gravem perpeſſus injuriam, maledicum aliquod verbum protulit, hîc affectus eſt ille quidem damno, eoque maximo, non tamen ab injurio, ſed à propria puſillanimitate. Quod enim E ante dixi, etiamnum dicam, nullum hominem mille licet nocendi artibus imbutum, infeſto illo dæmone,

Objectioni reſpondet de pœnis & ſuppliciis.

Iob. 1. 21.

1. Tim. 6. 7.

Luc. 6. 26.

Math. 5. 11.

2. Cor. 4. 16.

A οὐχὶ λιμῷ καὶ δίψῃ καὶ γυμνότητι συνεχῶς ἐπάλαιον; καὶ διὰ τοῦτο μὲν οὖν καὶ σφόδρα ἦσαν λαμπροὶ καὶ ἐπίσημοι, καὶ πολλὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ τὴν βοήθειαν ἐπεσπάσαντο. Τί δὲ τὸν Λάζαρον ἡ νόσος, καὶ τὰ ἕλκη, καὶ ἡ πενία, καὶ ἡ ἐρημία τῶν προστησομένων παρέβλαψεν; οὐκ ἐντεῦθεν αὐτῷ μειζόνως ἐπλάκησαν οἱ στέφανοι; Τί δὲ τὸν Ἰωσὴφ τὸ πονηρὰν δόξαν κτήσασθαι ἐπὶ τῆς οἰκείας γῆς καὶ ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας; [καὶ γὰρ καὶ μοιχὸς καὶ ἑταιρικὸς εἶναι ἐνομίζετο] B τί δὲ ἡ δουλεία; τί δὲ τὸ τῆς πατρίδος ἐκπεσεῖν; οὐ διὰ ταῦτα αὐτὸν μάλιστα θαυμάζομεν, καὶ ἐκπληττόμεθα; καὶ τί λέγω τὴν εἰς τὴν ὑπερορίαν μετάστασιν, καὶ πενίαν, καὶ πονηρὰν δόξαν, καὶ δουλείαν; αὐτὸς γὰρ ὁ θάνατος τί τὸν Ἄβελ παρέβλαψε, καὶ βίαιος καὶ ἄωρος γενόμενος, καὶ ὑπὸ χειρὸς ἀδελφικῆς τολμηθείς; οὐ διὰ τοῦτο πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾄδεται; ὁρᾷς πῶς πλέον, ἢ περ ὑπέσχετο, ὁ λόγος ἀπέδειξεν; οὐ γὰρ δὴ μόνον οὐδένα παρ' οὐδενὸς ἀδικούμε- C νον ἀπέφηνεν· ἀλλὰ καὶ μειζόνως κερδαίνοντας τοὺς ἑαυτοῖς προσέχοντας. Τίνος οὖν ἕνεκεν τιμωρίαι καὶ κολάσεις φησί; τίνος ἕνεκεν γέεννα; τίνος ἕνεκεν ἀπειλαὶ τοσαῦται, εἰ μηδεὶς μήτε ἀδικεῖται, μήτε ἀδικεῖ; τί λέγεις; τί συγχέεις τὸν λόγον; οὐδὲ γὰρ εἶπον ὅτι οὐδεὶς ἀδικεῖ. ἀλλ' ὅτι οὐδεὶς ἀδικεῖται· καὶ πῶς ἔνι, φησὶν, ἀδικούντων πολλῶν, μὴ ἀδικεῖσθαί τινα; οὕτως ὡς ἐδίδαξα νῦν. ἐπεὶ καὶ τὸν Ἰωσὴφ ἠδίκησαν μὲν οἱ ἀδελφοί, αὐτὸς δὲ οὐκ ἠδικήθη· καὶ τῷ Ἄβελ ἐπεβούλευσε μὲν ὁ Κάϊν, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐπεβουλεύθη. διὰ τοῦτο τιμω- D ρίαι καὶ κολάσεις. οὐδὲ γὰρ διὰ τὴν τῶν πασχόντων ἀρετὴν ἀναιρεῖ τὰς τιμωρίας ὁ Θεός· ἀλλὰ διὰ τὴν κακίαν τῶν πονηρευομένων τίθησι τὰς κολάσεις. εἰ γὰρ καὶ λαμπρότεροι οἱ πάσχοντες κακῶς ἀπὸ τῶν ἐπιβουλῶν γίνονται, ἀλλ' οὐ τῆς γνώμης τοῦτο τῶν ἐπιβουλευόντων, ἀλλὰ τῆς ἀνδρείας τῶν ἐπιβουλευομένων ἐστί. διὰ τοῦτο τοῖς μὲν τῆς φιλοσοφίας τὰ βραβεῖα, ἐκείνοις δὲ τῆς πονηρίας αἱ τιμωρίαι εὐτρεπίζονται καὶ παρασκευάζονται. ἀφῃρέθης τὰ χρήματα; λέγε, γυμνὸς ἐξῆλ- E θον ἐκ κοιλίας μητρός μου, γυμνὸς καὶ ἀπελεύσομαι. καὶ πρόσθες τὸ ἀποστολικόν· οὐδὲν γὰρ εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα. ἤκουσας κακῶς, καὶ μυρίαις σέ τινες [illegible]λυναν λοιδορίαις; ἀναμνήσθητι τῆς ῥήσεως ἐκείνης τῆς λεγούσης· [illegible]αὶ ὑμῖν ὅταν καλῶς ὑμᾶς εἴπωσι πάντες οἱ ἄνθρωποι· καὶ, χαίρετε καὶ σκιρτᾶτε, ὅταν ἐκβάλωσι καθ' ὑμῶν ὄνομα πονηρόν. πρὸς τὴν ὑπερορίαν μετῳκίσθης; ἐννόησον ὅτι οὐκ ἔχεις ἐν- A ταῦθα πατρίδα, ἀλλ' εἰ μέλλεις φιλοσοφεῖν, καὶ τὴν γῆν ἅπασαν ξένην ἐκελεύσθης εἶναι νομίζειν. ἀλλὰ νόσῳ παρεδόθης χαλεπῇ; εἰπὲ τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο· ὅσῳ ὁ ἔξωθεν ἡμῶν ἄνθρωπος διαφθείρεται, τοσούτῳ ὁ ἔσω ἀνακαινοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. ἀλλὰ θάνατον ὑπέμεινέ τις βίαιον; ἐννόησον τὸν Ἰωάννην, καὶ τὴν ἀποτμηθεῖσαν ἐν δεσμωτηρίῳ κεφαλὴν, ἐπὶ πίνακος ἐνεχθεῖσαν, καὶ πορνικῆς ὀρχήσεως γενομένην μισθόν. ἐννόησον τὰς ἐντεῦθεν ἀμοιβάς· ταῦτα γὰρ ἅπαντα τὰ παθήματα, ὅταν ἀδίκως παρά τινος B ἐπάγηταί τινι, καὶ ἁμαρτήματα λύει, καὶ δικαιοσύνην ἐργάζεται. τοσοῦτον αὐτῶν τῆς ὠφελείας τὸ μέγεθος ἐπὶ τῶν γενναίως αὐτὰ φερόντων. ὅταν οὖν μήτε ζημία χρημάτων, μήτε συκοφαντίαι καὶ λοιδορίαι, μήτε τὸ πρὸς τὴν ὑπερορίαν μεταστῆναι, μήτε νόσοι καὶ βάσανοι, μήτε αὐτὸ, ὃ πάντων δοκεῖ φοβερώτερον εἶναι, ὁ θάνατος, βλάπτῃ τοὺς πάσχοντας, ἀλλὰ καὶ ὠφελῇ μειζόνως, πόθεν ἔχεις μοι δεῖξαί τινα ἀδικούμενον, ὅταν ἐντεῦθεν μηδὲν ἀδικῆται; ἐγὼ C γὰρ τοὐναντίον ἀποδεῖξαι πειράσομαι, ὅτι οἱ μάλιστα ἀδικούμενοι καὶ ἐπηρεαζόμενοι, καὶ τὰ ἀνήκεστα πάσχοντες, οἱ ταῦτα ποιοῦντές εἰσι. τί γὰρ ἀθλιώτερον γένοιτ' ἂν τοῦ Κάϊν, τοῦ τοιαῦτα τὸν ἀδελφὸν διαθέντος; τί δὲ τῆς Φιλίππου γυναικὸς ἐλεεινότερον, τῆς τὴν Ἰωάννην ἀποτεμούσης; τί δὲ τῶν ἀδελφῶν τοῦ Ἰωσὴφ τῶν ἀπεμπολησάντων αὐτὸν, καὶ πρὸς τὴν ὑπερορίαν μεταστησάντων; τί δὲ τοῦ διαβόλου τοῦ τὸν Ἰὼβ τοσούτοις καταξάναντος κακοῖς; οὐ γὰρ δὴ μόνον τῶν ἄλλων, ἀλλὰ καὶ οὕτως οὐ τὴν τυχοῦσαν δώσει δίκην τῆς ἐπιβουλῆς. εἶδες πῶς κἀν- D ταῦθα πλείω τῆς ὑποσχέσεως ὁ λόγος ἀπέδειξεν; οὐ μόνον οὐδεμίαν λύμην ἀπὸ τῶν ἐπιβουλῶν τούτων ὑπομένοντας τοὺς ἐπηρεαζομένους, ἀλλὰ καὶ τὸ πᾶν εἰς τὴν τῶν ἐπιβουλευόντων περιτρεπόμενον κεφαλήν; ἐπειδὴ γὰρ οὔτε πλοῦτος, οὔτε τὸ ἐλεύθερον εἶναι, οὔτε τὸ πατρίδα οἰκεῖν, οὔτε τὰ ἄλλα, ἅπερ εἶπον, ἀνθρώπου εἰσὶν ἀρεταὶ, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς τὰ κατορθώματα· εἰκότως ὅταν εἰς ταῦτα ἡ βλάβη γίνηται, οὐδὲν ἡ ἀνθρωπίνη παραβλάπτεται ἀρετή. τί οὖν ἂν εἰς αὐτήν τις E παραβλαβῇ τῆς ψυχῆς τὴν φιλοσοφίαν; οὐδὲ, ἐνταῦθα ἂν βλαβῇ, παρ' ἑτέρου βλάπτεται, ἀλλ' οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ. πῶς οἴκοθεν καὶ παρ' ἑαυτοῦ, φησίν; ὅταν μαστιχθεὶς παρ' ὁτουοῦν, ἢ τὰ ὄντα ἀφαιρεθεὶς, ἢ χαλεπήν τινα ἑτέραν ὑπομείνας ἐπήρειαν, βλάσφημόν τι ῥῆμα ἐξενέγκῃ. ἐβλάβη μὲν ἐνταῦθα, καὶ βλάβην μεγίστην. οὐ μὴν παρὰ τοῦ ἐπηρεάσαντος, ἀλλὰ παρὰ τῆς οἰκείας μικροψυχίας. ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν εἶπον, καὶ νῦν ἐρῶ, οὐδεὶς ἀνθρώπων κἂν μυριάκις ᾖ πονηρὸς, τοῦ ἀλάστορος ἐκείνου δαίμονος,

καὶ

καὶ ἀκαταλλάκτως πρὸς ἡμᾶς ἔχοντος τοῦ διαβόλου πονηρότερον ἄν τινι προσβάλοι, οὐδὲ πικρότερον. ἀλλ᾽ ὅμως ὁ χαλεπὸς οὗτος δαίμων οὐκ ἴσχυσε τὸν πρὸ τοῦ νόμου, τὸν πρὸ τῆς χάριτος, τοσαῦτα κατ᾽ αὐτοῦ βέλη καὶ οὕτω πικρὰ πανταχόθεν ἀφεὶς, ὑποσκελίσαι καὶ καταβαλεῖν. τοσαύτη τῆς ψυχῆς ἐστιν ἡ εὐγένεια. τί δὲ ὁ Παῦλος; οὐ τοσαῦτα ἔπαθε δεινὰ, ἃ μηδὲ καταλέξαι ῥᾴδιον; δεσμωτήρια οἰκῶν, ἁλύσεις περικείμενος, ἀγόμενος καὶ περιαγόμενος, μαστιγούμενος παρὰ Ἰουδαίων, λιθαζόμενος, οὐχ ἱμᾶσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ ῥάβδοις τὰ νῶτα ξεόμενος, καταποντιζόμενος, λῃσταῖς πολλάκις περιπίπτων, ἐμφύλιον ὑπομένων πόλεμον, παρὰ τῶν ἐχθρῶν, παρὰ τῶν γνωρίμων βαλλόμενος διηνεκῶς, μυρίαις ἐπιβουλευόμενος ἐπιβουλαῖς, λιμῷ καὶ γυμνότητι παλαίων, ἑτέρας πυκνὰς καὶ συνεχεῖς ὑπομένων περιστάσεις καὶ θλίψεις. καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; καθ᾽ ἑκάστην ἀποθνήσκων τὴν ἡμέραν. ἀλλ᾽ ὅμως τοσαῦτα πάσχων καὶ τηλικαῦτα, οὐ μόνον οὐδὲν ἐξήνεγκε ῥῆμα βλάσφημον, ἀλλ᾽ ἔχαιρεν ἐπὶ τούτοις καὶ ἐκαυχᾶτο· καὶ νῦν μέν φησι· „Χαίρω ἐν τοῖς παθή„μασί μου. νῦν δὲ πάλιν, Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμεθα ἐν ταῖς θλίψεσιν. εἰ τοίνυν τοσαῦτα πάσχων αὐτὸς ἔχαιρε καὶ ἐκαυχᾶτο, τίνα ἕξεις συγγνώμην, ποίαν δὲ ἀπολογίαν σὺ οὐδὲ τὸ πολλοστὸν αὐτῶν ὑπομένων μέρος, καὶ βλασφημῶν;

Ἀλλ᾽ ἑτέρως ἀδικοῦμαι, φησὶ, κἂν μὴ βλασφημήσω, τὰ χρήματα ἀφαιρεθεὶς, ἄπορος γίνομαι πρὸς τὴν ἐλεημοσύνην, φησί. σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις. εἰ γὰρ διὰ τοῦτο ἀλγεῖς, μάθε σαφῶς, ὅτι πενία ἐλεημοσύνης οὐ γίνεται κώλυμα. κἂν γὰρ μυριάκις ᾖς πένης, οὐκ εἶ πενέστερος τῆς δράκα ἀλεύρου μόνον κεκτημένης, καὶ τῆς δύο μόνον ἐχούσης ὀβολοὺς, ὧν ἑκατέρα τὴν οὐσίαν ἅπασαν εἰς τοὺς δεομένους κενώσασα, παραδόξως ἐθαυμάσθη· καὶ ἡ τοσαύτη πενία τῇ τοσαύτῃ φιλανθρωπίᾳ οὐ γέγονε κώλυμα, ἀλλ᾽ οὕτω δαψιλὴς καὶ φιλότιμος ἡ ἐκ τῶν δύο λεπτῶν γέγονεν ἐλεημοσύνη, ὡς τοὺς πλουτοῦντας ἅπαντας ἀποκρύψαι, καὶ τοὺς πολλοὺς στατῆρας καταβαλόντας ὑπερακοντίσαι τῷ πλούτῳ τῆς γνώμης καὶ τῇ περιουσίᾳ τῆς προθυμίας. ὥστε οὐδὲ ἐνταῦθα ἠδίκησαι, ἀλλὰ καὶ μείζονας ἐκέρδανας, δι᾽ ὀλίγης εἰσφορᾶς τῶν τὰ πολλὰ καταθέντων λαμπροτέρους λαβὼν τοὺς στεφάνους. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ, κἂν μυριάκις ταῦτα εἴπωμεν, αἱ φιλοσώματοι ψυχαὶ καὶ τοῖς βιωτικοῖς ἡδέως ἐγκαλινδούμεναι, καὶ τοῖς παροῦσιν ἐνηδυπαθοῦσαι πράγμασιν, οὐκ ἂν ῥᾳδίως ἀνάσχοιντο τῶν κατασηπομένων ἀνθῶν ἀποστῆναι [τοιαῦτα γὰρ τοῦ βίου τὰ φαιδρὰ τούτου] οὐδὲ τὰς σκιὰς ἀφεῖναι ἀνέχονται· ἀλλ᾽ οἱ μὲν ἐπιεικέστεροι κἀκείνων καὶ τούτων ἀντέχονται· οἱ δὲ ἐλεεινότεροι καὶ ἀθλιώτεροι ἐκ πλείονος μὲν ἐκείνων μοίρας, τούτων δὲ ἐξ ἐλάττονος σφόδρα. φέρε δὴ τὰ προσωπεῖα ἀφελόντες τὰ φαιδρὰ καὶ περιφανῆ τῆς αἰσχρᾶς καὶ δυσειδοῦς τῶν πραγμάτων ὄψεως τούτων, δείξωμεν τῆς ἑταιριζομένης γυναικὸς τὴν βδελυγμίαν. τοιοῦτον γὰρ ἡ τοιαύτη ζωὴ, ἡ τρυφαῖς καὶ πλούτῳ καὶ δυναστείαις προσέχουσα· τὸ αἰσχρὸν καὶ δυσειδὲς καὶ πολλῆς βδελυγμίας γέμον, τὸ ἀηδὲς καὶ φορτικὸν καὶ πικρίας ἐμπεπλησμένον. καὶ γὰρ δὴ τοῦτο μάλιστά ἐστι τὸ πάσης ἀποστεροῦν τοὺς ἁλόντας συγγνώμης, ὅτι καὶ ἀηδίας καὶ πολλῆς τῆς πικρίας ἐμπεπλησμένος ὁ βίος οὗτος, ποθεινός τε αὐτοῖς καὶ περισπούδαστός ἐστι, καὶ μυρίων γέμων κακῶν, κινδύνων, αἱμάτων, κρημνῶν, σκοπέλων, καὶ φόνων, καὶ φόβων, καὶ τρόμων, καὶ φθόνου, καὶ βασκανίας, καὶ ἐπιβουλῆς, καὶ φροντίδος διηνεκοῦς καὶ μερίμνης, καὶ κέρδος ἔχων οὐδὲν, οὐδὲ καρπὸν τῶν τοσούτων κακῶν οὐδένα φέρων, ἀλλ᾽ ἢ κόλασιν καὶ τιμωρίαν, καὶ τὸ διηνεκῶς βασανίζεσθαι. καίπερ τοιοῦτος ὢν ζηλωτὸς εἶναι τοῖς πολλοῖς δοκεῖ καὶ περιμάχητος, ὃ τῆς ἀνοίας τῶν ἁλισκομένων ἐστὶν, οὐ τῆς τοῦ πράγματος μακαριότητος· ἐπεὶ καὶ τὰ παιδία τὰ μικρὰ πρὸς μὲν τὰ ἀθύρματα κέχηνε καὶ ἐπτόηται· τῶν δὲ τελείοις ἀνδράσι πρεπόντων πραγμάτων, οὐδὲ αἴσθησιν λαβεῖν δύναιτ᾽ ἄν. ἀλλ᾽ ἐκείνοις μὲν συγγνώμη διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον· οὗτοι δὲ ἀπολογίας ἐκβέβληνται, ἐν ἡλικίᾳ τελείᾳ παιδικὴν ἔχοντες γνώμην, κἀκείνων ἀνοητότερον διακείμενοι. διὰ τί γὰρ ζηλωτὸς ὁ πλοῦτος; εἰπέ μοι· καὶ γὰρ ἀναγκαῖον ἐντεῦθεν προοιμιάσασθαι, ἐπειδὴ ὑγείας καὶ ζωῆς καὶ τῆς παρὰ τῶν πολλῶν εὐφημίας, καὶ χρηστῆς ὑπολήψεως, καὶ πατρίδος, καὶ οἰκείων, καὶ φίλων, καὶ συγγενῶν, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν τὸ χαλεπὸν τοῦτο νόσημα νενοσηκότων τιμιώτερον τοῖς πολλοῖς ἔδοξεν εἶναι. καὶ πρὸς αὐτὰς αὐτὴν λοιπὸν τὰς νεφέλας ἡ πυρὰ· καὶ γῆν καὶ θάλατταν ἡ κάμινος αὕτη κατέλαβε. καὶ ὁ μὲν σβεννὺς τὴν φλόγα ταύτην οὐδείς· οἱ δὲ ἀνακαίοντες ἅπαντες, αὐτοί τε οἱ ἁλόντες ἤδη, οἵ τε μηδέπω ἁλόντες, ἵνα ἁλῶσι. καὶ ἕκαστον ἴδοι τις ἂν καὶ ἄνδρα καὶ γυναῖκα, καὶ οἰκέτην καὶ ἐλεύθερον, καὶ πλούσιον καὶ πένητα, κατὰ δύναμιν τὰ ἑαυτοῦ φορτία βαστάζοντα, τὰ τῇ φλογὶ ταύτῃ δι᾽ ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς πολλὴν παρέχοντα τὴν τροφήν. φορτία οὐ ξύλων οὐδὲ φρυγάνων [οὐ γὰρ τοιαύτη ἡ φλὸξ] ἀλλὰ ψυχῶν καὶ σωμάτων, ἀδικίας καὶ παρανομίας. ἀπὸ γὰρ τούτων ἀνάπτεσθαι πέφυκεν αὕτη τῆς φλογὸς ἡ φύσις. οἵ τε γὰρ πλουτοῦντες οὐδαμοῦ τῆς ἀτόπου ταύτης ἵστανται ἐπιθυμίας, κἂν ἅπασαν περιβάλωνται τὴν οἰκουμένην·

A & implacabili noſtro hoſte diabolo pejus aliquid cuipiam infligere poſſe, aut acerbius: at iſtum ſævum dæmonem tamen non valuiſſe eum qui ante legem, ante gratiam vixit, tot in illum, tamque gravibus immiſſis undique jaculis, ſupplantare & dejicere. Tanta eſt animæ generoſitas. Quid verò Paulus? annon pertulit tot mala, quæ ne recenſere quidem facile eſt? carceres inhabitans, vinctus catenis, actus & circumactus, flagellis cæſus à Judæis, lapidatus, non loris tantùm, ſed etiam B virgis humeros laceratus, in mare demerſus, ſæpe in latrones incidens, inteſtinum bellum ferens, ab inimicis ab amicis jactatus continenter, infinitis inſidiis exagitatus, cum fame ac nuditate luctatus, alios crebros ac aſſiduos caſus & afflictiones perpeſſus. Quid opus eſt multis? quotidie moriens. Sed tamen tot tantaque paſſus, non modo nullum verbum maledicum edidit; ſed gaudebat his rebus & gloriabatur, atque aliàs, *Gaudeo*, inquit, *in paſſionibus meis*; aliàs *Non* C *ſolùm autem, ſed & gloriamur in tribulationibus.* Si igitur ipſe tanta perferens gaudebat & gloriabatur, quæ venia dabitur, quæ excuſatio tibi, qui nec multeſimam illorum partem ſuſtines, & maledicis? — Col. 1, 24. Rom. 5, 3.

CAP. IV. Num afflictiones vetent eleemoſynam impertiri.

Sed variis injuriis afficior, inquies, ac niſi maledicam, direptis bonis ad ſtipem erogandam nihil mihi fit reliquum. Hoc nihil eſt aliud, quàm prætextus ac ſpecies quædam. Si enim hoc tibi dolet, certò ſcias paupertatem erogandæ ſtipi non im- D pedimento eſſe. Etſi enim quã pauperrimus ſis, non pauperior es tamen illa, quæ farinæ tantum pugillum habebat, & illa quæ duos tantum obolos, quarum utraque omni re familiari in egentes collata, magnam ſui admirationem reliquit: nec tanta paupertas tantæ liberalitati impedimento fuit, ſed duorum minutorum ſtips adeo larga & glorioſa fuit, ut omnes divites obſcuraret, eoſque qui multos ſtateras conjecerant, divitiis mentis, & alacritatis opibus ſuperaret. Quare neque hic damnum E fecisti, ſed lucrum potius, exigua penſione inſigniores, quàm qui multa contulerunt, coronas adeptus. Verùm quoniam, licet hæc ſexcenties dicamus, animæ corporis nimis amantes, ſecularibus negociis libenter implicitæ, præſentium rerum voluptate captæ, non facilè poterunt marceſcentes flores relinquere (talia enim ſunt hujus vitæ gaudia) neque umbras miſſas facere: ſed honeſtiſſimi quique tam illa quàm iſta mordi- A cus retinent; miſeriores verò & infeliciores illa quidem majori, hæc verò longè minori ex parte. Agè verò ſpecioſis larvis à turpi ac deformi harum rerum facie detractis, meretricis mulieris fœditatem oſtendamus. Talis enim eſt vita ad voluptates, divitias & potentiam attenta; turpis, deformis, multa fœditate referta, moleſta, gravis, amaritudine plena. Hoc enim eſt quod hac vita captis omnem adimit veniam, quòd ea & moleſtia & magna amaritudine referta, deſi- B deratur ab eis, & magnopere expetitur, infinitis malis plena, capitis diſcriminibus, præcipitiis, ſcopulis, cædibus, timoribus, terroribus, invidia, livore, inſidiis, perpetua cur & ſollicitudine: quodque nullum lucrum, nullum tantorum laborum fructum afferat, niſi pœnam ac ſupplicium, & æternos cruciatus. Ac licet ejuſmodi ſit, multis tamen beata videtur, & maximè appetenda, quod amentiæ captorum, non beatitati rei dandum eſt. Nam & parvi puſiones dediti intentique ſunt ludicris, negotia vero adultis viris digna ne percipere quidem C poſſunt. Verum his quidem ob immaturam ætatem venia concedenda eſt; illi verò omni excuſatione carent, in integra ætate puerilem animum gerentes, illiſque dementiores. Dic enim mihi, quamobrem expetendæ ſunt divitiæ? nam hinc exordiendum eſt, quoniam ſanitate, vita, populi commendatione, ac bona exiſtimatione, patria, familiaribus, amicis, cognatis, & præſtabiliores videntur pleriſque eorum, qui gravi hoc morbo correpti ſunt. Ad D ipſas deinde nubes aſcendit hæc pyra; terramque & mare caminus iſte occupavit. Et quidem qui extinguat hanc flammam, eſt nemo; qui vero accendant, ſunt omnes tam ipſi jam capti, quam nondum capti, ut capiantur. Singulos videre licet, viros ac fœminas, ſervos ac liberos, divites & pauperes pro viribus onera portare, quæ flammæ huic die noctequo multum pabulum præbent; onera non lignorum, neque virgultorum (non enim flamma eſt ejuſmodi) ſed animarum & E corporum, injuſtitiæ & in quitatis. Hæc enim flamma naturâ ita comparata eſt, ut iſtis rebus accendatur. Nam & divites abſurdæ huic cupiditati nuſquam terminum conſtituunt, quanquam omnem terrarum orbem comparaverint;

3 Reg 17, 12. Luc. 21, 2.

De cupiditate divitiarum, & cur eæ ſint expetendæ.

& pauperes connituntur illos prævenire: ac rabies quædam incurabilis, furor effrenatus, morbus inſanabilis omnium animos obtinet. Hic amor omnem amorem devictum & repulſum ejecit ex animo. Neque amicitiæ ratio habetur, neque cognationis, quid dico, amicitiæ & cognationis? non uxoris & liberûm, quo quid viris eſſe queat charius? ſed omnia humi abjecta, & conculcata ſunt, ubi crudelis iſthæc & inhumana captorum domina, omnium animos occupavit. Etenim tanquam in humana eorum domina, tanquam ſævus tyrannus, barbara quædam immanis, tanquam meretrix publica, & ſumptuoſa dedecorat, conficit, & ſexcentis objicit periculis ac pœnis eos, qui illi ſervire in animum induxerunt. Cumque ſit terribilis, acerba, crudelis, ſæva, vultu barbarico, quin potius ferino, & quàm lupus ac leo truciore; manſueta tamen & expetenda, & melle dulcior eſſe videtur captivis ejus. Cum etiam gladios & arma quotidie contra eos cudat, ac barathra effodiat; ad præcipitia ducat & ſcopulos, & infinita ſupplicii retia texat, beatos eos tamen præſtare cenſetur tum ab ipſis captis, tum à cupientibus capi, atque ut in cloaca & cæno ſus cum voluptate & deliciis volutatur, aut ut ſcarabæi in ſtercore continenter verſantur: ita etiam avaritia capti iſtis animantibus ſunt miſeriores. Etenim major hæc eſt fœditas, & cœnum gravius olens: nam dum perturbationi immorantur, magnum inde ſe voluptatis fructum reportare putant: quod non ad rei naturam, ſed ad ægrotantem animum referendum eſt, eaque ex parte illis ratione deſtitutis ſunt deteriores. Quemadmodum igitur in cœno ac ſtercore, non cœnum ac ſtercus in cauſa eſt, ſed rationis penuria immergentium ſeſe animantium: ſic etiam de homine ratiocinare. Ecqua ratione medebimur hunc in modum affectis? ſi voluerint nobis patefacere aures, animumque pandere, & amplecti quæ dicuntur. Nam animantes quidem rationis expertes ab impura volutatione transferre & abducere non poſſumus: rationis enim expertes ſunt. At verò manſuetiſſimum hoc genus, intelligentia & ratione cohoneſtatum, humanam, inquam, naturam, ſi velit, facile eſt valdeque expeditum, cœno & graveolentia, ſtercore & fœditate illa liberare.

CAP. V.

An expetendæ ſint divitiæ ob voluptates.

Quare enim ô homo, divitiæ tibi magnopere expetendæ videntur? propter voluptatem omnino quæ è menſis hauritur? propter honorem & comitatum eorum, qui divitiarum cauſa te colunt? propter poteſtatem ulciſcendi qui te offenderint, & ut omnibus ſis terrori? neque enim alias cauſſas afferre poteris, quàm voluptatem, adulationem, terrorem & ultionem. nam neque ſapientiorem, neque mitiorem, neque prudentiorem omnino divitiæ efficere ſolent; non benignum, non humanum, non iræ potentem, non ventri imperantem, non voluptatibus ſuperiorem; non moderationem docent, non humilitatem, non aliquam aliam virtutis partem in animum inducunt & inſerunt. Neque dicere poteris, ob quidnam ex iſtis earum adeo ſtudioſus ſis & cupidus. Nam non modò non nôrunt plantare aut ſerere quidquam bonorum, ſed etiamſi recondita inveniant, vaſtant, impediunt, & ut emarceſcant, efficiunt, quædam enim evellunt, iiſque contraria inducunt, luxum immoderatum, confidentiam importunam, iram injuſtam, arrogantiam, ſuperbiam, amentiam. Verum de his non dicam. Qui enim hoc morbo correpti ſunt, non ſuſtinerent audire de virtute & vitio, ſi accuſarentur ſimul & convincerentur, cum in voluptate toti ſint, ideoque ejus facti ſervi. Age igitur miſſa interim de his diſputatione, quæ reliqua ſunt, in medium adferamus, ac videamus num quam divitiæ voluptatem habeant, num quem honorem, omnia enim contraria video. Ac ſi vultis primum in menſas divitum & pauperũ inquiramus, rogemusq; veſcentes, quinam maximè pura & liquida perfruantur voluptate? qui ad dimenſum diem ſuper toros accumbunt, cœnas cum prandiis copulant, ventrem diſrumpunt, ſenſus depravant, immodico eduliorum onere navigium demergunt, ſentinam inexhauſtam & exundantem reddunt, & tanquam in corporis naufragio navem undis obruũt, pedicas, manicas, & linguæ vincula nectunt, totumque corpus ſuum vinciunt vinculo ebrietatis & luxus graviore quam ferrea catena, ac nec ſincerum & purum capiunt ſomnum, neque ab horribilibus inſomniis liberi ſunt, furentibuſque miſeriores. voluntarium quendam dæmonem in animum inducunt, riſui ſpectantium famulorum expoſiti, imò verò etiam luctui & lachrymis meliorum inter eos; neminem noverunt eorum, qui adſunt, neque dicere quid, neque audire poſſunt, ſed inter geſtantium manus à toris ad lectulum feruntur? an verò ſobrii, vigilantes, quique modum neceſſitate definiunt, ſecundis ventis navigant,

Utræ jucundiores menſæ divitum an perum.

A εἴτε πένητες ἐπείγονται φθάσαι ἐκείνους, καὶ λύσσα τις ἀνίατος καὶ μανία ἀκάθεκτος, καὶ νόσος ἀδιόρθωτος τὰς πάντων κατέχει ψυχάς. καὶ πάντα ἔρωτα οὗτος νικήσας ὁ ἔρως καὶ παρωσάμενος ἐξέβαλε τῆς ψυχῆς. καὶ οὔτε φιλίας λόγος, οὔτε συγγενείας. καὶ τί λέγω φιλίας καὶ συγγενείας; οὐ γυναικὸς καὶ παίδων, οὗ τί γένοιτ᾽ ἂν ἀνδράσι ποθεινότερον; ἀλλὰ πάντα χαμαὶ ἔρριπται καὶ καταπεπάτηται, τῆς ὠμῆς ταύτης καὶ ἀπανθρώπου δεσποίνης τῶν ἁλόντων τὰς ἁπάντων καταB λαβούσης ψυχάς. καὶ γὰρ ὡς δέσποινα τούτων ἀπάνθρωπος, καὶ ὡς τύραννος ἀπηνής, καὶ ὡς βάρβαρος ὠμή, καὶ ὡς πόρνη πάνδημος, καὶ πολυτελής, καταισχύνει καὶ κατατείνει, καὶ μυρίοις κολάζει κινδύνοις τε, καὶ τιμωρίαις τοὺς ἑλομένους δουλεύειν αὐτῇ· καὶ φοβερά τις οὖσα καὶ ἀμείλικτος, ἀγρία τε καὶ ἀπηνής, καὶ πρόσωπον ἔχουσα βαρβαρικόν, μᾶλλον δὲ θηριῶδες, καὶ λύκου καὶ λέοντος ἀγριώτερον, προσηνής τις εἶναι δοκεῖ, καὶ ποθεινὴ καὶ C μέλιτος γλυκυτέρα τοῖς αἰχμαλωτισθεῖσιν ὑπ᾽ αὐτῆς. καὶ ξίφη καὶ ὅπλα καθ᾽ ἑκάστην κατ᾽ αὐτῶν χαλκεύουσα τὴν ἡμέραν, καὶ βάραθρα ἀνορύττουσα, καὶ ἐπὶ κρημνοὺς ἄγουσα καὶ σκοπέλους, καὶ μυρία αὐτοῖς πλέκουσα κολάσεως δίκτυα, ζηλωτοὺς αὐτοὺς νομίζεται ποιεῖν τοῖς τε ἑαλωκόσιν αὐτοῖς, τοῖς τε ἐπιθυμοῦσιν ἁλῶναι. καὶ καθάπερ ὗς ἐν ἀμάρᾳ καὶ βορβόρῳ ἐγκαλινδουμένη ἥδεται καὶ τρυφᾷ καὶ κάνθαροι κόπρον συνεχῶς ἀνελίττοντες· D οὕτω δὴ καὶ οἱ τῇ φιλαργυρίᾳ ἁλόντες τῶν ζώων τούτων εἰσὶν ἀθλιώτεροι. καὶ γὰρ μείζων ἡ ἐνταῦθα βδελυρία, καὶ ὁ βόρβορος δυσωδέστερος. ἐνδιατρίβοντες γὰρ τῷ πάθει, πολλὴν νομίζουσιν ἡδονὴν ἐντεῦθεν καρποῦσθαι· ὅπερ οὐ τῆς φύσεως τοῦ πράγματός ἐστιν, ἀλλὰ τῆς τὴν τοιαύτην ἀλογίαν νοσούσης διανοίας. τοῦτο δὲ τῆς ἀλογίας ἐκείνων χεῖρον. ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ βορβόρου καὶ τῆς κόπρου, οὐ ὁ βόρβορος καὶ ἡ κόπρος τὸ αἴτιον, ἀλλὰ τῆς ἀλογίας τῶν ἐμπεπτωκότων ζώων· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν E ἀνθρώπων λογίζου. καὶ πῶς ἂν ἰασαίμεθα τοὺς οὕτω διακειμένους; εἰ βουληθείησαν ἡμῖν ἀνοῖξαι τὰς ἀκοάς, καὶ ἁπλῶσαι τὴν διάνοιαν, καὶ δέξασθαι τὰ λεγόμενα. τὰ μὲν γὰρ ἄλογα μεταθεῖναι τῆς ἀκαθάρτου διατριβῆς καὶ ἀπαγαγεῖν οὐκ ἔνι· λογισμοῦ γάρ ἐστιν ἔρημα. τὸ δὲ ἡμερώτατον τοῦτο γένος, καὶ λογισμῷ καὶ λόγῳ τετιμημένον, τὴν ἀνθρωπείαν λέγω φύσιν, εἰ βουληθείη, ῥᾴδιόν τε καὶ σφόδρα εὔκολον καὶ τοῦ βορβόρου καὶ τῆς δυσωδίας καὶ τῆς κόπρου καὶ τῆς βδελυρίας ἀπαλλάξαι A ἐκείνης.

Διὰ τί γὰρ ὁ πλοῦτος, ἄνθρωπε, περισπούδαστος εἶναί σοι δοκεῖ; διὰ τὴν ἡδονὴν πάντως τὴν ἀπὸ τῆς τραπέζης; διὰ τὴν τιμήν, καὶ τὴν δορυφορίαν τὴν ἀπὸ τῶν διὰ τοῦτον θεραπευόντων; διὰ τὸ δύνασθαι τοὺς λυποῦντας ἀμύνασθαι, καὶ πᾶσιν εἶναι φοβερόν; οὐδὲ γὰρ ἂν ἑτέρας αἰτίας ἔχοις εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ἢ ἡδονὴν καὶ κολακείαν καὶ φόβον καὶ τιμωρίαν. οὔτε γὰρ σοφώτερον, οὔτε σωφρονέστερον, οὔτε ἐπιεικέστερον, οὔτε συνεB τώτερον πάντως ὁ πλοῦτος ποιεῖν εἴωθεν, οὐ χρηστόν, οὐ φιλάνθρωπον, οὐκ ὀργῆς κρείττονα, οὐ γαστρὸς ἀμείνω, οὐχ ἡδονῶν ἀνώτερον· οὐ μετριάζειν παιδεύει, οὐ συστέλλεσθαι διδάσκει, οὐκ ἄλλο τι μέρος τῆς ἀρετῆς εἰς τὴν ψυχὴν εἰσάγει καὶ καταφυτεύει. οὐδ᾽ ἂν ἔχοις εἰπεῖν διὰ τί τούτων περισπούδαστός ἐστί σοι καὶ ποθεινὸς οὗτος. οὐ γὰρ δὴ μόνον οὐδὲν οἶδε φυτεύειν ἢ γεωργεῖν τῶν ἀγαθῶν, ἀλλὰ κἂν ἀποκείμενα εὕρῃ, λυμαίνεται καὶ κωλύει καὶ καταμαραίνει· ἔνια δὲ καὶ ἀνασπᾷ, καὶ τὰ ἐναντία C τούτων ἐπεισάγει, ἀκολασίαν ἄμετρον, θυμὸν ἄκαιρον, ὀργὴν ἄδικον, ἀπόνοιαν, ὑπερηφανίαν, ἄνοιαν. ἀλλὰ μὴ εἴπω περὶ τούτων. οἱ γὰρ τῇ νόσῳ ταύτῃ ἑαλωκότες οὐκ ἂν ἀνάσχοιντο περὶ ἀρετῆς κακίας ἀκούοντες, τῆς ἡδονῆς ὄντες ὅλοι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῆς γινόμενοι δοῦλοι, κατηγορουμένων αὐτῶν ὁμοῦ καὶ ἐλεγχομένων ἰδεῖν. Φέρε οὖν τέως τὸν περὶ τούτων λόγον ἀφέντες, τὰ λοιπὰ εἰς μέσον ἀγάγωμεν, καὶ ἴδωμεν, εἴ τινα ἡδονὴν ὁ πλοῦτος ἔχει. εἴ τινα τιμήν. τοὐναντίον γὰρ ἅπαν ὁρῶ. καὶ εἰ βούλεσθε, πρῶτον τὰς τραπέζας τῶν πλουτούντων καὶ πενομέD νων ἐξετάζωμεν, καὶ ἐρώμεθα τοὺς ἑστιωμένους, τίνες μάλιστά εἰσιν οἱ καθαρὰν καὶ γνησίαν καρπούμενοι ἡδονήν· οἱ πρὸς διαμεμετρημένην τὴν ἡμέραν ἐπὶ τῶν στιβάδων κατακείμενοι, καὶ τὰ δεῖπνα τοῖς ἀρίστοις συνάπτοντες, καὶ τὴν γαστέρα διαρρηγνύντες, καὶ τὰς αἰσθήσεις πηροῦντες, καὶ τῷ ὑπερόγκῳ τῶν ἐδεσμάτων φορτίῳ τὸ πλοῖον καταποντίζοντες, καὶ ὑπέραντλον ποιοῦντες τὴν ναῦν, καὶ καθάπερ ἐν ναυαγίῳ τῷ τοῦ σώματος κατακλύζοντες αὐτήν, καὶ πέδας, καὶ χειροE πέδας, καὶ γλωσσοπέδας ἐπιθέντες, καὶ ἅπαν αὐτῶν καταδεσμοῦντες τὸ σῶμα ἁλύσεως σιδηρᾶς χαλεπωτέρῳ δεσμῷ τῷ τῆς μέθης καὶ τῆς τρυφῆς, καὶ μήτε ὕπνου αἰρούμενοι γνησίου καὶ εἰλικρινοῦς, μήτε ὀνειράτων ἀπηλλαγμένοι φοβερῶν, τῶν τε μαινομένων ὄντες ἀθλιώτεροι, καὶ αὐθαίρετόν τινα δαίμονα ἐπεισάγοντες τῇ ψυχῇ, καὶ γέλως προκείμενοι τῷ θεάτρῳ τῶν οἰκετῶν, μᾶλλον δὲ καὶ τραγῳδία καὶ δακρύων ὑπόθεσις τοῖς ἐπιεικεστέροις αὐτῶν, καὶ μηδένα εἰδότες τῶν παρόντων, μήτε εἰπεῖν τι καὶ ἀκοῦσαι δυνάμενοι, ἀλλὰ φοράδην ἀπὸ τῶν στιβάδων ἐπὶ κλίνην ἀγόμενοι; ἢ οἱ νήφοντες καὶ οἱ ἐγρηγορότες, καὶ τῇ χρείᾳ τὸ μέτρον ὁρίζοντες, καὶ ἐξ οὐρίας πλέοντες,

καὶ

καὶ μέγιστον ἥδυσμα τὸ πεινῆν καὶ διψῆν ἔχοντες ἐπί τε τῶν σιτίων, ἐπί τε τῶν ποτῶν; οὐδὲν γὰρ οὕτω καὶ ἡδονὴν καὶ ὑγίειαν ἐργάζεται, ὡς τὸ πεινῶντα καὶ διψῶντα οὕτω τῶν προκειμένων ἅπτεσθαι· καὶ κόρον εἰδέναι τὴν χρείαν μόνην, καὶ μὴ ὑπερβαίνειν ταύτης τὰ σκάμματα, μηδὲ μεῖζον τῆς δυνάμεως ἐπιτιθέναι τὸ ἄχθος τῷ σώματι. εἰ δὲ ἀπιστεῖς μου τῷ λόγῳ, κατάμαθε τὰ ἑκατέρων σώματα, καὶ τὴν ἑκάστου ψυχήν. οὐχὶ τὰ μὲν τῶν οὕτω διαιτωμένων συμμέτρως [μὴ γάρ μοι τὸ σπανιάκις συμβαῖνον εἴπῃς, καὶ εἴ τινες ἀσθενεῖς εἶεν ἐκ περιστάσεως ἑτέρας τινός, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἀεὶ καὶ συνεχῶς συμβαινόντων τὰς ψήφους λάμβανε] οὐχὶ τῶν μὲν συμμέτρως ἑστιωμένων εὔρωστα τὰ σώματα, καὶ τετρανωμέναι αἱ αἰσθήσεις, τὴν οἰκείαν χρείαν πληρῶσαι μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας· ἐκείνων δὲ πλαδαρὰ καὶ παντὸς κηροῦ μαλακώτερα, καὶ ἑσμῷ νοσημάτων πολιορκούμενα, καὶ γὰρ καὶ ποδάγραι ταχέως αὐτοῖς ἐφίστανται, καὶ τρόμος ἄκαιρος, καὶ γῆρας ἄωρον, καὶ κεφαλαλγίαι, καὶ διατάσεις, καὶ στομάχων πηρώσεις, καὶ ὀρέξεως ἀναίρεσις, καὶ διηνεκῶν δέονται ἰατρῶν, καὶ συνεχῶν τῶν φαρμάκων, καὶ καθημερινῆς τῆς θεραπείας. ταῦτα οὖν ἡδονῆς; εἰπέ μοι. καὶ τίς ἂν εἴποι τῶν εἰδότων ὅ,τι ποτέ ἐστιν ἡδονή; ἡδονὴ γὰρ γίνεται τότε, ὅταν ἐπιθυμίας ἡγουμένης ἀπόλαυσις ἕπηται· ἂν δὲ ἀπόλαυσις μὲν ᾖ, ἐπιθυμία δὲ μηδαμοῦ φαίνηται, τὰ τῆς ἡδονῆς οἴχεται καὶ ἠφάνισται. διὰ τοι τοῦτο καὶ οἱ νοσοῦντες, καίτοι σιτίων περισπουδάστων αὐτοῖς προκειμένων, ναυτιῶντες, καὶ ἐνοχλεῖσθαι δοκοῦντες, οὕτως αὐτῶν ἀπογεύονται· ἐπειδὴ ἐπιθυμία οὐκ ἔστιν, ἡ τὴν ἀπόλαυσιν ἡδίστην ποιοῦσα. οὔτε γὰρ ἡ τῶν σιτίων φύσις, οὔτε ἡ τῶν ποτῶν, ἀλλ᾽ ἡ τῶν ἑστιωμένων ὄρεξις τὴν ἐπιθυμίαν τίκτειν εἴωθε, καὶ τὴν ἡδονὴν ἐργάζεσθαι πέφυκε. διὰ τοῦτο καί τις σοφὸς ἀνήρ, τὰ περὶ τὴν ἡδονὴν ἀκριβῶς εἰδώς, καὶ φιλοσοφεῖν ταῦτα ἐπιστάμενος, ἔλεγε· "ψυχὴ ἐμπεπλησμένη κηρίοις ἐμπαίζει. δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐν τῇ φύσει τῆς τραπέζης, ἀλλ᾽ ἐν τῇ διαθέσει τῶν ἑστιωμένων τὰ τῆς ἡδονῆς ἕστηκε. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα, καὶ τὰ ἐν "τῇ ἐρήμῳ καταλέγων, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο εἴρηκεν, ὅτι ἐκ πέτρας μέ"λι ἐχόρτασεν αὐτούς. καίτοι γε οὐδαμοῦ μέλι φαίνεται πέτρα αὐτοῖς ἀναβλύσασα. τί οὖν ἐστι τὸ εἰρημένον; ἐπειδὴ πολλῷ κατειργασμένοι τῷ καμάτῳ καὶ τῇ ὁδοιπορίᾳ, καὶ σφοδρῷ κατεχόμενοι τῷ δίψει, ψυχροῖς τοῖς νάμασι προσέπιπτον, ἀντὶ ἡδύσματος μεγάλου τὸ διψῆν ἔχοντες, τὴν ἡδονὴν τῶν ναμάτων ἐκείνων παραστῆσαι βουλόμενος, μέλι τὸ ὕδωρ ἐκάλεσεν, οὐχ ὡς τῆς φύσεως εἰς μέλι μεταβληθείσης, ἀλλ᾽ ὡς τῆς ἡδονῆς τοῦ ὕδατος ἁμιλλωμένης ἐκείνῃ τῇ γλυκύτητι, διὰ τὸ διψῶντας τότε προσπεσεῖν τοὺς ἀπολελαυκότας αὐτοῦ. ὅταν τοίνυν ταῦτα οὕτως ἔχῃ τὸν τρόπον, καὶ μηδεὶς ἀντιλέγειν δύνηται, κἂν σφόδρα ἀναίσθητος ᾖ· οὐκ εὔδηλον ὅτι παρὰ ταῖς τῶν πενήτων τραπέζαις ἡ καθαρὰ καὶ εἰλικρινὴς καὶ σφοδρὰ ἡδονή; ἐν δὲ ταῖς τῶν πλουσίων ἀηδία, καὶ βδελυγμία, καὶ μολυσμός; καὶ καθώς εἶπεν ὁ σοφὸς ἐκεῖνος ἀνήρ, καὶ τὰ ἡδέα παρενοχλεῖν δοκεῖ.

Ἀλλὰ τιμᾶσθαι παρασκευάζει τοὺς ἔχοντας ὁ πλοῦτος, φησί, καὶ ἐχθροὺς ἀμύνασθαι μετ᾽ εὐκολίας. διὰ τοῦτο οὖν, εἰπέ μοι, ποθεινὸς ὑμῖν καὶ περιμάχητος εἶναι δοκεῖ, ὅτι τὰ χαλεπώτατα τὰ ἐν ἡμῖν τρέφει πάθη, ὀργήν τε εἰς ἔργον ἐξάγων, καὶ τῆς δοξομανίας τοὺς πομφόλυγας εἰς μείζονα ὄγκον ἐπαίρων, καὶ πρὸς ἀπόνοιαν ἀλείφων τε καὶ διεγείρων; διὰ ταῦτα μὲν οὖν μάλιστα ἀμεταστρεπτὶ φεύγειν αὐτὸν χρή, ὅτι θηρία τινὰ ἄγρια καὶ χαλεπὰ εἰς τὴν διάνοιαν εἰσοικίζει τὴν ἡμετέραν· τὴν μὲν ὄντως τιμὴν τὴν παρὰ πάντων ἀποστερῶν· τὴν δὲ ἐναντίαν ἐκείνης, τοῖς ἐκείνης χρώμασιν ἀναχρωννύς, καὶ οὕτω προσάγων τοῖς ἠπατημένοις, καὶ πείθων ταύτην ἐκείνην εἶναι νομίζειν, οὐκ οὖσαν τῇ φύσει, ἀλλὰ τῇ ὄψει δοκοῦσαν εἶναι. καθάπερ γὰρ τὰ κάλλη τῶν ἑταιριζομένων γυναικῶν ἐπιτρίμμασι καὶ ὑπογραφαῖς συγκείμενα, κάλλους μὲν ἀπεστέρηται, τὴν δὲ αἰσχρὰν ὄψιν καὶ δυσειδῆ καλήν τε καὶ εὐειδῆ εἶναι ποιεῖ παρὰ τοῖς ὑπ᾽ αὐτῆς ἠπατημένοις, οὐκ οὖσαν καλήν· οὕτω δὴ καὶ ὁ πλοῦτος τὴν κολακείαν βιαζόμενος τιμὴν δεικνύναι ποιεῖ. μὴ γάρ μοι τὰς ἐν τῷ φανερῷ διὰ φόβον καὶ θωπείαν γινομένας εὐφημίας ἴδῃς [αὗται γάρ εἰσι τὰ χρώματα, καὶ αἱ ὑπογραφαί] ἀλλὰ τὸ ἑκάστου συνειδὸς τῶν ταῦτά σε κολακευόντων ἀνάπτυξον, καὶ ὄψει μυρίους ἔνδον καταβοῶντάς σου κατηγόρους, καὶ τῶν μάλιστα ἐχθρῶν καὶ πολεμίων μᾶλλον ἀποστρεφομένους, καὶ μισοῦντας. καὶ εἴ ποτε τὸ ἐκ τοῦ φόβου τούτου συγκείμενον προσωπεῖον μεταβολὴ πραγμάτων ἐπελθοῦσα ἀφανίσειέν τε καὶ διελέγξειε, καθάπερ τὰς ὄψεις ἐκείνας ἥλιος θερμοτέραν ἀκτῖνα ἀφείς, τότε ὄψει καλῶς ὅτι παρὰ πάντα τὸν ἔμπροσθεν χρόνον ἐν ἐσχάτῃ μὲν ἦς ἀτιμίᾳ παρὰ τοῖς θεραπεύουσι, τιμῆς δὲ ἐνόμιζες ἀπολαύειν ὑπὸ τῶν μάλιστα μισούντων σε, καὶ μυρίαις σε κατὰ διάνοιαν πλυνόντων λοιδορίαις, καὶ ἐν ἐσχάταις σε συμφοραῖς ἐπιθυμούντων ἰδεῖν. τιμὴν γὰρ οὐδὲν οὕτως εἴωθε ποιεῖν, ὡς ἀρετή, τιμὴν οὐ κατηναγκασμένην,

A ac pro maximo oblectamento tam in cibis quàm in potu famem & ſitim habent? Nihil enim ita & ad voluptatem & ad ſanitatem facit, ut eſurientem ac ſitientem, ita demum quæ apponuntur capeſſere, ſolam neceſſitatem pro ſatietate ducere, neque ejus limites tranſilire, neque corpori majus quàm ferre poſſit, onus imponere. Quòd ſi orationi meæ non habes fidem, conſule utrorumque corpora, & ſingulorum animam. [Nonne ita moderatè viventium (ne enim mihi, quod B rarò contingit, dicas, & ſi qui ex alia quadam circumſtantia ægri ſunt. ſed ex iis, quæ ſemper & continenter eveniunt fer ſententiam) nonne, inquam, moderate veſcentium corpora benè firma ſunt, ac ſenſus integri quique magna cum facilitate vicem ſuam impleant; illorum verò nimio humore vitiata omni cera molliora, & agmine morborum obſeſſa? Nam & podagræ celeriter invadunt, & tremor importunus & ſenectus immatura, & capitis dolores, diſtenſiones & ſtomachorum depravationes, ap- C petitus amiſſio; perpetuis indigent medicis, continuis medicamentis, & curatione quotidiana. Hæc igitur voluptatis ſunt, dic mihi. Ecquis ſciens quid tandem ſit voluptas, dicet eſſe voluptas enim percipitur, cum præeunte cupiditate fructus ſequitur quod ſi fructus quidem extet, cupiditas verò nuſquã appareat, voluptas caneſcit & extincta eſt. Quapropter etiam ægri quanquã ſuaviſſimos appoſitos cibos cũ nauſea deguſtant, ſibiq; moleſtiã exhiberi opinantur: quoniam abeſt cupiditas, quæ fructum jucundiſſi- D mum reddit. Neque enim ciborum natura, neque potus ſed veſcentium appetitus cupiditatem parere ſolet, & ut voluptatem afferat à natura comparatus eſt. Idcirco ſapiens quidam vir, qui voluptatem accuratè cognitam habuit, atque hæc diſceptare poteſt, dicebat; *Anima ſaturata calcavit favum*; ut oſtenderet Prov. 27, 7. non in natura cibi, ſed in veſcentium affectione voluptatem conſiſtere. Quam ob cauſam etiam Propheta cùm miracula in Ægypto & in ſolitudine edita recenſeret, inter alia quoque dixit; Pſ. 80, 17. E *De petra melle ſaturavit eos*. atqui nuſquam apparet petram eis mel fudiſſe, quid ergo eſt quod dixit? quandoquidem multo confecti labore & itinere, vehementique conflictati ſiti, in frigidas aquas inciderunt, & pro magna oblectatione habuerũt bibere, ut voluptatem aquarum illarum repræſentaret, aquã vocavit mel, non quod ejus natura in mel commutata fuiſſet, ſed quod voluptas aquæ certaret cum illa dulcedine, quia ſitibundi in eam inA ciſſent, qui biberunt. Quæ cùm ita ſint nemoque contradicere poſſit, etiamſi valdè ſit ſtupidus: an non clarum eſt, puram, liquidam, & genuinam voluptatem eſſe in menſis pauperum? in menſis autem divitum, moleſtiam, faſtidium, ſpurcitiem? atque ut ſapiens ille vir dixit, etiam dulcia moleſtiam præbere videntur. Prov. 27, 7.

CAP. VI. Num conciliet honorem divitiæ & ad ultionem juvent.

At divitiæ, dicet quiſpiam, faciunt ut poſſeſſores earum honorentur, atque inimicos ulciſci facilè poſſint. Propterea- ne igitur, dic mihi, expetendæ & omnibus opibus ac viri- B bus comparandæ vobis videntur divitiæ, quòd graviſſimas nutriant in nobis ægritudines, dum iram ad effectum perducunt, inſanum gloriæ amorem quaſi quaſdam bullas in majorem tumorem efferunt, ad ſuperbiam excitant & extimulant? Has ergo maximè ob cauſas eæ non retroverſa facie fugiendæ ſunt, quòd feroces quaſdam ac ſævas beſtias in animum noſtrum introducunt, ac vera quidem, & quæ apud univerſos conciliari ſolet, gloria nos fraudant, eique contrariam coloribus illius fucatam deceptis offert, ac ſuadet ut hanc illam eſſe C exiſtimemus, cùm ex natura ſua non ſit, ſed ſpecie tenus eſſe videatur. Ut enim pulchritudo meretricum fucis & pigmentis comparata, pulchritudine deſtituta, turpem ac deformem faciem, pulchram & formoſam eſſe facit apud illos, qui eâ decipiuntur, cùm pulchra non ſit: ita etiam divitiæ faciunt, cum adulationem volunt honorem videri. Ne enim apertas & ex metu blanditiiſque profectas laudes intuearis (hæ enim ſunt colores & pigmenta) ſed eorum, qui ita D tibi adulantur, uniuſcujuſque conſcientiam aperi, & videbis intus infinitos accuſatores, qui contra te vociferentur, teque magis averſentur & oderint, quàm inimiciſſimi & infeſtiſſimi quique. Ac ſi quando induram iſto metu larvam ſuperveniens mutatio rerum ſuſtulerit ac dixerit, quemadmodum vultus illos ſol miſſis radiis calidioribus, tum ſic clarè videbis te omni ſuperiori tempore in maximo E fuiſſe contemptu apud eos, qui te colebant, tibique viſum eſſe honore affici ab iis, qui te maximè oderant, infinitiſque apud animum convitiis proſcindebant, & in extremis calamitatibus videre cupiebant. Honorem enim nihil ita conciliare ſolet, ut virtus; honorem non coactum, hono-

Honorem ſola virtus conciliat.

honorem non fictum, neque larva aliqua fallaciæ tectum, ſed verum & genuinum, quique nulla temporum difficultate refutetur.

CAP. VII. An efficiant divitiæ ut hoſtes ulciſcamur.

At ulciſci vis, qui te offenderunt, hanc ipſam ob cauſam maximè, quemadmodum antè dixi, fugiendæ ſunt divitiæ. Efficiunt enim, ut enſem in te ipſum adigas, & graviores in futuro rationes tibi reddunt, & intolerabiles pœnas parant. Tantum namque B malum eſt ultio, ut etiam Dei benignitatem revocaverit, & jam datam infinitorum peccatorum veniam fecerit irritam. Nam qui Matt. 18, 24 decies mille talentorum condonationem adeptus, ſolaque obteſtatione tantam gratiam conſecutus fuerat, cùm centum denarios exigeret à conſervo, hoc eſt, eùm delictorum adverſus ſe admiſſorum pœnas repoſceret, ſævitia erga conſervum ſuum, ſeipſum damnavit. Neque verò ullam aliam niſi hanc ob rem tortoribus traditus, & cruciatus, & decies mille talenta reddere C juſſus eſt: nullum veniæ aut excuſationis locum invenit, ſed acerbiſſimum ſupplicium perpeſſus eſt, juſſus totum ſolvere debitum, quod præveniens Dei benignitas condonaverat. Propter eane igitur divitiarum adeò cupidus es, quod te facile ad ejuſmodi peccatum perducunt? Atqui ob id ea tanquam inimicæ & hoſtes, atque infinitis refertæ cædibus, averſandæ ſunt. At paupertas, inquit, moleſtias creat, ac ſæpe etiam facit, ut maledica in D Deum verba effutias, ac illiberalia negotia ſuſcipias. Non paupertas, ſed puſillanimitas. Nam & Lazarus pauper erat, & admodum quidem pauper, & paupertati accedebat adverſa valetudo omni paupertate acerbior, quæ paupertatem quoque reddebat graviorem; adverſæ valetudini ſolitudo & penuria eorum, qui aſtarent atque miniſtrarent, quæ cùm paupertatem, tum adverſam valetudinem faciebat acerbiorem. Horum namque ſingula per ſe quoque moleſta ſunt; cùm verò neque qui miniſtrent, E adſunt, major fit calamitas, ſævior flamma, dolor acerbior, tempeſtas atrocior, fluctus vehententiores, caminus ardentior. Quòd ſi quis accuratè circumſpiciat, aliud etiam his quartum accedebat, nempe divitis in vicinia habitantis licentia & luxus. Sin aliud etiam quintum vis invenire flammæ illius fomitem, id quoque in eo perſpicuè videbis. Non enim duntaxat genio indulgebat dives ille, verùm etiam etſi iterum, tertiùm, imò verò ſæpius in die eum videbat, (juxta ingreſſum namque jacebat, ſpectaculum dirum miſerabilis tragœdiæ, & qui aſpectu ſolo vel lapi- A deum pectus poterat emollire) tamen neque hoc inhumanum illum ad eam paupertatem levandam permovit: ſed ille lautiſſimam apponebat menſam, crateras habebat plenos, merum temerè diffundendum, nitidos coquorum exercitus, paraſitos & adulatores prima luce, & choros canentium, vina infundentium, riſus moventium: omne genus helluationis excogitabat, inebriabatur, ingurgitabatur, in luxu veſtium, menſæ aliarumque plurium rerum perpetuò vivebat. Iſtum verò, quem gravi fame, morbo B acerbiſſimo, obſidione tot ulcerum, ſolitudine, & malis inde conſequentibus in dies ſingulos premi videbat, ne in animum quidem aliquando admiſit: paraſiti & adulatores nimiis epulis pene diſrumpebatur; at iſte pauper, & adeo pauper, tot malis cinctus, nec micas ex illa menſa obtinuit, idque valde cupidus: neque horum quidquam eum læſit, non verbum protulit aſperum, non vocem edidit blaſphemiam: ſed ut aurum vehementiore incendio magis purgatum ſplendeſcit, ſic etiam ille afflictio- C nibus iſtis vexatus, omnibus fuit ſuperior tam plagis, quàm quæ multis naſcuntur inde, perturbationibus. Si enim omninò pauperes cum divites vident, tabeſcunt invidia, & æmulatione conficiuntur, ac vitam ſibi non eſſe vitalem exiſtimant, idque cùm neceſſarius eis victus ſuppetit, nec non qui miniſtrent: iſte pauper, & quidem pauper ut nullus alius, nec pauper modò, verùm etiam æger, quique non habebat qui aſtaret aut ſolatium daret, ſed in media urbe velut in extrema ja- D cebat ſolitudine, fame tabeſcebat acerbiſſima, illi omnia tanquam ex fontibus affluere videbat, omni humano ſolatio deſtitutus, canum linguis ceu perpetua quadam menſa propoſitus (ita enim omnia ejus membra luxata ac diſſoluta erant, ut nec illos arcere poſſet) quàm iniquo animo fuiſſet, niſi valdè generoſus ac ſapiens extitiſſet? cernis, qui ſe non lædat, etſi ab omnibus lædatur, nihil mali perpeti? repetam enim eandem rationem. Quid namque ad- E verſa valetudo? quid ſolitudo eorum qui aſtarent? quid acceſſus canum? quid mala divitis vicinitas? quid magnus luxus, ſuperbia & arrogantia illius huic nocuerunt? num eum ad ſuſtinenda pro virtute certamina reddiderunt molliorem?

Luc. 16, 20. Exemplo Lazari rem illuſtrat.

A τιμὴν οὐ πεπλασμένην, οὐδὲ προσωπείῳ τινὶ φενακισμοῦ κεκρυμμένην, ἀλλὰ ἀληθῆ καὶ γνησίαν, καὶ οὐδεμιᾷ καιρῶν δυσκολίᾳ ἐλεγχομένην.

Ἀλλ' ἀμύνασθαι βούλει τοὺς λελυπηκότας. καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μάλιστα, καθάπερ ἔφθην εἰπών, φευκτὸς ὁ πλοῦτος. κατὰ γὰρ σαυτοῦ τὸ ξίφος ὠθεῖν σε παρασκευάζει, καὶ βαρυτέρας τὰς ἐν τῷ μέλλοντί σοι καθίστησιν εὐθύνας, καὶ ἀφορήτους ποιεῖ τὰς τιμωρίας. B τοσοῦτον γὰρ κακὸν τὸ ἀμύνασθαι, ὅτι καὶ Θεοῦ φιλανθρωπίαν ἀνεκαλέσατο, καὶ δοθεῖσαν ἤδη ἁμαρτημάτων ἀπείρων συγχώρησιν ἠκύρωσεν. ὁ γὰρ μυρίων λαβὼν ταλάντων τὴν ἄφεσιν, καὶ ἀπὸ ψιλῆς παρακλήσεως τοσαύτης ἀπολαύσας δωρεᾶς, ἐπειδὴ ἑκατὸν δηναρίων ἀπαίτησιν ἐποιεῖτο παρὰ τοῦ συνδούλου, τουτέστιν, ἐπειδὴ τῶν εἰς αὐτὸν πλημμελημάτων ἀπῄτει δίκας, ἐν τῇ περὶ τὸν ὁμόδουλον σφοδρότητι, καθ' ἑαυτοῦ τὴν καταδίκην ἐξήνεγκε. καὶ δι' ἕτερον μὲν C οὐδὲν, διὰ τοῦτο δὲ μόνον καὶ τοῖς βασανισταῖς παρεδίδοτο, καὶ ἐστρεβλοῦτο, καὶ τὰ μυρία τάλαντα ἀπαιτεῖσθαι ἐκελεύετο· καὶ συγγνώμης οὐδεμιᾶς οὐδὲ ἀπολογίας ἀπήλαυεν· ἀλλὰ τὰ ἀνήκεστα ἔπασχε, κελευσθεὶς ἅπαν καταθεῖναι τὸ χρέος, ὃ προλαβοῦσα ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία συνεχώρησε. διὰ τοῦτ' οὖν, εἰπέ μοι, ὁ πλοῦτός σοι περισπούδαστος, ὅτι σε εἰς τοιαύτην ἁμαρτίαν μετ' εὐκολίας ἐξάγει; καὶ μὴν διὰ τοῦτο αὐτὸν ὡς ἐχθρὸν καὶ πολέμιον καὶ μυρίων γέμοντα D φόνων ἀποστρέφεσθαι δεῖ. ἀλλ' ἡ πενία, φησὶ, παρασκευάζει δυσχεραίνειν, καὶ πολλάκις καὶ βλάσφημα ῥήματα ἐκβάλλειν, καὶ ἀνελεύθερα πράγματα ὑπομένειν· οὐχ ἡ πενία, ἀλλ' ἡ μικροψυχία. ἐπεὶ καὶ ὁ Λάζαρος πένης ἦν, καὶ σφόδρα γε πένης· καὶ τῇ πενίᾳ προσῆν καὶ ἀῤῥωστία πενίας ἁπάσης πικροτέρα, ἡ καὶ τὴν πενίαν ταύτην χαλεπωτέραν ποιοῦσα· καὶ τῇ ἀῤῥωστίᾳ ἐρημία τῶν προστησομένων, καὶ ἀπορία τῶν θεραπευόντων, ἥτις καὶ τὴν πενίαν καὶ τὴν ἀῤῥωστίαν E πικροτέραν εἰργάζετο. τούτων γὰρ ἕκαστον καὶ καθ' ἑαυτὸ μὲν ὀδυνηρὸν, ὅταν δὲ μηδὲ οἱ θεραπεύοντες ὦσι, μεῖζον γίνεται τὸ δεινὸν, χαλεπωτέρα ἡ φλὸξ, πικροτέρα ἡ ὀδύνη, ἀγριώτερος ὁ χειμὼν, σφοδρότερον τὸ κλυδώνιον, φλογωδεστέρα ἡ κάμινος. εἰ δέ τις ἀκριβῶς ἐξετάσειε, καὶ ἕτερον τούτοις τέταρτον προσῆν, ἡ τοῦ πλουτοῦντος ἐκ γειτόνων οἰκοῦντος ἄδεια καὶ τρυφή. εἰ δὲ βούλει τι καὶ πέμπτον ἄλλο εὑρεῖν ὑπέκκαυμα τῆς φλογὸς, καὶ τοῦτο ὄψει σαφῶς αὐτῷ προκείμενον. οὐ A γὰρ δὴ μόνον ἐτρύφα ὁ πλούσιος ἐκεῖνος· ἀλλὰ καὶ δεύτερον καὶ τρίτον, μᾶλλον δὲ καὶ πλεονάκις τῆς ἡμέρας αὐτὸν ὁρῶν, [παρὰ γὰρ τὴν εἴσοδον ἔῤῥιπτο, θέατρον χαλεπὸν ἐλεεινῆς τραγῳδίας ὢν, καὶ τῇ ὄψει μόνῃ καὶ λιθίνην ἱκανὸς καταμαλάξαι ψυχὴν] καὶ ὅμως οὐδὲ οὕτως ἐπεσπάσατο τὸν ἀπάνθρωπον ἐκεῖνον εἰς τὴν τῆς πενίας ἐκείνης ἀντίληψιν· ἀλλ' ὁ μὲν συβαριτικὴν παρετίθετο τράπεζαν, καὶ κρατῆρας εἶχεν ἐστεμμένους, καὶ ἄκρατον ἁπλῶς ἐκχεόμενον, καὶ στρατόπεδα μαγείρων λαμπρὰ, καὶ παρασίτους καὶ κόλακας ἅμα πρωῒ, B καὶ χοροὺς ᾀδόντων, οἰνοχοούντων, γελωτοποιούντων, καὶ πᾶν εἶδος ἐπινοῶν ἀσωτίας, καὶ μεθύων καὶ κραιπαλῶν, καὶ στολῇ καὶ τραπέζῃ, καὶ ἑτέροις πλείοσι τρυφῶν ἅπαντα διετέλει τὸν χρόνον· τοῦτον δὲ λιμῷ χαλεπῷ καὶ ἀῤῥωστίᾳ πικροτάτῃ, καὶ πολιορκίᾳ τοσούτων ἑλκῶν, καὶ ἐρημίᾳ, καὶ τοῖς ἐκ τούτων κακοῖς ὁρῶν καθ' ἑκάστην κατατεινόμενον τὴν ἡμέραν, οὐδὲ εἰς νοῦν ποτε ἐβάλλετο· ἀλλ' οἱ μὲν παράσιτοι, καὶ οἱ κόλακες καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν διεῤῥήγνυντο· ὁ δὲ πένης, καὶ οὕτω πέ- C νης, καὶ ἐν τοσούτοις κείμενος τοῖς κακοῖς, οὐδὲ ψιχίων ἐκ τῆς τραπέζης ἀπήλαυεν ἐκείνης, καὶ ταῦτα σφόδρα ἐπιθυμῶν· καὶ ὅμως οὐδὲν αὐτὸν τούτων παρέβλαψεν, οὐ ῥῆμα πικρὸν ἐξέβαλεν, οὐ βλάσφημον ἐφθέγξατο λόγον· ἀλλ' ὥσπερ χρυσίον τῇ σφοδροτέρᾳ πυρώσει μειζόνως καθαιρόμενον λαμπρύνεται, οὕτω δὴ καὶ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν παθημάτων τούτων ἐνοχλούμενος, πάντων ὑψηλότερος ἦν καὶ τῶν παθῶν, καὶ αὐτῶν τῶν ἐντεῦθεν πολλοῖς τικτομένων θορύβων. εἰ γὰρ ἁ- D πλῶς πένητες πλουσίους ὁρῶντες τήκονται τῷ φθόνῳ, καὶ κατατείνονται τῇ βασκανίᾳ, καὶ τὸν βίον ἀβίωτον νομίζουσιν εἶναι, καὶ ταῦτα τῆς ἀναγκαίας εὐποροῦντες τροφῆς, καὶ θεραπεύοντας ἔχοντες· ὁ πένης οὗτος ὡς οὐδεὶς ἕτερος πένης ὢν, καὶ οὐχὶ πένης μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσθενὴς, καὶ μηδένα ἔχων τὸν προστησόμενον καὶ παρακαλέσοντα, ἀλλ' ἐν μέσῃ τῇ πόλει καθάπερ ἐν ἐσχάτῃ κείμενος ἐρημίᾳ, καὶ λιμῷ τηκόμενος πικροτάτῳ, καὶ πάντα ὁρῶν ἐκείνῳ καθάπερ ἐκ πηγῶν ἐπιῤῥέοντα, E καὶ ἀνθρωπίνης μὲν οὐδεμιᾶς ἀπολαύων παραμυθίας, τῶν δὲ τῶν κυνῶν γλώσσαις προκείμενος τράπεζα διηνεκὴς [οὕτω γὰρ ἦν τὸ σῶμα παρειμένος καὶ διαλελυμένος, ὡς μηδὲ ἐκείνους ἀποσοβεῖν δύνασθαι] τί οὐκ ἂν ἔπαθεν, εἰ μὴ σφόδρα γενναῖος καὶ φιλόσοφος ἦν; ὁρᾷς ὅτι ὁ ἑαυτὸν μὴ ἀδικῶν, κἂν παρὰ πάντων ἀδικῆται, οὐδὲν πάσχει δεινόν; πάλιν γὰρ τὸν αὐτὸν ἀναλήψομαι λόγον. τί γὰρ ἡ ἀῤῥωστία; τί δὲ ἡ ἐρημία τῶν προστησομένων; τί δὲ ἡ ἔφοδος τῶν κυνῶν; τί δὲ τὸ γειτόνημα τοῦ πλουσίου τὸ πονηρόν; τί δὲ ἡ πολλὴ χλιδὴ καὶ ὑπερηφανία, καὶ ἡ ἀπόνοια ἐκείνου τὸν ἀθλητὴν τοῦτον παρέβλαψεν, ἢ μαλακώτερον πρὸς τὰ ὑπὲρ τῆς ἀρετῆς ἐποίησε σκάμματα, τί δὲ

τί δὲ αὐτοῦ τὴν εὐτονίαν ἐλυμήνατο; οὐδὲν οὐδαμοῦ, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἐπέῤῥωσε. καὶ μυρίων αὐτῷ στεφάνων ὑπόθεσις γέγονε καὶ προσθήκη βραβείων, καὶ πλεονασμὸς ἀντιδόσεως, καὶ μειζόνων ἀμοιβῶν ὑπόθεσις, τῶν δεινῶν τὸ πλῆθος ἐκεῖνο, καὶ ἡ τοῦ πλουτοῦντος ὠμότης. οὐ γὰρ δὴ διὰ τὴν πενίαν ἐστεφανώθη μόνον, οὐδὲ διὰ τὸν λιμὸν, οὐδὲ διὰ τὰ ἕλκη, οὐδὲ διὰ τὰς γλώσσας τῶν κυνῶν· ἀλλ' ὅτι τοιοῦτον γείτονα ἔχων, καὶ καθ' ἑκάστην ὁρώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὴν ἡμέραν, καὶ ὑπεροπτώμενος διηνεκῶς, τοῦτον ἤνεγκε γενναίως τὸν πειρασμὸν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς καρτερίας, καὶ τῇ πενίᾳ καὶ τῇ ἀῤῥωστίᾳ καὶ τῇ ἐρημίᾳ, οὐ μικρὰν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εὐτονωτάτην συνεισφέροντα τὴν φλόγα.

Τί δὲ ὁ μακάριος Παῦλος, εἰπέ μοι; οὐδὲν γὰρ κωλύει πάλιν ἐπιμνησθῆναι τοῦ ἀνδρός. οὐχὶ μυρίας ἐδέξατο πειρασμῶν νιφάδας; τί οὖν ἐντεῦθεν ἐβλάβη; οὐκ ἐντεῦθεν μὲν οὖν καὶ μειζόνως ἐστεφανώθη; ὅτι ἐλιμώττεν, ὅτι κρυμῷ, καὶ γυμνότητι κατετείνετο; ὅτι μάστιξι πολλάκις κατεξαίνετο; ὅτι λίθοις ἐβάλλετο; ὅτι κατεποντίζετο; ἀλλ' ἐκεῖνος Παῦλος ἦν φησι, καὶ κλητὸς τοῦ Χριστοῦ. καίτοι καὶ Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα ἦν, καὶ κλητὸς καὶ αὐτὸς τοῦ Χριστοῦ. ἀλλ' οὔτε τὸ εἶναι τῶν δώδεκα, οὔτε ἡ κλῆσις αὐτὸν ὤνησεν, ἐπειδὴ γνώμην οὐκ εἶχε πρὸς ἀρετὴν παρεσκευασμένην. ἀλλ' ὁ μὲν Παῦλος καὶ λιμῷ παλαίων, καὶ τῆς ἀναγκαίας ἀπορῶν τροφῆς, καὶ τοσαῦτα καθ' ἑκάστην πάσχων τὴν ἡμέραν, μετὰ πολλῆς τῆς προθυμίας τὴν εἰς οὐρανὸν φέρουσαν ἔτρεχεν ὁδόν. ἐκεῖνος δὲ καὶ πρὸ τούτου κληθεὶς, καὶ τῶν αὐτῶν ἀπολαύσας ὧν περ καὶ αὐτὸς, καὶ μυηθεὶς τὴν ἀνωτάτω φιλοσοφίαν, καὶ τραπέζης μετασχὼν ἱερᾶς, καὶ τοῦ φρικωδεστάτου ἐκείνου δείπνου, καὶ χάριν λαβὼν τοσαύτην ὡς καὶ νεκροὺς ἐγείρειν, καὶ λεπροὺς καθαίρειν, καὶ δαίμονας ἐλαύνειν, καὶ τοὺς περὶ ἀκτημοσύνης πολλάκις ἀκούσας λόγους, καὶ αὐτῷ τοσοῦτον χρόνον συγγενόμενος τῷ Χριστῷ, καὶ τῶν πενήτων τὰ χρήματα πιστευθεὶς, ὥστε τοῦ πάθους ἐκεῖθεν ἔχειν παραμυθίαν, [κλέπτης γὰρ ἦν] οὐδὲ οὕτως ἐγένετο βελτίων, καίτοι τοσαύτης συγκαταβάσεως ἀπολαύσας· ἐπειδὴ γὰρ ᾔδει ὁ Χριστὸς, ὅτι φιλάργυρος ἦν, καὶ διὰ χρημάτων ἔρωτα ἔμελλεν ἀπόλλυσθαι, οὐ μόνον αὐτὸν οὐκ ἀπῄτησε τούτου δίκας τότε, ἀλλ' ὥστε αὐτοῦ καταλεᾶναι τὸ πάθος, καὶ τὰ χρήματα αὐτῷ τῶν πενήτων ἐπίστευσεν, ἵν' ἔχων ὅθεν χορηγῇ τὴν φιλοχρηματίαν, μὴ καταπέσῃ εἰς τὸ φρικῶδες βάραθρον ἐκεῖνο· ἐλάττονι κακῷ τὸ μεῖζον προαναστέλλων. οὕτω πανταχοῦ τὸν μὲν ἑαυτὸν μὴ βουλόμενον ἀδικεῖν, οὐδεὶς ἕτερος ἀδικῆσαι δυνήσεται· τὸν δὲ οὐκ ἐθέλοντα νήφειν, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ συνεισφέρειν οἴκοθεν, οὐδεὶς οὐδέποτε ὠφελήσει. διὰ τοῦτό σοι καὶ ἡ θαυμασία τῶν γραφῶν ἱστορία, καθάπερ ἐν εἰκόνι τινὶ ὑψηλῇ καὶ μεγάλῃ καὶ πολὺ τὸ εὖρος ἐχούσῃ, τῶν παλαιῶν ἀνεγράψατο τοὺς βίους, ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐκτείνασα τὴν διήγησιν. καὶ δείκνυσί σοι καὶ τοὺς ὑποσκελιζομένους, καὶ τοὺς στεφανουμένους· ἵνα σε διὰ πάντων παιδεύσῃ, ὅτι τὸν παρ' ἑαυτοῦ μὴ ἀδικούμενον οὐδεὶς ἕτερος ἀδικῆσαι δυνήσεται, κἂν πᾶσα ἡ οἰκουμένη πρὸς αὐτὸν χαλεπὸν ἀναῤῥιπίζῃ πόλεμον. οὔτε γὰρ δυσκολία πραγμάτων, οὔτε καιρῶν μεταβολαὶ, οὔτε δυναστευόντων ἐπήρειαι, οὔτε ἐπιβουλῶν νιφάδες, οὔτε συμφορῶν ὄχλος, οὔτε πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν συλλεγόμενος ὁ φορυτὸς παρασαλεῦσαί τι κἂν μικρὸν δυνήσεται τὸν γενναῖον, καὶ νήφοντα, καὶ ἐγρηγορότα. ὥσπερ αὖ τὸν ῥάθυμον καὶ ἀναπεπτωκότα, οἴκοθεν προδεδομένον, κἂν μυρίας προσάγωνται θεραπείας, οὐδὲν ἀμείνω ποιοῦσι. τοῦτο γοῦν ἡ παραβολὴ ἡ περὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκείνων παρεδήλωσεν ἡμῖν, ὧν ὁ μὲν ἐπὶ τὴν πέτραν, ὁ δὲ ἐπὶ τὴν ψάμμον τὴν οἰκίαν ᾠκοδόμησε τὴν ἑαυτοῦ. οὐχ ἵνα ψάμμον καὶ πέτραν νοήσωμεν, οὐδ' ἵνα οἰκοδομὴν λίθων, καὶ ὄροφον, οὐδ' ἵνα ποταμοὺς καὶ ὑετὸν καὶ πνεύματα ἄγρια προσπίπτοντα ταῖς οἰκοδομαῖς, ἀλλ' ἵνα ἀρετὴν καὶ κακίαν ἐκ τούτων ἐκλάβωμεν, καὶ ἴδωμεν κἀντεῦθεν ὅτι τὸν ἑαυτὸν μὴ ἀδικοῦντα οὐδεὶς ἀδικεῖ. οὐκοῦν οὔτε ὁ ὑετὸς καίτοι ῥαγδαίως φερόμενος, οὔτε οἱ ποταμοὶ πολλῷ ῥοθίῳ προσπίπτοντες, οὔτε τὰ πνεύματα τὰ ἄγρια μετὰ σφοδρᾶς τῆς ῥύμης προσβάλλοντα παρεσάλευσαν ἢ τὴν οἰκίαν ἐκείνην· ἀλλ' ἔμεινε καὶ ἀχείρωτος, καὶ ἀκίνητος· ἵνα μάθῃς, ὅτι τὸν ἑαυτὸν οὐ προδιδόντα οὐδεὶς πειρασμὸς παρασαλεῦσαι δύναται. ἡ δὲ τοῦ ἑτέρου κατεφέρετο ῥᾳδίως, οὐ διὰ τὴν τῶν πειρασμῶν ἐπιβολήν [ἢ γὰρ ἂν καὶ ἡ ἑτέρα τὸ αὐτὸ ἔπαθεν] ἀλλὰ διὰ τὴν οἰκείαν ἄνοιαν. οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἄνεμος προσέπνευσε, διὰ τοῦτο ἔπεσεν· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐπὶ τῆς ψάμμου ἦν οἰκοδομηθεῖσα, τουτέστιν ἐπὶ ῥαθυμίας καὶ πονηρίας, τοῦτο πέπονθε. καὶ γὰρ πρὶν ἢ τὸν χειμῶνα προσβαλεῖν ἐκεῖνον, ἀσθενής τε ἦν καὶ πρὸς τὸ πεσεῖν ἑτοίμη. αἱ γὰρ τοιαῦται οἰκοδομαὶ, καὶ μηδενὸς ἐνοχλοῦντος, αὐτόματοι καταφέρονται, ὑποσυρομένης αὐταῖς τῆς κρηπῖδος καὶ πάντη διαῤῥεούσης. καὶ καθάπερ αἱ μὲν ἀράχναι αὐτόματοι διασπῶνται, μηδενὸς αὐταῖς ἐνοχλοῦντος· ὁ δὲ ἀδάμας καὶ παιόμενος ἀδιάλυτος μένει· οὕτω δὴ καὶ οἱ μὴ ἑαυτοὺς ἀδικοῦντες, κἂν ὑπὸ μυρίων παίωνται, ἰσχυρότεροι γίνονται· οἱ δὲ ἑαυτοὺς προδιδόντες, κἂν μηδεὶς ὁ ἐνοχλῶν ᾖ, αὐτόματοι φέρονται, καὶ διαῤῥέουσι, καὶ ἀπόλλυνται.

A quid verò conſtantiam ejus læſit? nihil uſquam, ſed eum etiam magis corroborâvit, & infinitarum ei materia coronarum, acceſſio præmiorum, incrementum mercedis, ſeges majoris remunerationis extitit illa malorum multitudo, divitiſque crudelitas. Neque enim ob paupertatem coronatus eſt tantùm, neque ob famem, neque ob ulcera, neque ob linguas canum, ſed quòd talem vicinum cùm haberet, à quo in dies aſpiceretur & deſpiceretur perpetuò, eam tentationem generoſo tulerit a- B nimo, magnâque conſtantia, quæ quidem tentatio & paupertati & adverſæ valetudini, & ſolitudini non exiguam, ſed acerrimam flammam addebat.

CAP. VIII. *Amplificat eandem ſententiam, ex emplo Pauli oſtendens neminem ab afflictionibus lædi.*

Quid verò beatus Paulus, dic mihi? nihil enim prohibet iterum meminiſſe viri. An non infinitos tentationum tanquam nivium imbres ſuſtinuit? quid ergo inde damni accepit? an non propterea majoribus donatus eſt coronis, quòd eſuriiſſet, quòd algore ac nuditate confectus, quòd verberibus ſæpenumero conciſus, quòd lapidibus appetitus, quod in mare demer- C ſus fuiſſet? At ille Paulus erat, inquit, & vocatus à Chriſto. atqui Judas quoque unus erat ex duodecim, vocatus etiam ipſe à Chriſto, verùm neque quòd eſſet ex duodecim, neque vocatio Chriſti quidquam ei profuit, quoniam animum ad virtutem paratum non habebat. Sed Paulus quidem & cum fame luctans, & neceſſario egens alimento, & tanta in dies ſingulos perferens, magna cum alacritate viam quæ ad cœlum ducit, currebat. At D ille & ante hunc vocatus, & iiſdem, quibus ipſe, bonis fruitus, ſuprema philoſophia initiatus, particeps menſæ ſacræ ac tremendæ illius cœnæ, tantam gratiam adeptus, ut etiam mortuos excitaret, leproſos mundaret, & dæmonas expelleret; crebris de paupertate ſermonibus auditis, tam diu verſatus cum Chriſto, cuique pauperum pecuniæ creditæ fuerant, ut inde ægritudinis ſolatium caperet (fur enim erat) ne ſic quidem factus eſt melior, quanquam tantam expertus indulgentiam. Cum E enim ſciret Chriſtus eum avarum eſſe, & amore pecuniæ periturum, non modò ejus rei tum ab eo pœnas non repoſcit, verum ut ipſius ægritudinem deliniret, & minori malo præcaveret majus, etiam pauperum ei pecunias credidit, ut cùm haberet unde pecuniæ cupiditatem ſatiaret, in horribile illud barathrum non corrueret. Adeo nuſquam quiſquam lædere poterit eum, qui ſeipſum lædere nolit; ei vero qui vigilans ac ſobrius eſſe, ſuámque operam conferre nolit, nemo unquam proderit.

Cur etiam improborum lapſus exprimat ſcriptura.

A Propterea tibi mirabilis quoq; ſcripturarum hiſtoria velut in effigie quadam ſublimi magnáque, & in magnam latitudinem extenſa veterum vitas deſcripſit, narratione ab Adam uſque ad Chriſti adventum producta: oſtenditque tibi tam ſupplantatos, quàm coronatos, ut omnium exemplis te doceat, eum qui ſeipſum non lædat, à nemine alio lædi poſſe, etiamſi totus orbis grave contra illum concitet bellum. Neque enim difficultas B rerum, nec temporum mutationes, nec potentûm injuriæ, neque inſidiarum tanquam nivium imbres, neque calamitatum multitudo, neque omnium, quibus homines premuntur, malorum collectus acervus generoſum, ſobrium ac vigilantem vel parum labefactare poterit: quemadmodum viciſſim ignavum, collapſum, & à ſeipſo proditum, etiamſi infinitæ curationes admoveantur, nihilo faciunt meliorem.

Parabola ædificantium explicatur. *Matt. 7. 24.*

Hoc ſiquidem etiam inſinuavit nobis illa parabola de hominibus illis, quorum alter *ſuper petram*, *ſuper arenam* alter ſuam domum ædificavit: non C ut arenam, & petram intelligamus, nec ſtructuram lapidum & tectum, neque ut flumina, & pluviam, & ſævos ſpiritus in ædificia irruentes, ſed ut virtutem, & vitium ex his colligamus, atque etiam hinc perſpiciamus, eum qui ſe ipſe non lædat, à nemine lædi. Ergo nec pluviæ magna quanquam vi delatæ, neque flumina magno impetu irruentia, neque ſævi ſpiritus vehementi cum inſultu adorti, partem ullam domus illius labefactârunt; ſed manſit & inexpugnabilis, & immota: ut diſcas, D qui ſe ipſe non prodat, eum nulla tentatione poſſe labefactari. At illa alterius facilè everſa eſt, non ob tentationum impetum (alioquin alteri quoque idem accidiſſet) ſed ob ipſius vecordiam: non enim quia ventus afflavit, ideo cecidit, ſed quòd ſuper arenam, hoc eſt, ſuper ignaviam, & nequitiam ædificata fuit, ruinam fecit. Nam prius etiam, quàm illa tempeſtas ingrueret, infirma erat, & ad caſum parata. Hujuſcemodi enim ædificia, etiam nemine infeſtante, dum ſubtrahitur ac diffluit fundamen- E tum, ſua ſponte corruunt. At ut araneæ ultro, nemine ipſis infeſto, diſtrahuntur, adamas contrà etiam percuſſus non frangitur: ſic etiam qui ſemetipſi non lædunt, etſi ab infinitis feriantur, fortiores evadunt: qui verò ſemetipſi produnt, etſi nemo ſit infeſtus ſua ſponte devolvuntur, diffluunt ac pereunt.

A Quemadmodum Judas quoque non modò nulla infeſtante hujuſmodi tentatione, ſed magna etiam curatione adhibita, periit. Vis integrarum gentium exemplis hanc orationem illuſtrem? quanta Judæorum genti contigit proviſio? an non tota quæ videtur creatura ad eorum obſequium fuit comparata? & nova quædam ipſis, ac mira vivendi ratio introducta? neque enim ad forum mittebant, itáque non numerata pecunia venalibus rebus fruebantur: nec ſulcos findebant, neque aratrum trahebant, nec terram proſcindebant, nec ſemina jaciebant, B neque pluviis indigebant & ventis & anni temporibus, non Solis radiis, non curſu Lunæ, non aëris ingenio, non ulla hujuſmodi re alia; non aream præparabant, non fruges triturabant, non ſpiritus deſiderabant ad ſecernenda grana à paleis, non molam verſabant, non clibanum ædificabant, non ligna & ignem domum inferebant, non panifica egebant arte, non ligonem tractabant, non falcem acuebant, C non aliqua alia indigebant arte, textoria, inquam, architectonica & ſutoria: ſed omnia eis erat verbum Dei. Menſam habebant paratam ex tempore, ſudoribus & laboribus vacuam. Ejus enim naturæ erat manna; recens, nuſquam ipſis negotia faceſſens, neque labore conficiens. Jam veſtimenta eorum & calcei & ipſa corporis natura quodammodo ſuæ fragilitatis obliviſcebantur, tempore enim ita longo neque illa terebantur, neque pedes eorum tot tantáq; licet itinera facientium occalluerunt. D Medicorum, remediorum, cæteræque in hac arte curæ ne memoria quidem apud eos erat; adeò longè aberat omnis invaletudo. *Eduxit enim eos in auro & argento*, inquit, *& non erat in tribubus eorum infirmus*. Verùm quaſi relicto hoc mundo, & in alium meliorem orbem inhabitandum tranſlati, ſic comedebant, ſic bibebant, ac neque radii calidiores effecti capita illorum feriebant: diſterminabat enim flammam nubes undique impendens, & omnibus illis familiis geſtatorii tecti inſtar erat. E Neque verò noctu face indigebant, quæ tenebras diſcuteret, ſed erat eis columna ignis, fons lucis ineffabilis in duplicem uſum, tum ut luceret, tum ut iter dirigeret. Neque enim lucida duntaxat erat, verum etiam omni viæ duce certius infinitum illum populum per ſolitudinem illam ducebat. Ibant non terra ſolùm, ſed etiam mari quaſi terra. Auſi ſunt tranſcendere fines naturæ, cùm ſævum illud pelagus ambularent, quaſi per ſolidam ac firmam petram iter facerent, cúmque illis ſubſtratum eſſet elementum illud ſolidam terram, campoſque ſupinos, & agros A imitabatur: cùm verò hoſtes excepiſſet maris munus exequebatur: illis fuit vehiculum, hoſtibus ipſorum ſepulchrum; illos facilè tranſmiſit, hos magna cum vehementia ſubmerſit. Inordinatus aquarum impetus, virorum ratione præditorum atque prudentiſſimorum ordinem & obedientiam præ ſe ferebat, cùm jam cuſtodis, jam carnificis vicem obtineret, unóque die B contraria repente præſtaret. Quid commemorem petras, quæ fluvios effuderunt aquarum? quid nubes volucrum quæ corporum multitudine totam terram texerunt? Quid miracula patrata in Ægypto? quid prodigia quæ contigerunt in ſolitudine? quid trophæa & incruentas victorias? Tanquam enim choreas ducerent, non bellum gererent, ita adverſarios domuerunt, ac dominos quidem ſuos ſine armis ſuperarunt; qui verò extra Ægyptum cum ipſis pugnarunt, eos tubis canendo, pſallendóque vicerunt: téſque illa chorea potius erat quàm bellum, initiatio potius quam pugna. Omnia namque iſta prodigia non ob id ſolùm acciderunt, ut eis neceſſarium ferrent ſubſidium, verùm ut doctrinam quoque cognitionis Dei, qua eos Moyſes inſtituerat, certius conſervarent, undique voces edebantur, quæ Dominum deprædicarent. Hæc enim mare declamabat, cùm nunc pedeſtri itinere trajiceretur, nunc ad ingenium rediret; hanc vocem edebant undæ Nili in ſanguinem mutatæ; ranæ, locuſtarum ille exercitus, erucæ, & rubigo, hæc omni populo loquebantur: prodigia quoque in ſolitudine, manna, columna, nubes; ortygometra, cætera omnia fuerunt eis vice libri & literarum, quæ nunquam delentur, cum memoriam eis quotidie refricarent, & ipſorum animo inſonarent. Veruntamen poſt tantam támque multiplicem proviſionem. poſt ineffabilia illa beneficia, poſt tanta miracula, poſt inenarrabile curam, poſt longam inſtitutionem, poſt inſtructionem verborum, poſt adhortationem ipſarum rerum, poſt inſignes victorias, poſt admirabilia trophæa, poſt lautitiam menſarum, poſt ubertatem illarum aquarum, poſt ineffabilem gloriam, quam apud hominum genus univerſum fuerant conſecuti:

Pſ. 104. 37.

Miracula edita in Ægypto.

A ὥσπερ καὶ ὁ Ἰούδας οὐ μόνον οὐδενὸς ἐνοχλήσαντος πειρασμοῦ τοιούτου, ἀλλὰ καὶ πολλῆς ἀπολαύσας τῆς θεραπείας, ἀπώλετο. βούλεσθε τοῦτον καὶ ἐπὶ δήμων ὁλοκλήρων δείξω διαλάμποντα τὸν λόγον; πόσης ὁ Ἰουδαίων δῆμος ἀπήλαυσε προνοίας; οὐ πᾶσα ἡ ὁρωμένη κτίσις πρὸς ὑπηρεσίαν αὐτῶν παρεσκευάζετο; καὶ καινός τις αὐτοῖς καὶ ξένος εἰσήγετο διαγωγῆς βίου τρόπος; οὐδὲ γὰρ εἰς ἀγορὰν ἐνέβαλλον, καὶ οὕτω τῶν ὠνίων ἀπήλαυον, οὐκ ἀργύριον κατατιθέντες· B οὐδὲ αὔλακας ἔτεμνον, οὐδὲ ἄροτρον εἷλκον, οὐδὲ γῆν ἐσπάραττον, οὐδὲ σπέρματα κατέβαλλον, οὐδὲ ὑετῶν ἐδέοντο καὶ ἀνέμων καὶ τῶν τοῦ ἔτους ὡρῶν· οὐχ ἡλιακῆς ἀκτῖνος, οὐ σεληναίου δρόμου, οὐ φύσεως ἀέρος, οὐκ ἄλλου τῶν τοιούτων οὐδενός· οὐχ ἅλωνα παρεσκεύαζον, οὐ καρπὸν ἔτριβον, οὐ πνευμάτων ἐχρῆζον πρὸς τὸ διακρῖναι τοὺς πυροὺς τῶν ἀχύρων, οὐ μύλην ἔστρεφον, οὐ κλίβανον ᾠκοδόμουν, οὐ ξύλα καὶ πῦρ εἰς τὴν οἰκίαν εἰσῆγον, οὐκ ἀρτοποιητικῆς ἐδέοντο τέχνης, οὐ μακέλ- C λαν μετεχείριζον, οὐ δρεπάνην ἠκόνων· οὐκ ἄλλης τινὸς ἐδέοντο τέχνης, ὑφαντικῆς λέγω καὶ οἰκοδομικῆς, καὶ τῆς τὰ ὑποδήματα * παρεχούσης· ἀλλὰ πάντα ἦν αὐτοῖς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος. καὶ ἐσχεδιασμένην εἶχον τράπεζαν, καὶ ἱδρώτων καὶ πόνων ἀπηλλαγμένην. τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ μάννα φύσις· νεαρά τε καὶ πρόσφατος, καὶ οὐδαμοῦ παρέχουσα αὐτοῖς πράγματα, οὐδὲ κατατείνουσα πόνῳ· καὶ τὰ ἱμάτια δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ ὑποδήματα, καὶ αὐτὴ ἡ τοῦ σώματος φύσις τῆς οἰκείας D ἐπελανθάνετο ἀσθενείας. ἐν γὰρ χρόνῳ οὕτω μακρῷ, οὔτε ἐκεῖνα ἐτρίβετο, οὔτε οἱ πόδες αὐτῶν καίτοι τοσαῦτα βαδιζόντων ἐτυλώθησαν. ἰατρῶν αὐτοῖς καὶ φαρμάκων, καὶ τῆς ἄλλης τῆς περὶ τὴν τοιαύτην τέχνην σπουδῆς, οὐδὲ μνήμη τις ἦν ἐν αὐτοῖς. οὕτω πᾶσα ἐκποδὼν ἀῤῥωστία ἦν. Ἐξήγαγε γὰρ αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ, φησί· “καὶ οὐκ ἦν ἐν ταῖς φυλαῖς αὐτῶν ὁ ἀσθενῶν.” ἀλλ᾽ ὥσπερ τὸν κόσμον τοῦτον ἀφέντες, καὶ πρὸς ἑτέραν βελτίονα μετοικισθέντες οἰκουμένην, οὕτως ἤσθιον, οὕτως ἔπινον, καὶ οὔτε ἡ ἀκτὶς θερμοτέρα γινομένη τὰς E κεφαλὰς ἔπληττε τὰς ἐκείνων. διετείχιζε γὰρ τὴν φλόγα νεφέλη πάντοθεν αἰωρουμένη, καὶ περιφορητὴ γινομένη στέγη τοῖς δήμοις ἅπασιν ἐκείνοις. ἀλλ᾽ οὔτε ἐν νυκτὶ λαμπάδος ἐδέοντο τῆς διαιρούσης τὸ σκότος, ἀλλ᾽ ἦν αὐτοῖς ὁ στύλος τοῦ πυρὸς, πηγὴ φωτὸς ἀφάτου, δύο χρείας παρέχων, τήν τε ἀπὸ τοῦ φαίνειν τήν τε ἀπὸ τοῦ κατευθύνειν αὐτοῖς τὴν ἀποδημίαν. οὐ γὰρ φωτοειδὴς μόνον ἦν, ἀλλὰ καὶ ὁδηγοῦ παντὸς ἀκριβέστερον ἐχειραγώγει κατὰ τὴν ἔρημον ἐκείνην τὸν ἄπειρον A δῆμον ἐκεῖνον. ἐβάδιζον δὲ, οὐκ ἐπὶ γῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης, ὡς ἐπὶ γῆς, καὶ τῶν ὅρων τῆς φύσεως κατετόλμων, τὸ χαλεπὸν ἐκεῖνο πεζεύοντες πέλαγος, ὡς διὰ πέτρας στεῤῥᾶς καὶ ἀντιτύπου τινὸς ὁδοιποροῦντες· καὶ ὅτε μὲν αὐτοῖς ὑπεστόρεσε, γῆν ἐμιμεῖτο στεῤῥὰν τὸ στοιχεῖον, καὶ πεδία ὕπτια, καὶ ἀρούρας· ὅτε δὲ τοὺς ἐχθροὺς ἀπέλαβε, τὰ θαλάττης κατειργάζετο· καὶ αὐτοῖς μὲν ἐγένετο ὄχη- B μα, τοῖς δὲ πολεμοῦσιν αὐτοὺς, τάφος· τοὺς μὲν μετ᾽ εὐκολίας παραπέμπουσα, τοὺς δὲ μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος καταποντίζουσα· καὶ ἡ ἄτακτος τῶν ὑδάτων ῥύμη, ἀνδρῶν λογικῶν καὶ συνετωτάτων καὶ εὐταξίαν καὶ ὑπακοὴν ἐπεδείκνυτο, νῦν μὲν φύλακος, νῦν δὲ δημίου τάξιν ἐπέχουσα, καὶ ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰ ἐναντία ἀθρόον ἐπιδεικνυμένη. τί ἄν τις εἴποι τὰς πέτρας, αἳ ποταμοὺς ἠφίεσαν ὑδάτων; τί δὲ τὰ νέφη τῶν ὀρνίθων, οἳ τῷ πλήθει τῶν σωμάτων τὴν γῆν ἀπέκρυψαν C ἅπασαν; τί τὰ ἐν Αἰγύπτῳ θαύματα; τί τὰ ἐν ἐρήμῳ παράδοξα; τί τὰ τρόπαια καὶ τὰς νίκας τὰς ἀναιμωτὶ γινομένας; ὡς γὰρ χορεύοντες, οὐχ ὡς πολεμοῦντες τοὺς ἀντιπίπτοντας ἐχειροῦντο. καὶ τῶν μὲν οἰκείων δεσποτῶν χωρὶς ὅπλων ἐκράτησαν· τῶν δὲ μετὰ τὴν Αἴγυπτον μαχομένων αὐτοῖς, σαλπίζοντες, καὶ ψάλλοντες, οὕτω περιεγίνοντο. καὶ ἦν χορεία μᾶλλον ἢ πόλεμος τὰ γινόμενα, μυσταγωγία μᾶλλον ἢ μάχη. καὶ γὰρ πάντα τὰ τεράστια ταῦτα οὐ διὰ τοῦτο ἐγένετο μόνον, ἵνα τὴν χρείαν αὐτοῖς πληρώσῃ, ἀλλ᾽ ἵνα καὶ τὴν διδασκαλίαν, ἣν ἐνέθηκεν D αὐτοῖς ὁ Μωϋσῆς τῆς θεογνωσίας ἀκριβέστερον διατηρήσωσι· καὶ φωναὶ πανταχόθεν ἐφέροντο τὸν δεσπότην ἀνακηρύττουσαι. καὶ γὰρ ἡ θάλαττα ταῦτα ἐβόα, νῦν μὲν πεζευομένη, νῦν δὲ θάλαττα γινομένη· καὶ τὰ Νειλῷα νάματα ταύτην ἠφίει τὴν φωνὴν πρὸς αἵματος μεταβαλλόμενα φύσιν· καὶ οἱ βάτραχοι, καὶ τὸ τῶν ἀκρίδων στρατόπεδον ἐκεῖνο, καὶ ἡ κάμπη καὶ ἡ ἐρυσίβη ταῦτα διελέγετο τῷ δήμῳ παντί. καὶ τὰ ἐπὶ τῆς ἐρήμου τεράστια, τὸ μάννα, ὁ στύλος, ἡ νεφέλη, ἡ ὀρτυγο- E μήτρα, τὰ ἄλλα πάντα ἀντὶ βιβλίου τότε αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ γραμμάτων οὐδέποτε ἐξαλειφομένων, ἔναυλον καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν παρεχόμενα αὐτοῖς τὴν μνήμην, καὶ ἐνηχοῦντα αὐτῶν τῇ διανοίᾳ. ἀλλ᾽ ὅμως μετὰ τοσαύτην καὶ τηλικαύτην πρόνοιαν, μετὰ τὰς εὐεργεσίας τὰς ἀφάτους ἐκείνας, μετὰ τὸ μέγεθος τῶν θαυμάτων, μετὰ τὴν κηδεμονίαν τὴν ἄῤῥητον, μετὰ τὴν διδασκαλίαν τὴν διηνεκῆ, μετὰ τὴν κατήχησιν τὴν ἀπὸ τῶν ῥημάτων, μετὰ τὴν παραίνεσιν τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων, μετὰ τὰς νίκας τὰς λαμπρὰς, μετὰ τὰ τρόπαια τὰ παράδοξα, μετὰ τὴν τῶν τραπεζῶν ἀφθονίαν, μετὰ τὴν δαψιλείαν τῶν ναμάτων ἐκείνων, μετὰ τὴν ἄφατον δόξαν, ἣν περιεβάλλοντο παρὰ παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει·

ἐπειδὴ

ἐπειδὴ ἀγνώμονες ἦσαν καὶ ἀναίσθητοι, μόσχον προσεκύνησαν, καὶ βοὸς κεφαλὴν ἐθεράπευσαν· καὶ Θεοὺς ἐπεζήτουν αὐτοῖς γενέσθαι, νεαρὰ τὰ ὑπομνήματα τῶν ἐν Αἰγύπτῳ εὐεργεσιῶν ἔχοντες τοῦ Θεοῦ, καὶ πολλῶν καὶ ἄλλων ἀπολαύοντες ἔτι.

Ὁ δὲ τῶν Νινευιτῶν δῆμος βάρβαρος ὢν καὶ ἀλλόφυλος, οὐδενὸς τούτων μετεσχηκὼς, οὐ μικροῦ, οὐ μεγάλου, οὐ λόγων, οὐ θαυμάτων, οὐκ ἔργων, οὐ ῥημάτων, ἐπειδὴ ἄνθρωπον εἶδον ἐκ ναυαγίου διασωθέντα, οὐδέποτε αὐτοῖς συγγενόμενον ἔμπροσθεν, ἀλλὰ τότε πρῶτον ὀφθέντα, εἰσελθόντα καὶ εἰπόντα, „Ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευὴ „καταστραφήσεται· οὕτως ἀπὸ τῶν ψιλῶν τούτων ῥημάτων μετεβάλοντο καὶ βελτίους ἐγένοντο, καὶ τὴν προτέραν ἀποθέμενοι κακίαν, πρὸς ἀρετὴν διὰ μετανοίας ὥδευσαν, ὡς ἀπόφασιν ἀνακαλέσασθαι Θεοῦ, καὶ σειομένην στῆσαι πόλιν, καὶ θεήλατον ὀργὴν ἀποκρούσασθαι, καὶ πάσης ἀπαλλαγῆναι κακίας. Εἶδε γὰρ ὁ Θεὸς, φησὶν, ὅτι ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Πῶς ἀπέστη; εἰπέ μοι· καίτοι μεγάλη ἦν αὐτῶν ἡ κακία, ἄφατος ἡ πονηρία, δυσίατα τὰ ἕλκη. Καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ „προφήτης ἔλεγεν· Ἀνέβη ἡ κακία αὐτῶν ἕως τοῦ οὐρανοῦ· τῷ διαστήματι τοῦ τόπου, τὸ μέγεθος τῆς κακίας αὐτῶν ἐνδεικνύμενος. Ἀλλ' ὅμως τὴν τοσαύτην πονηρίαν, τὴν οὕτω κορυφωθεῖσαν καὶ ὑψωθεῖσαν, ὡς καὶ ἕως τοῦ οὐρανοῦ φθάσαι, ταύτην ἐν τρισὶν ἡμέραις, ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ διὰ ῥημάτων ὀλίγων, ἃ παρ' ἑνὸς ἤκουσαν ἀνθρώπου, ἀγνῶτος, ξένου, ναυαγοῦ γεγενημένου, οὕτω κατέλυσαν, οὕτως ἠφάνισαν, οὕτως ἐκ ποδῶν ἐποίησαν, ὡς τοιαύτης ἀπολαῦ„σαι φωνῆς, ὅτι εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι ἀπέστη ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ „αὐτῶν τῆς πονηρᾶς, καὶ μετενόησεν ἀπὸ τῆς κακίας ἧς εἶπεν ὁ Θεὸς „ποιῆσαι αὐτοῖς. Ὁρᾷς ὅτι ὁ μὲν νήφων, καὶ ἐγρηγορὼς οὐ μόνον παρὰ ἀνθρώπων οὐδὲν ἀδικεῖται, ἀλλὰ καὶ θεήλατον ὀργὴν ἀνατρέπει· ὁ δὲ οἴκοθεν ἑαυτὸν προδιδοὺς καὶ καταβλάπτων, κἂν μυρίας εὐεργεσίας ἀπολάβῃ, οὐδὲν μέγα κερδαίνει; οὕτω γοῦν οὐδὲ ἐκείνους ὠφέλησε τὰ τοσαῦτα σημεῖα, οὐδ' αὐτοὺς τούτους τὸ μὴ μετασχεῖν τούτων παρέβλαψεν· ἀλλ' ἐπειδὴ οἴκοθεν ἦσαν εὐγνώμονες, μικρᾶς ἐπιλαβόμενοι ῥοπῆς, βελτίους ἐγένοντο, καίτοι βάρβαροι ὄντες, καὶ ἀλλόφυλοι, καὶ πάντων ἀνήκοοι τῶν θείων χρησμῶν, καὶ πόῤῥω που τῆς Παλαιστίνης ἀπῳκισμένοι.

Τί δὲ τῶν παίδων τῶν τριῶν, εἰπέ μοι, τὴν ἀρετὴν τὰ ἐπελθόντα κακὰ ἐλυμήνατο; οὐχὶ ἔτι νέοι ὄντες καὶ νέοι κομιδῇ, ἐν ἡλικίᾳ ἀώρῳ τὴν χαλεπὴν ἐκείνην ὑπέμειναν τιμωρίαν καὶ αἰχμαλωσίαν, καὶ τὴν μακρὰν ἀπεδήμησαν ἀποδημίαν, καὶ πατρίδος καὶ οἰκίας, καὶ ναοῦ καὶ βωμοῦ καὶ θυσιῶν, καὶ προσφορῶν καὶ σπονδῶν, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ ψάλλειν, εἰς τὴν ἀλλοτρίαν ἐλθόντες γῆν, ἐχωρίσθησαν; οὐ γὰρ ἡ οἰκία αὐτοῖς μόνον ἄβατος ἦν, ἀλλὰ καὶ πολλὰ τῆς λατρείας ἐντεῦθεν εἴδη. Οὐχὶ βαρβαρικαῖς ἐξεδόθησαν χερσὶ, καὶ λύκοις μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις, καὶ τὸ δὴ χαλεπώτατον, εἰς μακρὰν οὕτω κειμένην, καὶ βάρβαρον ἀποικισθέντες γῆν, καὶ αἰχμαλωσίαν χαλεπωτάτην, οὐ διδάσκαλον εἶχον, οὐ προφήτην, οὐκ ἄρχοντα; Οὐ γάρ ἐστι, φη„σὶν, ἄρχων, οὐδὲ προφήτης, καὶ ἡγούμενος, οὐδὲ τόπος τοῦ καρ„πῶσαι ἐνώπιόν σου, καὶ εὑρεῖν ἔλεος. Ἀλλὰ καὶ εἰς βασιλικὴν οἰκίαν, ὡς εἰς σκόπελόν τινα, καὶ κρημνὸν καὶ πέλαγος ὑφάλων γέμον καὶ σπιλάδων, οὕτως εἰσήχθησαν, χωρὶς κυβερνήτου, καὶ πρωρέως, καὶ ναυτῶν, καὶ ἱστίων, ἀναγκαζόμενοι τὴν χαλεπὴν ἐκείνην θάλατταν πλεῖν· καὶ καθάπερ ἐν δεσμωτηρίῳ ταῖς βασιλικαῖς αὐλαῖς ἐναπειλημμένοι. Ἐπειδὴ γὰρ φιλοσοφεῖν ᾔδεσαν, καὶ τῶν βιωτικῶν ἦσαν ἀνώτεροι πραγμάτων, καὶ τὸν τῦφον ἅπαντα κατεπάτησαν τὸν ἀνθρώπινον, καὶ κοῦφον αὐτοῖς τὸ πτερὸν εἰργάσαντο, προσθήκην κακῶν, καὶ τὴν αὐτόθι διατριβὴν ἐνόμιζον εἶναι. Ἔξω μὲν γὰρ ὄντες, καὶ ἐν ἰδιωτικῇ οἰκίᾳ πλείονος ἔμελλον ἀπολαύσεσθαι τῆς ἐξουσίας· εἰς δὲ τὸ δεσμωτήριον εἰσαχθέντες ἐκεῖνο [δεσμωτηρίου γὰρ τὴν φαντασίαν ἅπασαν ἐκείνην, καὶ κρημνῶν καὶ σκοπέλων οὐδὲν ἄμεινον εἶναι ἐνόμιζον] εὐθέως δυσκολίαν ὑπέμειναν χαλεπήν· ὁ μὲν γὰρ βασιλεὺς ἐκέλευσε κοινωνοὺς αὐτοὺς τῆς τραπέζης εἶναι τῆς ἑαυτοῦ, τῆς συναγελαστικῆς ἐκείνης, καὶ ἀκαθάρτου καὶ βεβήλου, αὐτοῖς δὲ ἀπηγορεύετο τοῦτο, καὶ θανάτου χαλεπώτερον εἶναι δοκεῖ· καὶ μόνοι καθάπερ ἀρνία λύκων μεταξὺ τοσούτων ἦσαν ἀπειλημμένοι. Καὶ ἀνάγκη ἦν, ἢ λιμῷ τήκεσθαι [μᾶλλον δὲ καὶ τὸν ἐπὶ θάνατον ἄγεσθαι] ἢ τῶν κεκωλυμένων ἀπογεύσασθαι ἐδεσμάτων. Τί οὖν ποιοῦσιν οἱ νέοι, οἱ ἐν ὀρφανίᾳ, οἱ αἰχμάλωτοι, οἱ ξένοι, οἱ δοῦλοι τῶν ταῦτα κελευόντων; οὐκ ἐνόμισαν ἀρκεῖν αὐτοῖς εἰς ἀπολογίαν, τὴν ἀνάγκην, οὐδὲ τὴν τυραννίδα τοῦ τὴν πόλιν ἔχοντος· ἀλλὰ πάντα μηχανῶνται, καὶ πραγματεύονται, ὥστε τὴν ἁμαρτίαν φυγεῖν, καίτοι πανταχόθεν προδιδομένοι· οὔτε γὰρ χρήμασι πείθειν ἠδύναντο. Πῶς γὰρ οἱ αἰχμάλωτοι; οὐ φιλίᾳ καὶ συνουσίᾳ· πῶς γὰρ οἱ ξένοι; οὐ δυναστείᾳ περιγενέσθαι· πῶς γὰρ οἱ δοῦλοι; οὐ πλήθει κρατῆσαι· πῶς γὰρ οἱ τρεῖς μόνοι; προσελθόντες τοίνυν πείθουσι τὸν εὐνοῦχον ἐκεῖνον λόγοις, τὸν ταύτην ἔχοντα τὴν ἐξουσίαν.

ingrati & ſtupidi cùm eſſent, vitulum adoraverunt, & bovis caput coluerunt; Deoſque ſibi fieri poſtularunt, cùm recentia beneficiorum Dei in Ægypto acceptorum monumenta tenerent, ac multis etiam aliis adhuc fruerentur.

Ninivitarum verò populus barbarus cùm eſſet atque alienigena, nihilq; horum participaſſet, non parvum, non magnum, non orationes, non miracula, non res, non verba; vidiſſetq; hominem ex naufragio conſervatum, nunquam ſecum antea verſatum, ſed tum primùm viſum, ingreſſum, ac dicentem: *Adhuc tres dies, & Ninive ſubvertetur*: adeò nudis hiſce verbis mutati ac meliores facti ſunt, & depoſita priori vitioſitate ad virtutem per pœnitentiam contenderunt, ut decretum Dei revocarent, nutantem urbem ſiſterent, divinitus impendentem iram propulſarent, omniq; afflictione liberarentur. Vidit enim Deus, inquit, quia averſus eſt unusquisque de via ſua mala, & converſus eſt ad Dominum. Quomodo converſus eſt, dic mihi? atqui magna eorum erat malitia, ineffabilis nequitia, ulcera curatu difficilia, idque ut indicaret Propheta, dixit: *Aſcendit malitia eorum usq; ad cœlum*: diſtantia loci, magnitudinem malitiæ ipſorum ſignificavit. Sed tamen tantam nequitiam, usque adeò elatam & exaltatam, ut ad cœlum quoque pertingeret, tribus diebus, brevi temporis momento, paucis verbis, quæ ab uno homine audiverant, ignoto, hoſpite, naufragium paſſo, ita profligaverunt, ita aboleverunt, ita è medio ſuſtulerunt, ut tali voce recrearentur: *Vidit Deus quia averſus eſt unusquisq; de via ſua mala, & pœnituit eum ſuper malitia, quam locutus fuerat Deus ut faceret eis*. Vidéſne ſobrium ac vigilantem non modò ab hominibus non lædi, verùm etiam iram divinitus impendentem avertere, qui verò ſemet ipſe prodat ac noceat, etſi infinita accipiat beneficia, non multum lucri facere? ſic enim neq; illis profuerunt tanta portenta, neque his obfuit iisdem caruiſſe. Verùm cùm natura forent candidi, exiguum nacti momentum meliores evaſerunt, quanquam barbari & alienigenæ, inauditis omnibus divinis oraculis, longeque à Palæſtina diſſiti.

Quid verò illorum trium puerorum, dic mihi, virtuti ſupervenientia mala offecerunt? an non adhuc juvenes, & admodum quidem juvenes, in immatura ætate grave illud ſubiére ſupplicium & captivitatem, longam peregrinationem peregrinati ſunt, à patria, domo, templo, altari, ſacrificiis, oblationibus, libationibus, ab ipſo quoq; pſalmorum cantu, ubi in alienam regionem venerunt, ſeparati ſunt? non enim domus eis duntaxat eam ob cauſſam inacceſſa erat, ſed multa quoque divini cultus genera. An non barbarorum manibus dediti ſunt, lupis potiùs quàm hominibus, & quod eſt graviſſimum, in tam longè diſſitam ac barbaram abducti terram, & ſervitutem graviſſimam, non magiſtrum habebant, non Prophetam, non principem? *Non enim eſt*, inquit, *princeps, neq; Propheta, neq; Dux, neque locus ſacrificandi coram te, & inveniendi miſericordiam*. Quin etiam in domum regiam, tanquam in ſcopulum quendam ac præcipitium, & pelagus ſaxis petriſque ſub aqua latentibus refertum, introducti ſunt, ſine gubernatore, ſine proreta, ſine nautis, ſine velis ſævum illud mare navigare coacti; atque in aula regia tanquam in carcere incluſi. Cùm enim philoſophari noſſent, & rebus ſecularibus eſſent ſuperiores, omnem quoque humanum faſtum conculcaſſent, alaſque ſibi leves reddidiſſent, acceſſionem malorum, etiam illam commorationem eſſe exiſtimabant. Si enim foris fuiſſent, & in domo privata, majori libertate fruituri erant: at verò introducti in illum carcerem (carcere namque omnem illam ſplendoris & magnificentiæ ſpeciem, & præcipitiis ſcopuliſque nihilo cenſebant eſſe meliorem) continuò gravem difficultatem ſuſtinuere. Rex enim eos illius voluptuoſæ impuræque & prophanæ menſæ ſuæ juſſit eſſe ſocios, id quod eis interdictum erat, & morte gravius videbatur: ac ſoli velut agni in medio tot luporum erant incluſi. Neceſſe erat aut fame tabeſcere (imò verò ad mortem rapi) aut prohibita edulia deguſtare. Quid ergo faciunt juvenes, orphani, captivi, peregrini, ſervi illorum qui hæc imperabant? non exiſtimarunt neceſſitatem ſibi ad excuſationem ſufficere, neque tyrannidem ejus, qui urbem obtinebat; ſed omnia machinabantur moliebanturque, ut peccatum effugerent, omni licet ex parte deſerti. Neque enim pecuniis perſuadere poterant, utpote captivi; non amicitia & familiaritate, utpote peregrini, non potentia ſuperare utpote tres tantùm. Accedunt igitur ad eunuchum, qui eam poteſtatem obtinebat, eique verbis perſuadent.

CAP. IX. *Aliud exemplum Ninivitarum confirmat afflictiones homini nocere non poſſe.*

Jon. 3. 4.

Ibid. 1, 2.

Ibid. 3. 10.

CAP. X. *De tribus pueris Danielis ſociis.*

Dan 3.

Cùm enim inveniſſent eum trepidum ac timidum, déque ſalute ſollicitum, & metus mortis intolerandus animum ejus concuteret: *Timeo enim ego*, inquit, *dominum meum regem, ne quando videat vultus veſtros macilentiores præ ceteris adoleſcentulis coævis veſtris, & condemnetis caput meum regi*: eo timore liberatum inducunt, ut daret ipſis eam gratiam. Ac poſtquam omne officium ſuum feciſſent, Deus quoque deinceps fecit ſuum. Neque enim ſolius Dei erat præclarum illud facinus in his, quorum gratia mercedem illi erant accepturi, ſed principium & exordia proficiſcebantur ab illorum animo, quem cùm præſtitiſſent generoſum ac fortem, Dei favorem ſibi conciliârunt, & ad finem, quod moliebantur, perduxerunt. Vides, qui ſeipſe non lædit, ei neminem alium poſſe nocere? Ecce enim nec juventus, neque captivitas, neque orbitas, neque abductio in regionem alienam, nec ſolitudo & deſtitutio eorum, qui ab ipſis ſtarent, nec mandatum grave, nec magnus mortis timor, qui eunuchi cingebat animum; nec paupertas, nec paucitas, non quòd in medio barbarorum eſſent, non quòd hoſtes haberent dominos, non quòd in ipſius regis manus eſſent traditi, neque cognatorum omnium ſeparatio, neque ſacerdotum & Prophetarum & aliorum, qui curam ipſorum gerebant, alienatio, nec libationum & ſacrificiorum ceſſatio, neque templi & pſalmorum ademptio, neque quicquam horum eis nocuit; ſed tum in majori gloria fuerunt, quàm cùm iis rebus in patria ſua fruerentur. Hoc primo certamine perfecto, inſigni corona redimiti, lege in aliena quoque regione ſervata, conculcato tyranni mandato, victo dæmonis terrore, neque ullo ulla ex parte damno affecti; quaſi domi ſederent, & omnibus illis fruerentur, opere ita liberè perfecto, ad alios rurſus agones ſunt vocati. Iterum erant iidem, & certamen priore difficilius ipſis proponebatur, caminus incendebatur, barbaricus adverſum eos exercitus cum rege inſtruebatur velut in acie, tota Perſica potentia incitabatur, omnia ad fraudem ac vim ipſis afferendam comparabantur; diverſa cantionum genera, variæ ſuppliciorum formæ, minæ, aſpectus omni ex parte terribilis, & verba aſpectu terribiliora: ſed tamen quoniam ſemetipſi non prodiderunt, ſed omnem ſuam operam contulerunt, nihil unquam damni acceperunt: quin etiam coronis, quàm priores fuerant illuſtrioribus redimiti ſunt. Vinxit enim eos Nabuchodonoſor, & in caminum conjecit, non tamen damno, quin potius etiam commodo affecit, & illuſtriores reddidit. Cúmque nec templum (iterum enim eadem dicam) neque altare, non patriam, non ſacerdotes, non prophetas haberent, in aliena & barbara regione, in medio camini, totiúſque illius exercitus, rege harum rerum auctore ſpectante, ſplendidum ſtatuerunt trophæum & inſignem reportârunt victoriam, admirabili illa & inopinata cantione decantata, quæ ex illo etiamnum ubique terrarum cantatur, & cantabitur etiam in poſtera ſecula. Sic ergo ſi nemo ſeipſum lædat, ab alio lædi non poterit, non enim ceſſabo hoc dictum continenter decantare. Nam ſi captivitas, ſervitus, ſolitudo, patriæ amiſſio, & omnium cognatorum mors, incendium, tantus exercitus, tyrannus tam crudelis non valuerunt tribus pueris, juvenibus, captivis, ſervis, peregrinis, in aliena regione verſantibus quicquam nocere quoad ſuam ipſorum virtutem, ſed majoris etiam loquendi libertatis occaſio fuerunt illæ inſidiæ: quid ſobrium lædere poterit? Non eſt quidquam, etſi totum orbem adverſarium haberet. At Deus tum, inquit, eis aſtitit, eóſque ex flamma eripuit, maximè id quidem; tu quoque ſi omnia, quæ à te requiruntur, præſtiteris, divinum auxilium ſequetur omnino. Veruntamen ego pueros non eò miror, beatóſque ac felices æſtimo, quòd flammam conculcârunt, & vim ignis vicerunt; ſed quòd verorum dogmatum cauſſa vincti, in caminum conjecti, & igni traditi ſunt. Hîc enim eis totum trophæum abſolutum eſt, & ſimul atque in caminum conjecti ſunt, impoſita corona, & ab illis verbis texi cœpta etiam ante rerum eventum, quæ magna cum fiducia libertatéque loquendi ad regem ducti in medium protulerunt: *Non oportet de hac re reſpondere tibi. Poteſt enim Deus noſter qui eſt in cœlis, quem nos colimus,*
Dan. 3, 16. *eripere nos ex camino ignis ardentis & de tuis manibus, ô Rex, liberabit nos: ſin minus notum ſit tibi rex, quia Deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.* Jam inde ab illis verbis eos victores pronuncio, jam unde ab illis reportato victoriæ præmio ad inſignem martyrii coronam, confeſſioni verborum addita confeſſione rerum, cucurrerunt. Sin ignis reveritus eſt immiſſa eorum corpora & vincula ſolvit,

Dan. 1, 10. (in margin beside the first quotation)

ἐπειδὴ γὰρ εὗρον αὐτὸν περιδεῆ τρέμοντα, καὶ περὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας ἀγωνιῶντα, καὶ φόβος ἀφόρητος ἦν ὁ περὶ τοῦ θανάτου κατασείων αὐτοῦ τὴν ψυχήν· φοβοῦμαι γὰρ ἐγώ, φησι, τὸν κύριόν μου τὸν βασιλέα, „ μή ποτε ἴδῃ τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπὰ ὑπὲρ τὰ παιδάρια „ τὰ συνήλικα ὑμῶν, καὶ καταδικάσητε τὴν κεφαλήν μου τῷ βασι- „ λεῖ· ἀπαλλάξαντες αὐτὸν τούτου τοῦ δέους πείθουσι δοῦναι τὴν χάριν. καὶ ἐπειδὴ πάντα παρ᾽ ἑαυτῶν εἰσήνεγκαν, καὶ ὁ Θεὸς τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ λοιπὸν εἰσέφερεν. οὐδὲ γὰρ τοῦ Θεοῦ μόνου τὸ κατόρθωμα ἐπὶ τούτοις ἦν, οἷς ἔμελλον ἐκεῖνοι μισθὸν λαμβάνειν, ἀλλὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ἡ ἀρχὴ καὶ τὰ προοίμια, ἣν παρασχόμενοι γενναίαν καὶ ἀνδρείαν, ἐπεσπάσαντο τοῦ Θεοῦ τὴν ῥοπήν, καὶ εἰς τέλος ἤγαγον, ὅπερ ἐσπούδαζον. ὁρᾷς ὅτι τὸν μὴ ἑαυτὸν ἀδικοῦντα, οὐδεὶς ἕτερος παραβλάψαι δυνήσεται; ἰδοὺ γοῦν καὶ νεότης καὶ αἰχμαλωσία, καὶ ὀρφανία, καὶ εἰς ἀλλοτρίαν ἀπαγωγή, καὶ μόνωσις, καὶ ἐρημία τῶν προσηκόντων, καὶ ἐπίταγμα χαλεπόν, καὶ φόβος θανάτου πολὺς ἐπιτειχίζων τοῦ εὐνούχου τὴν διάνοιαν, καὶ πενία, καὶ ὀλιγότης, καὶ τὸ ἐν μέσῳ βαρβάρων εἶναι, καὶ τὸ τοὺς ἐχθροὺς ἔχειν δεσπότας, καὶ τὸ εἰς αὐτὰς ἐκδεδόσθαι τὰς χεῖρας τὰς βασιλικάς, καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων ὁ χωρισμός, καὶ ἱερέων καὶ προφητῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιμελουμένων αὐτῶν ἀλλοτρίωσις, καὶ σπονδῶν καὶ θυσιῶν ἀργία, καὶ ναοῦ καὶ ψαλμῶν ἀφαίρεσις. καὶ οὐδὲν τούτων αὐτοὺς παρέβλαψεν· ἀλλὰ τότε μειζόνως εὐδοκίμησαν, ἢ ὅτε τούτων ἀπήλαυον ἐπὶ τῆς πατρίδος τῆς ἑαυτῶν. καὶ πρῶτον ἆθλον ἀνύσαντες οὗτοι, καὶ λαμπρὸν ἀναδησάμενοι τὸν στέφανον, καὶ τὸν νόμον καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ τηρήσαντες, καὶ ἐπίταγμα καταπατήσαντες τυραννικόν, καὶ φόβον νικήσαντες τοῦ ἀλάστορος, καὶ μηδὲν μηδαμόθεν παραβλαβέντες· ὥσπερ οἴκοι καθήμενοι, καὶ πάντων ἐκείνων ἀπολαύοντες, οὕτω τὸ ἔργον μετὰ ἀδείας ἀνύσαντες, ἐφ᾽ ἕτερα πάλιν ἐκαλοῦντο σκάμματα. καὶ πάλιν ἦσαν οἱ αὐτοί. καὶ ἀγὼν τοῦ προτέρου χαλεπώτερος αὐτοῖς ἐπετίθετο, καὶ κάμινος ἀνήπτετο, καὶ βαρβαρικὸν πρὸς αὐτοὺς στρατόπεδον μετὰ τοῦ βασιλέως παρετάττετο. καὶ ἡ Περσικὴ πᾶσα δύναμις ἐκινεῖτο, καὶ πάντα πρὸς ἀπάτην αὐτῶν ἐπετηδεύετο, καὶ βίαν. καὶ μουσικῆς εἴδη διάφορα καὶ κολάσεων ποικίλοι τρόποι, καὶ ἀπειλαί, καὶ ὄψις πάντοθεν ἡ φοβερά, καὶ ῥήματα ὄψεως φοβερώτερα· ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὴ ἑαυτοὺς οὐ προὔδωκαν, ἀλλὰ τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν πάντα εἰσήνεγκαν, οὐδὲν οὐδέποτε παρεβλάβησαν· ἀλλὰ καὶ λαμπροτέρους τῶν προτέρων ἀνεδήσαντο τοὺς στεφάνους. ἔδησε μὲν γὰρ αὐτοὺς ὁ Ναβουχοδονόσορ, καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὴν κάμινον, οὐ μὴν παρέβλαψεν, ἀλλὰ καὶ μειζόνως ὠφέλησε, καὶ ἐνδοξοτέρους εἰργάσατο. καὶ οὔτε ναὸν [πάλιν γὰρ τὰ αὐτὰ ἐρῶ] οὔτε θυσιαστήριον, οὐ πατρίδα, οὐχ ἱερέας, οὐ προφήτας ἔχοντες, ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ βαρβάρῳ χώρᾳ, ἐν αὐτῇ μὲν οὖν μέσῃ τῇ καμίνῳ, μεταξὺ τοῦ στρατοπέδου παντὸς ἐκείνου, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως τοῦ ταῦτα ἐργαζομένου θεωροῦντος, λαμπρὸν ἀνεστήσαντο τρόπαιον, καὶ περιφανῆ νίκην ἤραντο, τὴν θαυμαστὴν ἐκείνην καὶ παράδοξον ᾄσαντες ᾠδήν, τὴν καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐξ ἐκείνου πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾀδομένην, καὶ ᾀσθησομένην δὲ καὶ εἰς τὰς μετὰ ταῦτα γενεάς. οὕτως οὖν ὅταν μηδεὶς ἑαυτὸν ἀδικῇ, οὐδὲν παρ᾽ ἑτέρου βλαβῆναι δυνήσεται. οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς τοῦτο ἐπᾴδων τὸ ῥῆμα. εἰ γὰρ αἰχμαλωσία καὶ δουλεία, καὶ μόνωσις, καὶ πατρίδος ἀποβολή, καὶ τῶν οἰκείων ἁπάντων, καὶ θάνατος, καὶ ἐμπρησμός, καὶ στρατόπεδον τοσοῦτον, καὶ τύραννος οὕτως ὠμός, οὐκ ἴσχυσαν παῖδας τρεῖς νέους αἰχμαλώτους, δούλους, ξένους, ἐπ᾽ ἀλλοτρίας ὄντας λυμήνασθαι τι εἰς τὴν οἰκείαν αὐτῶν ἀρετήν, ἀλλὰ καὶ μείζονος αὐτοῖς παρρησίας γέγονε πρόφασις ἡ ἐπιβουλή· τί τὸν νήφοντα παραβλάψαι δυνήσεται; οὐκ ἔστιν οὐδέν, κἂν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἔχῃ πολεμοῦσαν αὐτῷ. ἀλλ᾽ ὁ Θεὸς τότε, φησί, παρέστη αὐτοῖς, καὶ ἐξήρπασεν αὐτοὺς τῆς φλογός. μάλιστα μὲν οὖν καὶ σὺ τὰ παρ᾽ ἑαυτοῦ πάντα ἐὰν παράσχῃς, τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἕψεται πάντως. πλὴν ἀλλ᾽ ἐγὼ τοὺς παῖδας ἐκείνους οὐ διὰ τοῦτο θαυμάζω καὶ μακαρίζω, καὶ ζηλωτοὺς εἶναί φημι, ὅτι τὴν φλόγα κατεπάτησαν, καὶ τῆς τοῦ πυρὸς ἐνεργείας κρείττους ἐγένοντο· ἀλλ᾽ ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀληθῶν ἐδέθησαν δογμάτων, καὶ εἰς κάμινον ἐνεβλήθησαν, καὶ τῷ πυρὶ παρεδόθησαν. ἐνταῦθα γὰρ αὐτοῖς ἅπαν τὸ τρόπαιον ἀπήρτισαι, καὶ ὁμοῦ κατενεχθῆσιν εἰς τὴν κάμινον, στέφανος ἐπετίθετο· καὶ ἀπὸ τῶν ῥημάτων δὲ ἐκείνων ἤρξατο πλέκεσθαι, καὶ πρὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἐκβάσεως, ἃ μετὰ πολλῆς τῆς παρρησίας καὶ τῆς ἐλευθεροστομίας πρὸς τὸν βασιλέα ἀχθέντες εἰς μέσον ἔλεγον. οὐ χρείαν ἔχομεν ἡμεῖς περὶ τοῦ ῥήματος τούτου ἀποκριθῆναί σοι. ἔστι γὰρ ὁ Θεὸς „ ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς ᾧ ἡμεῖς λατρεύομεν, ἱκανὸς ἐξελέσθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς καμίνου τοῦ πυρὸς τῆς καιομένης· καὶ ἐκ τῶν χειρῶν σου βασιλεῦ ῥύσεται „ ἡμᾶς. καὶ ἐὰν μή, γνωστὸν ἔστω σοι βασιλεῦ, ὅτι τοῖς θεοῖς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ᾗ ἔστησας, οὐ προσκυνοῦμεν. ἀπὸ „ τούτων αὐτοὺς τῶν ῥημάτων ἀνακηρύττω, ἀπὸ τούτων τὸ βραβεῖον τῆς νίκης ἁρπάσαντες, ἐπὶ τὸν λαμπρὸν ἔδραμον τοῦ μαρτυρίου στέφανον, τῇ τῶν ῥημάτων ὁμολογίᾳ τὴν διὰ τῶν πραγμάτων προστιθέντες. εἰ δὲ ἐμβληθέντων ᾐδέσθη τὸ πῦρ αὐτῶν τὰ σώματα, καὶ τὰ δεσμὰ ἔλυσε,

καὶ

καὶ παρέσχε κάτω μετ᾽ ἀδείας βαδίζειν, καὶ τῆς οἰκείας ἐνεργείας ἐπελάθετο, καὶ πηγὴ ψυχρῶν ὑδάτων γέγονεν ἡ τοῦ πυρὸς ἡ κάμινος· τοῦτο λοιπὸν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος τὸ θαῦμα ἦν, καὶ τῆς ἄνωθεν παραδοξοποιΐας. ὡς εἴγε ἀθληταὶ καὶ πρὶν ἢ ταῦτα γενέσθαι, ὁμοῦ τῆς φλογὸς ἐπιβάντες, καὶ τὸ τρόπαιον ἔστησαν, καὶ τὴν νίκην ἤραντο, καὶ τὸν στέφανον ἀνεδήσαντο, καὶ ἐν οὐρανοῖς καὶ ἐπὶ γῆς ἀνεκηρύχθησαν, καὶ τὸ λεῖπον αὐτοῖς εἰς εὐδοκίμησιν οὐδὲν ἦν. τί οὖν ἂν ἔχοις πρὸς ταῦτα εἰπεῖν; εἰς ὑπερορίαν ἀπηνέχθης, καὶ τῆς πατρίδος ἐξεβλήθης; ἰδοὺ καὶ οὗτοι· αἰχμαλωσίαν ὑπέμεινας, καὶ ὑπὸ βαρβάροις ἔζης δεσπόταις; ἀλλὰ καὶ τοῦτο εὑρήσεις τούτοις συμβάν. ἀλλ᾽ οὐδένα ἔχεις ἐκεῖ παρόντα καὶ διορθούμενον τὰ σά, οὐδὲ νουθετοῦντα καὶ διδάσκοντα; καὶ ταύτης οὗτοι τῆς ἐπιμελείας ἦσαν ἐστερημένοι. ἀλλ᾽ ἐδέθης; ἀλλ᾽ ἐνεπρήσθης; ἀλλ᾽ ἀπέθανες; οὐδὲν γάρ μοι τούτων χαλεπώτερον ἔχεις εἰπεῖν. ἀλλ᾽ ἰδοὺ καὶ οὗτοι διὰ πάντων ἐλθόντες, λαμπρότεροι δι᾽ ἑκάστου τούτων ἐγένοντο, καὶ λίαν περιφανέστεροι, καὶ μείζονα τὴν ἐμπορίαν τὴν ἐν οὐρανοῖς συνήγαγον. καὶ οἱ μὲν Ἰουδαῖοι καὶ ναὸν ἔχοντες, καὶ θυσιαστήριον, καὶ κιβωτόν, καὶ τὰ Χερουβίμ, καὶ τὸ ἱλαστήριον, καὶ τὸ καταπέτασμα, καὶ τὸ ἄπειρον τῶν ἱερέων πλῆθος, καὶ τὰς καθημερινὰς λατρείας, καὶ τὰς θυσίας τὰς ἑωθινάς, τὰς ἑσπερινάς, καὶ συνεχῶς τῶν προφητῶν ἀκούοντες τῶν ζώντων, τῶν τεθνηκότων, ἐνηχούντων αὐτῶν ταῖς ἀκοαῖς, καὶ τῶν θαυμάτων τὴν μνήμην περιφέροντες τῶν ἐν Αἰγύπτῳ, τῶν ἐν ἐρήμῳ, τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν ταῦτα σαλεύοντες, ἐπὶ τῶν φλιῶν ἔχοντες ἐγγεγραμμένα, καὶ πολλῆς τῆς τότε θαυματουργίας ἀπολαύοντες, καὶ ἑτέρας ἐπιμελείας, οὐ μόνον οὐδὲν ὠφελήθησαν, ἀλλὰ καὶ παρεβλάβησαν, ἐν αὐτῷ τῷ ναῷ εἴδωλα στήσαντες, καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν καὶ τὰς θυγατέρας σφάξαντες ὑπὸ δένδρα· καὶ πανταχοῦ σχεδὸν τῆς χώρας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ τὰς παρανόμους ἐκείνας, καὶ ἐναγεῖς ἐργασάμενοι θυσίας, καὶ ἕτερα ἀτοπώτερα μυρία τολμήσαντες. οὗτοι δὲ ἐν βαρβάρων μέσῃ, ἐν πολεμίᾳ καὶ ἐχθρᾷ γῇ, ἐν οἰκίᾳ τυραννικῇ στρεφόμενοι, πάσης ἐκείνης τῆς ἐπιμελείας ἐστερημένοι, ἀπαγόμενοι, καιόμενοι, οὐ μόνον ἐντεῦθεν οὐδὲν παρεβλάβησαν, οὐ μικρόν, οὐ μέγα· ἀλλὰ καὶ μειζόνως διέλαμψαν. ταῦτ᾽ οὖν εἰδότες, καὶ τὰ τούτοις ἐοικότα συλλέγοντες ἀπὸ τῶν θεοπνεύστων καὶ θείων γραφῶν, πολλὰ γάρ ἐστιν εὑρεῖν τοιαῦτα ὑποδείγματα καὶ ἐφ᾽ ἑτέρων διαφόρων προσώπων,] μήτε δυσκολίαν καιρῶν ἢ πραγμάτων, μήτε ἀνάγκην καὶ βίαν, καὶ τυραννίδα τῶν δυναστευόντων νομίζωμεν ἀρκεῖν ἡμῖν εἰς ἀπολογίαν, ἡνίκα ἂν πλημμελῶμεν. ὅπερ καὶ ἀρχόμενος εἶπον, εἰς τοῦτο καὶ νῦν καταλύσω τὸν λόγον, ὅτι εἴ τις βλάπτοιτο καὶ ἀδικοῖτο, παρ᾽ ἑαυτοῦ πάντως τοῦτο πάσχει, οὐ παρ᾽ ἑτέρων· κἂν μυρίοι οἱ ἀδικοῦντες καὶ ἐπηρεάζοντες ὦσιν. ὡς εἴγε μὴ παρ᾽ ἑαυτοῦ τοῦτο πάθοι, οἱ γῆν ἅπασαν καὶ θάλατταν οἰκοῦντες κοινῇ ἅπαντες, εἰ ἐπέλθοιεν, οὐδὲ μικρὸν τοῦτον παραβλάψαι δυνήσονται, τὸν ἐν κυρίῳ γρηγοροῦντα καὶ νήφοντα. Νήφωμεν τοίνυν, παρακαλῶ, καὶ γρηγορῶμεν διὰ παντός, καὶ φέρωμεν πάντα γενναίως τὰ λυπηρά, ἵνα τῶν αἰωνίων ἐκείνων καὶ ἀκηράτων ἐπιτύχωμεν ἀγαθῶν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A ſecurum deſcenſum præbuit, ſuæ virtutis oblitus, & caminus
ignis factus eſt fons frigidarum aquarum: id jam divinæ gratiæ,
& ſupernæ ſtupendarum rerum effectionis miraculum fuit.
Quare athletæ quidem prius etiam quàm hæc fierent, ſimul ac
flammam ingreſſi ſunt, & trophæum ſtatuerunt, & victoriam
reportarunt, & corona redimiti, & in cœlo terráque prædi-
cati ſunt, & nihil eis ad gloriam erat reliquum. Quid ergo di-
cere poteris? in exilium relegatus es, & patria ejectus? ecce
B etiam iſti. Captivitatem ſuſtinuiſti, & ſub barbaris dominis
fuiſti? at hoc quoque iſtis contigiſſe reperies. At non habes
ibi qui tibi adſit, reſque tuas moderetur, neque qui te admo-
neat & doceat? hac quoque iſti cura erant fraudati. At vinctus
es? at combuſtus es? at mortuus es? nihil enim his potes dice-
re gravius, at ecce iſti quoque per hæc omnia tetenderunt, &
per eorum ſingula illuſtriores extiterunt, longéque clariores, &
cœleſtes merces auxerunt. Judæi quidem cùm haberent tem-
C plum, altare, arcam, Cherubim, propitiatorium, velum,
infinitam ſacerdotum multitudinem, cultum Dei quotidianum,
ſacrificia cùm matutina tum veſpertina, & continenter Pro-
phetas audirent, vivos, mortuos, qui aures ipſorum perſona-
bant, miraculorum in Ægypto, in ſolitudine editorum, om-
nium aliorum memoriam renovarent, eáque manibus verſa-
rent, in poſtibus inſcripta haberent, rebúſque multis tum ſu-
pra naturalem poteſtatem confectis, ceteráque ſui cura fruteren-
D tur, non modò nullo emolumento, verùm etiam damno ſunt
affecti, ſimulachris in ipſo templo cultis, mactatis filiis & filia-
bus ſub arboribus, & illis lege vetitis execrandiſque ſacris in
omni propemodum agri Palæſtini loco factis, aliiſque facino-
ribus infinitis abſurdioribus perpetratis. At verò iſti in media
barbaria, in terra hoſtili & inimica, in domo tyrannica verſan-
tes, omni illa cura deſtituti, ad ſupplicium abrepti, uſti, non
ſolùm hinc læſi non ſunt, non parum, non multum; verùm
E magis etiam claruerunt. His igitur cognitis, horumque ſimi-
libus è Scriptura divinitus inſpirata collectis (multa enim hu-
juſcemodi ſuppetunt exempla in diverſis etiam perſonis aliis)
neque difficultatem temporum aut rerum, neque neceſſitatem
& vim ac tyrannidem potentium ſufficere nobis exiſtimemus
ad defenſionem, quando deliquerimus. Quod enim in prin-
cipio dixi, in eo nunc quoque orationem terminabo; ſi quis
damnum ac detrimentum accipiat, à ſeipſo prorſus id, non ab
A aliis accipere, etſi infiniti ſunt, qui damna & injurias inferant.
Nam ſi quidem hæc à ſemetipſo non accipiat, ſi totius terræ ma-
riſque incolæ communi conſilio irruant, ne parum quidem læ-
dere poterunt eum, qui in Domino vigilat ac ſobrius eſt. Si-
mus ergo, quæſo, ſobrii, & vigilemus ſemper, & acerba om-
nia generoſo animo feramus, ut æternis illis & immor-
talibus bonis potiamur, in Chriſto Jeſu Domino noſtro,
cui gloria & imperium nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum.
B Amen.

Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ.

Εὐχὴ ἣν λέγει ὁ ἱερεὺς πρὸ τοῦ εἰσελθεῖν εἰς τὸ ἱερὸν, ὅπου λειτουργεῖ.

ΚΥΡΙΕ ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐξαπόστειλον τὴν χεῖρά σου ἐξ ἁγίου κατοικητηρίου σου, καὶ ἐνίσχυσόν με εἰς τὴν προκειμένην διακονίαν σου· ἵνα ἀκατακρίτως παραστῶ τῷ φοβερῷ σου βήματι, καὶ τὴν ἀναίμακτον ἱερουργίαν ἐπιτελέσω, πάντοτε νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Εὐχὴ ἣν λέγει ὁ ἱερεύς, ὅταν εἰσβαίνῃ.

Εἰσελεύσομαι εἰς τὸν οἶκόν σου, προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου, ἐν φόβῳ σου κύριε, πάντοτε νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

Ταῦτα εἰπὼν ἀσπάζεται τὴν τράπεζαν τετράκις εἰς τὸν σταυρόν, καὶ λαμβάνει τὸ στιχάριον μετὰ τῆς δεξιᾶς χειρός, καὶ ἀσπάζεται, καὶ εὐλογεῖ αὐτό.

Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης, καὶ ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι μίτραν, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ, πάντοτε νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

C

SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI SANCTA MISSA A DESIDERIO Eraſmo Roterodamo, in gratiam Epiſcopi Roffenſis, verſa.

Oratio quam dicit Sacerdos priuſquam ingrediatur templum, ubi ſacrificat:

D

DOMINE Deus noſter emitte manum tuam de ſancto habitaculo tuo, & corrobora me ad propoſitum miniſterium tuum, ut citra condemnationem aſſiſtam metuendo ſanctuario tuo, & incruentum ſacrificium peragam, & nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Oratio quam dicit Sacerdos, cum ingreditur:

Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum
E in timore tuo Domine, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum.
Amen.

Hæc ubi dixit, oſculatur menſam quater in figuram crucis, & accipit tunicam ſive lineam veſtem, dextera manu: & oſculatur, ac benedicit eam:

Τοιαύτη γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία· οὐδέποτε μετάνοιαν γινομένην εἰλικρινῶς ἀποστρέφεται, ἀλλὰ κἂν πρὸς αὐτό τις τῆς κακίας τὸ πέρας ἐλάσῃ, κἀκεῖθεν ὑποστρέψαι πάλιν ἕληται πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδὸν, καὶ δέχεται, καὶ προσίεται τοῦτον, καὶ πάντα ποιεῖ, ὥστε αὐτὸν εἰς τὴν προτέραν κατάστασιν ἀγαγεῖν. καὶ τὸ πολλῷ τούτου φιλανθρωπότερον· κἂν γὰρ μὴ πᾶσάν τις ἐπιδείξηται τὴν μετάνοιαν, οὐδὲ τὴν βραχεῖαν καὶ πρὸς ὀλίγον γινομένην παραπέμπεται, ἀλλὰ καὶ ταύτῃ τίθησι πολὺν τὸν μισθόν· καὶ τοῦτο δῆλον ἐξ ὧν Ἡσαΐας ὁ προφήτης περὶ τοῦ τῶν Ἰουδαίων λαοῦ οὑτωσί πως φησί· Δι' ἁμαρτίαν βραχύ τι ἐλύπησα αὐτὸν, καὶ ἐπάταξα αὐτὸν, καὶ ἀπέστρεψα τὸ πρόσωπόν μου ἀπ' αὐτοῦ, καὶ ἐλυπήθη, καὶ ἐπορεύθη στυγνὸς, καὶ ἰασάμην αὐτὸν, καὶ παρεκάλεσα αὐτόν. μαρτυρήσειε δ' ἂν ἡμῖν καὶ ὁ ἀσεβέστατος βασιλεὺς ἐκεῖνος ὁ γεγονὼς μὲν ἔκδοτος τοῖς ἁμαρτήμασιν ὑπὸ τῆς γυναικός· ἐπειδὴ δὲ μόνον ἐπένθησε, καὶ σάκκον περιεβάλετο, καὶ κατέγνω τῶν πλημμεληθέντων αὐτῷ, οὕτως ἐπεσπάσατο τοῦ Θεοῦ τὸν ἔλεον, ὡς πάντων αὐτὸν ἀπαλλάξαι τῶν ἐπηρτημένων κακῶν. εἶπε γὰρ ὁ Θεὸς τῷ Ἠλίᾳ, ἑώρακας, πῶς κατενύγη Ἀχαὰβ ἀπὸ προσώπου μου; οὐκ ἐπάξω τὴν κακίαν ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ, ἀνθ' ὧν ὅτι ἔκλαυσεν ἀπὸ προσώπου μου. καὶ μετὰ τοῦτον πάλιν ὁ Μανασσῆς πάντας τῇ μανίᾳ παρελάσας, καὶ τῇ τυραννίδι τὴν νομικὴν ἀνατρέψας λατρείαν, καὶ τὸν ναὸν ἀποκλείσας, καὶ τὴν τῶν εἰδώλων πλάνην ποιήσας ἀνθεῖν, καὶ πάντων τῶν ἔμπροσθεν γενόμενος ἀσεβέστερος, ἐπειδὴ μετενόησεν ὕστερον, εἰς τοὺς τοῦ Θεοῦ κατετάγη φίλους. εἰ δὲ εἰς τὸ μέγεθος ἀπιδὼν τῶν οἰκείων ἀνομιῶν ἀπέγνω τὴν ἐπάνοδον καὶ τὴν μεταβολὴν, πάντων ἂν ἐξέπεσεν, ὧν μετὰ ταῦτα ἐπέτυχε· νῦν δὲ ἀντὶ τῆς ὑπερβολῆς τῶν ἡμαρτημένων αὐτῷ εἰς τὸ ἄπειρον τῆς εὐσπλαγχνίας ἰδὼν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ δεσμὰ διαρρήξας τοῦ διαβόλου, διανέστη, καὶ ἠγωνίσατο, καὶ τὸν δρόμον ἐτέλεσε τὸν καλόν. οὐ μόνον δὲ διὰ τῶν εἰς τούτους γεγενημένων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων, ἐκκόπτει τοὺς τῆς ἀπογνώσεως λογισμοὺς ὁ Θεὸς οὑτωσὶ λέγων· Σήμερον ἐὰν τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἀκούσητε, μὴ σκληρύνητε τὰς καρδίας ὑμῶν ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ. τὸ δὲ σήμερον ἐν παντὶ τῷ βίῳ λέγεσθαι δυνατὸν, καὶ πρὸς αὐτὸ δὲ εἰ βούλει τὸ γῆρας. οὐ γὰρ χρόνων ποσότητι, ἀλλὰ διαθέσει ψυχῆς ἡ μετάνοια κρίνεται. καὶ γὰρ οἱ Νινευῖται οὐ πολλῶν ἐδεήθησαν ἡμερῶν, ὥστε ἐξαλεῖψαι τὴν ἁμαρτίαν αὐτῶν· ἀλλ' ἴσχυσε βραχὺς τῆς ἡμέρας καιρὸς ἅπασαν ἀφανίσαι τὴν ἀνομίαν αὐτῶν, καὶ ὁ λῃστὴς δὲ οὐκ ἐν χρόνῳ μακρῷ τὴν εἰς τὸν παράδεισον εἴσοδον ἤνυσεν. ἀλλ' ὅσην ἂν ἀναλώσειεν ὥραν τις ῥῆμα φθεγγόμενος ἓν, ἐν τοσαύτῃ ῥοπῇ τὰ ἐν παντὶ τῷ βίῳ ἡμαρτημένα ἅπαντα ἀπολουσάμενος, καὶ πρὸ τῶν ἀποστόλων τὸ τῆς εὐδοκιμήσεως βραβεῖον ἐλάμβανεν. ὁρῶμεν δὲ καὶ τοὺς μάρτυρας, οὐκ ἐν πολλοῖς ἔτεσιν, ἀλλ' ἐν ἡμέραις ὀλίγαις, πολλάκις δὲ καὶ ἐν μιᾷ μόνον, τοὺς λαμπροὺς ἐπιθεμένους στεφάνους. ὥστε προθυμίας ἡμῖν χρεία πανταχοῦ, καὶ πολλῆς διαθέσεως· κἂν οὕτω τὸ συνειδὸς παρασκευάσωμεν, ὥστε μετὰ τοσαύτης σφοδρότητος καὶ τὴν προτέραν μισῆσαι κακίαν, καὶ τὴν ἐναντίαν ἑλέσθαι ὁδὸν, μεθ' ὅσης ὁ Θεὸς βούλεται καὶ ἀπαιτεῖ, οὐδὲν ἀπὸ τοῦ χρόνου ἔλαττον ἕξομεν· πολλοὶ γοῦν ἔσχατοι γενόμενοι τοὺς πρώτους ὑπερηκόντισαν. οὐ γὰρ τὸ πεσεῖν χαλεπὸν, ἀλλὰ τὸ πεσόντα κεῖσθαι καὶ μὴ ἀνίστασθαι, ἀλλὰ ἐθελοκακοῦντα καὶ βλακεύοντα τοῖς τῆς ἀπογνώσεως λογισμοῖς τὴν τῆς προαιρέσεως ἀποκρύπτειν ἀσθένειαν. πρὸς οὓς καὶ ὁ προφήτης διαπτοούμενος ἔλεγε· μὴ ὁ πίπτων οὐκ ἀνίσταται, ἢ ὁ ἀποστρέφων οὐκ ἐπιστρέφει; εἰ δὲ τινας τῶν μετὰ τὸ πιστεῦσαι πάλιν ἐκπεσόντων ζητοίης παρ' ἡμῶν, καὶ ταῦτα μὲν ἅπαντα ὑπὲρ τούτων εἴρηται· ὁ γὰρ πεσὼν τῶν ἑστώτων πρότερον ἦν, οὐ τῶν κειμένων· πῶς γὰρ ἂν ὁ κείμενος πέσοι; εἰρήσεται δὲ καὶ ἕτερα, τὰ μὲν διὰ παραβολῶν, τὰ δὲ διὰ σαφεστέρων πράξεών τε καὶ λόγων. καὶ γὰρ τὸ πρόβατον ἐκεῖνο, τὸ τῶν ἐνενήκοντα ἐννέα ἀποσχισθὲν, εἶτα πάλιν ἐπαναχθὲν, οὐδὲν ἕτερον ἡμῖν, ἢ τὴν τῶν πιστῶν δείκνυσιν ἔκπτωσίν τε καὶ ἐπάνοδον. πρόβατον γὰρ ἦν καὶ τοῦτο οὐχ ἑτέρας ποίμνης τινὸς, ἀλλὰ τοῦ τῶν λοιπῶν ἀριθμοῦ, καὶ ὑπὸ τῷ ποιμένι πρότερον ἐνέμετο, καὶ ἐπλανήθη πλάνην οὐ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλ' ἐπὶ τὰ ὄρη καὶ τὰς νάπας, τουτέστι μακράν τινα ὁδὸν, καὶ πολλῷ τῆς εὐθείας ἀπέχουσαν. ἆρ' οὖν εἴασεν αὐτὸ πλανηθῆναι; οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐπανήγαγεν, οὐκ ἐλάσας, οὐδὲ μαστίξας, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὤμων λαβών. καθάπερ γὰρ οἱ τῶν ἰατρῶν ἄριστοι τοὺς νοσοῦντας νόσον μακρὰν μετὰ πολλῆς τῆς θεραπείας ἐπὶ τὴν ὑγίειαν ἐπανάγουσιν, οὐ μόνον κατὰ τὸν τῆς ἰατρείας νόμον αὐτοὺς θεραπεύοντες, ἀλλ' ἔστιν ὅπου καὶ χαριζόμενοι· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς τοὺς σφόδρα διεφθαρμένους οὐ μετὰ πολλῆς ἄγει τῆς σφοδρότητος ἐπὶ τὴν ἀρετὴν,

Cæterùm ſanè ubi nihilo melior eſt factus, tum inducit in poſterum flagellum, nec id velut ultor præteriti delicti, ſed ut futura incommoda præſcindat, ut reliquam malitiam arceat: necdum tamen omnino extinxit, ſed paucis annis caſtigato priſtinam reddidit honorem. Pœna quam Deus illi irrogavit, nihil ei damni intulit, ſed lucrifecit quod eſt inter bona omnia maximum; ſolidam enim dedit in Deum teneræ fiduciam, & reſipiſcere à peccatis adverſus illum commiſſis.

CAP. IV. *Nunquam averſatur ſinceram pœnitentiam Deus.*

Siquidem tanta eſt Dei humanitas, & erga nos amor: nunquam averſatur pœnitentiã ſincerè factam, ſed & ſi quis ad malitiæ fines olim penetrarit, illinc eum ad virtutis viam reducere conatur, & ſuſcipit redeuntem & ſuaviter amplectitur, nihilque non facit quò in priſtinam dignitatem reſtituat. Quódq; eſt majoris facilitatis argumentum, etiam ſi non omnem præ ſe ferat pœnitentiam, brevem illam & exiguo tempore factam non abnuit, ſed magna compenſat mercede: id quod manifeſtum eſt ex iis quæ de populo Judæorum alicubi dicit Eſaias: *Propter peccata pauliſper contriſtavi eum, & percuſſi eum, & averti faciẽ meam ab eo, & ipſe contriſtatus eſt, & ambulavit mæſtus & ſanavi eum, & ſolatus ſum eum.* (Eſa. 57, 17.) Teſtabitur autem nobis rex ille ſupra modum impius, qui propter mulierem factus eſt maximè deditus peccatis, ubi ſemel duntaxat luxit, & ſaccum indutus agnovit ſcelera ſua, uſque adeò Dei miſericordiam attraxit, ut evitaret omnia mala quæ tum ei imminebant. Nam Deus Eliæ dixit: *Vidiſti, quomodo compunctus eſt Achab à facie mea, non inducam malum in diebus ejus quia luxit à facie mea.* (3. Reg. 21, 29.) Poſt hunc rurſus Manaſſes cunctos inſania anteivit ac tyrannide, legalem evertit cultum, templum clauſit, idolorum errorem. Deo adverſũ invexit, (2. Paral. 33, 13.) univerſis qui ante ſe vixerunt impietate præſtans. Is poſteaquam aliquando reſipuit, relatus eſt in numerum Dei amicorum. Si conſpecta imagine ſuarum iniquitatum de reditu deſperaſſet ac de immutatione, decidiſſet profectò ab his bonis quæ poſtea obvenerunt: nunc verò quia perpendit quàm exiguum ſit vel exceſſus tantus ſuorum peccatorum reſpectu infinitæ commiſerationis Dei, diaboli vincula diſſipavit, evaſit victor, bonum curſum conſummavit. Cæterùm Deus non ſolum per ea quæ in hos facta ſunt, ſed per verba Prophetæ eliminavit cogitationem deſperationis. *Hodie enim*, inquit, *ſi vocem ejus audieritis, ne obfirmetis corda veſtra, ſicut in exacerbatione.* (Pſal. 94, 8.) In hunc modum hodie à nobis per omnem vitam dici poteſt, & ſi libet, ad ſenectam uſque. Non enim ad temporis rationem, ſed juxta affectum animæ ſolet dijudicari pœnitentia. (*Non ex temporis diuturnitate ſed ex affectu dijudicatur pœnitentia.*) Ninivitæ non multis diebus indiguerunt, ut peccatum eorum deleret Deus: tempus exiguum potuit univerſam eorum abolere iniquitatem, & latro haud longo tempore ingreſſum paradiſi impetravit. Quamcumque quis horam impendens vel unum dixerit verbum, in eo momento totius vitæ peccata ſimul abſterſit, atque ante Apoſtolos officii grati præmium ſuſcepit. Videmus etiam martyres non ita multis annis, imò paucis diebus adeóque non rarò inter dieculam ſplendidas conſecutos coronas. Quapropter ubique nobis opus eſt alacritate, ſedulóque affectu: quod ſi ita paremus conſcientiam, ut tanta vehementia cum veterem odiſſe malitiam, tum diverſam elegiſſe viam videamur, quantam Deus nobis imperat ac requirit, nihil ob temporis brevitatem habebimus minùs, quando multi ex poſtremis ardenti ſtudio ſe priores prævenerunt. Neque enim grave eſt hominem cecidiſſe, ſed lapſum jacere, nec reſurgere conari: ultrò perferre malum, torperéque, ac deſperationis ſermonibus mali propoſiti vitium tegere. Contra quos exardens Propheta dixit: *Num qui cadit, non reſurgit: nec qui avertitur, nunquam revertitur?* (Hiere. 8, 4.) Si quem à nobis requiris, qui poſt ſuſceptam fidem ſit prolapſus, animadvertas quòd de hoc etiam illa dicta ſunt: nam qui cecidit, ex eorum eſt numero qui prius ſteterunt, non qui jacuerunt: nam qui jacet, quomodo is poteſt cadere? Verum alia quoque dicentur per parabolas, per manifeſta cum facta tum verba. Ovis illa quæ ſeparata fuit à nonaginta novem, moxque inventa & reducta, quid aliud nobis demonſtrat, quàm fidelium caſũ & reditum? (Matth. 18, 12.) Quoniam ovis erat non alieni paſtoris, de reliquarũ erat grege, priuſq; ſub eodem paſtore paſcebatur: & erravit non quovis modo, ſed per montes & ſaltus, hoc eſt, per viam longam, deflectentémq; à recto. Quid? num neglexit errantem? Nequaquam: reduxit eam, non ante ſe illam agens, nec verberans, ſed ſuis impoſitam humeris reportans. Quemadmodum enim optimi medici difficili diuturnoq; morbo decumbentes variis medicinis ad ſanitatem reſtituunt, non ſemper utentes arte: interim enim nonnihil cupientibus diverſa obſecundant: ſic Deus vehementer corruptos non impellit magna vi ad virtutem,

ſed manſuetè & ſenſim promovet : imò plerumque portat, ne immanior ſciſſura fiat, aut error productior. Non eſt unum hoc ſimile, quod hujuſmodi doctrinam confirmat, parabola etiam de filio prodigo ſtat ab eadem, qui non erat patri alienus, utpote filius, & frater pueri acceptiſſimi, nec in malitiam vulgarem incurrit : quinimò ſciens prudénſque, ut ſic dicam, in alterum littus malorum prorupit: dives, liber, bene natus, omnibus ſervis, omnibus mercenariis, nedum hoſpitibus, factus eſt calamitoſior : atqui redditus eſt priſtinæ dignitati, amiſſámque gloriam recuperavit. Si de vita deſperaſſet, ac de his rebus, quæ ei contigerunt, ambiguus, in aliena reſediſſet regione, orbatus fuiſſet nimirum bonis illis quæ mox obvenerunt : periiſſet fame, mortémque obiiſſet omnium maximè miſerabilem. Verùm quia pœnituit, nec diffiſus eſt ſuper reditu, è tanta corruptione in priorem claritatem commutatus, amicitur ſtola pulcherrima, fruitur majoribus quàm frater à lapſu immunis. *Tot enim annos*, inquit, *ſervio tibi, & nunquam præceptum tuum ſum prætergreſſus, nec mihi unquam hædum dediſti, ut cum amicis meis lætarer : at poſtquam filius ille tuus, qui devoravit ſubſtantiam tuam, venit, occidiſti ei vitulum illum ſaginatum.* Tanta eſt virtus pœnitentiæ.

Luc. 15, 12.

CAP. V.

Peccata tollenda ſunt, ut in melius mutemur.

Tam præclaris itaque exemplis excitati, ne permaneamus in malis factis, nec incerti fluctuemus de mutandis nobis in melius : quin magna fiducia dicamus, Pergo ad patrem meum, appropinquemus Deo, is nequaquam nos averſabitur. Atqui nos conſultò, deditáque opera procul ipſos ſejungimus. *Deus enim*, inquit, *appropinquans ego ſum, & non Deus procul.* Quemadmodum per Prophetam iterum exprobrat : *Nonne*, inquit, *peccata veſtra dividunt inter me & vos?* Quare cùm peccata nos longè dirimant à Deo, tollamus neceſſe eſt ea ceu intervallum moleſtiſſimum, quod nos propiores fieri prohibet. Audi, jam in rem præſentem duceris. Apud Corinthios vir quidam illuſtris patravit peccatum, quale nec apud Ethnicos nominabatur : is erat fidelis de familia Chriſti : ſunt qui eum fuiſſe ſacerdotem quoque autumant. Quid tum? Paulúſne à ſpe illorum qui ſervabantur, eum dejecit? Ille, inquam, Paulus qui in ſuperioribus & conſequentibus toties expoſtulat cũ Corinthiis quòd eum in ordinem pœnitentium non redegerint, oſtenſurus denique nullum eſſe peccatum, quod medicinam refugiat, iterum loquitur de eo, qui gravius quàm gentes peccaverat : *Tradite*, inquit, *eum ſatanæ ad interitum carnis*, quò ſpiritus ſalvus ſit in die Domini Jeſu Chriſti. Id quidem ante pœnitentiam dixit: mox ut reſipuit: *Satis eſt*, inquit, *iſtiuſmodi homini increpatio hæc quæ facta eſt à pluribus*. Et ſcripſit ut eum conſolarentur, ut reſipiſcentiæ locum darent: ne eum in ſatanæ poteſtatem tranſire contingeret. Item Galatæ integra natio, poſt ſuſceptam fidem, poſt ſigna per ſe facta, poſt multas tentationes propter fidem Chriſti exuperatas, lapſi ſunt, iterúmque reſurrexerunt : ſiquidem claruerunt miraculis, quemadmodum idem manifeſtat. Qui igitur vobis, ait, præbet ſpiritum, & operatur virtutes in vobis. Multa fidei certamina decertarunt, quod ſic docuit: Tam multa, inquit, paſſi eſtis fruſtrà, ſi tamen & fruſtrà. Poſt tanta virtutis incrementa grave flagitium commiſerunt in hoc, quòd à Chriſto diverterunt, de quo videtur ille dixiſſe : *Ecce Paulus dico vobis, ſi circumcidamini, Chriſtus nihil vobis proderit.* Et iterum : *Quicumque à lege juſtificamini, à gratia excidiſtis.* A lapſu tam pernicioſo perquam amanter eos recepit : nam dicit, *Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* oſtendit nimirum vel ab ultima deſtructione poſſe Chriſtum ſuperiorem reformari in nobis. *Non vult enim mortem peccatoris, ſed ut revertatur, & vivat.* Revertamur itaque, amicum caput, & voluntatem Dei perficiamus. In hoc quidẽ nos creavit, ac in iſtud eſſe produxit, quò nos æternis bonis donet, utque tribuat regnum cœlorum, non ut in gehennam detrudat, aut ignibus dedat, qui quidem facti ſunt propter diabolum, non propter nos, non aliter atque noſtri gratia paratum eſt regnum cœlorum. Utrumque ſubindicat, cum dicit illis qui à dextris adſtabunt : *Venite benedicti patris mei, poſſidete regnum paratum vobis ab exordio mundi.* A ſiniſtris autem conſtitutis : *Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt:* non addit, vobis : ſed, *diabolo & Angelis ejus.* Qua de cauſa non eſt gehenna inſtituta propter nos, ſed propter adverſarium & Angelos ejus : regnum autem cœlorum ab exordio mundi propter nos adornatum. Ne igitur nos reddamus indignos ad hæc, ut cum ſponſo ingrediamur. quamdiu enim hic ſumus, etiamſi peccemus millies, ſemper erit ſpei locus : omnia dabitur abluere ſcelera dignam exhibentibus pœnitentiam. Cæterum ſi quando hinc illuc abducti fuerimus, licet vehementiſſimam pœnitentiam exhibuerimus, nihil tamen nobis illud proderit:

Hier. 23, 23.
Eſa. 59, 2.
1. Cor. 5, 5.
2. Cor. 2, 6.
Galat. 5, 2.
Gal. 4. 19.
Eze. 18, 32.
Mat. 25, 34.

ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρὸν καὶ διαβαστάζων πανταχοῦ, ὥστε μὴ πλέον γενέσθαι τὸ σχίσμα, μηδὲ μακροτέραν τὴν πλάνην. οὐχ αὕτη δὲ μόνον ἡ παραβολὴ τοῦτο ἠνίξατο, ἀλλὰ καὶ ἡ τοῦ παιδὸς τοῦ ἀσώτου. καὶ γὰρ καὶ οὗτος οὐκ ἀλλότριος ἦν, ἀλλ' υἱὸς, καὶ ἀδελφὸς τοῦ εὐηρεστηκότος παιδὸς, καὶ εἰς κακίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἐξώκειλεν, ἀλλ' εἰς αὐτὸ τὸ πέρας, ὡς ἄν τις εἴποι, τῶν κακῶν ὁ πλούσιος, καὶ ἐλεύθερος, καὶ εὐγενὴς, οἰκετῶν καὶ ξένων καὶ μισθωτῶν ἀθλιώτερον διατεθείς· ἀλλ' ὅμως πάλιν εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπανῆλθε καὶ τὴν προτέραν δόξαν ἀπέλαβεν. εἰ δὲ ἀπεγνώκει τῆς ἑαυτοῦ ζωῆς, καὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ἀπαγορεύσας ἔμεινεν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας, οὐκ ἂν ἔτυχεν ὧνπερ καὶ ἔτυχεν, ἀλλὰ λιμῷ διαφθαρεὶς τὸν ἁπάντων οἴκτιστον ὑπέμεινε θάνατον· ἐπειδὴ δὲ μετενόησε καὶ οὐκ ἀπέγνω, μετὰ τὴν τοσαύτην διαφθορὰν, ἐπὶ τῆς αὐτῆς φαιδρότητος γίνεται πάλιν, καὶ τὴν καλλίστην περιβάλλεται στολὴν, καὶ μειζόνων ἀπολαύει τοῦ μὴ καταπεπτωκότος ἀδελφοῦ. τοσαῦτα γὰρ ἔτη, φησὶ, δουλεύω σοι, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον, καὶ οὐδέποτέ μοι ἔδωκας ἔριφον, ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ· ὅτε δὲ ὁ υἱός σου οὗτος ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν ἦλθεν, ἔθυσας αὐτῷ τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν. τοσαύτη ἡ τῆς μετανοίας ἰσχύς.

Τοσαῦτα οὖν ἔχοντες ὑποδείγματα, μὴ παραμένωμεν τοῖς κακοῖς, μηδὲ ἀπογνῶμεν τὴν καταλλαγήν· ἀλλ' εἴπωμεν καὶ αὐτοὶ, πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα μου, καὶ ἐγγίσωμεν τῷ Θεῷ. αὐτὸς γὰρ ἡμᾶς οὐδέποτε ἀποστρέφεται, ἀλλ' ἡμεῖς ἐσμεν οἱ μακρύνοντες ἑαυτούς. Θεὸς γὰρ ἐγγίζων ἐγώ εἰμι, καὶ οὐ Θεὸς πόρρωθεν. καὶ διὰ τοῦ αὐτοῦ δὲ τούτου προφήτου πάλιν ἐγκαλῶν αὐτοῖς ἔλεγεν· οὐχὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν διιστῶσιν ἀναμέσον ὑμῶν καὶ ἐμοῦ; ἐπειδὴ οὖν τοῦτό ἐστι τὸ ποιοῦν πόρρω ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ, περιέλωμεν τὸ χαλεπὸν τοῦτο διάφραγμα, καὶ τὸ κωλῦον οὐδὲν γενέσθαι ἐγγύς. ἄκουσον δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων τοῦτο γεγενημένον. παρὰ Κορινθίοις ἐπίσημός τις ἀνὴρ ἁμαρτίαν εἰργάσατο τοιαύτην, οἵα οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται. πιστὸς δὲ οὗτος ἦν, καὶ τῶν ᾠκειωμένων Χριστῷ· τινὲς δὲ αὐτὸν καὶ τῶν ἱερωμένων εἶναί φασι. τί οὖν; ἆρα ἐξέκοψεν αὐτὸν τῆς τῶν σωζομένων μερίδος ὁ Παῦλος; οὐδαμῶς· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ μυρία ἄνω καὶ κάτω Κορινθίοις ἐγκαλῶν, ὅτι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν οὐ κατέστησαν· βουλόμενος δὲ ἡμῖν δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἔστιν ἁμάρτημα, ὃ μὴ δύναται ἰαθῆναι, πάλιν ἔλεγε περὶ αὐτοῦ τοῦ χαλεπώτερα τῶν ἐθνικῶν ἡμαρτηκότος· παράδοτε τὸν τοιοῦτον τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀλλὰ τοῦτο μὲν πρὸ τῆς μετανοίας· ἐπειδὴ δὲ μετενόησεν, ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ ἡ ἐπιτιμία, φησὶν, ἡ ὑπὸ τῶν πλειόνων· καὶ ἐπέστελλε παρακαλέσαι πάλιν αὐτὸν, καὶ προσδέξασθαι τὴν μετάνοιαν, ὥστε μὴ πλεονεκτηθῆναι ὑπὸ τοῦ σατανᾶ. καὶ ἔθνος δὲ ὁλόκληρον τὸ τῶν Γαλατῶν μετὰ τὸ πιστεῦσαι, καὶ σημεῖα ἐργάσασθαι, καὶ πολλοὺς πειρασμοὺς ἐνεγκεῖν διὰ τὴν πίστιν τὴν εἰς τὸν Χριστὸν, καταπεσόντας πάλιν ἀνέστησεν· ὅτι μὲν ἐθαυματούργουν, ἐδήλωσεν εἰπών· ὁ οὖν ἐπιχορηγῶν ὑμῖν τὸ πνεῦμα, καὶ ἐνεργῶν δυνάμεις ἐν ὑμῖν. ὅτι δὲ καὶ πολλὰ τῆς πίστεως ἕνεκεν ἤθλησαν, καὶ τοῦτο ἐδήλωσε λέγων· τοσαῦτα ἐπάθετε εἰκῇ, εἴγε εἰκῇ· ἀλλ' ὅμως μετὰ τὴν τοσαύτην ἐπίδοσιν ἁμαρτίαν ἥμαρτον ἱκανὴν ἀλλοτριῶσαι αὐτοὺς τοῦ Χριστοῦ. περὶ ἧς αὐτὸς ἀποφαίνεται λέγων· ἴδε ἐγὼ Παῦλος λέγω ὑμῖν, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελήσει. καὶ πάλιν· οἵτινες ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσετε· καὶ μετὰ τὴν τοσαύτην ὅμως παράπτωσιν, προσίεται αὐτοὺς λέγων· τεκνία μου, οὓς πάλιν ὠδίνω ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, δεικνὺς, ὅτι μετὰ τὴν ἐσχάτην διαφθορὰν δυνατὸν πάλιν ἄνωθεν μορφωθῆναι τὸν Χριστὸν ἐν ἡμῖν· οὐ γὰρ θέλει τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι καὶ ζῆν αὐτόν. ἐπιστρέψωμεν οὖν, ὦ φίλη κεφαλὴ, καὶ τὸ θέλημα ἐξανύσωμεν τοῦ Θεοῦ. διὰ γὰρ τοῦτο ἡμᾶς ἔκτισε, καὶ εἰς τὸ εἶναι παρήγαγεν, ἵνα τῶν αἰωνίων ποιήσῃ μετόχους ἀγαθῶν, ἵνα τὴν βασιλείαν παράσχῃ τῶν οὐρανῶν, οὐχ ἵνα εἰς γέενναν ἐμβάλῃ, καὶ τῷ πυρὶ παραδῷ. τοῦτο γὰρ οὐ δι' ἡμᾶς, ἀλλὰ διὰ τὸν διάβολον γέγονεν· ἡ βασιλεία δὲ ἡμῖν εὐτρέπισται, καὶ παρεσκεύασται πάλαι. καὶ ταῦτα ἀμφότερα ὑποδεικνὺς ἔλεγε τοῖς μὲν ἐκ δεξιῶν, δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου· τοῖς δὲ ἐξ εὐωνύμων, πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ οἱ κατηραμένοι εἰς τὸ πῦρ τὸ ἐξώτερον τὸ ἡτοιμασμένον, οὐκ ἔτι ὑμῖν, ἀλλὰ τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ. οὕτως οὐ δι' ἡμᾶς ἡ γέεννα γέγονεν, ἀλλὰ δι' ἐκεῖνον, καὶ τοὺς ἀγγέλους ἐκείνου· ἡ δὲ βασιλεία πρὸ καταβολῆς κόσμου ἡμῖν παρεσκεύασται. μὴ τοίνυν ἀναξίους ἑαυτοὺς τῆς τοῦ νυμφῶνος εἰσόδου παρασκευάσωμεν· ἕως γὰρ ἂν ὦμεν ἐνταῦθα, κἂν μυρία ἁμαρτάνωμεν, ἔνεστι πάντα ἀπολούσασθαι μετάνοιαν τῶν ἁμαρτηθέντων ἐπιδειξαμένους. ἡνίκα δὲ ἂν ἀπαχθῶμεν ἐκεῖ, οὐδ' ἂν σφοδροτάτην ἐπιδειξώμεθα τὴν μετάνοιαν, ἔσται τι πλέον λοιπόν.

ἀλλὰ

ἀλλὰ κἂν τοὺς ὀδόντας βρύχωμεν, κἂν κοπτώμεθα, κἂν μυρία παρακαλῶμεν, οὐδὲ ἄκρῳ τις ἐπιστάξει τῷ δακτύλῳ φλεγομένοις ἡμῖν, ἀλλ' ἀκουσόμεθα ταῦτα, ἅπερ καὶ ὁ πλούσιος τότε ἐκεῖνος· ὅτι χάσμα μέγα μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν ἐστήρικται. ἀναστῆναι μὲν οὖν ἐνταῦθα παρακαλῶ, καὶ τὸν δεσπότην ἐπιγνῶμεν τὸν ἑαυτῶν, ὡς ἐπιγνῶναι χρή. τότε γὰρ μόνον ἀπογνῶναι δεῖ τὴν ἀπὸ τῆς μετανοίας ἐλπίδα, ὅταν ἐν τῷ ᾅδῃ γενώμεθα. ἐκεῖ γὰρ μόνον οὗτος τὸ φάρμακον ἀσθενὲς καὶ ἄχρηστον· ἐνταῦθα δὲ ὄντων ἡμῶν, κἂν ἐν αὐτῷ τῷ γήρᾳ ἐπιτεθῇ, πολλὴν ἐπιδείκνυται τὴν ἰσχύν· διὸ καὶ ὁ διάβολος πάντα κινεῖ, ἵνα ῥιζώσῃ τὸν τῆς ἀπογνώσεως ἐν ἡμῖν λογισμόν. οἶδε γὰρ, ὅτι κἂν μικρὸν μετανοήσωμεν, οὐκ ἀμισθὶ τοῦτο πράξομεν· ἀλλ' ὥσπερ ὁ ποτήριον ψυχροῦ ἐπιδοὺς ἀποκειμένην ἔχει τὴν ἀμοιβὴν, οὕτω καὶ ὁ μετανοήσας ἐφ' οἷς ἔπραξε δεινοῖς, κἂν μὴ τῶν ἁμαρτημάτων ἀξίαν ἐπιδείξηται τὴν μετάνοιαν, καὶ αὐτῆς ταύτης ἕξει τὴν ἀντίδοσιν. οὐδὲν γὰρ ὅλως ἀγαθῶν, κἂν μικρὸν ᾖ, παροφθήσεται παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ. εἰ γὰρ ἁμαρτήματα μετὰ τοσαύτης ἐξετάζεται τῆς ἀκριβείας, ὡς καὶ ῥημάτων καὶ ἐνθυμημάτων τίνειν τιμωρίας ἡμᾶς, πολλῷ μᾶλλον τὰ κατορθώματα, κἂν μεγάλα ᾖ, κἂν μικρὰ, λογισθήσεται κατ' ἐκεῖνον ἡμῖν τὸν καιρόν. ὥστε κἂν μὴ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκρίβειαν πάλιν ἐπανελθεῖν δυνηθῇς, ἀλλὰ τὸ τυχὸν γοῦν τῆς παρούσης νόσου καὶ ἀσελγείας ἀποστήσῃς σεαυτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἔσται ἀνόνητον· μόνον ἀρχὴν ἐπίθες τῷ πράγματι, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἀγῶνας εἴσοδον ἄνοιξον· ἕως δ' ἂν ἔξω μένῃς, εἰκότως δύσκολον καὶ εὔπορον τοῦτό σοι φαίνεται. πρὸ γὰρ τῆς πείρας, κἂν σφόδρα ᾖ τὰ πράγματα κοῦφα καὶ φορητὰ, ὅμως ἔμφασιν ἡμῖν παρέχειν εἴωθε δυσκολίας πολλῆς· ὅταν δὲ ἐν αὐτοῖς διὰ τῆς πείρας γενώμεθα, καὶ κατατολμήσωμεν, τὸ πλέον τῆς ἀγωνίας ἐξίσταται, καὶ τὸ θαρρεῖν ἀντὶ τοῦ τρέμειν καὶ ἀπογινώσκειν ἐπεισελθὸν ἐλαττοῖ μὲν τὸν φόβον, αὔξει δὲ τὴν εὐμάρειαν, καὶ τὰς χρηστὰς ἐλπίδας ἰσχυροτέρας ποιεῖ· διὰ τοῦτο καὶ τὸν Ἰούδαν ἀπήγαγεν ἐντεῦθεν ὁ πονηρὸς, ἵνα μὴ τῆς προεστηκυίας λαβόμενος ἀρχῆς, ἐπανέλθῃ διὰ τῆς μετανοίας ὅθεν ἐξέπεσεν. ἐγὼ γὰρ εἰ καὶ παράδοξον τὸ λεγόμενον, οὐδὲ ἐκεῖνο τὸ ἁμάρτημα μεῖζον εἴποιμι ἂν εἶναι τῆς ἀπὸ τῆς μετανοίας βοηθείας γινομένης ἡμῖν. διὸ δὴ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, πᾶσαν τὴν σατανικὴν ἔννοιαν ἐξορίσαντα τῆς ψυχῆς, ἐπὶ τὴν σωτηρίαν ταύτην ἐπανελθεῖν· εἰ μὲν γὰρ ἀθρόως καὶ ἐμοῦ πρὸς ἐκείνην σε τὴν κορυφὴν πάλιν ἀναβῆναι ἐκέλευον, εἰκότως ἂν ἐδυσχέραινες, ὡς πολλῆς τῆς δυσκολίας οὔσης ἐν τούτῳ· εἰ δὲ τοσοῦτον ἀπαιτῶ μόνον, ὅσον μὴ προσθεῖναι τοῖς παροῦσι κακοῖς, ἀλλ' ἀναστάντα ἐντεῦθεν τὴν ἐναντίαν ὑποστρέψαι πάλιν, τίνος ἕνεκεν ὀκνεῖς καὶ ἀναδύῃ, καὶ εἰς τοὐπίσω καθέλκεις σαυτόν; οὐχ ἑώρακας τοὺς ἐν τρυφῇ καὶ μέθῃ, καὶ παιδιᾷ, καὶ τῇ λοιπῇ τελευτήσαντας χλευασίᾳ τοῦ βίου; ποῦ νῦν εἰσιν οἱ μετὰ πολλοῦ μὲν τοῦ τύφου, πολλῶν δὲ τῶν ἀκολούθων σοβοῦντες ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς; οἱ τὰ σηρικὰ ἐνδεδυμένοι, καὶ μύρων ἀποπνέοντες, καὶ παρασίτους τρέφοντες, καὶ τῇ σκηνῇ προσηλωμένοι διαπαντός; ποῦ τούτων ἡ φαντασία ἐκείνη νῦν; οἴχεται· ἡ τῶν δείπνων πολυτέλεια, τὸ τῶν μουσικῶν πλῆθος, ἡ τῶν κολάκων θεραπεία, ὁ γέλως ὁ πολὺς, ἡ τῆς ψυχῆς ἄνεσις, ἡ τῆς διανοίας διάχυσις, ὁ βίος ὁ ὑγρὸς καὶ ἀνειμένος καὶ ὕπτιος ποῦ νῦν; ἀπέπτη πάντα ἐκεῖνα. τί γέγονε τὸ τοσαύτης θεραπείας ἀπολαῦον σῶμα καὶ καθαρότητος; ἄπιθι πρὸς τὴν σορὸν, θέασαι τὴν κόνιν, τὴν τέφραν, τοὺς σκώληκας, τοῦ τόπου τὸ εἰδεχθὲς θέασαι, καὶ στέναξον πικρόν· καὶ εἴθε μέχρι τῆς τέφρας ἡ ζημία ἦν· νῦν δὲ ἀπὸ τῆς σοροῦ καὶ τῶν σκωλήκων τούτων μετάγαγε τὸν λογισμὸν ἐπὶ τὸν ἀτελεύτητον ἐκεῖνον σκώληκα, ἐπὶ τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον, ἐπὶ τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, ἐπὶ τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, ἐπὶ τὴν θλῖψιν καὶ τὴν στενοχωρίαν, ἐπὶ τὴν παραβολὴν τὴν τοῦ Λαζάρου καὶ τοῦ πλουσίου, ὃς τοσούτων χρημάτων κύριος ὢν, καὶ πορφύραν ἐνδιδυσκόμενος, οὐδὲ σταγόνος ὕδατος ἐγένετο κύριος, καὶ ταῦτα, ἐν ἀνάγκῃ τοσαύτῃ καθεστώς. οὐδὲν τῶν ὀνειράτων ἄμεινον τὰ ἐνταῦθα διάκειται. καθάπερ γὰρ οἱ τὰ μέταλλα ἐργαζόμενοι, ἢ καὶ ἑτέραν τινὰ τίνοντες κόλασιν ταύτης χαλεπωτέραν, ὅταν ὑπὸ τῶν πολλῶν μόχθων ἐκείνων, καὶ τῆς πικροτάτης ζωῆς ἀπονυστάξαντες ἴδωσιν ἐν ὀνείροις, ἐν τρυφαῖς καὶ εὐθηνίαις ἑαυτοὺς, οὐδεμίαν μετὰ τὸ ἐγερθῆναι τοῖς ὀνείρασιν ἴσασι χάριν· οὕτω καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος καθάπερ ἐν ὀνείρῳ τῷ παρόντι βίῳ πλουτήσας, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν τὴν πικρὰν ἐκείνην ἐκολάζετο κόλασιν. ταῦτα ἐννόησον, καὶ τὸ πῦρ ἀντιστήσας ἐκεῖνο τῷ κατέχοντί σε νῦν, τῷ τῶν ἐπιθυμιῶν ἐμπρησμῷ, ἀπαλλάγηθι τῆς καμίνου ποτέ. ὁ μὲν γὰρ ταύτην ἐνταῦθα ἀποσβέσας καλῶς, οὐδὲ ἐκείνης λήψεται πεῖραν· εἰ δέ τις ταύτης μὴ περιγένηται, σφοδρότερον αὐτὸν ἀπελθόντα ἐντεῦθεν καθέξει τότε ἐκείνη. πόσον θέλεις σοι παρατεθῆναι τοῦ παρόντος βίου τὴν ἀπόλαυσιν χρόνον; ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶμαί σοι πλεῖον, ἢ πεντήκοντα ἔτη λείπεσθαι, ὡς πρὸς ἔσχατον γῆρας ἐλθεῖν, μᾶλλον δὲ, οὐδὲ τοῦτό πως δῆλόν ἐστιν ἡμῖν. εἰ γὰρ μηδὲ μέχρι τῆς ἑσπέρας ὑπὲρ τῆς ζωῆς ἔχοντες τὸ θαρρεῖν τῆς ἑαυτῶν,

A nam tum vel dentibus frendemus, vel plangemus, vel rogabimus infinita, ſed ne ſummo quidem digito paululum quiddam refrigerii diſtillabit ardentibus nobis: quin eadem audiemus, quæ quondam dives ille, nempe magnum eſſe hiatum inter nos & vos. Redeamus itaque ad frugem meliorem moneo, dum hic degimus, & agnoſcamus dominum ſicut agnoſcere fas eſt. (Luc. 16, 26) Etenim non eſt cur omnem pœnitentiæ ſpem abjiciamus, niſi in inferno conſtituti, quo in loco tantum pharmacum hoc infirmum eſt: in hoc autem ſeculo etiam in extrema ſenecta impoſitum, miram vim præ ſe fert. Unde diabolus omnem, quod ajunt, lapidem movet, quò in nobis altè radicem agat cogitatio deſperationis: quandoquidem novit, quamlibet exiguum pœnituerimus, nullo in pacto facturos indonatos à Deo. Sicut enim is, qui calicem aquæ frigidæ porrexerit, nequaquam fructum mercedis amittit; ſic actus pœnitudine ſuper commiſſis à ſe, licet dignam pœnitentiam non exhibeat, æqualem tamen illi quam habet, quantulacumque eſt, retributionem ſentiet. Etenim nihil bonorum, ſit licet vel minutiſſimum, à judice neglectum erit. Quando enim peccata tanta cura diſquiruntur, ut de verbis & cogitationibus pœnam attemperet: quanto accuratius bonorum operum tam inſignium, quàm obſcurorum rationem habebit illis temporibus? Quare licet vires non ſufficiant ut ad amiſſam diligentiam revertaris, aliquid certè de nimietate morbi ac luxuriæ ſi reſeces, ne hoc quidem tibi infructuoſum ſenties fore, modò initium rei feceris, atque ad certamen aditum recluſeris. Quãto tempore ante veſtibulum obertas, optimo jure omnia tibi difficilia ac deſperata videbuntur: ante nimirum experientiam res facillimæ maximéque parabiles, arduæ difficultatis ſpeciem præbere ſolent: deinde ubi facto periculo paulum intro ſeipſimus, & animum obduravimus, pro torpore, pro deſperatione confidentia ſubit, diminuit timorem, facilitatem auget, ſpes amplas confirmat: propterea Malignus Judam inde ſeduxit, quo minus facto feliciter initio rediret per pœnitentiam, unde prolapſus erat. Equidem dico quod ſupra veri fidem alius apparet, ne illud quidem peccatum Judæ eſſe majus quàm auxilium quod nobis à pœnitentia venit. Quare rogo & obſecro, omnem ſatanæ cogitationem à ſeptis animæ procul arceas, atq; ad hunc penetres portum ſalutis. Si namque uno velut niſu ad ſummum illud faſtigium conſcendere juberem, haud injuria gravatum te diceres, propter permixtam rei difficultatem: cùm verò tantulum duntaxat in præſentia requiram, ut ad præſentia mala nihil adjicias, ſed hinc ſurgens ad iter contrarium te convertas, quid dum cunctaris? quid refugis? quid teipſum retrahis? Num vidiſti quoſdam qui in deliciis, in ebrietatibus, in reliquo hujus vitæ ludibrio mortui ſunt? Ubi nunc ſunt qui pridem videlicet per forum tumidi ſuperbia cum multis aſſectatoribus ſe movebant, qui ſericis induti veſtimentis, unguentum olentes, paraſitos alentes, & ſemper affixi ſcenæ? ubi nunc illa eſt oſtentatio & pompa? ſublata eſt. Cœnarum ſumptus, immodicus riſus, quies animæ, cogitationis diffuſio, vita mollis, otioſa, luxu perdita, ubi nunc? evolarunt omnia. Quid ex corpore factum eſt, quod pridem tanto famulitio, tam exquiſita munditia abundabat? Perge quæſo ad ſepulchrum: Contemplare pulverem, cineres, vermes, loci deformitatem, & amarè ſuſpira. Atque utinam ad pulverem tantum ejuſmodi damnum pertingeret. Verùm interim à ſepulchro & his vermibus deduc oculos mentis ad vermem illum immortalem, ad ignem illum inextinguibilem, ad ſtridorem dentium, ad extremas tenebras, ad afflictionem & anguſtiam, ad parabolam Lazari ac divitis, qui amictus purpura, & tot nummorum dominus, factus eſt omnium rerum adeò indigus, ut nec unius guttulæ aquæ dominus eſſet, & ſub acerbiſſima tormentorum neceſſitate conſtitueretur. Quid? putáſne ſomniis præſtare hujus perituri ſeculi bona? Quemadmodum enim qui ad metalla damnari, aut aliam quandam pœnam luunt hac graviorem, ſi quando ſub duris illis laboribus, & acerbiſſima vita conſopiuntur, ſe vident in deliciis, ac læta rerum affluentia, expergefacti autem nullam ſomniis gratiam habent: ſic dives ille tanquam in ſomnio tantùm dives fuiſſet, poſteaquam hinc emigravit, amaram ſuam pœnam perſolvit. Hæc conſidera, & illum ignem oppone iſti, qui te occupat nunc, concupiſcentiæ ardori, ut olim à gehennæ fornace libereris. Nam qui eam hic probè reſtinxit, nec ejus incaleſcet alibi vicinia: ſi quis eam non exuperat, hunc abeuntem excipiet vehementior. Quanto tempore tibi cupis hujus vitæ fructum ſupereſſe? Equidem opinor non plures annos tibi quàm quinquaginta expectandos, imò ne hoc quidem nobis certum eſt: ſiquidem qui de noſtra vita neſcimus, an veſperam imminentem aſſequutura ſit, qua fronte ſuper tot annis aſſeverabimus?

Præter-

Præterea dubia eſt aliarum rerum viciſſitudo & inobſervabilis, nedum temporis: quandoque enim dum vita in longum tempus producitur, quæ oblectant, non æqualiter producuntur, modò adſunt, modò elabuntur. Verùm ut demus gratia ſermonis ita fore, téque tot annos victurum, neque ullus caſus felicitatem intercipiat: quantulum hoc ad ſecula infinita ſempiternáque erit? quantulum ad ſæva flagella, & inenarrabile cœlorum gaudium? Hic habent tam jucunda quàm triſtia finem, eúmque celerrimum: illic ſeculis extenduntur utraque immortalibus, nec dici poteſt quantum virtute & potentia differant à rebus præſentibus.

CAP. VI. De pœnis eorum, qui cruciantur apud inferos.

Quum ignem audis, ne arbitreris eſſe ſimilem huic igni: accenſus enim hic deferveſcit, & mutatur: ille autem ſemel in flammam exurgens, ardet perpetuò, nunquam intermoritur, ideoque inextinguibilis dicitur. Nam & eos, qui peccaverunt, neceſſe eſt, immortalitatem induere, non tamen ad honorem ſibi: verùm ut continuum ſuperſit viaticum illius ſupplicii, quod quàm ſit horrendum, oratio nequit unquam explicare. Ab experimento rerum tenuium fieri poteſt ut accipiamus de magnis aliquid conjecturæ. Si quando in balneo fueris nimium efferveſcente, tum gehennæ recorderis: & rurſus ſi quando febre acriore aduſtus fueris, ad flammam illam mentem traducito, túmque poteris probè diſtinguere. Si enim balneum & febris adeò nos affligant ac territant: quo animo futuri ſumus, quando in fluvium ignis inciderimus, qui ducitur ab illo horrendo tribunali? Profectò frendemus dentibus propter labores & cruciatus illos intolerabiles, & nemo ſuppetias feret. Plorabimus omnes triſtiſſimè, flamma nobis vehementiùs incumbente. Neminem videbimus præter condemnatos nobiſcum, & immanem ſolitudinem. Quis poteſt verbis conſequi, quàm formidabiles pavores à tenebris exorientur, quæ in animis noſtris extabunt? Quemadmodum ignis illic non habet vim reſolvendi, ſic nec illuminare poteſt, alioqui non eſſent tenebræ. Hujuſmodi igitur pavorem à tenebris, tremorem, reſolutionem membrorum, attonitum ſtuporem exprimere ſufficit una illius temporis ratio. Multa illic variáque tormenta, & pœnarum undique inundant examina. Cæterum ſi quis fortè dubitat quo pacto ſatis eſſe, ac æternùm durare immortalis queat anima confecta vi pœnarum, is cognoſcat quæ hic fiunt: quomodo non rarò multi ad morbum non minus acrem, quàm diuturnum ſuffecerint. Quod ſi etiam mortem obierint non id accidit, quod anima conſumpta eſſet, verum quòd defeciſſet corpus, ac niſi ceſſiſſet illud, nunquam anima cruciari deſiiſſet. Quare poſtquam incorruptibile corpus indiſſolubiléque acceperit, nihil prohibet in infinitum protendi ſupplicium. Hic quidem non ſimul contingunt vehementia pœnarum, & earum diuturnitas. Altera enim cum altera pugnat, propter conditionem corruptibilis illius corporis non ferentis earum concurſum: immortalitate autem ſuccedente ſolvitur hæc pugna, & magna cum potentia nos in infinitum utraque mala poſſidebunt, nec exceſſus ullus tormentorum perimet animam noſtram. Sic, inquam, licet nos eſſe perſuaſos: neque enim hoc corpus poterit in illo tempore conſumi cruciatibus: ſed perpetuo afflictum permanebit cum anima, nec finis ullus erit. Quantas igitur delicias, & quantum temporis opponi cupis illi ſupplicio & pœnæ? Viſne centum annos, aut biscentum? Verùm quid hi ſunt ad ſecula interminabilia? quod enim eſt ſomnium diei per omnem vitam, id eſt fructus rerum præſentium comparatus ad ſtatum futurorum bonorum. Eſtne qui propterea ut ſuave ſomnium videat, per omnem vitam eligat ferre cruciatum? & quis ſic ſtultus eſt, ut ultro ad talem mercedem adſolet? Nihildum equidem delicias, nec amaritudinem quæ in eis occulitur, aperio: quandoquidem loqui de his rebus adhuc eſt intempeſtivum: ubi eas effugere valebis, tum locus erit hujuſmodi tractandi. Nunc quia morbo illo detineris, videbimur tibi nugas agere, ſi quando voluptatem amaram nominavero: liberatus olim à morbo Dei beneficio, mox planè intelliges malitiam. Quare ſermones illos in aliud tempus differamus, hoc nunc dicemus. Fingamus delicias eſſe delicias, & voluptatē voluptatem nihilq; habere fellis: ſed quid obſecro, dicemus de imminente pœna? quid tum faciemus? qui modò læti geſtimus velut in umbra & imagine, opere quidem alibi pœnas æternas ſuſtinebimus: idque cum exiguo tempore quæ tum futura diximus, aut tormenta etiam abſurdiora effugere, fruíque bonis repoſitis liceret? Hoc eſt enim opus clementiæ divinæ, quod nobis certamina non in longum tempus præſcripſit, brevi quidem & in momento, & in ictu oculi finientur: nam tantula eſt præſens vita, ſi eam cum futura conferas, at infinitis in ſeculis coronabimur. Neque vero mediocriter id animas damnatorum contriſtabit,

A πῶς ἂν ὑπὲρ τοσούτων διισχυρίσαιντο ἐτῶν; καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐστὶν ἄδηλον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς τῶν πραγμάτων μεταβολῆς. πολλάκις γὰρ τῆς ζωῆς ἐκταθείσης εἰς χρόνον μακρὸν, οὐ συνεξετάθη τὰ τῆς τρυφῆς· ἀλλ' ὁμοῦ καὶ ἐπέστη καὶ ἀπεδήμησε. πλὴν ἀλλ' εἰ βούλει κείσθω τῷ λόγῳ, καὶ ζήσεσθαι ἔτη τοσαῦτα, καὶ μηδεμίαν ὑποστήσεσθαι μεταβολήν, τί τοῦτο πρὸς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας, καὶ τὰς κολάσεις τὰς πικρὰς καὶ ἀφορήτους ἐκείνας; ἐνταῦθα μὲν γὰρ, καὶ τὰ ἀγαθὰ, καὶ τὰ χαλεπὰ B τέλος ἔχει, καὶ τοῦτο τάχιστον· ἐκεῖ δὲ, ἀθανάτοις ἀμφότερα παρεκτείνεται αἰῶσι, καὶ τῇ ποιότητι δὲ τοσοῦτον τῶν νῦν διενήνοχεν, ὅσον οὐδὲ ἔστιν εἰπεῖν.

Μὴ γὰρ ἐπειδὴ πῦρ ἤκουσας, τοιοῦτον εἶναι νομίσῃς τὸ πῦρ· τοῦτο μὲν γὰρ, ὅπερ ἂν λάβῃ, κατέκαυσε καὶ ἀπήλλαξεν· ἐκεῖνο δὲ τοὺς ἅπαξ καταληφθέντας καίει διαπαντὸς, καὶ οὐδέποτε παύεται. διὰ τοῦτο καὶ ἄσβεστον εἴρηται. καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἡμαρτηκότας C ἀφθαρσίαν ἐνδύσασθαι δεῖ, οὐ πρὸς τιμήν, ἀλλ' ὥστε διηνεκὲς ἐφόδιον ἔχειν τῆς τιμωρίας ἐκείνης· τοῦτο δὲ ὅσον ἐστὶ δεινὸν, λόγος οὐκ ἂν ἰσχύσειε. παραστήσασθαί ποτε ἀπὸ δὲ τῆς πείρας τῶν μικρῶν δυνατὸν βραχεῖάν τινα ἔννοιαν τῶν μεγάλων ἐκείνων λαβεῖν. εἰ γάρ ποτε ἐν βαλανείῳ γένοιο σφοδρότερον κατεσκευασμένῳ τοῦ δέοντος, τότε μοι τὸ τῆς γεέννης ἐννόησον πῦρ· καὶ εἴ ποτε πάλιν ὑπὸ πυρετοῦ καταφλεχθείης χαλεποῦ, πρὸς ἐκείνην τὴν φλόγα τὸν νοῦν μετάστησον, καὶ τότε D δυνήσῃ διαστεῖλαι καλῶς. εἰ γὰρ βαλανεῖον καὶ πυρετὸς οὕτως ἡμᾶς θλίβει, καὶ θορυβεῖ, ὅταν εἰς τὸν ποταμὸν τοῦ πυρὸς ἐμπέσωμεν ἐκεῖνον τὸν ἑλκόμενον πρὸ τοῦ βήματος τοῦ φοβεροῦ, πῶς διακεισόμεθα; ἆρα βρύξομεν τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τῶν πόνων καὶ τῶν ἀφορήτων ἀλγηδόνων ἐκείνων; ὁ δὲ ἐπαμύνων ἔσται οὐδείς· ἀλλ' οἰμώξομεν μεγάλα, σφοδρότερον ἐπιτιθεμένης ἡμῖν τῆς φλογός· ὀψόμεθα δὲ οὐδένα, πλὴν τῶν κολαζομένων σὺν ἡμῖν, καὶ τὴν ἐρημίαν τὴν πολλήν. τί ἄν τις εἴποι τὰ E ἀπὸ τοῦ σκότους δείματα ταῖς ἡμετέραις ἐγγινόμενα ψυχαῖς; ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀναλωτικὸν ἐκεῖνο τὸ πῦρ, οὕτως οὐδὲ φωτιστικόν· οὐδὲ γὰρ ἂν σκότος ἦν. τὸν τοίνυν ἀπὸ τούτου θόρυβον ἐγγινόμενον ἡμῖν, καὶ τρόμον καὶ τὴν παράλυσιν, καὶ τὴν ἔκπληξιν τὴν πολλὴν ἐκεῖνος μόνος παραστῆσαι ὁ καιρὸς ἱκανός. πολλὰ γὰρ καὶ ποικίλα ἐκεῖ τὰ βασανιστήρια, καὶ νιφάδες πάντοθεν κολάσεων ἐπάγονται τῇ ψυχῇ. εἰ δὲ λέγοι τις καὶ πῶς ἀρκέσαι δύναιτ' ἂν ἡ ψυχὴ πρὸς τοσοῦτον πλῆθος τιμωριῶν, καὶ A ἀτελευτήτους αἰῶνας διαμεῖναι κολαζομένη· ἐννοησάτω τὰ ἐνταῦθα γινόμενα, πῶς πολλοὶ πολλάκις πρὸς νόσον μακρὰν καὶ χαλεπὴν ἤρκεσαν. εἰ δὲ καὶ ἐτελεύτησαν, οὐ τῆς ψυχῆς ἀναλωθείσης, ἀλλὰ τοῦ σώματος ἀπαγορεύσαντος. ὡς εἴ γε ἐκεῖνο μὴ ἐνέδωκεν, οὐκ ἂν ἐπαύσατο βασανιζομένη ἡ ψυχή. ὅταν οὖν ἄφθαρτον τοῦτο λάβοι, καὶ ἀνάλωτον, οὐδὲν τὸ κωλῦον εἰς ἄπειρον ἐκταθῆναι τὴν κόλασιν. ἐνταῦθα μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ὁμοῦ ταῦτα ἀμφότερα συνελθεῖν, σφοδρό- B τητα λέγω κολάσεως καὶ παραμονήν· ἀλλὰ θάτερον θατέρῳ μάχεται, διὰ τὸ τὴν τοῦ σώματος φύσιν εἶναι φθαρτὴν, καὶ μὴ φέρειν ἀμφοτέρων τὴν σύνοδον· τῆς ἀφθαρσίας δὲ ἐπελθούσης λοιπὸν τῆς μάχης ταύτης διάλυσις γένοιτ' ἂν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας εἰς ἄπειρον ἡμᾶς ἀμφότερα καθέξει τὰ δεινά. μὴ τοίνυν ὡς τῆς ὑπερβολῆς τῶν βασανιστηρίων ἀναλισκούσης ἡμῶν τὴν ψυχήν, οὕτω διατεθῶμεν νῦν. οὐδὲ γὰρ τὸ σῶμα δυνήσεται τοῦτο ἐν ἐκείνῳ παθεῖν τῷ καιρῷ· ἀλ- C λὰ μενεῖ μετὰ τῆς ψυχῆς αἰωνίως κολαζόμενον, καὶ πέρας ἕτερον ἔσται οὐδέν. πόσην οὖν βούλει τρυφὴν, καὶ πόσον καιρὸν ἀντιθεῖναι τῇ κολάσει ταύτῃ, καὶ τῇ τιμωρίᾳ; βούλει χρόνον ἐτῶν ἑκατὸν καὶ δὶς τοσοῦτον, καὶ τί τοῦτο πρὸς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας; ὅπερ γὰρ ὄναρ ἡμέρας μιᾶς ἐν τῷ βίῳ παντὶ, τοῦτο ἡ τῶν ἐνθάδε ἀπόλαυσις ἐστὶ πρὸς τὴν τῶν μελλόντων κατάστασιν. ἔστιν οὖν ὅστις ὑπὲρ τοῦ χρηστὸν ὄναρ ἰδεῖν, διαπαντὸς κολάζεσθαι ἕλοιτ' ἄν; καὶ τίς οὕτως ἀνόητος, D ὡς ἐπὶ ταύτην ἐλθεῖν τὴν ἀντίδοσιν; οὔπω γὰρ διαβάλλω τὴν τρυφὴν, οὐδὲ τὴν ἐν αὐτῇ κειμένην πικρίαν ἀποκαλύπτω νῦν. οὐ γὰρ οὗτος τῶν λόγων τούτων ὁ καιρὸς, ἀλλ' ὅταν αὐτὴν ἐκφυγεῖν δυνηθῇς. νῦν γὰρ ἐνεχόμενος τῷ πάθει, καὶ ληρεῖν ἡμᾶς ὑποπτεύσεις, εἰ τὴν ἡδονὴν καλοίημεν πικράν· ὅταν δὲ ἀπαλλαγῇς τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι τοῦ νοσήματος, τότε εἴσῃ καὶ τὴν κακίαν αὐτῆς καλῶς. διὸ τούτους ἐν ἑτέρῳ τοὺς λόγους ταμιευσάμενοι, ἐκεῖνο ἐροῦμεν νῦν. ἔστω εἶναι τρυφὴν τὴν τρυφὴν, καὶ ἡδονὴν τὴν ἡδονὴν, καὶ μηδὲν ἔχειν ἀνιαρὸν μηδὲ ἐπονείδιστον, τί πρὸς E τὴν ἀποκειμένην κόλασιν ἐροῦμεν; τί δὲ τότε πράξομεν, ἡσθέντες μὲν ὡς ἐν σκιᾷ καὶ εἰκόνι νῦν, ἔργῳ δὲ τὴν βάσανον αἰωνίαν τίνοντες ἐκεῖ, καὶ ταῦτα ἐξὸν ἐν βραχεῖ χρόνῳ τά τε εἰρημένα στρεβλωτήρια διαφυγεῖν, καὶ τῶν ἀποκειμένων ἀπολαῦσαι καλῶν; καὶ γὰρ καὶ τοῦτο τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἔργον, τὸ μὴ εἰς μῆκος ἡμῖν ἐκταθῆναι τοὺς ἀγῶνας, ἀλλ' ἐν βραχεῖ καὶ ἀκαρεῖ καὶ ὀφθαλμοῦ ῥιπῇ· τοῦτο γὰρ ἡ παροῦσα ζωὴ πρὸς ἐκείνην· ἀγωνισαμένους ἐν τοῖς ἀπείροις στεφανωθῆναι αἰῶσιν. οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ καὶ τοῦτο τότε τὰς τῶν κολαζομένων ἀνιάσει ψυχάς.

ὅταν ἐννοήσωσιν, ὅτι παρὸν ἐν ταῖς ὀλίγαις ἡμέραις ταύταις κατορθῶσαι τὸ πᾶν, ἀμελήσαντες τοῖς ἀθανάτοις ἑαυτοὺς παρέδωκαν κακοῖς. ὅπερ ἵνα μὴ πάθωμεν, διαναστῶμεν ἕως καιρὸς εὐπρόσδεκτος, ἕως ἡμέρα σωτηρίας, ἕως πολλὴ τῆς μετανοίας ἡ ἰσχύς. οὐδὲ γὰρ τὰ εἰρημένα μόνον ἡμᾶς ἐκδέξεται ῥαθυμήσαντας κακὰ, ἀλλὰ καὶ ἕτερα πολλῷ τούτων χαλεπώτερα. ταῦτα μὲν γὰρ ἐν τῇ γεέννῃ, καὶ τούτων πικρότερα. ἡ δὲ τῶν ἀγαθῶν ἀπόπτωσις τοσαύτην ἔχει τὴν ὀδύνην, τοσαύτην τὴν θλῖψιν καὶ τὴν στενοχωρίαν, ὡς εἰ καὶ μηδεμία τιμωρία τοῖς ἐνταῦθα ἁμαρτάνουσιν ἔκειτο, αὐτὴν καθ' ἑαυτὴν ἀρκέσαι τῶν ἐν τῇ γεέννῃ βασανιστηρίων πικρότερον δακεῖν, καὶ συνταράξαι τὰς ἡμετέρας ψυχάς.

Ἐννόησον γάρ μοι τῆς ζωῆς τὴν κατάστασιν ἐκείνης, καθ' ὅσον ἐννοῆσαι δυνατόν· πρὸς γὰρ τὴν ἀξίαν οὐδεὶς ἡμῖν ἀρκέσει λόγος· ἀλλ' ἐξ ὧν ἀκούομεν ὥσπερ διά τινων αἰνιγμάτων, λάβωμέν τινα φαντασίαν αὐτῆς ἀμυδράν· ἀπέδρα, φησὶν, ὀδύνη καὶ λύπη καὶ στεναγμός. τί οὖν ταύτης μακαριώτερον γένοιτ' ἂν τῆς ζωῆς; οὐκ ἔστιν ἐκεῖ πενίαν δεῖσαι καὶ νόσον· οὐκ ἔστιν ἀδικοῦντα οὐδὲ ἀδικούμενον ἰδεῖν, οὐ παροξύνοντα καὶ παροξυνόμενον, οὐκ ὀργιζόμενον, οὐ βασκαίνοντα, οὐκ ἐπιθυμίᾳ ἀτόπῳ φλεγόμενον, οὐχ ὑπὲρ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἀλύοντα χορηγίας, οὐχ ὑπὲρ ἀρχῆς καὶ δυναστείας κοπτόμενον. πᾶσα γὰρ ἡ ζάλη τῶν ἐν ἡμῖν παθῶν σβεσθεῖσα ἀπόλλυται, καὶ πάντα ἐν εἰρήνῃ καὶ εὐφροσύνῃ ἔσται καὶ χαρᾷ· πάντα εὐδία καὶ γαλήνη, πάντα ἡμέρα καὶ λαμπρότης καὶ φῶς, καὶ οὐ τοῦτο τὸ νῦν, ἀλλ' ἕτερον τούτου τοσούτῳ λαμπρότερον, ὅσον λυχνίας τοῦτο φαιδρότερον. οὐδὲ γὰρ ἐκεῖ νυκτὶ, οὐδὲ συνδρομῇ κρύπτεται νεφελῶν, οὐ καίει καὶ φλέγει τὰ σώματα· οὔτε γὰρ νὺξ, οὔτε ἑσπέρα ἐκεῖ, οὐ κρυμὸς, οὐ θάλπος, οὐκ ἄλλη τις τροπῶν μεταβολή· ἀλλ' ἑτέρα κατάστασις τοιαύτη, ἣν οἱ καταξιωθέντες εἴσονται μόνοι· οὐκ ἔστι γῆρας ἐκεῖ, καὶ τὰ τοῦ γήρως κακὰ, ἀλλὰ πάντα ἐκ ποδῶν γίνεται τὰ τῆς φθορᾶς, τῆς ἀφθάρτου δόξης κρατούσης πανταχοῦ. τὸ δὲ τούτων ἁπάντων μεῖζον, τὸ τῆς πρὸς τὸν Χριστὸν ὁμιλίας ἀπολαύειν διηνεκῶς, μετὰ ἀγγέλων, μετὰ ἀρχαγγέλων, μετὰ τῶν ἀνωτέρω δυνάμεων. ἴδε τὸν οὐρανὸν νῦν, καὶ διάβηθι τῷ λογισμῷ τὰ ὑπὲρ τὸν οὐρανόν· λόγισαι τῆς κτίσεως ἁπάσης τὸν μετασχηματισμόν. οὐ γὰρ τοιαύτη μενεῖ, ἀλλὰ πολλῷ καλλίων ἔσται καὶ φαιδροτέρα, καὶ ὅσῳ μᾶλλον μολύβδου πρὸς χρυσὸν ἀποστίλβοντα τὸ μέσον, τοσούτῳ τῆς κατασκευῆς ταύτης ἔσται βελτίων ἡ τότε, καθὼς καὶ ὁ μακάριος Παῦλος φησίν· ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς. νῦν μὲν γὰρ ἅτε φθορᾶς μετέχουσα, πολλὰ πάσχει οἷα τὰ τοιαῦτα σώματα πάσχειν εἰκός· τότε δὲ ταῦτα ἀποδυσαμένη πάντα, ἄφατον ἡμῖν ἐπιδείξεται τὴν εὐπρέπειαν. ἐπειδὴ γὰρ ἄφθαρτα μέλλει δέχεσθαι σώματα, καὶ αὐτὴ λοιπὸν ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετασχηματισθήσεται. οὐδαμοῦ τότε στάσις καὶ μάχη· πολλὴ γὰρ ἡ συμφωνία τῶν ἁγίων τοῦ χοροῦ, πάντων ὁμογνωμονούντων ἀλλήλοις ἀεί· οὐκ ἔστιν ἐκεῖ διάβολον δεῖσαι, καὶ δαιμόνων ἐπιβουλὰς, οὐ γεέννης ἀπειλὴν, οὐ θάνατον, οὐ τοῦτον τὸν νῦν, οὐ τὸν πολλῷ τούτου χαλεπώτερον ἐκεῖνον· ἀλλὰ πᾶς ὁ τοιοῦτος λέλυται φόβος. καὶ καθάπερ παιδίον βασιλικὸν πρότερον ἐν εὐτελεῖ τρεφόμενον σχήματι, καὶ ὑπὸ φόβοις ὂν καὶ ἀπειλαῖς, ὥστε μὴ τῇ ἀνέσει γενέσθαι χεῖρον, καὶ τῆς πατρικῆς ἀνάξιον κληρονομίας· ἐπειδὰν εἰς τὸ βασιλικὸν ἐλθεῖν ἀξίωμα δέῃ, πάντα ἀθρόως ἐκεῖνα μεταμφιασάμενον ἐξαίφνης μετὰ τῆς ἁλουργίδος, καὶ τοῦ διαδήματος, καὶ τοῦ πλήθους τῶν δορυφόρων μετὰ πολλῆς προκάθηται τῆς παρρησίας, τὰ ταπεινὰ καὶ κατηφῆ ῥίψας ἀπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ ἕτερα ἀντ' ἐκείνων λαβόν· οὕτω καὶ τότε συμβήσεται τοῖς ἁγίοις πᾶσι. καὶ ὅτι οὐ κόμπος τὰ ῥήματα, προσέλθωμεν ἐπὶ τὸ ὄρος τῷ λόγῳ, ἔνθα μετεμορφώθη Χριστός· ἴδωμεν αὐτὸν λάμποντα ὥσπερ ἔλαμψε· καίτοι γε οὐδὲ οὕτω πᾶσαν ἡμῖν ἔδειξε τὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος λαμπρότητα. ὅτι γὰρ συγκατάβασις τὸ φαινόμενον ἦν, ἀλλ' οὐκ ἐπίδειξις τοῦ πράγματος ἀκριβής, ἀπ' αὐτῶν δῆλον τῶν ῥημάτων τοῦ εὐαγγελιστοῦ. τί γάρ φησιν; ἔλαμψεν ὡς ὁ ἥλιος. ἡ δὲ τῶν ἀφθάρτων σωμάτων δόξα, οὐ τοσοῦτον ἀφίησι τὸ φῶς, ὅσον οὗτος τὸ σῶμα τὸ φθαρτόν· οὐδὲ τοιοῦτον οἷον καὶ θνητοῖς ὄμμασι γενέσθαι χωρητὸν, ἀλλὰ ἀφθάρτων καὶ ἀθανάτων δεόμενον ὀφθαλμῶν πρὸς τὴν θέαν αὐτοῦ. τότε δὲ ἐπὶ τοῦ ὄρους τοσοῦτον αὐτοῖς ἀπεκάλυψεν, ὅσον ἰδεῖν δυνατὸν ἦν, καὶ μὴ βλάψαι τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις, καὶ οὐδὲ οὕτως ἤνεγκαν· ἀλλ' ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν· εἰπέ μοι, εἴ τίς σε εἰς τόπον τινὰ φαιδρὸν ἤγαγεν, ἔνθα πάντες ἐκάθηντο χρυσᾶς ἀναβεβλημένοι στολὰς, καὶ ἐν μέσῳ τῷ πλήθει ἕτερόν τινα ἐπέδειξεν ἀπὸ λίθων τιμίων μόνον καὶ τὰ ἱμάτια καὶ τὸν στέφανον ἔχοντα τὸν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς· εἶτά σε ἐπηγγέλλετο εἰς ἐκεῖνον κατατάξειν τὸν δῆμον, ἆρ' οὐκ ἂν πάντα ἔπραξας, ὥστε τῆς ἐπαγγελίας ταύτης τυχεῖν; ἀνάπτασον οὖν καὶ νῦν τῷ νῷ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ βλέψον εἰς ἐκεῖνο τὸ θέατρον,

A quando meminerint quòd occaſione emendandi per hos paucos dies non uſi, ſe tradiderint malis immortalibus. Surgamus ergo, ne ſimile quiddam patiamur, dum tempus eſt acceptum, dum eſt ſalutis dies, dum eſt vis magna pœnitentiæ. Siquidem malis ignaviter cohærentes, quæ dicta ſunt omnia excipient, multóque illis duriora. Ea enim quæ in gehenna noxiis parantur, multo ſunt his moleſtiora: à tantis vero excidiſſe bonis tantum habet dolorem, tantam afflictionem, tantam anguſtiam, ut quam- B vis nullum propoſitum eſſet aliud ſupplicium hîc peccantibus, iſtud per ſe ſufficere, & quàm tormenta reliqua gehennæ acerbius mordere, contereréque animas noſtras videtur.

CAP. VII. De beatitudine eorum, qui in cœlum translati ſunt.

Concipe namque animo ſtatum vitæ illius, quantum homini concipere datur: nam juxta rei dignitatem nobis ſermo nullus adeſſe poteſt: ex iis tamen quæ audimus, ceu per ænigmata conjecturam quantulamcumque faciemus. *Abivit*, inquit, *dolor, & triſtitia, & gemitus.* (Eſai. 35,10.) Quid igitur ea vita beatius erit? Non eſt cur C illic pauperiem metuas & morbum. Nemo videbit contumelioſum, nec iniquè oppreſſum, nemo exaſperantem & exaſperatum aut iraſcentem, aut invidentem: nemo ardentem abſurda concupiſcentia, aut mœrentem propter ſumptum neceſſarium, aut propter magiſtratum vel principatum plangentem. Omnis enim affectuum procella ſedata perimetur: omnia erunt pax, lætitia, gaudium, omnia ſerenitas & tranquillitas, omnia dies & ſplendor & lux: lux non quæ nunc eſt, ſed planè alia quæ hanc tantum ex- D cedit fulgore, quantum ea lumen lychni: neque enim occulitur illic aut nocte, aut congreſſu nubium, nec urit, neque inflammat corpora: nam nox non obumbrat, nec aderit veſpera, nec frigora, nec æſtus, nec alia hujus generis immutatio: ſed omnino alia eſt conditio, quam demum ad hoc idonei reperti intelligent: non eſt illic ſenium, nec ſenectæ mala, quæque obnoxia ſunt corruptioni, è medio tollentur. Omnia occupabit ubique incorruptibilis gloria, & quod omnium longe eſt maximum, continua fru- E entur converſatione cum Chriſto, unà cum Angelis, cum Archangelis, cum ſuperioribus poteſtatibus. Contemplare cœlum, animadverte permutatum fore habitum totius creaturæ: nihil enim hujuſmodi ut nunc eſt manebit, ſed multo pulchrius erit ac præclarius: & quantum plumbo fulgidum aurum, tantum hac rerum præſentium ſpecie futurus ille decor illuſtrior erit, quemadmodum beatus Paulus ait: *Quoniam & ipſa creatura liberabitur à ſervitute corruptionis.* (Rom. 8,21.) Etenim nunc ceu corruptionis A particeps multa patitur, quæ ferre corpus contingit: tum verò hæc univerſa rejiciet, nobiſque exhibebit, elegantem & incorruptibilem pulchritudinem. Incorruptibile nanciſcetur anima corpus, quæ & ipſa in melius formabitur. Nuſquam tum erit ſimultas, aut pugna: jucundus nimirum concentus erit in hoc, quòd omnes ſancti perpetuò inter ſe conſentient: non illic diabolus eſt timendus, non dæmonum inſidiæ, non minæ, non mors, nec ea qua hic extinguimur, nec altera quæ hac multo eſt acer- B bior: omnis harum rerum expectatio deſiit. Et quemadmodum puellus regius primùm alitur cibo non admodum ſplendido, terretur minis pædagogi, ne per indulgentiam lapſus, paterna ſe indignum reddat hæreditate: mox regiam nactus majeſtatem, omnia hæc mutata, præſidet cum magna libertate, veſtitus purpura, diademateque ornatus, & ſtipatus numeroſo ſatellitio, abjectis ab anima rebus humilibus ac ſub amaris, in quarum tunc lo- C cum omnia magnifica, omnia jucunda ſucceſſerunt: ſic tum eveniet omnibus ſanctis. Et ut ſcias, quia non in his, quæ dicimus, ſola pompa verborum eſt, ad montem illum cogitatione pergamus, ubi Dominus transformatus eſt: contemplemur eum ſplendentem, ſicut reſplenduit, quanquam ne ſic quidem univerſum nobis futuri ſeculi ſplendorem exhibuit, quia fuit, quod tum apparuit, attemperatio quædam pro captu noſtro, neutiquam accurata rei demonſtratio, quod è verbis Evangeliſtæ manifeſtum eſt. D Quidnam ait? *Splenduit*, inquit, *ſicut Sol.* (Mat. 17, 2.) Cæterùm incorruptibilium corporum gloria non tantam lucem emittit, quantam illud corruptibile corpus: neq; talem ejuſmodi oculi mortales capere ſufficiunt. Ad hanc quidem viſionem oculi requiruntur incorruptibiles & immortales: verùm in monte tum aperuit tantum lucis, quantum ferre potuerunt citra læſionem aciei, atq; afflictionem oculorum contuentium in illud, quod tamen aliter cecidit: prociderunt enim in faciem. Dic obſecro, ſi quis te in theatrum induceret, ubi magna multitudo hominum ſederet E amicta ſtolis aureis, & in medio omnium oſtenderet alium quendam adornatum eximiè gemmis, regio veſtitu inſignem, coronam habentem in capite, deinde polliceatur te aſſumpturum in numerum eorum, num omnia faceres, quæ ipſe juberet? Aperi nunc tuæ mentis oculos, & in illud intende theatrum,

quod non coiit ex hujuſmodi viris. Conventus eſt illic eorum, A
qui exuperant omne pretium auri, lapidum pretioſorum, radio-
rum ſolis, & omnis viſibilis formæ, non hominum ſolùm, ſed eo-
rum qui hominibus antecellunt, Angelorum, Archangelorum,
thronorum, dominationum, principatuum, poteſtatum. Nam de
rege ipſo nihil ſatis idoneum dici poteſt, adeò ſermonem & men-
tem omnem excedit ejus pulchritudo, formoſitas, ſplendor, glo-
ria, majeſtas, magnificentia. Tantúmne bonorum à nobis ipſis
ſummovebimus, quò declinemus exigui temporis laborem? B
Quòd ſi quotidie foret millies moriendum, ſi gehennam tormen-
taque omnia conveniret ſuſtinere, ut videre poſſes Chriſtum ve-
nientem in gloria ſua, & adſcribi ordini ſanctorum, nonne illa
Matt.17,4. omnia ferenda eſſent? Audi quid beatus Petrus dicit, *Bonum eſt
nos hic eſſe.* Si Petrus qui vidit obſcuram quandam imaginem
futurorum, omnia continuò rejecit ab animo propter volupta- C
tem inditam animæ à tali aſpectu: quid dicemus, quando rerum
veritas aderit, quando regiis cubiculis adapertis, contueri
licebit ipſum regem, non per ænigma, nec per ſpecu-
lum, ſed facie ad faciem, non amplius, inquam, per fi-
dem, ſed per ſpeciem? Sunt quidam abſurdi judicii, ii duntaxat
amant effugiſſe gehennam: contrà ego multo durius eſſe tormen-
tum quoddam aſſero, quàm gehenna eſt: hoc eſt, non aſſecutum
eſſe tantam gloriam & illinc elapſum eſſe. Nec opinor equidem
tanto dolore lugendum de malis gehennæ, quanto neceſſe eſt ca- D
ſum deplorare, quòd de cœlis excidimus, qui eſt nimirum cru-
ciatus omnium duriſſimus. Quando Regem videmus frequenti
cum ſatellitio palatium ingredientem, eos qui illi proximè cohæ-
rent, ſermonis conſiliique & majeſtatis ejus participes, felices ju-
dicamus, noſque miſeros: licet enim infinitis bonis abundaveri-
mus, harum rerum nihil ſentimus, ſuſpicientes in ejus gloriam:
tametſi compertiſſimum eſt ſeculi faſtum eſſe dubium & infir-
mum propter vim bellorum, propter inſidias & invidiam, pro- E
pter hoc quòd vel extra teli jactum, & extra periculi ſuſpicio-
nem, per ſe tamen ne flocci quidem faciendus eſt: cæterùm tuta
perpetuaque erit felicitas regnante rege omnium, qui poſſidet
Eſa.40,12. non partem terræ, ſed omnem gyrum terræ: imò qui *terram pu-*
Hebr.3,1. *gno complectitur, & palmo cœlos, qui omnia ſuſtinet verbo potentiæ*
Eſa.40,22. *ſuæ, cui gentes cunctæ quaſi nihilum, & quaſi ſaliva computantur:*
& adhuc dubitamus, an ſummum ſit ſupplicium, à choro qui eſt
apud Deum, excludi, ſed ſufficiet nobis, ſi gehennam effugeri- A
mus? Quid anima ſic affecta miſerius? Nam rex ille non jugo
alborum mulorum, nec aureo vehiculo vectus, nec purpura,
neque diademate ornatus veniet dijudicaturus terram.

A *Adhuc tres dies, & Ninive ſubvertetur*: non ita conſternati ſunt, quamquam nihil ſpei uſpiam fuit de Deo precibus exorando, imò potius contrarium potuerunt ſuſpicari ex oraculo. Nam non erat dictum cum aliqua disjunctione ſed aperta ſententia, & nihilo ſecius tantam exhibuerunt pœnitentiam. *Quis ſcit*, inquit, *ſi pœnitebit & exorabitur Deus, & avertetur ab ira furoris ſui, neque nos pereamus? Et vidit Deus opera eorum quod ſummoti eſſent à viis ſuis perverſis, & pœnituit Deum ſuper af-* B *flictione, quam locutus erat ſe ipſis facturum, & non fecit.* Quod ſi homines illi barbari & imprudentes tantum potuerunt intelligere: multo amplius convenit, ut nos idem perficiamus, qui divinis dogmatibus eruditi ſumus, taliumque exemplorum magnam copiam tam verbis, quàm operibus conſignatam perſpeximus: *Conſilia*, inquit, *mea non ſunt ut conſilia veſtra: nec viæ meæ, ſicut viæ veſtræ: ſed quantum abeſt à terra cœlum, tantum diſtant cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, & conſilia* C *mea à veſtris conſiliis.* Quod ſi nos famulos noſtros, qui forte nos offenderint, cum promiſerint ſe meliores futuros, & recipimus rurſus, & in priſtinum honorem reſtituimus, ſæpenumerò etiam majorem illis fiduciam damus, non multo magis hoc faciet Deus? Nam ſi quidem Deus in hoc nos creaſſet, ut perderet, jure deſperaſſes, jureque dubitaſſes ſuper propria ſalute: cæterum quia non ob aliud, quàm propter bonitatem nos produxit, quò bonis fruamur ſempiternis, atque in hoc omnia facit, o- D mnia molitur in præſentem horam usque: quid tandem eſt, quod nos dubios poſſit reddere? Vehementer exaſperavimus, qualiter alioqui nemo alius: quo fit, ut ea de cauſa maximè oporteat abſtinuiſſe à rebus præſentibus, duci pœnitudine ſuper peractis, multamque ſpeciem præbere animi demutati. Quandoquidem nihil eſt quod in nos queat ſol. átque illum ipſum ſemel perinde irritare, atque in poſterum nolle reflexiſſe in viam: nam peccaſſe eſt humanum, perduraſſe autem in flagitiis non humanum eſt, ſed E penitus diabolicum. Conſidera quanto majore ſtomacho Deus id ferat apud Prophetam. Scriptum eſt enim, *Et dixi, poſtquam ſcortata eſt in his omnibus, ad me revertere, neque reverſa eſt.* Et alibi iterum adnitens demonſtrare, quàm benignè ad noſtram ſalutem propenſus ſit, ubi poſt tanta tamque enormia delicta ſe recta via inceſſuros promiſerunt, cùm id audiiſſet, inquit: Quis dabit ut ſic parentur corda eorum intra ipſos quò me timeant, cuſtodiantque præcepta mea omni tempore, ut eis bene ſit, & fi- A liis eorum per ſeculum? Præterea Moſes ſubſcribit: *Age*, inquit, *Iſrael, quid dominus Deus à te petit? Ut timeas dominum Deum tuum, ut ambules in cunctis viis ejus, & ut ames eum.* Quare qui captat omnibus modis, ut à nobis ametur, & in hoc omnia facit: neque unigenito propter amicitiam noſtram pepercit, utque ipſi aliquando reconciliemur, tam amabilem rem præſtitit: qui fieri poſſit, ut reſipiſcentes non admittat? ut non redamet? Audi quid per Prophetam dicit: *Dic*, inquit, *tu iniquitates tuas* B *prior, ut ſis juſtificatus*: & hæc, quò vehementi in eum amore flagremus, expetit à nobis. Qui enim eſt amore captus, ſi ipſum ii quos amat, afficiunt quamlibet gravi contumelia, neque dum extingui ſuſtinet amorem, nullius rei gratia illatas injurias in medium proferri ſtudet, quàm ut ſolido ipſius amore demonſtrato, arctiore eos dilectione obvinciat. Quoniam autem confeſſum eſſe peccata, tantum affert ſolatii: quantum putas allaturam per opera diluiſſe? Niſi ſic foret, nec à recto curſu ſemel deflectenti- C bus pateret reditus, quotus tum quisque ex tot hominum millibus in cœlum introire potuiſſet, præter admodum paucos, qui ſupra nos jam nunc ſunt cooptati in numerum bonorum? Atqui maximè refulgentes inveniemus poſt lapſus enormes: qui enim magnum impetum in malitia præ ſe tulerunt, eundem rurſus adhibuerunt ſæpenumero rebus optimis, perpenſis apud ſe debitis, quibus ſunt velut obærati per ſua ipſorum malefacta: quod & Chriſtus ipſe illuſtre reddidit, ubi Simoni de muliere reſpondit: D *Vides enim*, ait, *hanc mulierem? ſum ingreſſus domum tuam, aquam ad pedes meos non dediſti, ea autem lacrymis rigavit pedes meos & capillis ſuis abſterſit: oſculum mihi non dediſti, ipſa verò ex eo tempore quo intravi, non intermiſit pedes meos exoſculari: oleo caput mihi non unxiſti, hæc autem unguento pedes meos inunxit. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Cæterùm cui parum remittitur, is parum diligit eique dixit: Remittuntur tua peccata.* Idcirco diabolus eum his rebus E cognitis, planè intelligit, eos qui malefacta quantumlibet immaani perpetrarunt, ut primum cœperint pœnitere, quod majore ſtudio id faciant, tanquam conſcii delictorum ſuorum, vehementer timet ac formidat, ne quando rem exordiantur:

Gradu

Nunquam eſſe deſperandum de divina miſericordia oſtendit exemplo Ninivitarum.

Jonæ 3, 9. 10.

Eſai. 55, 8.

Hier. 3, 7.

Deut. 10, 12.

Eſai. 43, 25.

Luc. 7, 44.

Gradu enim facto, amplius detineri nequeunt: conflagrant per pœnitentiam tanquam vehemens ignis, & auro puto puroque animas ſuas puriores efficiunt, & tanquam vento rapido conſcientiæ, ac memoria præcedentium peccatorum, in virtutis portum convehuntur. Et hoc eſt quod peccatores plus poſſident, quàm qui nunquam ceciderunt: quoniam majore alacritate reditum tentant, tantùm rem, ut ſic dixerim, auſpicentur. Nam arduum eſt & difficile factu, poſſe ingredi clivum primum, & veſtibula contingere pœnitentiæ, & inimicum illic exſufflantem ignem & imminentem abigere atque proſternere: ille autem tanto furore deinceps non graſſabitur ſemel exuperatus, & cum illic ceciderit, ubi robuſtus erat, nos vero majorem alacritatem concipiemus, multáq; facilitate pulcherrimam illam pugnam depugnabimus. Aggrediamur itaque reditum deinceps, recurramus in urbem cœleſtem in quam aſcripti ſumus, in qua cives agere juſſi ſumus. Nam à nobis ſpem omnem abjicere, non ſolum id mali habet, quòd ejus civitatis portas nobis intercludit, aut quòd in pejorem ignaviam trahit atque contemptum, ſed aliud habet etiam peſſimum: intrudit enim in væcordiam, cujusmodi eſt ipſi ſatanæ. Etenim diabolus ex nulla re talis evaſit, atque ex prima deſperatione, unde in væcordiam ceu per gradus delapſus eſt. Ut primum enim anima de conſequenda ſalute dubitat, non ſentit ampliùs quo periclitetur præcipitio, quidlibet faciendo, dicendoque contra ſalutem ſuam. Et quemadmodum furore correpti, deperdita ſemel ſanitate capitis, nihil verentur, nihil eos pudet, intrepidè quidvis audent, in ignem, in mare, in prærupta editaque loca impigrè convolant: In hunc modum qui ſe incuriæ per deſperationem permiſere, deinceps ſunt intolerabiles, per avia vitiorum aſſiduò diſcurſitant, ac niſi mors ſuperveniens eos ab inſania atque illo impetu revocet, infinitis ſe calamitatibus conficiunt. Quare adhortor, antequam altius ab ebrietate commadueris, ut reſipiſcas, ut reſurgas, ut crapulam diabolicâ ſecludas. Si putas eſſe ſupra vires, ut confeſtim univerſam ſecludas; at ſenſim & paululum quid ejus mali, atque iterum paululum deme. Arnihi quidem longè facillimum videtur, omnes laqueos quibus complicamur, ſimul abrumpere, conferendo nos in palæſtram pœnitentiæ: cæterùm quia tibi fortaſſis arduum apparet, ſicut lubet attingas viam ad meliora ducentem, modò attingas & apprehendas vitam æternam. Ita quæſo & oro per ſuperiora merita tua, per illam priorem fiduciam, ut iterum videamus te in illo culmine conſtitutum recuperaſſe animi robur amiſſum: miſerere offenſorum per caput tuum, miſerere cadentium & eorum qui facti ſunt per te ſegniores, qui virtutis viam deſperarunt. Et nunc quidem ingens mœror occupat fratrum conventū, voluptas autem & lætitia conſeſſum incredulorum, & juvenum ocio deditorum: cæterùm ubi tedieris in illam accuratam diligentiā, contrariū erit noſtráq; ignominia in adverſarios univerſa derivabitur. Nos autem ingenuæ reddemur libertati, videntes te iterum cum eximio ſplendore coronatum prædicatúmq,: tales enim victoriæ majorem ferunt & jucunditatem, & voluptatem. Non enim propria ſolum benefacta mercede penſabuntur, ſed quòd aliis cohortationi fuiſti & ſolatio, exemploq; præluxiſti maximo, ut quiſquis in tanta mala inciderit, ad reſurgendum, ſeipſumque reparandum incitetur. Ne contemnas tantum lucri, neque animas noſtras ad inferos cum mœrore deducas, quin dederis nobis & reſpiraſſe, & excuſſiſſe nubila pectoris, quæ per triſtitiam nos occuparunt: noſtris enim malis omiſſis, tua damna lamentamur. Quando autem in animum induxeris reſipiſcere, deſpicere omnia prudenter, & angelicæ militiæ connumerari: tum nos à luctu revocabis, bonámque partem de peccatis noſtris auferes. Qui enim per pœnitentiam iterum exurgunt, magna claritate reſplendent, & non rarò majore quàm alii, qui nunquam ceciderunt: quod primo demonſtravi etiam à divinis ſcripturis. Ea nimirum ratione & vectigalium exactores, & ipſæ meretrices hæreditate acquirunt regnum cœlorum: ea ratione multi ex noviſſimis anteferuntur prioribus.

Qui per pœnitentiam reſurgunt, ſæpe majoris ſunt meriti ac perfectionis quam qui nunquam ceciderunt.

CAP. XI.

Exemplo id docet ſui temporis.

Narrabo tibi, quæ noſtris contigere temporibus, & quorum ipſe teſtis eſſe poteris. Noſti utique juvenem illum filium Urbani Phœnicem, qui continuò à teneris unguiculis à parentibus derelictus fuit pupillus, dominus autem multarum rerum, pecuniarum, miniſtrorum, agrorum. Is primùm cum liberalium artium auditoriis longum vale dixiſſet, depoſito illo ſplendidiſſimo amictu, totoque hujus vitæ faſtu, repente pallio ſe viliore contexit ad montes, ad ſolitudinem ſeceſſit, egregiámque exhibuit philoſophiam, non juxta illius ætatis modum, ſed qualem poſſet vir quiſpiam admirabilis & excellens: deinde ad ſacras myſteriorum ceremonias idoneus reputatus,

A μετὰ γὰρ τὸ λαβεῖν, ἀκάθεκτοι λοιπόν εἰσι, καὶ πυρὸς δίκην ὑπὸ τῆς μετανοίας ἀναζέσαντες, χρυσίου καθαροῦ καθαρωτέρας τὰς ἑαυτῶν ἀπεργάζονται ψυχάς, καθάπερ ὑπό τινος πνεύματος σφοδροῦ τοῦ συνειδότος καὶ τῆς μνήμης τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων εἰς τὸν τῆς ἀρετῆς λιμένα ὠθούμενοι. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ πλεονεκτοῦσι τῶν οὐδαμῶς καταπεσόντων, ὅτι σφοδροτέρᾳ κέχρηνται τῇ προθυμίᾳ, μόνον, ὅπερ ἔφην, ἂν τῆς ἀρχῆς ἐπιλάβωνται. τὸ γὰρ δυσχερὲς καὶ B δυσκατόρθωτον τοῦτό ἐστι, δυνηθῆναι ἐπιβῆναι τῆς εἰσόδου καὶ τῶν προθύρων ἐφάψασθαι τῆς μετανοίας, καὶ τὸν ἐχθρὸν ἐκεῖ πολὺ πνέοντα καὶ ἐπικείμενον ἀπώσασθαι, καὶ καταβαλεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα οὔτε ἐκεῖνος τοσαύτην ἐπιδείξεται τὴν μανίαν ἅπαξ ἡττηθείς, καὶ ἔνθα ἦν ἰσχυρὸς καταπεσών, ἡμεῖς δὲ μείζονα τὴν προθυμίαν ληψόμεθα, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας δραμούμεθα τὸν καλὸν ἀγῶνα τοῦτον. ἐπιλαβώμεθα τοίνυν τῆς ἐπανόδου λοιπόν, ἀναδράμωμεν εἰς τὴν πόλιν τὴν ἐν C τοῖς οὐρανοῖς, ἐν ᾗ καὶ ἀπεγράφημεν, ἐν ᾗ καὶ πολιτεύεσθαι προστετάγμεθα. τὸ γὰρ ἀπογινώσκειν αὑτῶν, οὐ τοῦτο μόνον ἔχει κακόν, ὅτι τὰς πύλας ἡμῖν ἀποκλείει τῆς πόλεως ἐκείνης, οὐδ' ὅτι εἰς μείζονα ῥᾳθυμίαν ἄγει καὶ καταφρόνησιν, ἀλλ' ὅτι καὶ εἰς ἀπόνοιαν ἐμβάλλει σατανικήν. καὶ γὰρ ὁ διάβολος οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν τοιοῦτος ἐγένετο, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ πρότερον μὲν ἀπογνῶναι, ὕστερον δὲ ἐκ τῆς ἀπογνώσεως, εἰς τὴν ἀπόνοιαν ἐμπεσεῖν. ψυχὴ γάρ, ἐπειδὰν ἅπαξ D ἀπαγορεύσῃ τὴν σωτηρίαν τὴν ἑαυτῆς, οὐδὲ αἰσθήσεται λοιπόν, ὅπως καταχρημνίζεται, πάντα αἱρουμένη καὶ λέγειν, καὶ ποιεῖν τὰ κατὰ τῆς σωτηρίας τῆς ἑαυτῆς. καὶ καθάπερ οἱ μαινόμενοι, ἐπειδὰν ἅπαξ τῆς ὑγιοῦς ἐκπέσωσι καταστάσεως, οὐδὲν δεδοίκασιν, οὐδὲ αἰσχύνονται, ἀλλ' ἀδεῶς ἅπαντα τολμῶσι, κἂν εἰς πῦρ μέλλωσιν ἐμπίπτειν, κἂν εἰς πέλαγος, κἂν εἰς κρημνόν· οὕτω καὶ οἱ τῇ τῆς ἀπογνώσεως παραφροσύνῃ ληφθέντες, ἀφόρητοι λοιπόν εἰσι, πανταχοῦ τῆς E κακίας διατρέχοντες, κἂν μὴ θάνατος αὐτοὺς ἐπελθὼν κωλύσῃ τῆς μανίας ἐκείνης καὶ τῆς φορᾶς, μυρία ἑαυτοὺς ἐργάζονται δεινά. διὰ τοῦτο παρακαλῶ, πρὶν ἢ σφόδρα ὑπὸ ταύτης βαπτισθῆναί σε τῆς μέθης, ἀνανῆψαι καὶ διεγερθῆναι, καὶ τὴν σατανικὴν κραιπάλην ἀπώσασθαι, καὶ εἰ μὴ δυνατὸν ἀθρόως, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν. ἐμοὶ μὲν γὰρ εὐκολώτερον εἶναι φαίνεται, τὸ πάντων ὁμοῦ τῶν κατεχόντων ἀποσπασθέντα σχοινίων, μεταθεῖναι ἑαυτὸν εἰς τὸ τῆς μετανοίας A γυμνάσιον. εἰ δέ σοι δύσκολον εἶναι τοῦτο δοκεῖ, ὡς ἂν ἐθέλῃς ἅψαι τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὰ κρείττω φερούσης, μόνον ἅψαι καὶ ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς. ναὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, πρὸς τῆς εὐδοκιμήσεως τῆς προτέρας, πρὸς τῆς παῤῥησίας ἐκείνης, οὕτω πάλιν σε ἐπὶ τῆς κορυφῆς καὶ τῆς καρτερίας ἴδωμεν τῆς αὐτῆς. φεῖσαι τῶν σκανδαλιζομένων διὰ τὴν σὴν κεφαλήν, τῶν καταπιπτόντων, τῶν γινομένων ῥᾳθυμοτέρων, τῶν ἀπογινωσκόντων τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδόν. νῦν μὲν γὰρ κατήφεια τὸν τῶν ἀδελφῶν ἔ- B χει χορόν, ἡδονὴ καὶ εὐθυμία τὰ τῶν ἀπίστων συνέδρια, καὶ τὰ τῶν νέων τῶν ῥᾳθυμότερον διακειμένων· ἂν δὲ ἐπανέλθῃς πάλιν ἐπ' ἐκείνου τοῦ βίου τὴν ἀκρίβειαν, τοὐναντίον γενήσεται, καὶ ἡ μὲν ἡμετέρα αἰσχύνη εἰς ἐκείνους μεταστήσεται πᾶσα· ἡμεῖς δὲ ἐν παῤῥησίᾳ ἐσόμεθα πολλῇ, μετὰ πλείονος λαμπρότητος ἐστεφανωμένον σε καὶ ἀνακηρυττόμενον ὁρῶντες πάλιν. μείζονα γὰρ αἱ τοιαῦται νῖκαι φέρουσι καὶ τὴν εὐδοκίμησιν, καὶ τὴν ἡδονήν. οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων μόνον λήψῃ τὸν μισθόν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑτέρων παρακλήσεως, καὶ παραμυθίας C ὑπόδειγμα μέγιστον ἐγκείμενος, εἴ ποτέ τις τοῖς αὐτοῖς περιπέσῃ κακοῖς, πρὸς τὸ διαναστῆναι πάλιν, καὶ ἀνακτήσασθαι ἑαυτόν. μὴ δὴ κέρδος παρίδῃς τοσοῦτον, μηδὲ καταγάγῃς εἰς ᾅδου μετὰ λύπης τὰς ἡμετέρας ψυχάς, ἀλλὰ δὸς ἡμῖν ἀναπνεῦσαι, καὶ τὸ κατέχον ἡμᾶς διὰ σὲ τῆς ἀθυμίας ἀποσείσασθαι νέφος. νῦν μὲν γὰρ τὰ οἰκεῖα παρέντες κακά, θρηνοῦμεν τὰς σὰς συμφοράς· ἐὰν δὲ θελήσῃς ἀ- D νανῆψαι καὶ διαβλέψαι, καὶ τῆς στρατείας ἐπιλαβέσθαι τῆς ἀγγελικῆς, καὶ τούτου πένθους ἀπαλλάξεις ἡμᾶς, καὶ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων τὸ πλέον ἀρεῖς· ὅτι γάρ ἐστι τοὺς ἐκ μετανοίας πάλιν ἐπανελθόντας λάμψαι μέγα καὶ φαιδρόν, καὶ πλέον πολλάκις τῶν μηδὲ πεσόντων τὴν ἀρχήν, ἀπεδείξαμεν καὶ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν. οὕτω γοῦν καὶ οἱ τελῶναι, καὶ αἱ πόρναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν κληρονομοῦσιν· οὕτω πολλοὶ τῶν ἐσχάτων τῶν πρώτων ἔμπροσθεν ἵστανται.

Ἐρῶ δέ σοι καὶ τὰ ἐφ' ἡμῶν γεγενημένα, καὶ ὧν δυνήσῃ γενέσθαι E μάρτυς αὐτός. οἶσθά που τὸν νέον ἐκεῖνον τὸν Οὐρβανοῦ παῖδα, τὸν Φοίνικα, τὸν ἐν ὀρφανίᾳ μὲν καταλειφθέντα ἀώρῳ, κύριον δὲ πολλῶν χρημάτων καὶ οἰκετῶν γενόμενον καὶ ἀγρῶν. οὗτος τὸ μὲν πρῶτον ἐῤῥῶσθαι πολλὰ ταῖς ἐν τοῖς μουσείοις διατριβαῖς εἰπών, καὶ τὴν λαμπρὰν ἐκείνην ἀμφίασιν ἀφείς, καὶ τὸν τῦφον ἅπαντα τὸν βιωτικόν, ἐξαίφνης ἱμάτιον εὐτελὲς περιθέμενος, καὶ πρὸς τὴν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐρημίαν ἀναχωρήσας, πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν φιλοσοφίαν, οὐ κατὰ τὴν ἡλικίαν μόνον, ἀλλ' οἵαν ἄν τις τῶν μεγάλων καὶ θαυμαστῶν ἀνδρῶν· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τῆς ἱερᾶς τῶν μυστηρίων τελετῆς ἀξιωθείς,

πολλῶ

πολλῷ μᾶλλον ἐπεδίδου πρὸς ἀρετήν. καὶ πάντες ἔχαιρον, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν, ὅτι καὶ ἐν πλούτῳ τραφεὶς, καὶ προγόνους ἔχων λαμπροὺς, καὶ σφόδρα ἔτι νέος ὢν, ἐξαίφνης πᾶσαν τὴν φαντασίαν τοῦ βίου καταπατήσας πρὸς τὸ ὕψος ἀνέδραμε τὸ ἀληθινόν. ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸν ὄντα καὶ θαυμαζόμενον, φθόροι τινὲς ἄνδρες κατὰ τὸν τῆς συγγενείας ἐπισκοποῦντες νόμον, αὖθις ἐπὶ τὸν πρότερον κλύδωνα ἐπανήγαγον, καὶ πάντα ῥίψας πάλιν ἐκεῖνα, ἀπὸ τῶν ὀρέων εἰς μέσην εὐθέως κατέβη τὴν ἀγορὰν, καὶ ἵππῳ ὀχούμενος, καὶ ἀκολούθους ἔχων πολλοὺς, οὕτω περιῄει τὴν πόλιν ἅπασαν, καὶ οὐδὲ σωφρονεῖν λοιπὸν ἤθελεν. ὑπὸ γὰρ τῆς πολλῆς ἐκκαιόμενος τρυφῆς, καὶ εἰς ἔρωτας ἀτόπους ἐμπίπτειν ἠναγκάζετο, καὶ οὐδεὶς ἦν τῶν ἐν μέσῳ στρεφομένων, ὅστις τὴν σωτηρίαν οὐκ ἀπηγόρευσε τὴν ἐκείνου, τοσοῦτος αὐτὸν συνεῖχε κολάκων ἑσμὸς, καὶ προσῆν ὀρφανία, καὶ νεότης, καὶ πλοῦτος πολύς. καὶ οἱ τὰ πάντα εὐκόλως μεμφόμενοι τῶν ἐπὶ τοῦτο τὴν ἀρχὴν ἀγαγόντων αὐτὸν κατηγόρουν λέγοντες, ὅτι καὶ τῶν πνευματικῶν διήμαρτε, καὶ οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ πράγμασι χρήσιμος ἔσται λοιπὸν, πρὸ ὥρας τῶν περὶ λόγους πόνων ἀποπηδήσας, καὶ μηδὲν ἐκεῖθεν καρπώσασθαι δυνηθείς. τούτων δὲ λεγομένων, καὶ πολλῆς τῆς αἰσχύνης οὔσης, ἅγιοί τινες ἄνδρες, καὶ πολλάκις τοιαύτης θήρας ἐπιτυχόντες, καὶ διὰ τῆς πείρας μαθόντες καλῶς, ὅτι οὐδὲν τῶν τοιούτων ἀπογινώσκειν χρὴ τῶν εἰς τὸν Θεὸν ὁπλιζομένους ἐλπίσι, παρατηροῦντες τοῦτον συνεχῶς, εἴ ποτε εἶδον φανέντα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ προσῄεσαν καὶ ἠσπάζοντο· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἄνωθεν αὐτοῖς ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ἵππου παρακολουθοῦσιν ἐκ πλαγίων διελέγετο· τοσαύτη κατεῖχεν αὐτὸν ἀναισχυντία τὴν ἀρχήν. οἱ δὲ εὔσπλαγχνοι καὶ φιλόπαιδες ἐκεῖνοι τούτων μὲν ᾐσχύνοντο οὐδὲν, εἰς ἓν δὲ μόνον ἑώρων, ὅπως τὸν λύκον τὸ ἀρνίον ἀποσπάσωσιν, ὅπερ οὖν διὰ τῆς καρτερίας καὶ ἤνυσαν. ὕστερον γὰρ ὥσπερ ἔκ τινος παραπληξίας ἐν ἑαυτῷ γενόμενος ἐκεῖνος, καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν προσεδρείαν ἐρυθριάσας, εἴ ποτε αὐτοὺς πόρρωθεν προσιόντας εἶδεν, ἀπεπήδησέ τε εὐθέως, καὶ κάτω νεύων οὕτω μετὰ σιγῆς τὰ παρ' ἐκείνων ἤκουσεν ἅπαντα, καὶ προϊὼν πλείονα τὴν πρὸς αὐτοὺς αἰδῶ καὶ τιμὴν ἐπεδείκνυτο, καὶ οὕτως αὐτὸν κατὰ μικρὸν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι πάντων ἐκείνων ἐξελκύσαντες τῶν δικτύων, τῇ προτέρᾳ πάλιν ἐρημίᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ παρέδωκαν. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἔλαμψε νῦν, ὡς τὸν πρότερον αὐτοῦ βίον τῷ μετὰ τὴν ἔκπτωσιν παραβαλλόμενον μηδὲν εἶναι δοκεῖν. συνιδὼν γὰρ ἀπὸ τῆς πείρας καλῶς τὸ δέλεαρ, καὶ πάντα εἰς τοὺς δεομένους ἀναλώσας τὸν πλοῦτον, καὶ τῶν φροντίδων ἀπολύσας αὐτὸν ἐκείνων, πᾶσαν τοῖς βουλομένοις ἐπιβουλεύειν ἐξέκοψε τὴν πρόφασιν, καὶ νῦν τὴν ἐπὶ τὸν οὐρανὸν βαδίζων ὁδὸν, πρὸς αὐτὸ λοιπὸν τὸ τέλος ἔφθασε τῆς ἀρετῆς. ἀλλ' οὗτος μὲν ἔτι νέος ὢν καὶ κατέπεσε καὶ ἀνέστη· ἕτερος δέ τις μετὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας, οὓς ἐν ταῖς ἐρημίαις διατρίβων ἵδρωκεν, ἕνα σύνοικον ἔχων μόνον, καὶ ἀγγελικὸν βίον βιοὺς, καὶ πρὸς γῆρας ἐλαύνων λοιπὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὑπὸ σατανικῆς τινος περιστάσεως, καὶ τοῦ ἀπονυστάξαι μικρὸν πάροδον δοὺς τῷ πονηρῷ εἰς ἐπιθυμίαν τῆς πρὸς γυναῖκας ὁμιλίας ἐνέπεσεν, ὁ μηδέποτε γυναῖκα ἰδὼν, ἐξ οὗ πρὸς τὸν τῶν μοναχῶν βίον μετέθηκεν ἑαυτόν. καὶ πρῶτον μὲν ἠξίου τὸν σύνοικον κρέα καὶ οἶνον αὐτῷ παρασχεῖν, καὶ ἠπείλει, εἰ μὴ λάβοι, κατελεύσεσθαι εἰς τὴν ἀγοράν. ταῦτα δὲ οὐχ οὕτω κρεῶν ἐπιθυμῶν ἔλεγεν, ἀλλ' ὡς ἀφορμήν τινα καὶ πρόφασιν βουλόμενος λαβεῖν τῆς εἰς τὴν πόλιν καθόδου. ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος ἀπορούμενος καὶ δεδοικὼς, μὴ οὗτος κωλύσας ἐπὶ μεῖζον αὐτὸν ὤσῃ κακὸν, δίδωσιν ἐμφορηθῆναι τῆς ἐπιθυμίας αὐτῷ. ὡς δὲ ἔγνω τὸ σοφὸν τοῦτο ἕωλον γεγονὸς φανερῶς ἀναισχυντήσας λοιπὸν, ἀπεκάλυψε τὴν διάκρισιν, καὶ δεῖν ἔλεγε πάντως εἰς τὴν πόλιν αὐτὸν κατελθεῖν. ὡς δὲ οὐδὲν ἴσχυε κωλύων ἐκεῖνος, τέλος ἀφῆκε, καὶ πόρρωθεν ἀκολουθῶν, ἐπετήρει ποῖ ποτε ἄρα βούλεται αὐτῷ ἡ κάθοδος. ἰδὼν δὲ εἰς χαμαιτυπεῖον εἰσελθόντα, καὶ γνοὺς, ὅτι πόρνῃ συγγέγονε γυναικὶ, περιμείνας μετὰ τὸ πληρῶσαι τὴν ἄτοπον ἐπιθυμίαν ἐκείνην, ἐξελθόντα ὑπτίαις δέχεται ταῖς χερσὶ, καὶ περιχυθεὶς, καὶ καταφιλήσας θερμῶς, καὶ ὑπὲρ τῶν γεγενημένων ἐγκαλέσας οὐδὲν, παρεκάλει μόνον, ἐπειδὴ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπλήρωσε τὴν ἑαυτοῦ, πάλιν ἐπὶ τὸ τῆς ἐρημίας οἰκητήριον ἐπανελθεῖν. ὁ δὲ τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ αἰσχυνθεὶς, ἐπλήγη τε εὐθέως τὴν ψυχὴν, καὶ κατανυγεὶς ἐπὶ τοῖς τολμηθεῖσιν, εἵπετο πρὸς τὸ ὄρος αὐτῷ, καὶ γενόμενος ἐκεῖ, δεῖται τοῦ ἀνδρὸς, ἐν οἰκίσκῳ αὐτὸν καθεῖρξαι ἑτέρῳ, καὶ τὰς θύρας ἀποκλείσαντα τοῦ δωματίου ἄρτον αὐτῷ παρέχειν καὶ ὕδωρ δι' ἡμερῶν, καὶ τοῖς ἐπιζητοῦσιν αὐτὸν ἠξίου λέγειν, ὅτι κεκοίμηται. καὶ ταῦτα εἰπὼν καὶ πείσας καθεῖρξεν ἑαυτὸν, καὶ ἦν ἐκεῖ διὰ παντὸς, νηστείαις, καὶ δεήσεσι, καὶ δάκρυσι τὸν τῆς ἁμαρτίας ῥύπον ἀποσμήχων τῆς ψυχῆς.

A magnam acceſſionem virtuti adjecit. Omnes gaviſi ſunt impenſè, Deumque glorificarunt, quòd in affluentia deliciarum enutritus, clarus ex progenitoribus, & admodum adoleſcens cunctam hujus vitæ magnificentiam ac pompam, fucatamque felicitatem, ſemel conculcaſſet, & evaſiſſet ad verum faſtigium virtutis. Cùm eſſet eo loci conſtitutus, & nunc jure ſuſpiciendus: ecce corruptores quidam, qui eum jure conſanguinitatis inviſebant, iterum illum in fluctus priſtinos abduxerunt. Re-
B jectis iterum cunctis ejus vitæ, quæ pridem erant, ornamentis, à montibus in medium forum ſe contulit, & equis vectus & magno ſtipatus famulitio, totam urbem obivit, neque ſapere, neque temperatè vivere libuit. nimiis enim deliciis incaleſcens, in abſurdos amores vel nolens perpellitur. Nemo erat ex cœtu converſantium, qui non de ipſius ſalute putaret actum eſſe, tantum ei examen adulatorum cohæſit: cui acceſſerunt, orbitas parentum, juventus, multæ opes. Qui omnia facilè ſolent
C calumniari, reprehendebant eos qui ab initio illum ad hoc vitæ genus traduxiſſent, quòd à ſpiritualibus defeciſſet, inutilis futurus & rei familiari, quòd ante tempus ſermoni & eloquentiæ deditus, retuliſſet pedem, illicque nihil fructus valuiſſet conſequi: hujuſmodi quiddam crebro occinuerunt. Cùm eſſet itaque multo ſuffuſus pudore, quidam ſancti viri quibus erat peritia ejuſmodi prædam venandi, & qui per experientiam probè fuerant edocti, quod ſpe divina communitis neutiquam ſit de-
D ſperandum, obſervârunt eum aſſiduè, viſumque in foro acceſſerunt, amplexique ſunt: quos ille principio ſequentes velut è ſublimi, equo inſidens alloquebatur contemptim, tanta erat primùm impudentia hominis. At illi miſericordes, ſtudioſique in rem alioqui perituræ pueritiæ, non ita multum ea contumelia movebantur, in unum iſtud figentes obtutum, ut quacumque via lupo agnum ſubtraherent, quod & per patientiã perfecerunt. Siquidem poſthac velut ex amentia in ſemetipſum regreſſus,
E aſſiduam eorum curam tum cœpit revereri. quoties illos vel procul obviam factos conſpexit, ab equo citò deſiliit, & oculis in terram dejectis, cum multo ſilentio, quæ ab illis dicerentur auſcultavit, ac progreſſu temporis majori pudore ſuffundebatur, & eis habuit honorem debitum. Atque eo artificio lapſum divinæ gratiæ paucis diebus reddiderunt, omniaque iſta retia ſimul expedientes, priſtinæ tranquillitati philoſophiæque liberum tradiderunt. In tantam autem lucem tunc temporis emi-
A cuit, ut ſuperiorem vitam, ſi cum ea quæ poſt caſum peracta eſt, contuliſſes, pro nihilo habenda videretur. Cùm enim experientia comperiſſet, quæ ſit malorum eſca, diſtribuit in egentes divitias: eo facto ſe à noxiis curis exonerans, omnem occaſionem, quæ potuit inſidias tendere, abſcidit, & viam quæ ducit ad cœlum incedens ad apicem virtutis jam dudum penetravit. En ille cùm eſſet juvenis, excidit, & iterum ſurrexit: alius vero quiſpiam poſt multos ſudores eremiticæ converſationis, cui dun-
B taxat unus fuit convictor, cum quo vixit planè angelicam vitam, ad ſenectam uſque perſeverans: is aliquando ex verſutia diaboli velut oſcitans ac remiſſior factus, acceſſum dedit maligno ad incitandum concupiſcentiam: & lapſus eſt cum muliere ſe commiſcendo, qui nunquam vidit mulierem ab eo tempore, quo ſe ad monaſticam vitam contulit. Principio contubernalem ſuum oravit, ut ipſi daret carnes atque vinum, adjectis minis niſi impetraret in forum ſe perrecturum: quod dixit non ex deſiderio
C carnium, ſed cauſam & prætextum capturus deſcenſus in urbem. Commilito ejus cum varia curioſè diſpexiſſet, formidaretque ne impediens illum in majus flagitium conjiceret, permiſit ut animi affectui ſatisfaceret. Poſtquam vidit ſibi occaſionem fraudis excluſam, depoſita fronte fictionem aperuit, palamque profitebatur ſibi neceſſe eſſe, ut in civitatem proficiſceretur. Is qui prohibebat, dum vidit ſe fruſtra niti, tandem id etiam conceſſit: at procul aſſectatus, abeuntem obſervavit, quonam ter-
D rarum eo deflexu deſcenderet. Vidit autem intrantem lupanar, & cùm intellexiſſet eum commixtum fuiſſe cum muliere meretrice expectavit foris: & poſt abſurdæ concupiſcentiæ ſaturitatem, egredientem obviis manibus excepit, amplexumque ac multum exoſculatum nihil expoſtulando de commiſſis flagitiis, tantum eſt adhortatus, ut expleta jam concupiſcentia, in ſolitudinis domicilium velit reverti. Illum autem ob tantam ejus manſuetudinem pudere cœpit, moxque animo perculſus, compunctusque
E ſuper temere perpetratis, ad montem eſt ſocium proſecutus: eoq; loci conſtitutus vir ille, cellula ſe quapiam concluſit, & ejus domunculæ janua obſerata, alter ipſi panem & aquam quotidie præbuit: quærentibus autem de ſe juſſit, ut reſponderet ſe ſomnum capere. Hæc cùm dixiſſet, facile invenit illum ipſum amicum aſſenſorem, ſeipſum introcluſit, perſeveravitque illic per omnem vitam in jejuniis, in precationibus, in lacrymis, repurgans animam á ſorde peccati.

Miraculo ſanctitas viri comprobatur. Tempore autem non ita multo peracto, magna ſiccitas viciniam A
invaſit: omnes incolæ cùm fruſtra plorarent, quiſpiam ex eis
per ſomnium mandatum accepit, ut abiret ad virum illum in-
cluſum, hortaturus eum, quo velit orare ac diſſolvere ſiccita-
tem. Itaque diſceſſit aſſumptis ſociis, & invenerunt veterem
illius convictorem ſolum: à quo dum percontantur, accipiunt,
quem tum quæſitum venerant, obiiſſe diem: qua in re cùm ſi-
bi imponi putarent, ad preces iterum convertuntur, iterumque
per eandem viſionem eadem cum ſuperioribus didicerunt: B
circumſteterunt deinde hactenus verum fateri diſſimulantem,
obteſtatique ſunt, ut ipſis viri illius indicium faceret; nam
quod mortuus non eſſet, quodque adhuc viveret, omni conten-
tione aſſirmarunt. Is cum hæc audiſſet, ac videret, quæ ex pa-
cto inter ſe arcana tenuerant evulgata, deduxit eos ad virum il-
lum, & pariete demolito (quia januam obſtruxerat) intrave-
runt omnes, mox advoluti pedibus expoſito mandato ſuo, ro-
garunt, ut ferret ſuppetias adverſus ariditatem. Ille primùm C
reſiſtere, aſſerens abeſſe ſe à tanta fiducia & gratia apud Deum:
nam ut recens factum peccatū, ſemper ante oculos conſervavit:
tandem commemorantes omnia quæ ſibi contigerant, perſua-
vide Euſebium Cæſarienſem, hiſt. Eccl. lib. 3. c. 23. ſerunt ut oraret. Ut primum autem oravit, mutata eſt ſiccitas.
Quæ autem geſta ſunt cum illo juvene qui pridem diſcipulus
fuit Joannis filii Zebedæi: deinde longo tempore ducem egit
latronum: iterum à ſanctis manibus beati ſenis interceptus,
in ſuperiorem virtutem è luſtro, è ſpelunca latronum penetravit,
ipſe non ignoras: noſti enim non minùs quam ego. Sæpenumero D
te admirantē audivi referre beati viri condeſcenſum, & manſue-
tudinem & ſuavitatem illicem: quoniam prior cruentam
dexteram exoſculatus, hærens in amplexu adoleſcentis, & ea
via reduxit ad amiſſam virtutem. Beatus item Paulus ſic One-
ſimum inutilem transfugam, furem illum non ſolùm ipſe am-
plexus eſt, demutatum in melius: ſed etiam idoneum putavit,
quem pœnitentem honore præceptoris honori æquali dignare-
Philem. 10. tur. *Rogo te*, inquit, *pro filio meo quem genui in vinculis meis,* E
Oneſimo, quondam tibi inutili, nunc vero mihi & tibi perutili,
quem remiſi. Tu autem eum, hoc eſt, viſcera mea ſuſcipe, quem
ego cupiebam apud me retinere, ut pro te miniſtraret in vincu-
lis Evangelii: ſed abſque tua ſententia nihil volui facere, ne ve-
lut ex neceſſitate bonum tuum eſſet, ſed ſpontaneum. Nam pro-
pterea forſitan ſeceſſit ad tempus, ut æternum eum reciperes,
non jam ut ſervum, ſed ſupra ſervum: nempe fratrem di- A
lectum maxime mihi, quanto autem magis tibi & in carne
& in Domino? Si igitur me habes conſortem, ſuſcipe
2. Cor. 12, 21. illum tanquam me. Ad Corinthios etiam ſcribens: *Ne*
forte inquit, *ubi venero lugeam multos, qui ante peccaverint*
2. Cor. 13, 2. *& non pœnituerint.* Et iterum: *Sicut prædixi, & prædi-*
co, quod ſi venero denuo, non parcam. Intelligiſne quos
lugeat, quibus non parcat? Non iis qui peccaverint, ſed
qui ſemel atque iterum orantibus ut reſipiſcerent, refugerunt
autes præbere. Siquidem quod ait, prædixi & prædico, ut B
præſens cum eſſem, iterum ſcribo: nihil eſt aliud quàm ne
timor nos exanimet. Etenim Paulus etſi non adeſt, ut olim,
quando cum Corinthiis expoſtulavit; at Chriſtus ipſe in
præſentia manet, qui tum per hunc locutus eſt. Ubi per-
durabimus in peccatis obſtinatè, non parcet, magnum in-
Pſal. 94, 2. fliget vulnus & in hoc ſeculo & in futuro. *Præoccupemus*
igitur faciem ejus in confeſſione, effundamus coram eo corda C
Eccl. 21, 1. *noſtra. Peccaſti enim*, ait ſcriptura, *ne ſuperaddas am-*
Prov. 18, 17. *plius, atque de prioribus tuis precare.* Et iterum: *Ju-*
ſtus eſt ſui accuſator ab exordio ſermonis. Ne expectemus
igitur accuſatorem, quin illius partes præripiamus, eoque
officio judicem nobis pacatiorem reddamus. Cæterum tu
confiteris peccata, teque miſerum arbitraris ſupra modum:
ſcio equidem ſatis: verum id non requiro ſolum, cupio au-
tem, ut perſuaſum habeas, quod hæc faciens certus ſis ve-
niam promereri. Quandiu enim non ex corde fit tua con- D
feſſio, neque teipſum accuſas, non poteris unquam in po-
ſterum à peccatis diſcedere. Nam nemo quicquam perficiet
cum alacritate & idonea obſervantia, cui non prius per-
ſuaſum fuerit, quod ea res ſibi commodo ſit futura. Num
is qui ſeminat, poſtquam ſemen jactavit, niſi meſſem expe-
ctet, unquam metet? Quis enim propoſuit aliquando fru-
ſtra laborare, & non conſequi ex induſtria fructum? Non
aliter qui ſeminat verba, lacrymas, confeſſionem extra E
ſpem alioquin utiliſſimam, nequit à peccatis abſtinere, deten-
tus adhuc malo deſperationis. Sed quemadmodum agrico-
la ille, deſperato fructuum proventu, ſegetes devaſtan-
tia non arcebit: ita & ille qui ſeminat per lacrymas
confeſſionem, nihil ex ea lucri expectans, neutiquam
dimovere ſtudebit ea quæ pœnitentiam corrumpunt.

A χρόνου δὲ παρελθόντος οὐ πολλοῦ, καὶ αὐχμοῦ τὴν πλησίον χώραν κατα-
λαβόντος, καὶ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ πάντων ὀδυρομένων, ἐκελεύσθη τις
δι' ὀνείρατος ἀπελθεῖν, καὶ τὸν ἄνδρα ἐκεῖνον παρακαλέσαι τὸν
καθειργμένον, ὥστε εὔξασθαι καὶ λῦσαι τὸν αὐχμόν· ὡς δὲ ἀπῆλθεν
ἑταίρους παραλαβὼν, τὸν συνοικοῦντα αὐτῷ πρότερον μόνον εὗρον
ἐκεῖ· περὶ δὲ ἐκείνου ἐρωτῶντες ἐμάνθανον ὅτι τέθνηκε· νομίσαν-
τες δὲ ἠπατῆσθαι εἰς προσευχὰς αὖθις ἐτρέποντο. καὶ πάλιν δι'
B αὐτῆς τῆς ὄψεως τὰ αὐτὰ τοῖς προτέροις ἤκουον. καὶ τότε τὸν ἀλη-
θῶς ἀπατήσαντα περιστάντες, παρεκάλουν ἐπιδεῖξαι τὸν ἄνδρα
αὐτοῖς· οὐδὲ γὰρ τεθνηκέναι αὐτὸν ἔλεγον, ἀλλὰ ζῆν. ταῦτα ἀκούσας
ἐκεῖνος καὶ τὰς συνθήκας ἐξεληλεγμένας ἰδὼν, ἀπάγει πρὸς τὸν
ἅγιον αὐτοὺς ἐκεῖνον. καὶ διελόντες τὸν τοῖχον [καὶ γὰρ καὶ τὴν εἴσοδον ἔτυχεν
ἀποφράξας] καὶ ἐπεισελθόντες ἅπαντες, τῶν ποδῶν αὐτοῦ προσκυλιν-
δούμενοι, καὶ τὰ γεγενημένα ἀπαγγέλλοντες, παρεκάλουν αὐτὸν ἐπα-
C μῦναι τῷ λιμῷ. ἐκεῖνος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀντέτεινε, πόῤῥω ταύ-
της λέγων εἶναι τῆς παῤῥησίας. καὶ γὰρ ὡς εὐθέως γεγενημένην τὴν
ἁμαρτίαν, οὕτω πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν εἶχεν ἀεί· ὡς δὲ τὰ συμβάντα
αὐτοῖς ἅπαντα διηγήσαντο, τότε ἔπεισαν εὔξασθαι. καὶ εὐξάμενος
ἔλυσε τὸν αὐχμόν. τὰ δὲ κατὰ τὸν νέον ἐκεῖνον, τὸν πρότερον μὲν Ἰωάννου τοῦ
Ζεβεδαίου γενόμενον μαθητὴν, ὕστερον δὲ ἐπὶ πολὺ λῃσταρχήσαντα
χρόνον, καὶ πάλιν ὑπὸ τῶν ἁγίων τοῦ μακαρίου θηραθέντα χειρῶν,
ἀπὸ τῶν καταδύσεων τῶν λῃστρικῶν, καὶ σπηλαίων, καὶ ἐπὶ τὴν προτέραν
D ἐπανελθόντα ἀρετὴν, οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοεῖς, ἀλλ' οἶσθα ἡμῶν οὐχ ἧττον
ἅπαντα ἀκριβῶς. καὶ σου πολλάκις ἤκουσα θαυμάζοντος τὴν
συγκατάβασιν τοῦ πρεσβύτου, καὶ ὅτι τὴν αἱμαχθεῖσαν πρῶτον ἐφίλησε
δεξιὰν, τῷ νέῳ περιχυθεὶς, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τὴν προτέραν ἐπανή-
γαγε. καὶ ὁ μακάριος δὲ Παῦλος τὸν Ὀνήσιμον, τὸν ἄχρηστον, τὸν
δραπέτην, τὸν κλέπτην, τοῦτον οὐ μόνον αὐτὸς περιπλέκεται, ἐπειδὴ με-
τεβάλλετο, ἀλλὰ καὶ τῆς διακονίας ἀξιοῖ ἐν ἴσῃ τοῦ διδασκάλου τὸν μετα-
E νοήσαντα ἀγαγεῖν τιμῇ, οὑτωσὶ λέγων. παρακαλῶ σε, φησὶ, "
περὶ τοῦ ἐμοῦ τέκνου, ὃν ἐγέννησα ἐν τοῖς δεσμοῖς μου Ὀνήσιμον, τόν "
ποτέ σοι ἄχρηστον, νυνὶ δὲ σοὶ καὶ ἐμοὶ εὔχρηστον, ὃν ἀνέπεμψα. σὺ "
δὲ αὐτὸν, τουτέστι τὰ ἐμὰ σπλάγχνα προσλαβοῦ, ὃν ἐγὼ ἐβουλόμην "
πρὸς ἐμαυτὸν κατέχειν, ἵνα ὑπὲρ σοῦ διακονῇ μοι ἐν τοῖς δεσ- "
μοῖς τοῦ εὐαγγελίου, χωρὶς δὲ τῆς σῆς γνώμης οὐδὲν ἠθέλησα ποιῆσαι, "
ἵνα μὴ ὡς κατ' ἀνάγκην τὸ ἀγαθόν σου ᾖ, ἀλλὰ κατὰ ἑκούσιον. τάχα γὰρ "
A διὰ τοῦτο ἐχωρίσθη πρὸς ὥραν, ἵνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχῃς, οὐκέτι ὡς
δοῦλον, ἀλλ' ὑπὲρ δοῦλον ἀδελφὸν ἀγαπητὸν μάλιστα ἐμοὶ, πόσῳ
δὲ μᾶλλον σοὶ, καὶ ἐν σαρκὶ καὶ ἐν κυρίῳ; εἰ οὖν με ἔχεις κοινωνὸν, προσ-
λαβοῦ αὐτὸν ὡς ἐμέ. καὶ Κορινθίοις δὲ ἐπιστέλλων ὁ αὐτὸς ἔλεγε· μή
πως ἐλθὼν πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοη- "
σάντων· καὶ πάλιν, ὡς προείρηκα, καὶ πάλιν προλέγω, ὅτι ἐὰν ἔλθω "
εἰς τὸ πάλιν, οὐ φείσομαι. ὁρᾷς τίνας πενθεῖ, τίνων οὐ φείδεται; οὐ τῶν
B ἡμαρτηκότων, ἀλλὰ τῶν μὴ μετανοησάντων, καὶ οὐχ ἁπλῶς τῶν μὴ με-
τανοησάντων, ἀλλὰ τῶν καὶ ἅπαξ καὶ δεύτερον ἐπὶ τούτῳ παρακληθέν-
των, καὶ πεισθῆναι μὴ βουληθέντων. τὸ γὰρ προείρηκα καὶ προλέγω, ὡς
παρὼν, τὸ δεύτερον καὶ ἀπὼν γράφω, οὐδὲν ἕτερον ἢ τοῦτο αἰνίττεται,
ὅπερ δέος μὴ καὶ ἐφ' ἡμῶν γένηται νῦν. εἰ γὰρ καὶ μὴ Παῦλος πάρ-
εστιν ὁ τότε Κορινθίοις ἀπειλῶν, ἀλλ' ὁ Χριστὸς πάρεστιν, ὁ καὶ τότε δι'
ἐκείνου λαλῶν. κἂν ἐπιμείνωμεν ἀνιάτως ἔχοντες, οὐ φείσεται
C ἡμῶν, ἀλλὰ πατάξει πληγὴν μεγάλην, καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐκεῖ.
προφθάσωμεν οὖν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, ἐκχέωμεν "
ἐνώπιον αὐτοῦ τὰς καρδίας ἡμῶν· ἥμαρτες γὰρ, φησὶ, μὴ προσθῇς "
μηκέτι, καὶ περὶ τῶν προτέρων σου δεήθητι. καὶ πάλιν, δίκαιος ἑαυ- "
τοῦ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ. μὴ τοίνυν περιμείνωμεν τὸν κατή- "
γορον, ἀλλὰ τὴν ἐκείνου προαρπάσωμεν τάξιν, καὶ οὕτως ἡμερώτερον
διὰ τῆς εὐγνωμοσύνης καταστήσωμεν τὸν κριτήν. σὺ δὲ ὅτι μὲν ὁμο-
D λογεῖς τὰ ἁμαρτήματα, καὶ ταλανίζεις ἑαυτὸν ὑπὲρ τὸ μέτρον, οἶ-
δα σαφῶς· ἀλλ' οὐ τοῦτο βούλομαι μόνον, ἀλλ' ὅτι σε καὶ δικαιῶσαι τὸ
πρᾶγμα δύναται, πεισθῆναι ἐπιθυμῶ. ἕως γὰρ μὴ ἀπὸ καρδίας
ποιῇς τὴν ἐξομολόγησιν ταύτην, καὶ κατηγορῇς σεαυτοῦ, οὐδὲ ἀποστῆναι
δυνήσῃ τῶν ἁμαρτημάτων τῶν ἑξῆς. οὐδὲν γὰρ οὐδεὶς μετὰ προθυμίας καὶ
τοῦ προσήκοντος θεσμοῦ δυνήσεται ποιεῖν, ὅταν μὴ πρό-
τερον πεπεικὼς ἑαυτὸν ᾖ, ὅτι ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦτο ποιεῖ. καὶ γὰρ ὁ
σπείρων μετὰ τὸ ῥῖψαι τὰ σπέρματα, ἂν μὴ προσδοκήσῃ τὸν ἀμητὸν, οὐκ
E ἀμήσει ποτέ. τίς γὰρ ἂν ἕλοιτο μάτην κάμνειν, μηδὲν ἀπὸ τοῦ ποιεῖν
κερδαίνων ἀγαθόν; οὕτως οὖν καὶ ὁ ῥήματα σπείρων, καὶ δάκρυα, καὶ ἐξ-
ομολόγησιν, ἂν μὴ μετ' ἐλπίδος ποιῇ τοῦ χρηστῆς, οὐδὲ ἀποστῆναι
τοῦ ἁμαρτάνειν δυνήσεται, ἔτι τῷ τῆς ἀπογνώσεως κατεχόμενος κα-
κῷ. ἀλλ' ὥσπερ ὁ γεωργὸς ἐκεῖνος ὁ τὰς καρπῶν φορὰς ἀπογνοὺς,
οὐδὲν τῶν λυμαινομένων τοῖς σπέρμασι κωλύσει λοιπόν· οὕτω καὶ οὗτος
ὁ σπείρων μὲν τὴν διὰ τῶν δακρύων ἐξομολόγησιν, οὐδὲν
δὲ ἀπὸ ταύτης προσδεχόμενος κέρδος, οὐδὲ ἀνατρέψαι δυνήσεται τὰ διαφθείροντα τὴν μετάνοιαν.

Δια-

διαφθείρει δὲ τὴν μετάνοιαν τὸ πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι κακοῖς. "Εἷς γάρ, φησιν, οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καθαιρῶν, τί ὠφέλησαν πλέον ἢ κόπον; βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ, καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ, τί ὠφέλησεν ἐν τῷ λουτρῷ αὐτοῦ; οὕτως ἄνθρωπος νηστεύων ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, καὶ πάλιν πορευόμενος, καὶ τὰ αὐτὰ ποιῶν, τῆς προσευχῆς αὐτοῦ τίς εἰσακούσεται; καὶ πάλιν, ἐπανάγων, φησίν, ἀπὸ δικαιοσύνης ἐπὶ ἁμαρτίαν, ὁ κύριος ἑτοιμάσει εἰς ῥομφαίαν αὐτόν. καὶ ὥσπερ κύων ὅταν ἐπανέλθῃ ἐπὶ τὸν αὐτοῦ ἔμετον, καὶ μισητὸς γένηται· οὕτως ἄφρων τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ ἀναστρέψας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν."

Μὴ τοίνυν ὡς κατήγορος ταύτης μόνον τὴν ἁμαρτίαν ἐκπόμπευε, ἀλλὰ καὶ ὡς δικαιωθῆναι ὀφείλων διὰ τοῦ τρόπου τῆς μετανοίας· οὕτω γὰρ δυνήσῃ καὶ τὴν ἐξομολογουμένην ψυχὴν ἐντρέψαι, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν. τὸ μὲν οὖν σφόδρα καταδικάζειν ἑαυτούς, καὶ ἁμαρτωλοὺς καλεῖν, κοινὸν ὡς εἰπεῖν καὶ τοῖς ἀπίστοις ἐστί. πολλοὶ γοῦν καὶ τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, οἱ μάλιστα ἀναισχυντίαν μελετῶντες, ταλανίζουσιν ἑαυτούς, ἀλλ' οὐ μετὰ σκοποῦ τοῦ προσήκοντος· διόπερ οὐδ' ἂν εἴποιμι τοῦτο ἐξομολόγησιν ἐγώ· οὐ γὰρ μετὰ τοῦ κατανύξαι τὴν ψυχήν, οὐδὲ μετὰ τοῦ δακρῦσαι πικρόν, οὐδὲ μετὰ τοῦ μεταβάλλεσθαι, τὰς ἁμαρτίας οὕτως ἐξαγγέλλουσι τὰς αὐτῶν· ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο οἱ μὲν δόξαν παρὰ τῶν ἀκουόντων ἐπὶ τῇ τῶν λόγων εὐγνωμοσύνῃ θηρώμενοι· οὐδὲ γὰρ ὁμοίως φαίνεται τὰ ἁμαρτήματα χαλεπά, ὅταν ἕτερός τις αὐτὰ ἐπαγγέλλῃ, καὶ ὅταν αὐτὸς ὁ τετολμηκώς· οἱ δὲ ὑπὸ τῆς σφοδρᾶς ἀπογνώσεως εἰς ἀναλγησίαν ἐκπεσόντες, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων δόξης καταφρονήσαντες, μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας λοιπόν, ὥσπερ τὰ ἀλλότρια, τὰ οἰκεῖα ἅπασιν ἐξαγορεύουσι κακά. ἀλλά σε τούτων οὐδένα εἶναι βούλομαι, οὐδὲ ἐξ ἀπογνώσεως ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν ἔρχεσθαι· ἀλλὰ μετὰ προσδοκίας ἀγαθῆς, καὶ τῆς ἀπογνώσεως τὴν ῥίζαν ἐκκόψαντα ἀνασπάσαντα, τὴν ἐναντίαν ἐπιδείκνυσθαι σπουδήν. τίς δὲ ἡ ταύτης ῥίζα καὶ μήτηρ ἐστί; ῥᾳθυμία· μᾶλλον δὲ οὐκ ἄν τις ῥίζαν καλέσειεν αὐτὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τροφὸν καὶ μητέρα· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐρίων τίκτει μὲν τοὺς σῆτας ἡ φθορά, αὔξεται δὲ πάλιν ὑπ' αὐτῶν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, τίκτει μὲν ἡ ῥᾳθυμία τὴν ἀπόγνωσιν, τρέφεται δὲ πάλιν ὑπὸ τῆς ἀπογνώσεως αὐτή, καὶ ἀλλήλαις τὴν ἐπάρατον ταύτην παρέχουσαι ἀντίδοσιν, δύναμιν οὐ μικρὰν προσλαμβάνουσιν. ἂν οὖν τὴν ἑτέραν τις ἀποτέμῃ καὶ διακόψῃ, δυνήσεται καὶ τῆς λειπομένης περιγενέσθαι εὐκόλως. οὔτε γὰρ ὁ μὴ ῥᾳθυμῶν εἰς ἀπόγνωσιν ἂν ἐμπέσοι ποτέ, οὔτε ὁ τρεφόμενος ἐλπίσι χρησταῖς, καὶ μὴ ἀπογινώσκων ἑαυτοῦ, εἰς ῥᾳθυμίαν δυνήσεται ἐμπεσεῖν. ταύτην οὖν μοι τὴν ξυνωρίδα διάσπασον, καὶ τὸν ζυγὸν σύγκλασον, τὸν λογισμὸν λέγω τὸν ποικίλον καὶ βαρύν. οὐ γὰρ μονοειδὴς ὁ ταῦτα συνέχων ἐστίν, ἀλλὰ πολυειδὴς καὶ παντοδαπός. τίς δὲ οὗτός ἐστι; συμβαίνει τινὰ μεταγνόντα κατορθῶσαι πολλὰ καὶ μεγάλα, μεταξὺ δὲ καὶ ἁμαρτεῖν πάλιν τῶν κατορθωμάτων ἐκείνων ἁμαρτίαν ἀντίρροπον· καὶ τοῦτο μάλιστα ἱκανὸν εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν, ὡς τῶν οἰκοδομηθέντων καθαιρεθέντων, καὶ πάντων ἐκείνων μάτην καὶ εἰς κενὸν πονηθέντων αὐτῷ. δεῖ δὲ ἐκεῖνο λογίζεσθαι, καὶ τοῦτον ἐκκρούειν τὸν λογισμόν, ὅτι εἰ μὴ φθάσαντες κατορθωμάτων μέτρον ἀντίρροπον τοῖς μετὰ ταῦτα γενομένοις ἁμαρτήμασιν ἀπεθέμεθα, οὐδὲν ἂν ἡμᾶς σφόδρα καὶ ὁλοκλήρως καταδῦναι ἐκώλυσε. νυνὶ δὲ καθάπερ τις θώραξ ἰσχυρὸς βέλος ὀξὺ καὶ πικρὸν οὐκ ἀφῆκεν ἐργάσασθαι τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλ' αὐτὸς διατμηθεὶς τὸν πολὺν ἤμυνε τῷ σώματι κίνδυνον. ὁ μὲν γὰρ μετὰ πολλῶν ἔργων καὶ ἀγαθῶν καὶ πονηρῶν ἀπερχόμενος ἐκεῖ, ἕξει τινὰ παραμυθίαν ἐπὶ τῇ κολάσει, καὶ τοῖς βασανιστηρίοις ἐκείνοις. ὁ δὲ τούτων μὲν ἔρημος, ἐκεῖνα δὲ μόνον ἐπάγων, οὐδὲ ἔνεστιν εἰπεῖν ὅσα πείσεται πρὸς τὴν ἀθάνατον παραπεμπόμενος κόλασιν. καὶ γὰρ ἀντίστασις ἔσται καὶ τῶν πονηρῶν πράξεων, καὶ τῶν οὐ τοιούτων. κἂν μὲν αὗται καθελκύσωσι τὸν ζυγόν, ἔσωσαν οὐ μικρῶς τὸν ἐργάτην τὸν ἑαυτῶν· καὶ οὐ τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ τῶν πονηρῶν πράξεων τῆς ἐργασίας βλάβη, ὅσον κατασπάσαι τῆς πρώτης χώρας αὐτόν· ἂν δὲ ἐκεῖναι περιγένωνται, εἰς τὸ τῆς γεέννης ἀπάγουσι πῦρ, διὰ τὸ μὴ τοσοῦτον εἶναι τὸ πλῆθος τῶν κατορθωμάτων, ὡς καὶ δυνηθῆναι στῆναι πρὸς τὸν βίαιον ἐκεῖνον ὠθισμόν. καὶ ταῦτα οὐχ ὁ ἡμέτερος μόνον ὑποβάλλει λογισμός, ἀλλὰ καὶ τὰ "θεῖα λόγια, αὐτὸς γάρ φησιν, ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἐν τῇ γεέννῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ πολλὰς ἄν εὕροι τις τὰς διαφοράς· μοναὶ γάρ, φησι, πολλαί εἰσι παρὰ τῷ πατρί μου· καὶ, ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης·" καὶ τί θαυμαστόν, εἰ μέχρι τούτων ἠκριβολογήσατο, ὅπου γε καὶ τὴν ἀστέρος πρὸς ἀστέρα διαφορὰν φησὶν ἐκεῖ; ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδότες, μηδέποτε τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐργασίας ἀποστῶμεν, μηδὲ ἀποκάμωμεν· μηδὲ ἐπειδὰν εἰς τὴν τοῦ ἡλίου τάξιν ἢ τῆς σελήνης ἐλθεῖν μὴ δυνηθῶμεν, καὶ τῶν ἀστέρων καταφρονήσωμεν. ἕως γὰρ ἂν τοσαύτην γοῦν ἀρετὴν ἐπιδεῖξαι δυνησώμεθα, ἐν τῷ οὐρανῷ πάντως ἐσόμεθα.

Corrumpit autem pœnitentiam, iterum iiſdem malis inſtitiſſe. Nam *unus*, ait ſcriptura, *qui extruit, & alter qui demolitur, quid lucrati ſunt præter laborem? Expiatur quis à tactu mortui, & iterum attingit funus: quid emolumenti huic ex lavacro? Haud ſecus homo qui jejunat de peccatis ſuis, & pergit, eademque denuo committit, qui hujus preces exaudiet?* Et rurſum? *Qui divertit*, inquit, *à juſtitia ad peccatũ, eũ Dominus præparabit ad gladium. Et ſicut canis ad vomitum reglutiendum redit, ſitque odioſus: ſic imprudens, qui per propriam malitiam ad peccata reflectit.* Eccl. 34. 30. Eccl. 26. 23. Prov. 26. 11.

C. XII. Quæ ſint conditiones veræ pœnitentiæ.

Ne igitur perinde peccatum atque accuſator ſolum traduxeris: ſed tanquam qui debet juſtificari per formam pœnitentiæ: quo pacto animæ confitentis licebit incutere verecundiam, ne quando ad vitia relabatur. Nam vehementer ſe damnare profiterique peccatorem commune eſt, ut ſic dixerim, etiam cum infidelibus. Multi à ſcena tam viri quàm mulieres, quum turpitudinem ſuam perpendunt, ſe miſeros appellant: at non collimant ad verum ſcopum: ideóque iſtud confeſſionem nulla ratione nominarim: quia non cum animæ compunctione, neque cum amaritudine lacrymarum, neque cum mutatione in melius peccata ſic enunciant: verùm ſunt, qui eo nomine ab auditoribus gloriam nimirum elegantia & gratia ſermonum aucupantur. Peccata enim non apparent ejuſdem moleſtiæ quando alius ea quiſpiam ingerit, & quando ipſe qui illa commiſit. Sunt rurſum qui nimia deſperatione obſtupeſcunt, inſenſatique redduntur, & bonam exiſtimationem & ſiniſtram opinionem contemnentes, magna petulantia ſua, ceu aliena mala proclamant, caterùm cave, ne fueris neque de horum, neque de illorum numero. Nolo enim ut proficiſcaris à deſperatione ad confeſſionem, quin cum alacritate ac fiducia eruta radice deſperationis, quantum vales, huic contrarium ſtudium oſtendas. At quæ tandem eſt radix & mater deſperationis? Ignavia, inquam, imò quam quis haud ineptè nominaverit non tantum radicem, ſed viciſſim illius quoque & parentem & altricem. Quemadmodum in lana tineas gignit corruptio, quæ ab iis iterum augetur: ita eſt propemodum hoc loci. Nam ignavia deſperationem parit, ab ea mutuò & illa nutricatur, adeoque dum ſervant inter ſe execrabiles vices dandi accipiendique, confirmantur in potentiam haud mediocrem: alteram itaque reſcindens, abarcenſque, alteram quæ conſequitur facili opera conficiet. Nunquam enim qui non torpeſcit, in deſperationem proruet: neq; qui alitur ſpe bona, aut qui expectationem ſalutis non abdicat, in ſocordiam delabetur. Par iſtud peſſimum diſſipa, & jugum confringe, hoc eſt, illam variam, illam gravem cogitationem. Quandoquidem qui utrumq; malum conjunxit, non eſt unius formæ, ſed multiplicem de ſe præbet ſpeciem omnifariamque. Quis autem talis eſt? Uſu evenire ſolet, ut is quem pœnituit, corrigat plurima maximaque facinora: interim autem quia denuo peccat, illi correctioni non minoris ponderis peccatum opponit; quod maximè in deſperationem abripit: haud ſegnius atque hi ab expectatione cadunt, qui ſimul eadem ut ædificarunt, demoliuntur exhauſto fruſtrà tanto labore. Neceſſe eſt autem ut illa in mente habeamus, atq; expellamus tam pernicioſam cogitationem, quod nimirũ ſi rectè factorum menſuram æqualem peccatis, quæ poſtea commiſſa ſunt, opponendam non reſervaverimus, nihil prohibebit quo minus penitus deprimamur: ſin actione bona præmuniti fuerimus, ea nos defendet non aliter atq; thorax firmus acuta noxiaque tela ſummovet, quò minus, quod ſolent, queant præſtare: quin his disjectis, omne periculum à corpore defendit. Nàm qui illuc abſcedit, tam bonis quam malis operibus affluens, habebit aliquid ſolatii in pœna & diris illis tormentis: qui autem à factis melioribus alienus, tantumque eſt pejoribus ſtipatus, dici non poteſt, quam arctiſſimè pœnæ ſempiternæ cohæreat à vita illinc amandatus. Nam illic bellum erit malorum operum cum aliis diverſæ conditionis. Si hæc deprimunt libram, ſalvum reddunt non mediocriter authorem ſuum: & non tantum poterit damnum, quod uſu malorum operum accrevit, ut eum de ſuo loco deturbet, perverſa autem opera ſi exuperant, abducunt ad ignem gehennæ, propterea quod non ſit tantum agmen operum virtutis, quod valeat reſtitiſſe impulſui tam violento: ſermo noſter ſolus hoc non aſtruit, verum conteſtantur omnia divina eloquia: ſiquidem ait ille: *reddet unicuique ſecundum opera ſua*, neque in gehenna tantum, invenies etiam in cœlo diſcrimina plurima. *Manſiones enim multæ*, inquit, *ſunt apud patrem meum*: &, *Alia eſt claritas lunæ.* Et quid miraculi eſt eum tam curioſè illa eſſe perſcrutatum, quando ſtellæ quoque differentiam ad ſtellam aſſeruit? Quare rebus his omnibus perſpectis, nunquam ab exercitio bonorum operum ceſſemus. Ubi aſſurgere ad ordinem ſolis aut lunæ non datur, ne contempſerimus aſtrorum cœtum: quamdiu enim talem virtutem ſaltem exhibuerimus, omnino cœlum licebit incolere. Matth. 16. 27. Ioan. 14. 2. 1. Cor. 15. 41.

Si non aurum, ſi non pretioſus lapis habebimur, ad argenti modum pertingentes, adhuc permanebimus in fundamento. Id unum curæ ſit, ne ad eam deflectamus materiam, quam ignis citò corripit: deinde cum videmus egregia facinora ſuperare captum noſtrum, minora perfeciſſe nihil pudeat. Rejicere enim parva, ubi magna conſequi non vales, extremæ eſt dementiæ, quam omnibus modis effugiamus. Quemadmodum enim opes corporis accumulantur, quum amatores illarum ne minimum quidem lucellum negligunt: ſic ſpirituales divitiæ. Num abſurdum apparet, quòd judex quoque frigidi poculi mercedem rependit, nos vero, niſi magna benefacta poſſimus, minorum curam omnem abjicimus? Minima enim qui non deſpicit, accurato ſtudio vel maxima perficiet: qui verò illa faſtidit, ab his interim excidet: quod ne contingat, libuit Chriſto pro illis mercedem ampliſſimam certo polliceri. Quid enim facilius, quam viſitare eos, qui morbo laborant, cujus tamen rei cauſa magnum viciſſim præmium tribuit? Itaque vitam ſempiternam apprehende, oblecta te Domino, & ei ſupplica: iterum arripe jugum commodum, ſubi leve onus, dignum principio finem ſuperadde. Ne divitias tantas perire patiaris, quas ſemel univerſas amittes, ubi perſeveraveris exaſperando Deum per ea quæ nunc facis. Quòd ſi nequitiæ obſtruxeris canales, antequam multum ſit damni datum, aut antequam alluvium aquarum exculta arva corruperit, recuperare poteris ab initio cuncta quæ perierāt, adjecto etiam illis non exiguo fœnore. Quæ quidem cum ritè perpenderis, excutias obſecro lucrum & ſordes: à terra, ubi jaces, reſurge, & formidabilis eris adverſario, qui te ceu nunquam reſurrecturum proſtravit: poſtquam viderit manus te moventem contrà, inexpectato vulnere percuſſus, ſegnior erit ad inſidias denuo ſtruendas: ipſe autem tutior factus, non amplius accipies tam acerbam plagā. Si enim aliorum calamitates idoneæ ſunt, ut nos erudiant: quanto potentius quam ipſi exhauſimus erudient? Videor mihi propediem viſurus iſtud in tuo capite, & iterum auxiliante Deo te clariorem, pulchrioremve evaſurum, tantamque præſtiturum virtutem, ut aliis illic etiam auxiliari queas: tantùm ne deſperes, nec animo concidas. Hoc tibi in omni ſermonis congreſſu, & ubicumque te videro, atque adeò per alios repetere non ceſſabo: quod ſi audieris, aliis amplius medicamentis non egebis.

EJUSDEM AD EUNDEM
THEODORUM MONACHUM,
Liber Secundus.

SI fletus poſſet & gemitus per literas nunciari, redundantia lacrymis atque ſuſpiriis profectò ad te ſcripta miſiſſem. Equidem fleo, non quod paternam rerum ſollicitudinem geras, ſed quòd ex fraterno te deleveris numero, quòd negligendo calcaveris, quicquid ante depactus Chriſto ſpoponderas, ad hæc inhorreſco, his angor & crucior, propter iſta formido, nec immeritò: ut enim non objicitur deſertio militiæ non militanti: ita is qui ſemel eſſe cœperit miles, cùm deſeruiſſe detegitur, pœna dignus ultima judicatur. Non eſt grave, Theodore chariſſime, cadere luctantem, ſed jacere dejectum: non eſt pernicioſum in prælio vulnerari, ſed poſt vulnus acceptum deſperatione curandi medelam ulceri denegare. Nullus mercator, nave fluctibus ſemel merſa, poſt totum onus perditum deſiit navigare: ſed rurſus ad maria undaſque feſtinat, rurſus immenſa pervolat freta, & iterato felicius curſu, caſus prioris damna compenſat. Sæpe etiam athletas videmus, pòſt frequentes lapſus & dejectiones plurimas coronatos: militem quoque ſcimus poſt fugas multas virum fortem fuiſſe, hoſteſque viciſſe. Multi etiam qui negaverant prius Chriſtum propter crudelitatem neceſſitatemque pœnarum, ſimile rurſus certamen aggreſſi glorioſè coronam martyrii receperunt. Quòd ſi unuſquiſque eorum quos dinumeravimus propter illa priora vulnera deſperando ceſſiſſet, nunquam ad ſequentium voluptatem, ac fructum bonorum pervenire potuiſſet: ſimilis profectò res eſt, frater chariſſime: ideoque conſidera ne quia pauliſper communis inimicus te, ubi bene ſteteras, loco movit: idcirco & ipſe te totum ad præceps, quod videtur, impellas. Perſiſte, imò magnanimus eſto, unde extuleras pedem eò revoca, neve ignominiæ, vel opprobrii genus credas exiguam hanc parvi temporis plagam. Neque enim reprehenditur miles, cum de prælio revertitur vulneratus, ſed reprehenſibile magis, ac ſemper turpe eſt arma deponere, & procul ab hoſtibus degere. Quandiu autem quis in conflictibus perſeverat, ſive ſaucietur ille, ſive paululum loco cedat, nullus uſque adeò ingratus ac durus, & bellicæ diſciplinæ expers erit, qui vituperet denuo dimicantem. Non pugnantium quippe eſt non vulnerari. Quicunq; autem iracundia pertinaci in hoſtes feruntur, & vulnerari nonnunquam videntur & cadere. Quod quidem tibi nunc proveniſſe non miror, qui dum ſubitò ſerpentem occiſurus inſequeris, minimè morſum tetri dentis evadis.

qui exuperant omne pretium auri, lapidum pretioſorum, radiorum ſolis, & omnis viſibilis formæ, non hominum ſolùm, ſed eorum qui hominibus antecellunt, Angelorum, Archangelorum, thronorum, dominationum, principatuum, poteſtatum. Nam de rege ipſo nihil ſatis idoneum dici poteſt, adeò ſermonem & mentem omnem excedit ejus pulchritudo, formoſitas, ſplendor, gloria, majeſtas, magnificentia. Tantúmne bonorum à nobis ipſis
B ſummovebimus, quò declinemus exigui temporis laborem? Quòd ſi quotidie foret millies moriendum, ſi gehennam tormentaque omnia conveniret ſuſtinere, ut videre poſſes Chriſtum venientem in gloria ſua, & adſcribi ordini ſanctorum, nonne illa
Matt. 17, 4. omnia ferenda eſſent? Audi quid beatus Petrus dicit, *Bonum eſt nos hic eſſe.* Si Petrus qui vidit obſcuram quandam imaginem
C futurorum, omnia continuò rejecit ab animo propter voluptatem inditam animæ à tali aſpectu: quid dicemus, quando rerum veritas aderit, quando regiis cubiculis adapertis, contueri licebit ipſum regem, non per ænigma, nec per ſpeculum, ſed facie ad faciem, non amplius, inquam, per fidem, ſed per ſpeciem? Sunt quidam abſurdi judicii, ii duntaxat amant effugiſſe gehennam: contrà ego multo durius eſſe tormentum quoddam aſſero, quàm gehenna eſt: hoc eſt, non aſſecutum eſſe tantam gloriam & illinc elapſum eſſe. Nec opinor equidem
D tanto dolore lugendum de malis gehennæ, quanto neceſſe eſt caſum deplorare, quòd de cœlis excidimus, qui eſt nimirum cruciatus omnium duriſſimus. Quando Regem videmus frequenti cum ſatellitio palatium ingredientem, eos qui illi proximè cohærent, ſermonis conſiliique & majeſtatis ejus participes, felices judicamus, noſque miſeros: licet enim infinitis bonis abundaverimus, harum rerum nihil ſentimus, ſuſpicientes in ejus gloriam: tametſi compertiſſimum eſt ſeculi faſtum eſſe dubium & infir-
E mum propter vim bellorum, propter inſidias & invidiam, propter hoc quòd vel extra teli jactum, & extra periculi ſuſpicionem, per ſe tamen ne flocci quidem faciendus eſt: cæterùm tuta perpetuaque erit felicitas regnante rege omnium, qui poſſidet
Eſa. 40, 12. non partem terræ, ſed omnem gyrum terræ: imò qui *terram pu-*
Hebr. 3, 1. *gno complectitur, & palmo cœlos, qui omnia ſuſtines verbo potentiæ*
Eſa. 40, 22. *ſuæ, cui gentes cunctæ quaſi nihilum, & quaſi ſaliva computantur:* & adhuc dubitamus, an ſummum ſit ſupplicium, à choro qui eſt
A apud Deum, excludi, ſed ſufficiet nobis, ſi gehennam effugerimus? Quid anima ſic affecta miſerius? Nam rex ille non jugo alborum mulorum, nec aureo vehiculo vectus, nec purpura, neque diademate ornatus veniet dijudicaturus terram.

CAP. VIII. De die judicii extremi.
Sed quomodo veniet? Audi Prophetas clamantes & dicentes, quantum hominis fert facultas. *Deus* enim, ait quidam, *palàm veniet, Deus noſter & non ſilebit: ignis coram eo exardebit, circa eum*
Pſal. 49, 3. *tempeſtas vehemens. Advocabit cœlum à ſuperioribus, & terram*
Eſa. 13, 9. *ad dijudicandum populum ſuum.* Ad hæc Eſaias pœnam nobis
B proponit: *Ecce,* inquit, *dies Domini veniet, inſanabilis, dies furoris & iræ ad ponendum totum orbem terrarum in ſolitudinem, & ad abolendos peccatores ex ea: quia nec ſtella cœli, nec Orion, neque quis alius ornatus cœli lucem diffundet, & obtenebreſcet ſol in exortu ſuo, neque luna dabit lumen ſuum: & orbi terrarum mandabo mala & impiis peccata ſua: & perdam ſuperbiam iniquorum, & altitudinem ſuperborum humiliabo: & erunt qui relicti ſunt, precioſio-*
C *res quàm aurum incoctum: & homo pluris æſtimabitur lapide, qui eſt ex Suphir. Cœlum enim concutietur, & terra commovebitur ex fundamentis ſuis, propter furorem iræ Domini ſabaoth, in die qua*
Eſa. 24, 18. *venerit furor ejus,* Et iterum, *Feneſtræ,* inquit, *de cœlo aperientur, & inclinando inclinabitur terra, egeſtate egebit, agitatione agitabitur, ſicut ebrius & crapulans: concutietur ſicut caſula cuſtodum, terra concidet, nec poterit reſurgere: invaluit enim contra eam iniquitas, & induces Deus adverſus ornatum cœli in alto manum ſuam in il-*
D *lo die, & contra regna terræ: & congregabunt congregationes ejus*
Mala. 3, 1. *ad carcerem, & excludent munitionem.* Subſcribit Malachias: *Ecce,* inquit, *venit dominus omnipotens, & quis expectabit diem ingreſſus ejus, aut quis ſubſiſtet in viſione? propterea quòd ipſe ingreditur tanquam ignis conflatoris, & tanquam herba lavantium, & ſedebit ad conflandum, & ad purgandum velut argentum*
Ibid. 4, 1. *& aurum.* Et iterum, *Ecce,* inquit, *dies Domini veniet exardens ut fornax, & inflammabit eos: & erunt omnes alieni-*
E *genæ, & omnes qui faciunt abſurda, arundo, & accendet eos dies ventura, dicit Dominus omnipotens: nec relinquetur neque radix, neque palmes.* Cæterùm vir deſideriorum:

A οὐκ ἀπὸ τοιούτων συγκείμενον ἀνδρῶν, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνων οἳ καὶ τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν λίθων τῶν τιμίων καὶ τῶν ἀκτίνων τῶν ἡλιακῶν, καὶ πάσης ἐρωμένης φαιδρότητός εἰσι τιμιώτεροι· καὶ οὐκ ἐξ ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῶν πολὺ τούτων τιμιωτέρων, ἀγγέλων, ἀρχαγγέλων, θρόνων, κυριοτήτων, ἀρχῶν, ἐξουσιῶν. περὶ γὰρ τοῦ βασιλέως οὐδὲ ἔνι εἰπεῖν, οἷός ἐστιν, οὕτως ἅπαντα λόγον καὶ νοῦν ἐκεῖνο διαφεύγει τὸ κάλλος, ἡ ὡραιότης, ἡ λαμπρότης, ἡ δόξα, ἡ μεγαλωσύνη, ἡ
B μεγαλοπρέπεια. τοσούτων οὖν ἀγαθῶν ἀποστερήσομεν ἑαυτοὺς εἰπέ μοι, ἵνα μὴ μικρὸν κακοπαθήσωμεν χρόνον; εἰ γὰρ μυρίους καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν θανάτους ὑπομένειν ἔδει, εἰ γὰρ τὴν γέενναν αὐτὴν, ὑπὲρ τοῦ τὸν Χριστὸν ἐρχόμενον ἰδεῖν ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸν τῶν ἁγίων καταλεγῆναι χορὸν, οὐκ ἐχρῆν ἅπαντα ὑπομένειν ἐκεῖ-
C να; ἄκουσον τί φησιν ὁ μακάριος Πέτρος· καλόν ἐστιν ἡμᾶς "ὧδε εἶναι. εἰ δὲ ἀμυδράν τινα τῶν μελλόντων εἰκόνα ἰδὼν, πάντα ἐξαίφνης ἔρριψεν ἀπὸ τῆς ψυχῆς, διὰ τὴν ἀπὸ τῆς ὄψεως ἐκείνης ἡδονὴν αὐτοῦ ἐντεθεῖσαν τῇ ψυχῇ, τί ἄν τις εἴποι, ὅταν αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ ἀλήθεια παραγένηται, ὅταν τῶν βασιλείων ἀνοιγέντων κατοπτεύειν ἐξῇ τὸν βασιλέα αὐτὸν, μηκέτι ἐν αἰνίγματι, μηδὲ δι᾽ ἐσόπτρου, ἀλλὰ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, μηκέτι διὰ πίστεως, ἀλλὰ διὰ εἴδους; οἱ μὲν οὖν πολλοὶ τῶν ἀλογωτέρως διακειμένων τὸ τῆς γεέννης
D ἀπαλλαγῆναι ἀγαπητὸν τίθενται μόνον· ἐγὼ δὲ τῆς γεέννης πολλῷ χαλεπωτέραν κόλασιν εἶναί φημι τὸ μὴ γενέσθαι ἐν ἐκείνῃ τῇ δόξῃ, καὶ τὸν ἐκπεσόντα ἐκεῖθεν, οὐχ οὕτως οἶμαι δεῖν πενθεῖν τὰ ἐν τῇ γεέννῃ κακὰ, ὡς τὴν ἀπόπτωσιν τὴν ἐκ τῶν οὐρανῶν. τοῦτο γὰρ μόνον πάντων χαλεπώτερον εἰς κολάσεως λόγον ἐστί. νῦν δὲ βασιλέα πολλάκις ὁρῶντες μετὰ πολλῶν τῶν δορυφόρων εἰς τὰ βασίλεια εἰσελαύνοντα, τοὺς πλησίον ὄντας αὐτοῦ, καὶ λόγου καὶ γνώμης κοινωνοῦντας, καὶ δόξης
E μετέχοντας τῆς λοιπῆς μακαρίζομεν· κἂν μυρία ἔχωμεν ἀγαθὰ, ταλανίζομεν ἑαυτοὺς, καὶ οὐδενὸς ἐκείνων λαμβάνομεν αἴσθησιν, εἰς τὴν δόξαν ἀφορῶντες τὴν περὶ αὐτόν, καίτοιγε εἰδότες ἐπισφαλῆ καὶ οὐ βεβαίαν τὴν τοιαύτην λαμπρότητα, καὶ διὰ τοὺς πολέμους, καὶ διὰ τὰς ἐπιβουλὰς, καὶ διὰ τὰς βασκανίας, καὶ διὰ τὸ χωρὶς τούτων αὐτὴν καθ᾽ ἑαυτὴν οὐδενὸς ἀξίαν λόγου· ἐπὶ δὲ τοῦ παντὸς βασιλέως τοῦ κατέχοντος οὐ μέρος, ἀλλὰ πάντα γῦρον τῆς γῆς, μᾶλλον δὲ τοῦ "πᾶσαν αὐτὴν περιλαμβάνοντος δρακὶ, καὶ τοὺς οὐρανοὺς σπιθα-"
A μῇ, τοῦ πάντα φέροντος τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, ᾧ πάντα "τὰ ἔθνη ὡς οὐδὲν, καὶ ὡς σίελος ἐλογίσθησαν, ἐπὶ τούτου οὐχ ἡγησόμεθα ἐσχάτην εἶναι κόλασιν, τὸ μὴ καταταχθῆναι εἰς τὸν χορὸν ἐκεῖνον τὸν περὶ αὐτὸν, ἀλλὰ στέρξομεν ἂν τῆς γεέννης ἀπαλλαγῶμεν μόνον. καὶ τί ταύτης ἐλεεινότερον γένοιτ᾽ ἂν τῆς ψυχῆς; οὗτος γὰρ ὁ βασιλεὺς οὐ ζεῦγος ἔχων ἡμιόνων λευκῶν, οὐδὲ ὄχημα χρυσοῦν, οὐδὲ ἁλουργίδα καὶ διάδημα περικείμενος, οὕτως ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν.
B Ἀλλὰ πῶς; ἄκουσον τῶν προφητῶν βοώντων καὶ λεγόντων, ὡς ἀνθρώποις εἰπεῖν δυνατόν. ὁ μὲν γάρ φησιν· ὁ Θεὸς ἐμφανῶς "ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ οὐ παρασιωπήσεται· πῦρ ἐνώπιον αὐτοῦ καυθήσεται, καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφοδρά· προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν τοῦ διακρῖναι τὸν λαὸν αὐτοῦ· ὁ δὲ Ἡσαΐας καὶ τὴν κόλασιν ἡμῖν προστίθησιν οὕτω λέγων· ἰδοὺ ἡμέρα κυρίου ἔρχεται ἀνίατος "
C θυμοῦ καὶ ὀργῆς, θεῖναι τὴν οἰκουμένην ὅλην ἔρημον, καὶ τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἀπολέσαι ἐξ αὐτῆς. οἱ γὰρ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὁ Ὠρίων, καὶ πᾶς ὁ κόσμος τοῦ οὐρανοῦ, τὸ φῶς αὐτῶν οὐ δώσουσι, καὶ σκοτισθήσεται ὁ ἥλιος ἐν τῇ ἐξόδῳ αὐτοῦ, καὶ ἡ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ ἐντελοῦμαι ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ κακὰ, καὶ τοῖς ἀσεβέσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. καὶ ἀπολῶ ὕβριν ἀνόμων, καὶ ὕβριν ὑπερηφάνων ταπεινώσω. καὶ ἔσονται οἱ ἐγκαταλελειμμένοι ἔντιμοι μᾶλλον, ἢ τὸ χρυσίον
D τὸ ἄπυρον. καὶ ἄνθρωπος ἔντιμος ἔσται μᾶλλον, ἢ ὁ λίθος ἐκ Σουφείρ. καὶ γὰρ ὁ οὐρανὸς σαλευθήσεται, καὶ ἡ γῆ σεισθήσεται ἐκ τῶν θεμελίων αὐτῆς, διὰ θυμὸν ὀργῆς κυρίου σαβαὼθ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ ἂν ἐπέλθῃ ὁ θυμὸς αὐτοῦ. καὶ πάλιν, θυρίδες, φησὶν, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀνοιχθήσονται, καὶ σεισθήσονται τὰ θεμέλια τῆς γῆς. ταραχῇ ταραχθήσεται ἡ γῆ, κλινομένη κλιθήσεται ἡ γῆ, ἀπορίᾳ ἀπορηθήσεται, σάλῳ σαλευθήσεται ἡ γῆ· ὡς ὁ μεθύων, καὶ ὁ κραιπαλῶν· σεισθήσεται ὡς ὀπωροφυλάκιον· ἡ γῆ πεσεῖται, καὶ οὐ μὴ δυνήσεται ἀναστῆναι· κατ-
E ίσχυσε γὰρ ἐπ᾽ αὐτὴν ἡ ἀνομία· καὶ ἐπάξει ὁ Θεὸς ἐπὶ τὸν κόσμον τοῦ οὐρανοῦ ἐν τῷ ὕψει τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, καὶ ἐπὶ τὰς βασιλείας τῆς γῆς· καὶ συνάξουσι συναγωγὴν αὐτῆς εἰς δεσμωτήριον, καὶ ἀποκλείσουσιν εἰς ὀχύρωμα. καὶ ὁ Μαλαχίας συνῳδὰ τούτοις φθεγγόμενος ἔλεγεν. ἰδοὺ ἔρχεται κύριος παντοκράτωρ, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ, ἢ τίς ὑποστήσεται ἐν τῇ ὀπτασίᾳ αὐτοῦ; διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ ὡς πόα πλυνόντων, καὶ καθιεῖται χωνεύων καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡς τὸ χρυσίον. καὶ πάλιν· ἰδοὺ, φησὶν, ἡμέρα ἔρχεται κυρίου καιομένη ὡς κλίβανος, καὶ καταφλέξει αὐτοὺς, καὶ ἔσονται πάντες οἱ ἀλλογενεῖς, καὶ πάντες οἱ ποιοῦντες τὰ ἄνομα καλάμη. καὶ ἀνάψει αὐτοὺς ἡ ἡμέρα ἡ ἐρχομένη, λέγει κύριος παντοκράτωρ. καὶ οὐ μὴ ὑπολειφθῇ ῥίζα οὐδὲ κλῆμα. ὁ δὲ ἀνὴρ τῶν ἐπιθυμιῶν,

ἐθεώρουν

" Ἐθεώρουν, φησὶν, ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ ὁ παλαιὸς τῶν ἡμερῶν ἐκάθητο, καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ ὡσεὶ χιὼν λευκὸν, ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν· ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρὸς, οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον· ποταμὸς πυρὸς εἷλκε πορευόμενος ἔμπροσθεν αὐτοῦ· χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ, καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. κριτήριον ἐκάθισε, καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. εἶτα μετὰ μικρόν· ἐθεώρουν φησὶν ἐν ὁράματι τῆς νυκτὸς, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος ἦν, καὶ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασε, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη, καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι αὐτῷ δουλεύουσιν. ἡ ἐξουσία αὐτοῦ ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου ἐγὼ Δανιὴλ ἐν τῇ ἕξει μου, καὶ αἱ ὁράσεις τῆς κεφαλῆς μου συνετάρασσόν με. τότε ἀναπετάννυνται πᾶσαι τῶν οὐρανίων ἀψίδων αἱ πύλαι, μᾶλλον δὲ καὶ αὐτὸς λαμβάνεται ἐκ μέσου ὁ οὐρανὸς, καθάπερ τινὸς σκηνῆς διφθέρα καὶ παραπέτασμα συστελλόμενος ἐκ τοῦ μέσου, ὥστε μετασχηματισθῆναι ἐπὶ τὸ βέλτιον. τότε πάντα ἐκστάσεως γέμει, καὶ φρίκης, καὶ τρόμου· τότε καὶ αὐτοὺς πολὺς ἔχει τοὺς ἀγγέλους φόβος, οὐκ ἀγγέλους δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀρχαγγέλους, καὶ θρόνους, καὶ κυριότητας, καὶ ἀρχὰς, καὶ ἐξουσίας, σαλευθήσονται γάρ φησιν αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, διὰ τὸ τοὺς ὁμοδούλους τὰς εὐθύνας ἀπαιτεῖσθαι τῆς ἐνταῦθα ζωῆς. εἰ γὰρ πόλεως μιᾶς κρινομένης, ἐπὶ τούτων τῶν ἀρχόντων πεφρίκασιν ἅπαντες, καὶ οἱ κινδύνων ὄντες ἐκτὸς, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης δικαζομένης ἐπὶ τοιούτου κριτοῦ οὐ μαρτύρων δεομένου, οὐκ ἐλέγχων, ἀλλὰ χωρὶς τούτων ἁπάντων καὶ πράξεις καὶ ῥήματα, καὶ ἐνθυμήματα παριστῶντος εἰς μέσον, καὶ πάντα ὥσπερ ἐν εἰκόνι τινὶ τοῖς τε ἡμαρτηκόσιν αὐτὰ, καὶ τοῖς ἀγνοοῦσιν ἐπιδεικνύντος, πῶς οὐκ εἰκὸς πᾶσαν κλονεῖσθαι δύναμιν καὶ σαλεύεσθαι; εἰ γὰρ μὴ ποταμὸς εἵλκετο πυρὸς, μηδὲ ἄγγελοι παρειστήκεισαν φοβεροὶ, μόνον δὲ καλούμενοι τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἐπῃνοῦντο καὶ ἐθαυμάζοντο, οἱ δὲ παρεπέμποντο ἀτίμως, ἵνα μὴ ἴδωσι τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦτο μόνον ἡ κόλασις ἦν, οὐκ ἂν πάσης γεέννης πικρότερον ἡ τῶν τοιούτων ἔκπτωσις ἀγαθῶν, τὰς τῶν ἀπεστερημένων ἔδακνε ψυχάς; τοῦτο γὰρ ὅσον κακὸν, νῦν μὲν οὐ δυνατὸν παραστῆσαι τῷ λόγῳ· τότε δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων εἰσόμεθα σαφῶς. σὺ δέ μοι πρόσθες νῦν καὶ τὴν κόλασιν, καὶ μὴ μόνον αἰσχυνομένους, μηδὲ ἐγκαλυπτομένους, καὶ κάτω νεύοντας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπὶ τὸ πῦρ ἑλκομένους ὁδὸν, καὶ πρὸς αὐτὰ συρομένους τὰ βασανιστήρια, καὶ ταῖς ἀποτόμοις παραδιδομένους δυνάμεσι, καὶ ταῦτα πάσχοντας κατὰ τὸν καιρὸν, καθ' ὃν στεφανοῦνται, καὶ ἀνακηρύττονται, καὶ τῷ θρόνῳ παρίστανται τῷ βασιλικῷ οἱ τὰ ἀγαθὰ πράξαντες πάντες, καὶ ἄξια τῆς αἰωνίου ζωῆς ποιήσαντες.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, τὰ δὲ ἑξῆς τίς ἡμῖν παραστήσει λόγος; τὴν μετὰ Χριστοῦ συνουσίας τὴν ἡδονὴν, τὴν ὠφέλειαν, τὴν χαράν; ψυχὴ γὰρ εἰς τὴν οἰκείαν εὐγένειαν ἐπανελθοῦσα, καὶ μετὰ παῤῥησίας λοιπὸν δυνηθεῖσα τὸν αὐτῆς δεσπότην ὁρᾷν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσην καρποῦται τὴν ἡδονὴν, ὅσον τὸ κέρδος, οὐ τοῖς ἐν χερσὶ μόνοις χαίρουσα ἀγαθοῖς, ἀλλὰ καὶ τῷ πεπεῖσθαι λοιπὸν, ὅτι οὐδαμοῦ ταῦτα τελευτήσει τὰ καλά· πᾶσαν μὲν οὖν τὴν εὐφροσύνην ἐκείνην, οὔτε λόγῳ παραστῆσαι ἐστὶν, οὔτε νῷ· ἀμυδρῶς δὲ καὶ ὡς ἄν τις διὰ μικρῶν μεγάλα δεικνύῃ, πειράσομαι ποιῆσαι φανερόν. ἐξετάσωμεν γὰρ τοὺς ἐν τῷ παρόντι βίῳ τῶν τοῦ κόσμου καλῶν ἀπολαύοντας, πλούτου λέγω, καὶ δυναστείας, καὶ δόξης· πῶς ὑπὸ τῆς εὐθυμίας γαυρούμενοι, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς εἶναι νομίζουσι, καὶ ταῦτα οὔτε ὁμολογουμένων ἀπολαύοντες καλῶν, οὔτε παραμενόντων αὐτοῖς, ἀλλ' ἀφιπταμένων ὀνείρου ταχύτερον· εἰ δέ ποτε καὶ σταίη μικρὸν, μέχρι τῆς παρούσης ζωῆς τὴν εὔνοιαν ἐπιδεικνυμένων, περαιτέρω δὲ οὐκ ἰσχυόντων συνεξελθεῖν. εἰ δὲ ταῦτα εἰς τοσαύτην αἴρει τοὺς ἔχοντας χαρὰν, τί οἴει γίνεσθαι ἐκείνας τὰς ψυχὰς, τὰς καλουμένας ἐπὶ τὰ μυρία ἀγαθὰ τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τὰ πεπηγότα καὶ ἑστῶτα βεβαίως διαπαντός; οὐδὲ γὰρ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ ποσότητι καὶ τῇ ποιότητι τοσούτῳ κρείττω τῶν παρόντων ἐστὶν, ὡς μηδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀναβῆναί ποτε. νῦν μὲν γὰρ καθάπερ ἐν μήτρᾳ παιδίον, οὕτως ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ διάγομεν στενοχωρούμενοι, καὶ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος καὶ τὴν λαμπρότητα καὶ τὴν ἐλευθερίαν οὐ δυνάμενοι συνιδεῖν· ὅταν δὲ ὁ καιρὸς ἐπιστῇ τῶν ὠδίνων, καὶ ἀποτέκῃ κατὰ τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν οὓς ὑπεδέξατο πάντας ἀνθρώπους ὁ παρὼν βίος, τὰ μὲν ἐξαμβλωθέντα ἀπὸ σκότους εἰς σκότος ἔρχεται, καὶ ἀπὸ θλίψεως εἰς θλίψιν χαλεπωτέραν· τὰ δὲ ἄρτια καὶ τῆς βασιλικῆς εἰκόνος τοὺς χαρακτῆρας διαφυλάξαντα παραστήσονται τῷ βασιλεῖ, καὶ τὴν λειτουργίαν ἀναδέξονται ἐκείνην, ἣν ἄγγελοι, καὶ ἀρχάγγελοι τῷ πάντων διακονοῦνται Θεῷ. μὴ τοίνυν εἰς τέλος τούτους ἡμῖν ἀφανίσῃς τοὺς χαρακτῆρας, ὦ φίλος· ἀλλὰ ταχέως αὐτοὺς ἀνακτησάμενος ἐπὶ τὸ βέλτιον διατύπωσον·

A *Videbam* inquit, *uſque dum throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit, & veſtimentum ejus album ſicut nix, & capillus capitis ejus tanquam lana munda, thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis conſumens. fluvius igneus trahebat egrediens ante eum: mille millia miniſtrabant ei, & decies millies decem millia conſiſtebant ante eum: cœtus judicum conſedit, & libri aperti ſunt.* Dan. 7. 9. Deinde poſt pauca, *Aſpiciebam*, inquit, *in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli ſicut filius hominis veniebat, & uſq. ad antiquũ dierum perve-* B *nit, & coram eo eſt ei oblatus & datus eſt ei principatus, & honor, & regnũ: & omnes populi, tribus & linguæ ei ſerviunt, & poteſtas ejus poteſtas æterna, regnum ejus non deſtruetur. Horruit ſpiritus meus, in habitu meo ego Daniel, & viſiones capitis conturbaverunt me.* Tum aperientur omnes cœleſtium fornicum portæ, imò iſtud ipſum cœlum è medio ſubducetur, haud aliter atque tabernaculi pellis, ac velum contrahitur è medio, ut commutetur in melius. Tum omnia ſtupore completa erunt, & horrore, & metu, tum e- C tiam Angelos ingens metus occupabit: neque ſolùm Angelos, ſed etiam Archangelos, & thronos, & poteſtates cœlorum: propterea quòd conſervi judicium ſubituri ſunt de peracta in mundo vita. Nam ſi in judicio unius civitatis eorum his magiſtratibus omnes exhorruerunt, quanquam erant extra periculum: quid tum erit, quando cognoſcetur de univerſo terrarum orbe ſub judice non requirente teſtes, nec judicia: ſed quando absque illis facta ſimul & verba in medium ipſe reus exactè pro- D det, oſtendetque ſcelera ipſorum iſtorum authoribus, pariterque illis qui ea ignorant? Quomodo, inquit, fieri poteſt, ut tum non concutiatur quælibet potentia? Si enim fluvius igneus non traheretur, neque Angeli aſſiſterent adeo formidabiles: ſoli autem convocati homines quorum pars laudata eſt, & in admiratione habita, pars ablegata ingloriè, ne gloriam Dei videat, iſtud ipſum ſolum per ſe pœna erat: num enim gravius omni gehenna à tantis bonis eſſe prolapſum, orbatas animas mordet? Quantum enim E hoc ſit malum, nullo ſermone quiſquam hic explicabit, tum vero reipſa manifeſtè cognoſcemus. Quare obſecro, ob oculos modo ponas, non dico immaniſſimam illam pœnam, & ſuffuſos gravi pudore, nec non palàm conſpicuos, defixis in terram oculis ob conſcientiam ignominiæ: ſed illam viam deterrimam quæ ad ignem abripit, ſed & abreptos ad tormenta, traditóſq; atrocibus punitoribus: idque eo tempore, quo coronis adornati celebreſq; cantantibus Angelis regio throno aſſiſtunt, quicumque hic bona A fecerunt, quique digni fuerunt reperti æterna vita.

CAP IX. De iis quæ diem judicii conſequentur.

Hæc in illa, quæ autem ſequuntur quis ſermo nobis exprimet? quis vel delineabit voluptatem quæ ex convictu Chriſti extabit, aut utilitatem, aut gaudium? Etenim anima quæ in propriam rediit naturam, quæ in reliquum tempus multa libertate dominum ſuum ſuſcipit, quantum ea fructum capiat, quantum dulcedinis, quantum lucrum, haud quiſquam unquam ſatis explicabit: nec ſolum læta bonis præſentibus, ſed ſecu- B ra tutáque erit, quòd tanta gaudiorum ſemina nequaquam deſitura ſint. Eam itaque jucunditatem univerſam ſermone quis effinget, quis attinget cogitatione? Obſcure utpote minutis magna demonſtraturus, tentabo facere perſpicuum. Perpendamus igitur eos qui in hac vita hujus mundi commodis oblectantur, divitiis inquam, & magiſtratu, atque gloria, quanta libidine ſuperbiaque efferuntur? Non enim in terra ſe adhuc degere arbitrantur: quamquam fruuntur iis demum bonis, quæ bona eſſe non- C dum omnibus perſuaſum eſt: quæ poſſeſſores mutare ſolita, frequentius ex inſperato evolant, & quandoq; citius quàm ſomnia. Quod ſi paulifper conſiſtunt, juxta modum forſitan vitæ hujus ſubſidium ſuum exhibent: nam ulterius protendi nequeunt. Quòd ſi hæc fluxa ſuos poſſeſſores in tanta gaudia ſuſtollunt, & animum, licet incerta ſubitaq; ſint, in jugem effundunt lætitiam: quid putas futurum de animabus illis accerſitis ad infinita bona, quæ in cœlis pios manent, quæ fixa ſemperque duratura ſunt, quę D virtute quoque his præſentibus longè præſtant, ne dum conſtantia ſua nunquam deſitura, & cujuſmodi haudquaquam aſcenderunt in cor hominis? Nunc enim quemadmodum in utero puellus, ſic in mundo vivimus multis intercluſi anguſtiis, venturique ſeculi nec fulgorem, neque claritatem valentes contueri: cæterum ubi tempus advenerit parturitionis, & in die judicii mortales omnes, quos exceperat, hic mundus protulerit, abortivi quidem de tenebris in tenebras ingredientur, E & ex afflictione ad afflictionem non paulo duriorem: maturi autem fœtus, qui notam regiæ imaginis gerunt obſervantque, perducuntur ad regem, ejúſque miniſterium capeſſunt, quod Angeli quoque & Archangeli Deo rerum omnium perficiunt. Quare noli characteres illos perpetuò nobis obſcurare, amice optime, ſed eos eveſtigio inſtaura, refingéque in melius:

Pulchritudinem corporis intra naturæ vim Deus deſcripſit: deco-
rem autem animæ illinc à neceſſitate & ſervitute ex:mit, veluti
corporis luce meliorem, atque ejus potiundæ copiam omnem no-
bis attemperavit divina trutina. Quandoquidem Dominus no-
ſter impendio nos amat, eóque vehementius cohoneſtat genus
noſtrum. Minora quidem illa, nec quicquam eximii præ ſe feren-
tia, & quæ minimè præſtantia credas, ea neceſſitati naturæ pro-
ducenda commiſit: porrò verorum bonorum nos eſſe opifices
dedit; ſi enim fuiſſet corporis pulchritudo in noſtra ſita poteſtate,
mox curæ nimiæ fuiſſet, ſemperque rebus infructuoſis impendiſ-
ſemus operam, & animæ dotes ubique neglexiſſemus. Cum e-
nim negata ea facultate jam nunc omnia faciamus, omnia molia-
mur: pigmentis formam à nobis quaſi ab invitis aſſeramus, cùm
veram nequimus, coloribus, tinctutis concinnatione capillorum,
veſtium amictu, oculorum lubricitate, multiſque ejus generis
molitionibus falſam affingamus: quod ſtudium animæ ac rebus
honeſtis tribuiſſemus, ſi potuiſſemus ad bonam formam aliquid
adjungere? Haud temere aliud quicquam egiſſemus, ubi fuiſſet
noſtratum virium, quàm excolere formam: quin omnia ſimul in
hoc tempora conſumpſiſſemus, & venuſtaſſemus abjectiſſimam
ſervam infinitis ornamentis relicta domina nobiliſſima, inculta
magis, magiſque neglecta quovis mancipio. Qua de cauſa Deus
adempta infelici cura melioris rei artem nobis indidit, per quam
qui corpus ex deformi elegans reddere nequit, is animam vel ul-
timæ turpitudinis in ſummam ſpeciē reducere ſufficiet: adeoq; a-
mabilem reddere, atq; adeo illicem, ut & Deum regem omniū in
ſuam concupiſcentiam pelliciat, nedum viros bonos, juxta ea quę
Pſal.44,12. pſalmorū auctor de hujuſmodi pulchritudine animę abſolvit. *Et
concupiſcet*, inquit, *rex pulchritudinē tuam*. Num vides quòd de-
formes impudenteſq; mulieres proſtitutę vix poſſunt obtrudi gla-
diatoribus, fugitivis, & iis quoq; qui cum beſtiis depugnare ſoliti
ſunt? Cæterùm ſi quæ bonæ formæ, ſi ingenuæ liberaliq; facie per
occaſionem in eam inciderint calamitatem, quemlibet genero-
ſum eximiúmque virum nihil pudebit vel connubio ſibi talem
adjunxiſſe. Quod ſi tanta eſt apud homines miſericordia, tantá-
que deſpectio vulgaris opinionis, quæ ſæpenumero in propatulo
affectas ignominia liberat ab infami ſervitute, recipitque in ordi-
nem matronarum: quanto benignior facilitas erit apud Deum
erga animam propter ſupernæ nobilitatis præſtantiam, quæ per
tyrannidem diaboli in hujus vitæ turpiſſimum lupanar conjecta
eſt? Harum rerum exempla plurima ſunt apud Prophetas, qui
vaticinantur adverſus Hieroſolymam prolapſam in ſcortationē
Ezec. 16, 33. aliquam novo modo, quemadmodum Ezechiel dicit: *Qui-
buslibet meretricibus datur merces, tu addidiſti mercedem*, & in
te evenit contra omnium mulierum conſuetudinem: & rurſus
alius: *Sediſti expectans eos tanquam cornix deſolata.* Hanc
igitur adeò deperditæ libidinis vocat rurſum Deus. Etenim
captivitas eis pœna non fuit, ſed potius ad occaſionem reditus,
& ad correctionem: propterea quod ſi Deo libuiſſet conficere
pœnis commeritos, profectò domum non reduxiſſet, nec civita-
Agg. 2,10. tem celebriorem, nec templum auguſtius vetere apparaſſet. *E-
rit enim gloria*, inquit, *hujus domus illa ultima præſtantior priore:*
quia ſæpius conſpurcatam libidine Deus à pænitentia non ſum-
movit: multo avidius animam tuam amplexabitur, ne dubita,
iſto duntaxat caſu prolapſam. Nemo enim nemo amator for-
mæ quamlibet inſanus, adverſum amicam ſuam tanto conflagrat
igni, quanto ſtudio Deus animarum noſtrarum appetit ſalu-
tem: quod videre eſt de unaquaque anima, & de divinis ſcriptu-
ris. Obſerva in præfationibus Hieremiæ, & paſſim apud Pro-
phetas contemptum faſtiditumque dominum, iterum tamen ad-
volantem ac inſtaurantem amicitiam erga deſertores, juxta id
Mat.23.37. quod etiam in Evangeliis ipſe conteſtatur: *Hieruſalem Hieru-
ſalem, quæ occidis Prophetas, & lapidas eos qui ad te miſſi ſunt:
quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina con-*
2. Cor. 5, 19. *gregat pullos ſub alas, & noluiſtis?* Et Paulus, *Deus*, inquit,
*erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi, non imputans eis
peccata ſua, & poſuit nobis ſermonem reconciliationis. Ita-
que nomine Chriſti legatione fungimur: tanquam Deo vos obſe-
crante per nos, rogamus pro Chriſto, reconciliamini Deo.* Hæc
ad nos modò dicta putato: non enim incredulitas tantum,
ſed & vita immunda ſolet excitare gravem inimicitiam.
Rom. 8,6. *Affectus enim carnis*, inquit, *inimicitia eſt adverſus Deum.*
Deſtruamus igitur interjectum murum, diſſipemuſque,
atque cadaver ejiciamus, quò beata reconciliatio contin-
gat, quò reddamur iterum amabiles, & expetendi Deo,

τὸ μὲν γὰρ κάλλος τὸ σωματικὸν εἴσω τῶν τῆς φύσεως ὅρων συνέκλεισεν ὁ Θεός, ἡ δὲ τῆς ψυχῆς ὥρα τὸ μὲν ἐκεῖθεν ἀνάγκης τῆς δουλείας ἀπήλλακται, ἅτε δὴ πολλῷ βελτίων οὖσα τῆς σωματικῆς εὐμορφίας· ἐφ' ἡμῖν δὲ ἅπασα κεῖται καὶ τῇ ῥοπῇ τοῦ Θεοῦ. φιλάνθρωπος γὰρ ὁ δεσπότης ἡμῶν, καὶ τούτῳ μάλιστα τὸ ἡμέτερον ἐτίμησε γένος, τὰ μὲν ἐλάττονα καὶ οὐδὲν μέγα συντελοῦντα ἡμῖν, ἀλλ' ὅπως ἂν πέσῃ ἀδιάφορα ὄντα τῇ τῆς φύσεως ἐπιτρέψας ἀνάγκῃ· τῶν δὲ ὄντως καλῶν ἡμᾶς ποιήσας εἶναι δημιουργούς. εἰ μὲν γὰρ καὶ σωματικοῦ κάλλους ἡμᾶς ἐποίησεν εἶναι κυρίους, καὶ φροντίδα περιττὴν ἐδεξάμεθα ἄν, καὶ ἐν τοῖς οὐδὲν ὠφελοῦσι τὸν ἅπαντα ἂν ἀπησχολήσαμεν χρόνον, καὶ τῆς ψυχῆς σφόδρα ἂν ἠμελήσαμεν. ὅπου γὰρ νῦν οὐκ οὔσης ἐν ἡμῖν τῆς ἐξουσίας ταύτης ἅπαντα πράττομεν καὶ βιαζόμεθα, καὶ σκιαγραφίαις τοῦτο ἐκδικούμενοι ἑαυτοῖς, ἐπειδὴ τῇ ἀληθείᾳ μὴ δυνάμεθα, καὶ χρώμασι καὶ βαφαῖς, καὶ συνθέσει τριχῶν, καὶ ἱματίων περιβολαῖς, καὶ στροφαῖς ὀφθαλμῶν, καὶ πολλοῖς ἑτέροις μηχανήμασι τὰ τοιαῦτα σοφιζόμεθα κάλλη, τίνα ἂν τῇ ψυχῇ καὶ τοῖς σπουδαίοις σχολὴν ἀπενείμαμεν, εἰ πρὸς τὴν ὄντως αὐτὸ εὐμορφίαν μεταθεῖναι εἴχομεν; τάχα γὰρ οὐδὲ ἂν ἐγένετο ἡμῖν ἔργον ἕτερον, εἰ τοῦτο ἔργον ἡμέτερον ἦν, ἀλλὰ πάντα τὸν χρόνον ἀναλώσαμεν. τὴν μὲν δούλην καλλωπίζοντες μυρίοις καλλωπισμοῖς, τὴν δὲ ταύτης κυρίαν παντὸς ἀνδραπόδου μᾶλλον ἐν ἀμορφίᾳ καὶ ῥᾳθυμίᾳ ἐῶντες κεῖσθαι διαπαντός. διὰ τοῦτο ταύτης ἡμᾶς τῆς κακοσχολίας ἀπαλλάξας ὁ Θεὸς τοῦ βελτίονος ἡμῖν τὴν τέχνην ἐνέθηκε, καὶ ὁ τὸ σῶμα μὴ δυνάμενος εὔμορφον ποιῆσαι ἐξ εἰδεχθοῦς, οὗτος τὴν ψυχήν, κἂν εἰς ἐσχάτην δυσειδίαν κατενεχθῇ, εἰς αὐτὴν τὴν τῆς ὥρας ἀναγαγεῖν δυνήσεται κορυφήν, καὶ οὕτως ἐπέραστον ποιῆσαι καὶ ποθεινήν, ὥστε μὴ μόνον τοὺς ἄνδρας τοὺς ἀγαθοὺς εἰς ἐπιθυμίαν αὐτῆς ἐλθεῖν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν τῶν ἁπάντων βασιλέα καὶ Θεόν, καθὼς καὶ ὁ ψαλμῳδὸς περὶ τούτου τοῦ κάλλους διαλεγόμενος ἔλεγε· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. οὐχ ὁρᾷς καὶ ἐν τοῖς χαμαιτυπείοις τῶν γυναικῶν, ὅτι τὰς μὲν εἰδεχθεῖς καὶ ἀναισχύντους μονομάχοι καὶ δραπέται καὶ θηριομάχοι μόλις ἂν προσοῖντο· εἰ δέ πού τις εὔμορφος καὶ εὐγενὴς καὶ αἰσχυντηρὰ κατά τινα περίστασιν εἰς ταύτην ἔλθῃ τὴν ἀνάγκην, οὐδεὶς τῶν σφόδρα λαμπρῶν καὶ μεγάλων ἀνδρῶν τὸν ἐκείνης εἰς γάμον ἐρυθριάσειεν· εἰ δὲ παρὰ ἀνθρώποις τοσοῦτος ἔλεος, καὶ τοσαύτη δόξης ὑπεροψία, ὥστε τὰς πολλάκις καταισχυνθείσας ἐπὶ τοῦ τέγους ἀπαλλάξαι τῆς δουλείας ἐκείνης, καὶ ἐν τάξει ἔχειν γυναικῶν, πολλῷ μᾶλλον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τοῦτό ἐστι, καὶ τῶν ψυχῶν τῶν ἀπὸ τῆς ἄνωθεν εὐγενείας κατὰ τὴν τοῦ διαβόλου τυραννίδα εἰς τὸ τοῦ παρόντος βίου χαμαιτυπεῖον καταπεσουσῶν. καὶ τούτων εὑρήσεις τῶν παραδειγμάτων τοὺς προφήτας πεπληρωμένους, ὅταν διαλέγωνται τῇ Ἱερουσαλήμ, καὶ γὰρ ἐκείνην εἰς πορνείαν ἐμπεσοῦσαν, πορνείαν τινὰ καινοτέραν, καθὼς καὶ ὁ Ἰεζεκιὴλ φησί· πάσαις πόρναις δίδονται μισθώματα, σὺ δὲ προσεδίδως μισθώματα, καὶ ἐγένετο ἐν σοὶ διεστραμμένον παρὰ τὰς λοιπάς. καὶ πάλιν ἕτερος· ἐκάθισας προσδοκῶσα αὐτοὺς ὡσεὶ κορώνη ἠρημωμένη. ταύτην οὖν τὴν οὕτω πορνεύσασαν, ἀνακαλεῖται πάλιν ὁ Θεός. καὶ γὰρ ἡ αἰχμαλωσία ἡ γενομένη, οὐ τιμωρίας τοσοῦτον ἦν, ὅσον ἐπιστροφῆς καὶ διορθώσεως· ἐπεὶ εἰ κολάσαι αὐτοὺς καθάπαξ ἐβούλετο ὁ Θεός, οὐκ ἂν πάλιν ἐπανήγαγεν οἴκαδε, οὐκ ἂν μείζονα καὶ λαμπροτέραν τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν κατεσκεύαζεν· ἔσται γάρ φησιν ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν ἔμπροσθεν. εἰ δὲ τὴν πολλάκις ἐκπορνεύσασαν οὐκ ἀπέκλεισε τῆς μετανοίας ὁ Θεός, πολλῷ μᾶλλον τῆς σῆς ἀνθέξεται ψυχῆς, οὐ τὸ πρῶτον πεσούσης τὸ πτῶμα. οὐδεὶς γὰρ οὐδεὶς σωμάτων ἐραστής, κἂν σφόδρα ᾖ μανικός, οὕτω τῆς ἐρωμένης τῆς αὐτοῦ περικαίεται, ὡς ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας ἐφίεται τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. καὶ τοῦτο ἔνεστι μὲν καὶ ἐκ τῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν γινομένων ἰδεῖν, ἔνεστι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν. ὅρα γοῦν καὶ ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ Ἱερεμίου, καὶ πολλαχοῦ τῶν προφητῶν καταφρονούμενον αὐτόν, καὶ ὑπερορώμενον, καὶ πάλιν ἐπιτρέχοντα καὶ διώκοντα τὴν φιλίαν τῶν ἀποστρεφομένων αὐτόν· ὅπερ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἐδήλου λέγων· Ἱερουσαλήμ, Ἱερουσαλήμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ἐπισυνάγει ὄρνις τὰ νοσσία αὐτῆς ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτῆς, καὶ οὐκ ἠθελήσατε; καὶ ὁ Παῦλος δὲ Κορινθίοις ἐπιστέλλων ἔλεγεν· ὅτι Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ, μὴ λογιζόμενος αὐτοῖς τὰ παραπτώματα αὐτῶν, καὶ θέμενος ἐν ἡμῖν τὸν λόγον τῆς καταλλαγῆς. ὑπὲρ Χριστοῦ οὖν πρεσβεύομεν, ὡς τοῦ Θεοῦ παρακαλοῦντος δι' ἡμῶν, δεόμεθα ὑπὲρ Χριστοῦ, καταλλάγητε τῷ Θεῷ. τοῦτο καὶ πρὸς ἡμᾶς εἰρῆσθαι νομίζετε νῦν. οὐ γὰρ ἀπιστία μόνον, ἀλλὰ καὶ βίος ἀκάθαρτος τὴν ἀπεχθῆ ταύτην ἱκανὸς ἔχθραν ἐργάσασθαι. τὸ γὰρ φρόνημα, φησί, τῆς σαρκὸς, ἔχθρα εἰς Θεόν. καταλύσωμεν οὖν τοῦτο τὸ διάφραγμα, καὶ διέλωμεν, καὶ θῶμεν νεκρόν, ἵνα τῆς μακαρίας τύχωμεν καταλλαγῆς, ἵνα γενώμεθα πάλιν ἐπέραστοι καὶ ποθεινοὶ τῷ Θεῷ.

εἴδα

Οἶδα ὅτι θαυμάζεις τῆς Ἑρμιόνης ὥραν νῦν, καὶ τῆς εὐμορφίας ἐκείνης οὐδὲν ὅμοιον κρίνεις ἐπὶ τῆς γῆς εἶναι· ἀλλ' ἐὰν θέλῃς, ὦ φίλος, τοσοῦτον αὐτῆς εὐπρεπέστερος ἔσῃ καὶ ὡραιότερος, ὅσῳ τῶν πηλίνων οἱ χρυσοῖ βελτίους ἀνδριάντες εἰσίν. εἰ δὲ τοῦ σώματος τὸ κάλλος οὕτω τὰς τῶν πολλῶν ἐκπλήττει ψυχὰς καὶ ἀναπτεροῖ, ὅταν ἐν τῇ ψυχῇ τοῦτο ἀποστίλβῃ, τί ἴσον τοῦ οὕτω καλοῦ καὶ ὡραίου γένοιτ' ἄν; ἡ μὲν γὰρ τούτου τοῦ κάλλους ὑπόστασις οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ φλέγμα, καὶ αἷμα, καὶ ῥεῦμα, καὶ χολὴ, καὶ τροφῆς διαμασηθείσης χυλός. τούτοις γὰρ καὶ ὀφθαλμοὶ, καὶ παρειαὶ, καὶ τὰ λοιπὰ πάντα ἄρδεται, κἂν μὴ καθ' ἑκάστην ἡμέραν δέξηται τὴν ἀρδείαν ἐκείνην, ἀπὸ τῆς γαστρὸς καὶ τοῦ ἥπατος ἀνιοῦσαν, τοῦ δέρματος παρὰ τὸ προσῆκον ὑφιζάνοντος, τῶν τε ὀφθαλμῶν κοιλαινομένων, εὐθέως ἡ ἅπασα ἀφίπταται τῆς ὄψεως ὥρα. ὥστε ἂν ἐννοήσῃς τί μὲν τῶν καλῶν ἔνδον ἀπόκειται ὀφθαλμῶν, τί δὲ τῆς εὐθείας ῥινὸς, τί δὲ τοῦ στόματος καὶ τῶν παρειῶν, οὐδὲν ἕτερον ἢ τάφον κεκονιασμένον εἶναι φήσεις τοῦ σώματος τὴν εὐμορφίαν, τοσαύτης τὰ ἔνδον ἀκαθαρσίας ἐστὶ μεστά. εἶτα ῥάκος μὲν ἰδὼν ἔχον τι τούτων, οἷον φλέγμα ἢ σίελον, οὐδὲ ἄκροις ψαῦσαι τοῖς δακτύλοις ὑπομένεις, ἀλλ' οὐδὲ ἰδεῖν ἀνέχῃ· πρὸς δὲ τὰ ταμιεῖα τούτων καὶ τὰς ἀποθήκας ἐπτόησαι. ἀλλ' οὐ τό γε σὸν κάλλος τοιοῦτον ἦν. ἀλλ' ὅσον τῆς γῆς βελτίων ὁ οὐρανός· μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ τούτων λαμπρότερόν τε καὶ ἄμεινον. ψυχὴν γὰρ σώματος μὲν γεγυμνωμένην οὐδεὶς οἶδεν οὐδαμοῦ· ὅμως δὲ καὶ οὕτως ἑτέρωθέν σοι παραστῆσαι τὸ ταύτης πειράσομαι κάλλος ἀπὸ τῶν δυνάμεων τῶν μειζόνων.

Ἄκουσον γοῦν πῶς τὸν ἄνδρα τῶν ἐπιθυμιῶν ἡ τούτων ὡραιότης ἐξέπληξε. βουλόμενος γὰρ αὐτῶν παραστῆσαι τὸ κάλλος, καὶ οὐκ ἔχων σῶμα τοιοῦτον εὑρεῖν, ἐπὶ τὰς μεταλλικὰς ὕλας κατέφυγε, καὶ οὐδὲ ταύταις ἠρκέσθη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τῆς ἀστραπῆς λαμπρότητα εἰς τὸ ὑπόδειγμα παρελάμβανεν. εἰ δὲ μὴ καθαρὰς μηδὲ γυμνὰς φῆναι τὰς ἑαυτῶν οὐσίας ἐκεῖναι, ἀλλ' ἀμυδρὰς σφόδρα καὶ συνεσκιασμένας, ὅμως οὕτω διέλαμψαν, ὁποίας αὐτὰς εἰκὸς παντὸς ἀπηλλαγμένας παραπετάσματος φαίνεσθαι; τοιοῦτόν τι καὶ περὶ τοῦ κάλλους τῆς ψυχῆς φαντάζεσθαι χρή· ἔσονται "γάρ φησιν ἰσάγγελοι· καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων δὲ τὰ κουφότερα καὶ λεπτότερα, καὶ πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ ἀσώματα φέρουσαν ὁδὸν ἀναχωρήσαντα πολλῷ μᾶλλον βελτίω καὶ θαυμαστότερα τῶν ἑτέρων ἐστί. τῆς γοῦν γῆς ὁ οὐρανὸς, καὶ τοῦ ὕδατος τὸ πῦρ, καὶ οἱ ἀστέρες τῶν λίθων εἰσὶν ὡραιότεροι, καὶ τὴν ἶριν δὲ πολλῷ πλέον ἴων, καὶ ῥόδων, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς θαυμάζομεν ἀνθῶν, καὶ ὅλως εἴ γε ἐνῆν τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς εἰς τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος ἰδεῖν, κατεγέλασας ἂν τῶν σωματικῶν ὑποδειγμάτων τούτων, οὕτως ἀσθενῶς ἡμῖν τὴν τῆς ψυχῆς παραστησάντων ὡραιότητα. μὴ δὴ τοιούτου κτήματος μηδὲ τοσαύτης μακαριότητος ἀμελήσωμεν· μάλισθ' ὅτι εὔκολος ἡμῖν ἡ ἐπάνοδος πρὸς ἐκεῖνο τὸ "κάλλος ἀπὸ τῶν μελλόντων ἐλπίσι γίνεται. τὸ γὰρ παραυτίκα, φη"σὶν, ἐλαφρὸν τῆς θλίψεως ἡμῶν καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβο"λὴν αἰώνιον βάρος δόξης κατεργάζεται, μὴ σκοπούντων ἡμῶν τὰ βλεπόμενα, ἀλλὰ τὰ μὴ βλεπόμενα· τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα, τὰ δὲ μὴ βλεπόμενα, αἰώνια. εἰ δὲ θλίψεις οἵας οἶδας ἐλαφρὰς ἐκάλεσε καὶ κούφας ὁ μακάριος Παῦλος, διὰ τὸ μὴ σκοπεῖν τὰ βλεπόμενα, πολλῷ μᾶλλον τὸ παύσασθαι ἀσελγαίνοντα φορητόν· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ τοὺς κινδύνους σε καλοῦμεν τέως ἐκείνους, οὐδὲ ἐπὶ τοὺς θανάτους τοὺς καθημερινοὺς, τὰς πληγὰς τὰς συνεχεῖς, τὰς μάστιγας, τὰ δεσμὰ, τὴν πρὸς τὴν οἰκουμένην ἀπέχθειαν, τὸ παρὰ τῶν οἰκείων μῖσος, τὰς ἀγρυπνίας τὰς ἐπαλλήλους, τὰς ὁδοιπορίας τὰς μακρὰς, τὰ ναυάγια, τὰς τῶν λῃστῶν ἐφόδους, τὰς παρὰ τῶν συγγενῶν ἐπιβουλὰς, τὰς ὑπὲρ τῶν φίλων ὀδύνας, τὸν λιμὸν, τὸν κρυμὸν, τὴν γυμνότητα, τὴν πύρωσιν, τὴν ἀθυμίαν τὴν ὑπὲρ τῶν αὐτοῦ, τὴν ὑπὲρ τῶν οὐκ αὐτοῦ, οὐδὲν τούτων ἀπαιτοῦμεν τέως, ἀλλὰ μόνον τοσοῦτον ἀξιοῦμεν, τῆς ἐπαράτου δουλείας ἀπαλλαγῆναι, καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἐλευθερίαν ἐπανελθεῖν ἐννοήσαντα καὶ τὴν ἐκ τῆς ἀσελγείας κόλασιν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ προτέρου βίου τιμήν. τὸ μὲν γὰρ τοὺς ἀπιστοῦντας τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ ῥᾳθύμως διακεῖσθαι, καὶ μηδέποτε ἐν τοιούτῳ γίνεσθαι φόβῳ, θαυμαστὸν οὐδέν· τὸ δὲ ἡμᾶς τοὺς περὶ τῶν ἐκεῖ μᾶλλον, ἢ τῶν ἐνταῦθα πεπεισμένους οὕτως ἀθλίως διάγειν, καὶ ταλαιπώρως, καὶ μηδὲν ὑπὸ τῆς μνήμης πάσχειν ἐκείνων, ἀλλ' εἰς ἐσχάτην ἀναισθησίαν καταπεσεῖν, τοῦτο πολλῆς ἀλογίας γέμον ἐστίν. ὅταν γὰρ οἱ πιστεύοντες τὰ τῶν ἀπίστων πράττωμεν, μᾶλλον δὲ κἀκείνων ἀθλιώτερον διακεισόμεθα· εἰσὶ γὰρ ἐν αὐτοῖς οἱ κατὰ τὴν τοῦ βίου διέλαμψαν ἀρετήν· τίς ἔσται ἡμῖν παράκλησις; ποία συγγνώμη λοιπόν;

A Scio quòd admiraris Hermiones faciem, & formam ejus, nihil ei
in terris exiſtimas ſimile: verùm ſi voles, ô amice, jam nunc eris
ea multo elegantior & pulchrior: tantùmque præſtabis, quantum
luteis aureæ ſtatuæ. Si ſuper corpore illuſtri multorum mentes
percelluntur & obſtupeſcunt, quando in anima refulſerit lumen
decoris, quid æquale huic ſic pulchro opponeſ? Nam hujus pul-
chritudinis ſubſtantia eſt pituita, ſanguis fluidus, atra bilis, cibi
commanſi ſuccus. Ejusmodi enim rebus, oculi, genæ, & reli-
B qua membra irrigantur: quod ſi non ſuſcipiant hujusmodi a-
ſperſionem quotidie, à ventre atque hepate promanantem, ipſa
cutis marceſcit, congruo farcimento deſtituta atque oculi ex-
cavantur, continuò oris decor univerſus evolat. Quid ſubeſt
micantibus ocellis? quid occulitur rectis naribus? quid ore ce-
latur gratioſo & malis purpureis? Certe nihil aliud, quàm gypſo
incruſtatum ſepulchrum eſſe dixeris bonam corporis formam,
modò exactè cognoſcas, tam diverſis oppleta eſt intus ſordibus.
C Deinde pannum rejectum, cùm vides implicitum tenere ſimile
quiddam pituitæ aut fluori, cujusmodi ex ore ultro deſtillat: ne
ſummis quidem digitis audes illum attingere, imò ne intueri qui-
dem: at iſtorum promptuaria & apothecas plurimi facis. Cæ-
terùm iſta tua dignitas, qua pridem claruiſti, erat multo alia. Si-
cut enim terram cœlum, ſic ea formam corporis evanidam exu-
perat: quinimò & cœlo ipſo eſt illuſtrior meliorque. Animam e-
nim corpore exutam nemo uſpiam vidit, aliunde tamen ejus tibi
D demonſtrare decorem tentabo, à potentiis minutum ma-
joribus.

Audi igitur quomodo virum deſideriorum conſternavit illa- CAP. X. Quanta ſit animæ humanæ pulchritudo.
rum decor: nam demonſtraturus earum pulchritudinem, neque
corpus, cui componeret, valens invenire, ad metalli materiam
confugit, qua nihildum contentus, fulgurationis vim acerrimam
in exemplum quoque aſſumpſit. Quod ſi cum puram nudam-
que ſubſtantiam ſuam non oſtendiſſent, verum obſcurè admo-
E dum & obtectè, adeò tamen reſplenduerunt, quales eas appare-
re veriſimile eſt, cum velamentum omne remotum fuerit? Ejus-
modi quiddam etiam de pulchritudine animæ cogitaſſe fas eſt:
Erunt enim, inquit, *ſicut Angeli*: in corporibus quoque levio- Mat. 22, 30. Marc. 12, 25.
ra & tenuiora (quæ ſeceſſerunt ad viam ferentem ad incorporea,
eo nomine meliora, magisque admiranda quam cætera credun-
tur. Ergo ut terra cœlum, & aquam ignis, & lapidibus ſtellæ
ſunt ſpecioſiores: & Iridem potius, quàm violas, aut roſas, aut
A quoslibet flores terræ admiramur: ſic nimirum illis omnibus
Chriſtianæ animæ facies præfulget, ſed & modis omnibus, ubi
oculis corporis liceret contueri ſpeciem hujus, deridicula vide-
buntur, quæcumque exempla è rebus craſſis & viſibilibus de-
ſumpſerimus. Uſque adeò tenuiter delineant incomparabiles
animæ dotes & venuſtatem. Cujusmodi poſſeſſionem & felici-
tatem ne negligamus, maximè quia facilis aditus nobis ad illam
pulchritudinem conſequendam datur per ſpem futurorum. *Mo-* 2. Cor. 4, 17.
B *mentaneum enim & leve hoc afflictionis, grave & inæſtimabile pon-
dus gloriæ perficit, nobis videlicet conſiderantibus non quæ viden-
tur, ſed quæ non videntur: nam quæ videntur, temporaria: quæ
autem non videntur, æterna ſunt.* Quod ſi afflictiones, quas
noſti, faciles portatu levéſque nominavit beatus Paulus, propter-
ea quòd non reſpicitur ad ea quæ videntur: quanto proclivius
erit petulantiam & libidinem reſtinguere? Nam ad pericula te
non vocamus, quæ à piis interim obeunda ſunt, neque ad mor-
C tem quotidie obeundam, neque ad perpetuos labores, neque ad
flagra, neque ad vincula, neque ad inimicitias cum orbe terra-
rum gerendas, neque ad odium domeſticorum, neque ad vigilias
frequentes, neque ad longam peregrinationem, neque ad nau-
fragia, neque ad latronum incurſus, neque ad inſidias cognato-
rum, neque ad affectum doloris pro fortunis amicorum afflictis
ſuſcipiendum, neque ad famem, neque ad algores, neque ad
nuditatem, neque ad exuſtionem, neque ad mœſtitiam de rebus
D tuis alienisve tolerandam. Interea quidem à te nihil harum re-
rum requiro, tantum ſtudeo maledictam ſervitutem amovere,
priſtinámque reducere libertatem: quæ quidem libertas exactè
noverat & agnoverat, quanta ſit intemperantiæ pœna, quód-
que præmium ſuperiori vitæ probæ futurum eſt. Nam incre-
dulos de reſurrectione ex mortuis levius commoveri, nul-
lúmque metum ſentire, non admodum eſt admirandum: ſed
quòd nos qui credimus quæ hic ſunt, vel potius ea quæ a-
E libi proſpicimus, tam miſerè vitam tranſigimus, tam calami-
toſè, & earum rerum memoria nihil excitamur, exuti prorſus o-
mni ſenſu, iſtud quidem longè eſt omnium abſurdiſſimum,
maximéque obſtupeſcendum: quando enim credentes, quæ
ſunt incredulorum deſignamus: parum dixi: multo nimi-
rum indigniora, quàm illi perpetramus: ſunt enim inter il-
los, qui ſecundum virtutem hujus vitæ clari extiterunt, quæ
nobis erit conſolatio deinceps, quæ venia jure dabitur?

Naufragio enim periclitati mercatores fermè nihildum animo A concidunt, eandem viam audent iterum tentare, quamquam ex incuria id non evenit, ſed ex vi ventorum inevitabile damnum pertulerunt: & nos cunctamur ſemel fruſtrati rurſum accingi negociationi, qui ſcimus ante ultimum vitæ momentum nihil deſperandum, qui prænovimus, nec naufragium, nec damnum incidens, nec volentibus accidere? quid abſtinemus manum? quid ceſſamus? quantus pudor ſic reſupinos conſertis inter ſe mutuo manibus jacere? Atque utinam inter ſe conſertis, & non contra B ſeipſas commiſſis, quod quidem inſignis eſt inſaniæ, non minoris quàm ſi quis eorum qui in arena pugnis decertant, omiſſo adverſario in ſuum caput manibus irrueret, faciemque contunderet propriam. Supplantavit nos diabolus, ac dejecit: quare neceſſe eſt ut reſurgamus intrepidi, ut caveamus ne iterum ſubripiamur ad pericula, ne ipſi nos in præceps collocemus, ne vulnera ab illo inflicta, noſtra culpa acceptis cumulemus. Quandoquidem beatus David caſu decidit non leviore, quàm tu modò, imò non tan- C tùm æquali: ſubinde enim aliud flagitium adjecit: nempe cædem Uriæ. Quid igitur? num proſtratus nihil amplius tentavit, quò reſurgeret? Nunquid forti animo arma reſumpſit adverſus inimicum? Adeo enim conſtanti pectore eſt ei reluctatus, ut & mortuus filiis ſuis præſidio foret: Nam Salomoni propter magnum illud ſcelus commerito mille mortes, propter David Deus (ut ſcri-
3.Reg.11,11. ptum eſt) reliquit regnum integrum, cùm ſic loquitur: *Scindens ſcindam regnum in manu tua, & dabo iſtud ſervo tuo: verùm tem-* D *poribus tuis id non faciam.* Quam tandem ob cauſam? *propter David patrem tuum: è manibus filii tui iſtud accipiam.* Ipſi denique Ezechiæ periclitaturo ultimo diſcrimine, quamquam juſtus
4.Reg.19,34. eſſet, propter beatum illum virum auxilium promiſit. *Protegam eam,* inquit, *urbem, ut ſervem eam, propter me, & propter David ſervum meum*: tanta eſt pœnitentiæ virtus. Porrò ſi ejus ſententiæ fuiſſet, cujus tu nunc es, Deum non poſſe deinceps placari: & ſi dixiſſet, Affecit me honore eximio, alle- E git in numerum Prophetarum, & imperium in contribules conceſſit, periculiſque infinitis eripuit: quo itaque pacto continget, ut eum iterum placem, cui poſt tanta beneficia ſum adverſatus, omnia peſſima temerè perpetrando? Hæc ſi unquam venire in mentem permiſiſſet, non ſolum non attigiſſet ea quæ inde præſtitit, ſed etiam priora inſignia diſſipaſſet. Neque enim ſola corporis vulnera dum negliguntur, inducunt A mortem, ſed etiam ipſius animæ: verum inſcitia noſtra tanta eſt, ut illius plagis accuratiſſimè medeamur, hujus autem obſtinatè contemnimus: quanquam corpori malum immedicabile ſæpenumero accidit, nihil tamen de ſalute deſperamus, quin dicto medicorum audientes, quamquam morbum pharmacis abolere nequeunt; ſtudemus tamen ex verbis eorum qualemcumque poſſumus conſolationem venari: in animorum autem morbis, in quibus nulli ſunt incurabiles, quippe qui B à naturæ neceſſitate non pendeant, nos tamen perinde negligimus eorum incommoda deſperato ſalutis obtentu, tanquam ad nos nihil pertinerent: atque ubi quidem morborum natura deſperationem nobis ingenerat, nos tamen quaſi multa ſubſit ſpes ſalutis eos curamus, ubi vero nulla eſt deſperandi neceſſitas, quaſi nulla ſit ſpes ſanitatis, abſiſtimus, & omnem eorum curam omittimus, tanto diligentiorem corporis, quàm animæ curam habemus, quo fit, ut nec ſervare corpus valea- C mus, optimo quidem jure. Nam qui neglecto potiore, de minutis omni ſollicitudine diſtringitur, utraque diſſipat & perdit: cæterum qui ordinem cuſtodit, & quod prius eſt, maximè curat, altero, quod eſt vilius, poſthabito, per potioris quidem ſalutem ſervat etiam poſterius. Sicut & Chriſtus inſinua-
Mat.10,28. re videtur: *Ne timeatis,* inquit, *eos qui occidunt corpus, animam autem nequeunt occidere: quin potius timeatis eum, qui poteſt & animam & corpus perdere in gehennam.* Nunquid D jam tibi per nos perſuaſum fuit, nunquam eſſe negandum reditum animæ ad ſanitatem à morbis tanquam deſperatis, an vero neceſſe eſt & alias adhibere rationes? Quamlibet ipſe animum abjeceris, nos utique ſpem de conſequenda ſanitate tua nunquam vocabimus in dubium: neutiquam enim id nobis permittemus, quod ſolemus aliis vitio vertere: & multum intereſt, utrum de ſe ipſo quis deſperet, an de illo quiſquam alius. Etenim is qui de altero tale quid ſuſpicatur, celerem E veniam obtinebit: at is qui ſibiipſi omnem ademit fiduciam, non item. Quid ita? quia nemo alterius ſtudia reſipiſcentiamque in manu habet, ſuorum autem poteſtatem omnino tenet. Atqui nondum de te deſperamus, quamquam millies ignavia hac laboraveris, fortè dabitur aliquis in virtutem regreſſus, & de malitia veteris vitæ reconciliatio. Audi ſequentia.

CAP. XI. Ninivitæ audita Prophetæ invectione & minis, qui ait:

A καὶ ναυαγίῳ μὲν περιπεσόντες πολλοὶ τῶν ἐμπόρων, οὐκ ἀνέπεσον ἀλλὰ πάλιν ἐπέβησαν τῆς αὐτῆς ὁδοῦ, καὶ ταῦτα οὐ παρὰ τὴν οἰκείαν ῥαθυμίαν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν πνευμάτων ἀνάγκην τῆς ζημίας γεγενημένης αὐτοῖς· ἡμεῖς δὲ οἱ περὶ τοῦ τέλους θαῤῥεῖν ἔχοντες, καὶ ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι μὴ βουλομένων ἡμῶν, οὔτε ναυάγιον, οὔτε περὶ τὸ τυχὸν ἡμῖν ἡ ζημία συμβήσεται· οὐχ ἁψόμεθα πάλιν αὐτῶν καὶ ἐμπορευσόμεθα καθάπερ καὶ τὸ πρότερον, ἀλλὰ κεισόμεθα ἀρ- B γοῦντες, καὶ τὰς χεῖρας παρ' ἑαυτοῖς ἔχοντες; καὶ εἴθε παρ' ἑαυτοῖς μόνον, καὶ μὴ καθ' ἑαυτῶν, ὅπερ λαμπρᾶς μανίας ἐστί; καὶ γὰρ εἴ τις τῶν πυκτευόντων τὸν ἀνταγωνιστὴν ἀφεὶς κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς τρέποι τὰς χεῖρας, καὶ τὴν οἰκείαν ὄψιν συγκόπτοι, οὐ μετὰ τῶν μαινομένων αὐτὸν καταστήσομεν; ὑπεσκέλισεν ἡμᾶς ὁ διάβολος καὶ κατέβαλεν· οὐκοῦν ἀναστῆναι δεῖ, οὐχ ὑποσύρεσθαι πάλιν, καὶ κατακρημνίζειν ἑαυτοὺς καὶ ταῖς παρ' ἐκείνου πληγαῖς προστιθέναι τὰς C παρ' ἑαυτῶν. καὶ γὰρ καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ἔπεσε πτῶμα τοιοῦτον, ὅπερ καὶ σὺ νῦν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἕτερον ἐφεξῆς, τὸ τοῦ φόνου λέγω. τί οὖν; ἔμεινε κείμενος, οὐχὶ δὲ εὐθέως ἀνέστη δυνάμει πάλιν, καὶ παρετάξατο πρὸς τὸν ἐχθρόν; οὕτω μὲν οὖν γενναίως αὐτὸν κατεπάλαισεν, ὡς καὶ τελευτήσαντα, προστῆναι τῶν ἐκγόνων αὐτοῦ. τῷ γὰρ Σολομῶντι τὴν μεγάλην παρανομίαν τετολμηκότι καὶ μυρίων ἀξίῳ γενομένῳ θανάτων, διὰ τὸν Δαβὶδ ὁ Θεός φησιν ἀφεῖναι D τὴν βασιλείαν ὁλόκληρον, οὑτωσὶ λέγων· διαῤῥήσσων διαῤῥήξω τὴν βασιλείαν σου ἐκ χειρός σου, καὶ δώσω αὐτὴν τῷ δούλῳ σου. πλὴν ἐν ταῖς ἡμέραις σου οὐ ποιήσω τοῦτο. διὰ τί; διὰ Δαβὶδ τὸν πατέρα σου, ἐκ χειρὸς τοῦ υἱοῦ σου λήψομαι αὐτήν. καὶ τῷ Ἐζεκίᾳ δὲ μέλλοντι κινδυνεύειν ὑπὲρ τῶν ἐσχάτων καίτοι γε ὄντι δικαίῳ, πάλιν διὰ τὸν μακάριον ἐκεῖνον ἔλεγε βοηθεῖν. ὑπερασπιῶ γάρ φησιν, ὑπὲρ τῆς πόλεως ταύτης τοῦ σῶσαι αὐτὴν δι' ἐμὲ καὶ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδά μου. E τοσαύτη τῆς μετανοίας ἡ ἰσχύς. εἰ δὲ ἐκεῖνος ταῦτα ἐβουλεύσατο, ἅπερ καὶ σὺ νῦν, ὅτι λοιπὸν ἀδύνατον ἐξιλεώσασθαι τὸν Θεόν, καὶ εἰ ἐν ἑαυτῷ εἶπεν, ἐτίμησέ με τιμὴν μεγάλην ὁ Θεός, καὶ εἰς προφήτας ἔταξε, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν ὁμοφύλων ἐνεχείρισε, καὶ μυρίων κινδύνων ἐξήρπασε, πῶς ἂν δυνήσομαι μετὰ τοσαύτας εὐεργεσίας προσκεκρουκὼς, καὶ τὰ τῶν ἐσχάτων τολμήσας, ἵλεω καταστῆσαι πάλιν αὐτόν; εἰ ταῦτα ἐνενόησεν, οὐ μόνον τὰ μετὰ ταῦτα οὐκ ἂν ἔπραξεν, A ἀλλὰ καὶ τὰ πρότερα ἐπετέλεσεν ἄν. οὐδὲ γὰρ τὰ ἐν τοῖς σώμασι τραύματα μόνον θάνατον ἐργάζεται ἀμελούμενα, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ψυχῆς· ἀλλ' ὅμως εἰς τοσοῦτον ἀνοίας ἠλάσαμεν ἡμεῖς, ὡς ἐκείνων μὲν ἐπιμελεῖσθαι σφοδρῶς, τούτων δὲ ὑπερορᾶν· καίτοι ἐπὶ μὲν τοῦ σώματος ἀνίατα πολλάκις πολλὰ συμβαίνειν εἰκὸς, καὶ οὐδὲν ἀπαγορεύομεν, ἀλλὰ συνεχῶς τῶν ἰατρῶν λεγόντων ἀκούοντες, ὅτι οὐκέτι τὸ πάθος ἀφανίσαι φαρμάκοις οὐκ ἔνι, ὅμως ἐπικείμεθα B παρακαλοῦντες παραμυθίαν γοῦν ἵνα ἐπινοῆσαι μικράν. ἐπὶ δὲ τῶν ψυχῶν ἔνθα οὐδέν ἐστιν ἀνίατον νόσημα· οὐδὲ γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀνάγκην ἐστίν· ἐνταῦθα ὡς ἀλλοτρίων ὄντων τῶν παθῶν, οὕτως ἀμελοῦμεν, καὶ ἀπογινώσκομεν· καὶ ἔνθα μὲν ἡ τῶν νοσημάτων φύσις εἰς ἀπόγνωσιν ἡμᾶς ἐμβάλλειν εἴωθε, καθάπερ τῶν πολλὰς ἐλπίδας ἐχόντων ὑγιείας ἐπιμελούμεθα· ἔνθα δὲ οὐδέν ἐστιν ὧν ἀπαγορεῦσαι χρή, ὥσπερ τῶν ἀπεγνωσμένων ἀφιστάμεθα καὶ παραμελοῦμεν· C τοσούτῳ πλείονα τοῦ σώματος, ἢ τῆς ψυχῆς λόγον ἔχομεν. διά τοι τοῦτο οὐδὲ τὸ σῶμα διασῶσαι δυνάμεθα. ὁ μὲν γὰρ τοῦ προηγουμένου παραμελῶν, καὶ περὶ τὰ ἐλάττονα πᾶσαν τὴν σπουδὴν ἐπιδεικνύμενος, ἀμφότερα καταλύει καὶ ἀπόλλυσιν· ὁ δὲ τὴν τάξιν φυλάττων, καὶ τὸ κυριώτερον διασώζων καὶ θεραπεύων, κἂν ἀμελήσῃ τοῦ δευτέρου, διὰ τὴν τοῦ πρώτου σωτηρίας, καὶ τοῦτο διέσωσεν. ὅπερ καὶ ὁ Χριστὸς παραδηλῶν ἔλεγε· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶ- D μα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι· φοβήθητε δὲ μᾶλλον τὸν δυνάμενον καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα ἀποκτεῖναι ἐν γεέννῃ. ἆρά σε πείθομεν, ὅτι οὐδέποτε τῶν τῆς ψυχῆς ὡς ἀνιάτων ἀπογινώσκειν δεῖ παθῶν, ἢ καὶ ἑτέρους πάλιν λογισμοὺς ἀνακινῆσαι χρή; κἂν γὰρ μυριάκις ἀπογνῷς σεαυτοῦ, ἡμεῖς οὐκ ἀπογνωσόμεθά σου ποτὲ, οὐδὲ ὅπερ ἑτέροις ἐγκαλοῦμεν, αὐτοὶ πεισόμεθα. καίτοι γε οὐκ ἔστιν ἴσον αὐτόν τινα ἀπελπίζειν ἑαυτὸν, καὶ ἕτερον αὐτόν. ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ ἑτέρου ταύτην ἔχων τὴν ὑπόνοιαν, κἂν συγγνω- E σθείη ταχέως· ὁ δὲ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ, οὐκέτι. τί δή ποτε; ὅτι αὐτὸς μὲν οὐκ ἔστι κύριος τῆς ἐκείνου σπουδῆς καὶ μετανοίας. τῆς δὲ ἑαυτοῦ τὴν ἐξουσίαν ἔχει μόνος αὐτός. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ οὕτως ἀπογνωσόμεθά σου, κἂν μυριάκις τοῦτο πάθῃς, ἴσως γὰρ ἴσως ἔσται τις ἐπάνοδος πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν καταλλαγὴν τὴν πρὸς τὸν πρότερον βίον. ἄκουε δὲ καὶ τῶν ἑξῆς.

Νινευῖται δὲ τοῦ προφήτου διαλεγομένου καὶ σαφῶς ἀπειλοῦντος ἀκούσαντες,

ὅτι

ἔτι τρεῖς ἡμέραι, καὶ Νινευῒ καταστραφήσεται, οὐδὲ οὕτως ἀνέπεσον, ἀλλὰ καίτοι μὴ θαῤῥοῦντες, ὅτι πείσουσι τὸν Θεὸν, μᾶλλον δὲ καὶ τοὐναντίον ἔχοντες ὑποπτεύειν ἀπὸ τοῦ χρησμοῦ. οὐ γὰρ μετὰ διορισμοῦ ἦν εἰρημένον τὸ λεχθὲν, ἀλλ' ἀπόφασις ἦν καθαρὰ, καὶ οὕτω τὴν μετάνοιαν „ἐπεδείκνυντο λέγοντες. Τίς οἶδεν εἰ μετανοήσει, καὶ παρακληθήσεται ὁ Θεὸς, καὶ ἀποστρέψει ἀπὸ ὀργῆς τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ ἀπολώμεθα; καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς τὰ ἔργα αὐτῶν, ὅτι ἀπέστρεψαν ἀπὸ τῶν ὁδῶν αὐτῶν τῶν πονηρῶν, καὶ μετενόησεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τῇ κακίᾳ, ᾗ ἐλάλησε τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐποίησεν. εἰ δὲ ἄνθρωποι βάρβαροι καὶ ἀλόγιστοι τοσοῦτον ἠδυνήθησαν συνιδεῖν, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς τοῦτο ποιεῖν χρὴ, τοὺς τὰ θεῖα δόγματα παιδευθέντας, καὶ τὸ τοιούτων παραδειγμάτων καὶ ἐν ῥήμασι καὶ ἐν πράγμασι πολὺ τὸ πλῆθος „ἑωρακότας. οὐ γὰρ, φησὶν, εἰσὶν αἱ βουλαί μου ὥσπερ αἱ βουλαὶ ὑμῶν· οὐδὲ αἱ ὁδοί μου, ὥσπερ αἱ ὁδοὶ ὑμῶν. ἀλλ' ὅσον ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, τοσοῦτον ἀπέχει τὰ διανοήματά μου ἀπὸ τῆς διανοίας ὑμῶν, καὶ αἱ βουλαί μου ἀπὸ τῶν βουλῶν ὑμῶν. εἰ δὲ ἡμεῖς τοὺς πολλάκις προσκεκρουκότας τῶν οἰκετῶν, ἐὰν ἐπαγγέλλωνται γίνεσθαι βελτίους, καὶ προσιέμεθα, καὶ πάλιν ἐπὶ τῆς προτέρας ἄγομεν τιμῆς, πολλάκις δὲ καὶ πλείονος αὐτοῖς τῆς παῤῥησίας μεταδιδόαμεν, πολλῷ μᾶλλον αὐτός. εἰ μὲν γὰρ διὰ τοῦτο ἐποίησεν ἡμᾶς, ἵνα κολάσῃ, καλῶς ἂν ἀπεγνώκεις καὶ ἠμφισβήτεις ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἑαυτοῦ· εἰ δὲ δι' οὐδὲν ἕτερον, ἢ δι' ἀγαθότητα μόνην ἡμᾶς ἐδημιούργησε, καὶ ἵνα τῶν αἰωνίων ἀπολαύσωμεν καλῶν, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου ποιεῖ καὶ πραγματεύεται ἐκ πρώτης ἡμέρας εἰς τὸ παρὸν, τί ποτέ ἐστι τὸ ποιοῦν ἐνδοιάζειν ἡμᾶς; σφόδρα αὐτὸν παρωργίσαμεν, καὶ ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων ἕτερος, οὐκοῦν διὰ τοῦτο μάλιστα ἀποστῆναι δεῖ τῶν παρόντων, καὶ μεταγνῶναι ἐπὶ τοῖς προγεγενημένοις, καὶ πολλὴν ἐπιδείξασθαι τὴν μεταβολήν. οὐδὲ γὰρ οὕτως αὐτὸν τὰ ἅπαξ τολμηθέντα ὑφ' ἡμῶν παροξῦναι δύναιτ' ἂν, ὡς τὸ μηδὲ θελῆσαι μεταβαλέσθαι λοιπόν. τὸ μὲν γὰρ ἁμαρτεῖν ἴσως ἀνθρώπινον, τὸ δὲ ἐπιμεῖναι τοῖς αὐτοῖς, τοῦτο οὐκ ἀνθρώπινον λοιπὸν, ἀλλ' ὅλον σατανικόν. ὅρα γὰρ καὶ διὰ τοῦ προφήτου πῶς τοῦτο μᾶλλον ἐκείνου μέμφεται ὁ Θεός. καὶ εἶπον γάρ, φησι, μετὰ τὸ πορνεῦσαι αὐτὴν ταῦτα πάντα, πρός με ἀνάστρεψον, καὶ οὐκ ἀνέστρεψε. καὶ ἑτέρωθι πάλιν τὴν πολλὴν ῥοπὴν, ἣν ἔχει πρὸς τὴν σωτηρίαν τὴν ἡμετέραν ἐπιδεῖξαι βουλόμενος, ἐπειδὴ μετὰ τὰς πολλὰς παρανομίας ἐπηγγείλαντο τὴν ὀρθὴν βαδίζειν ὁδὸν, ἀκούσας φησὶν εἶπε· Τίς δώσει εἶναι οὕτως τὴν καρδίαν αὐτῶν ἐν αὐτοῖς, ὥστε φοβεῖσθαί με, καὶ φυλάσσεσθαι τὰς ἐντολάς μου πάσας τὰς ἡμέρας αὐτῶν, ἵνα εὖ ᾖ αὐτοῖς καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτῶν δι' αἰῶνος; καὶ ὁ Μωυσῆς δὲ διαλεγόμενος αὐτοῖς ἔλεγε· „Καὶ νῦν Ἰσραὴλ τί Κύριος ὁ Θεὸς αἰτεῖ παρὰ σοῦ, ἀλλ' ἢ φοβεῖσθαι „Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ πορεύεσθαι ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, καὶ ἀγαπᾶν αὐτόν; ὁ τοίνυν σπουδάζων φιλεῖσθαι παρ' ἡμῶν, καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου ποιῶν, καὶ μηδὲ τοῦ μονογενοῦς ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας φεισάμενος φιλίας, καὶ ὅτι δή ποτε ἂν καταλλαγῶμεν αὐτῷ, τὸ πρᾶγμα ἡγούμενος ἀγαπητὸν, πῶς μετανοοῦντας οὐ δέξεται καὶ φιλή„σει; ἄκουε γοῦν καὶ διὰ τοῦ προφήτου τί φησι· Λέγε σὺ τὰς ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς· καὶ τοῦτο δὲ ὑπὲρ τοῦ πρὸς αὐτὸν σφοδρὰν γενέσθαι τὴν φιλίαν ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν. ὅταν γὰρ ὁ φιλῶν πολλὰ παρὰ τῶν φιλουμένων ὑβρισθεὶς, μηδὲ οὕτως σβέσῃ τὸν πόθον, δι' οὐδὲν ἕτερον εἰς μέσον ἐνεχθῆναι σπουδάζει τὰς ὕβρεις ἐκείνας, ἀλλ' ἵνα τὸ στεῤῥὸν αὐτοῦ τῆς φιλίας ἐπιδειξάμενος, εἰς πλείονα καὶ συντονωτέραν ἐπισπάσηται ἀγάπην ἐκείνους. εἰ δὲ τὸ ὁμολογῆσαι τὰ ἁμαρτήματα τοσαύτην ἔχει τὴν παραμυθίαν, πολλῷ μᾶλλον τὸ διὰ τῶν ἔργων αὐτὰ ἀπονίψασθαι. ἐπεὶ εἰ μὴ τοῦτο ἦν, ἀλλὰ τοὺς ἅπαξ τῆς εὐθείας παρατραπέντας ὁδοῦ ἐπὶ τὰ πρότερα πάλιν ἐκώλυεν ἐπανελθεῖν, οὐδεὶς ἂν τάχα, πλὴν ὀλίγων καὶ εὐαριθμήτων σφόδρα, εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν εἰσῆλθέ ποτε· νῦν δὲ τοὺς μάλιστα λάμψαντας ἀπὸ τῶν πτωμάτων τούτων ὄντας εὑρήσομεν. οἱ γὰρ πολλὴν ἐν τοῖς κακοῖς ἐπιδειξάμενοι τὴν σφοδρότητα, καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς τὴν αὐτὴν ἐπιδείξονται πάλιν, συνειδότες ὅσων ἑαυτοὺς ὀφλημάτων ὑπευθύνους κατέστησαν. ὅπερ οὖν καὶ ὁ Χριστὸς ἐδήλωσεν, ὅτε τῷ Σίμω„νι περὶ τῆς γυναικὸς ἔλεγε· Βλέπεις γάρ, φησι, ταύτην τὴν γυναῖκα; εἰσῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν, ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου οὐκ ἔδωκας, αὕτη δὲ τοῖς δάκρυσι τοὺς πόδας μου ἔβρεξε, καὶ ταῖς θριξὶν αὐτῆς ἐξέμαξε. φίλημά μοι οὐκ ἔδωκας, αὕτη δὲ ἀφ' οὗ εἰσῆλθον, οὐ διέλιπε καταφιλοῦσά μου τοὺς πόδας· ἐλαίῳ οὐκ ἤλειψας τὴν κεφαλήν μου, αὕτη δὲ μύρῳ ἤλειψε τοὺς πόδας μου· οὗ χάριν λέγω σοι, ἀφίενται αἱ ἁμαρτίαι αὐτῆς αἱ πολλαὶ, ὅτι ἠγάπησε πολύ· ᾧ δὲ ὀλίγον ἀφίεται, ὀλίγον ἀγαπᾷ· εἶπε δὲ αὐτῇ, ἀφέωνταί σου αἱ ἁμαρτίαι. διὰ τοῦτο καὶ ὁ διάβολος εἰδὼς, ὅτι οἱ τὰ μεγάλα ἐργασάμενοι κακὰ, ὅταν ἄρξωνται μετανοεῖν, μετὰ πολλοῦ τοῦ τόνου τοῦτο πράττουσιν, ἅτε εἰδότες τὰ πλημμεληθέντα αὐτοῖς, δέδοικε καὶ τρέμει, μήποτε ἀρχήν τινα τοῦ πράγματος λάβωσι.

A *Adhuc tres dies, & Ninive ſubvertetur* : non ita conſternati ſunt, quamquam nihil ſpei uſpiam fuit de Deo precibus exorando, imò potius contrarium potuerunt ſuſpicari ex oraculo. Nam non erat dictum cum aliqua disjunctione ſed aperta ſententia, & nihilo ſecius tantam exhibuerunt pœnitentiam. *Quis ſcit*, inquit, *ſi pœnitebit & exorabitur Deus, & avertetur ab ira furoris ſui, neque nos pereamus? Et vidit Deus opera eorum quod ſummoti eſſent à viis ſuis perverſis, & pœnituit Deum ſuper af-* B *flictione, quam locutus erat ſe ipſis facturum, & non fecit.* Quòd ſi homines illi barbari & imprudentes tantum potuerunt intelligere: multo amplius convenit, ut nos idem perficiamus, qui divinis dogmatibus eruditi ſumus, taliumque exemplorum magnam copiam tam verbis, quàm operibus conſignatam perſpeximus: *Conſilia*, inquit, *mea non ſunt ut conſilia veſtra: nec via mea, ſicut via veſtra: ſed quantum abeſt à terra cælum, tantum diſtant cogitationes meæ à cogitationibus veſtris, & conſilia* C *mea à veſtris conſiliis.* Quod ſi nos famulos noſtros, qui forte nos offenderint, cum promiſerint ſe meliores futuros, & recipimus rurſus, & in priſtinum honorem reſtituimus, ſæpenumerò etiam majorem illis fiduciam damus, non multo magis hoc faciet Deus? Nam ſi quidem Deus in hoc nos creaſſet, ut perderet, jure deſperaſſes, jureque dubitaſſes ſuper propria ſalute: cæterum quia non ob aliud, quàm propter bonitatem nos produxit, quò bonis fruamur ſempiternis, atque in hoc omnia facit, o- D mnia molitur in præſentem horam uſque: quid tandem eſt, quod nos dubios poſſit reddere? Vehementer exaſperavimus, qualiter alioqui nemo alius: quo fit, ut ea de cauſa maximè oporteat abſtinuiſſe à rebus præſentibus, duci pœnitudine ſuper peractis, multamque ſpeciem præbere animi demutati. Quandoquidem nihil eſt quod in nos queat ſol. atque illum ipſum ſemel perinde irritare, atque in poſterum nolle reflexiſſe in viam: nam peccaſſe eſt humanum, perduraſſe autem in flagitiis non humanum eſt, ſed E penitus diabolicum. Conſidera quanto majore ſtomacho Deus id ferat apud Prophetam. Scriptum eſt enim, *Et dixi, poſtquam ſcortata eſt in his omnibus, ad me revertere, neque reverſa eſt.* Et alibi iterum adnitens demonſtrare, quàm benignè ad noſtram ſalutem propenſus ſit, ubi poſt tanta tamque enormia delicta ſe recta via inceſſuros promiſerunt, eùm id audiſſet, inquit: Quis dabit ut ſic parentur corda eorum intra ipſos quò me timeant, cuſtodiantque præcepta mea omni tempore, ut eis bene ſit, & fi- A liis eorum per ſeculum? Præterea Moſes ſubſcribit: *Age*, inquit, *Iſraël, quid dominus Deus à te petit? Ut timeas dominum Deum tuum, ut ambules in cunctis viis ejus, & ut ames eum.* Quare qui captat omnibus modis, ut à nobis ametur, & in hoc omnia facit: neque unigenito propter amicitiam noſtram pepercit, utque ipſi aliquando reconciliemur, tam amabilem rem præſtitit: qui fieri poſſit, ut reſipiſcentes non admittat? ut non redamet? Audi quid per Prophetam dicit: *Dic*, inquit, *tu iniquitates tuas* B *prior, ut ſis juſtificatus*: & hoc, quò vehementi in eum amore flagremus, expetit à nobis. Qui enim eſt amore captus, ſi ipſum ii quos amat, afficiunt quamlibet gravi contumelia, neque dum extingui ſuſtinet amorem, nullius rei gratia illatas injurias in medium proferri ſtudet, quàm ut ſolido ipſius amore demonſtrato, arctiore eos dilectione obvinciat. Quoniam autem confeſſum eſſe peccata, tantum affert ſolatii: quantum putas allaturam per opera diluiſſe? Niſi ſic foret, nec à recto curſu ſemel deflectenti- C bus pateret reditus, quotus tum quiſque ex tot hominum millibus in cœlum introire potuiſſet, præter admodum paucos, qui ſupra nos jam nunc ſunt cooptati in numerum bonorum? Atqui maximè refulgentes inveniemus poſt lapſus enormes: qui enim magnum impetum in malitia præ ſe tulerunt, eundem rurſus adhibuerunt ſæpenumero rebus optimis, perpenſis apud ſe debitis, quibus ſunt velut obærati per ſua ipſorum malefacta: quod & Chriſtus ipſe illuſtre reddidit, ubi Simoni de muliere reſpondit: D *Vides enim, ait, hanc mulierem? ſum ingreſſus domum tuam, aquam ad pedes meos non dediſti, ea autem lacrymis rigavit pedes meos & capillis ſuis abſterſit: oſculum mihi non dediſti, ipſa verò ex eo tempore quo intravi, non intermiſit pedes meos exoſculari: oleo caput mihi non unxiſti, hæc autem unguento pedes meos inunxit. Propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. Cæterùm cui parum remittitur, is parum diligit eique dixit: Remittuntur tua peccata.* Idcirco diabolus cum his rebus E cognitis, planè intelligit, eos qui malefacta quantumlibet immania perpetrarunt, ut primum cœperint pœnitere, quod majore ſtudio id faciant, tanquam conſcii delictorum ſuorum, vehementer timet ac formidat, ne quando rem exordiantur:

Gradu

Nunquam eſſe deſperandum de divina miſericordia oſtendit exemplo Ninivitarum. Jonæ 3, 9. 10.

Eſai. 55, 8.

Hier. 3, 7.

Deut. 10, 12.

Eſai. 43, 25.

Luc. 7, 44.

Gradu enim facto, amplius detineri nequeunt: conflagrant per pœnitentiam tanquam vehemens ignis, & auro puro puroque animas ſuas puriores efficiunt, & tanquam vento rapido conſcientiæ, ac memoria præcedentium peccatorum, in virtutis portum convehuntur. Et hoc eſt quod peccatores plus poſſident, quàm qui nunquam ceciderunt: quoniam majore alacritate reditum tentant, tantùm rem, ut ſic dixerim, auſpicentur. Nam arduum eſt & difficile factu, poſſe ingredi clivum primum, & veſtibula contingere pœnitentiæ, & inimicum illic exſufflantem ignem & imminentem abigere atque proſternere: ille autem tanto furore deinceps non graſſabitur ſemel exuperatus, & cum illic ceciderit, ubi robuſtus erat, nos vero majorem alacritatem concipiemus, multáq; facilitate pulcherrimam illam pugnam depugnabimus. Aggrediamur itaque reditum deinceps, recurramus in urbem cœleſtem in quam aſcripti ſumus, in qua cives agere juſſi ſumus. Nam à nobis ſpem omnem abjicere, non ſolum id mali habet, quòd ejus civitatis portas nobis intercludit, aut quòd in pejorem ignaviam trahit atque contemptum, ſed aliud habet etiam peſſimum: intrudit enim in væcordiam, cujusmodi eſt ipſi ſatanæ. Etenim diabolus ex nulla re talis evaſit, atque ex prima deſperatione, unde in væcordiam ceu per gradus delapſus eſt. Ut primum enim anima de conſequenda ſalute dubitat, non ſentit ampliùs quo periclitetur præcipitio, quidlibet faciendo, dicendoque contra ſalutem ſuam. Et quemadmodum furore correpti, deperdita ſemel ſanitate capitis, nihil verentur, nihil eos pudet, intrepidè quidvis audent, in ignem, in mare, in prærupta editaque loca impigrè convolant: In hunc modum qui ſe incuriæ per deſperationem permiſere, deinceps ſunt intolerabiles, per avia vitiorum aſſiduò diſcurſitant, ac niſi mors ſuperveniens eos ab inſania atque illo impetu revocet, infinitis ſe calamitatibus conficiunt. Quare adhortor, antequam altius ab ebrietate commadueris, ut reſipiſcas, ut reſurgas, ut crapulam diabolicā excludas. Si putas eſſe ſupra vires, ut confeſtim univerſam excludas; at ſenſim & paululum quid ejus mali, atque iterum paululum deme. At mihi quidem longè facillimum videtur, omnes laqueos quibus complicamur, ſimul abrumpere, conferendo nos in palæſtram pœnitentiæ: cæterùm quia tibi fortaſſis arduum apparet, ſicut lubet attingas viam ad meliora ducentem, modò attingas & apprehendas vitam æternam. Ita quæſo & oro per ſuperiora merita tua, per illam priorem fiduciam, ut iterum videamus te in illo culmine conſtitutum recuperaſſe animi robur amiſſum: miſerere offenſorum per caput tuum, miſerere cadentium & eorum qui facti ſunt per te ſegniores, qui virtutis viam deſperarunt. Et nunc quidem ingens mœror occupat fratrum conventū, voluptas autem & lætitia conſeſſum incredulorum, & juvenum ocio deditorum: cæterùm ubi redieris in illam accuratam diligentiā, contrariū erit, noſtráq; ignominia in adverſarios univerſa derivabitur. Nos autem ingenuæ reddemur libertati, videntes te iterum cum eximio ſplendore coronatum prædicatúmq;: tales enim victoriæ majorem ferunt & jucunditatem, & voluptatem. Non enim propria ſolum benefacta mercede penſabuntur, ſed quòd aliis cohortationi fuiſti & ſolatio, exemploq; præluxiſti maximo, ut quisquis in tanta mala inciderit, ad reſurgendum, ſeipſumque reparandum incitetur. Ne contemnas tantum lucri, neque animas noſtras ad inferos cum mœrore deducas, quin dederis nobis & reſpiraſſe, & excuſſiſſe nubila pectoris, quæ per triſtitiam nos occuparunt: noſtris enim malis omiſſis, tua damna lamentamur. Quando autem in animum induxeris reſipiſcere, deſpicere omnia prudenter, & angelicæ militiæ connumerari: tum nos à luctu revocabis, bonámque partem de peccatis noſtris auferes. Qui enim per pœnitentiam iterum exurgunt, magna claritate reſplendent, & non raro majore quàm alii, qui nunquam ceciderunt: quod primo demonſtravi etiam à divinis ſcripturis. Ea nimirum ratione & vectigalium exactores, & ipſæ meretrices hæreditate acquirunt regnum cœlorum: ea ratione multi ex noviſſimis anteferuntur prioribus.

Qui per pœnitentiam reſurgunt, ſæpe majoris ſunt meriti ac perfectionis quam qui nunquam ceciderunt.

CAP. XI.

Exemplo id docet ſui temporis.

Narrabo tibi, quæ noſtris contigere temporibus, & quorum ipſe teſtis eſſe poteris. Noſti utique juvenem illum filium Urbani Phœnicem, qui continuò à teneris unguiculis à parentibus derelictus fuit pupillus, dominus autem multarum rerum, pecuniarum, miniſtrorum, agrorum. Is primùm cum liberalium artium auditoriis longum vale dixiſſet, depoſito illo ſplendidiſſimo amictu, totoque hujus vitæ faſtu, repente pallio ſe viliore contexit ad montes, ad ſolitudinem ſeceſſit, egregiámque exhibuit philoſophiam, non juxta illius ætatis modum, ſed qualem poſſet vir quiſpiam admirabilis & excellens: deinde ad ſacras myſteriorum ceremonias idoneus reputatus,

A μετὰ γὰρ τὸ λαβεῖν, ἀκάθεκτοι λοιπόν εἰσι, καὶ πυρὸς δίκην ὑπὸ τῆς μετανοίας ἀναζέσαντες, χρυσίου καθαροῦ καθαρωτέρας τὰς ἑαυτῶν ἀπεργάζονται ψυχάς, καθάπερ ὑπὸ λίβος πνεύματος σφοδροῦ τοῦ συνειδότος καὶ τῆς μνήμης τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων εἰς τὸν τῆς ἀρετῆς λιμένα ὠθούμενοι. καὶ τοῦτό ἐστιν, ὃ πλεονεκτοῦσι τῶν οὐδαμῶς καταπεσόντων, ὅτι σφοδροτέρᾳ κέχρηνται τῇ προθυμίᾳ, μόνον, ὅπερ ἔφην, ἂν τῆς ἀρχῆς ἐπιλάβωνται. τὸ γὰρ δυσχερὲς καὶ δυσ- B κατόρθωτον τοῦτό ἐστι, δυνηθῆναι ἐπιβῆναι τῆς εἰσόδου καὶ τῶν προθύρων ἐφάψασθαι τῆς μετανοίας, καὶ τὸν ἐχθρὸν ἐκεῖ πολὺ πνέοντα καὶ ἐπικείμενον ἀπώσασθαι, καὶ καταβαλεῖν· μετὰ δὲ ταῦτα οὔτε ἐκεῖνος τοσαύτην ἐπιδείξεται τὴν μανίαν ἅπαξ ἡττηθείς, καὶ ἔνθα ἦν ἰσχυρὸς καταπεσών, ἡμεῖς δὲ μείζονα τὴν προθυμίαν ληψόμεθα, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας δραμούμεθα τὸν καλὸν ἀγῶνα τοῦτον. ἐπιλαβώμεθα τοίνυν τῆς ἐπανόδου λοιπόν, ἀναδράμωμεν εἰς τὴν πόλιν τὴν ἐν C τοῖς οὐρανοῖς, ἐν ᾗ καὶ ἀπεγράφημεν, ἐν ᾗ καὶ πολιτεύεσθαι προστετάγμεθα. τὸ γὰρ ἀπογινώσκειν αὑτῶν, οὐ τοῦτο μόνον ἔχει κακόν, ὅτι τὰς πύλας ἡμῖν ἀποκλείει τῆς πόλεως ἐκείνης, οὐδ' ὅτι εἰς μείζονα ῥαθυμίαν ἄγει καὶ καταφρόνησιν, ἀλλ' ὅτι καὶ εἰς ἀπόνοιαν ἐμβάλλει σατανικήν. καὶ γὰρ ὁ διάβολος οὐδαμόθεν ἑτέρωθεν τοιοῦτος ἐγένετο, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ πρότερον μὲν ἀπογνῶναι, ὕστερον δὲ ἐκ τῆς ἀπογνώσεως, εἰς τὴν ἀπόνοιαν ἐμπεσεῖν. ψυχὴ γάρ, ἐπειδὰν ἅπαξ ἀπ- D αγορεύσῃ τὴν σωτηρίαν τὴν ἑαυτῆς, οὐδὲ αἰσθήσεται λοιπόν, ὅπως κατακρημνίζεται, πάντα αἱρουμένη καὶ λέγειν, καὶ ποιεῖν τὰ κατὰ τῆς σωτηρίας τῆς ἑαυτῆς. καὶ καθάπερ οἱ μαινόμενοι, ἐπειδὰν ἅπαξ τῆς ὑγιοῦς ἐκπέσωσι καταστάσεως, οὐδὲν δεδοίκασιν, οὐδὲ αἰσχύνονται, ἀλλ' ἀδεῶς ἅπαντα τολμῶσι, κἂν εἰς πῦρ μέλλωσιν ἐμπίπτειν, κἂν εἰς πέλαγος, κἂν εἰς κρημνόν· οὕτω καὶ οἱ τῇ τῆς ἀπογνώσεως παραφροσύνῃ ληφθέντες, ἀφόρητοι λοιπόν εἰσι, πανταχοῦ τῆς E κακίας διατρέχοντες, κἂν μὴ θάνατος αὐτοὺς ἐπελθὼν κωλύσῃ τῆς μανίας ἐκείνης καὶ τῆς φορᾶς, μυρία ἑαυτοὺς ἐργάζονται δεινά. διὰ τοῦτο παρακαλῶ πρὶν ἢ σφόδρα ὑπὸ ταύτης βαπτισθῆναί σε τῆς μέθης, ἀνανῆψαι καὶ διεγερθῆναι, καὶ τὴν σατανικὴν κραιπάλην ἀπώσασθαι, καὶ εἰ μὴ δυνατὸν ἀθρόως, ἀλλ' ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν. ἐμοὶ μὲν γὰρ εὐκολώτερον εἶναι φαίνεται, τὸ πάντων ὁμοῦ τῶν κατεχόντων ἀποσπασθέντα σχοινίων, μεταθεῖναι ἑαυτὸν εἰς τὸ τῆς μετανοίας A γυμνάσιον. εἰ δέ σοι δύσκολον εἶναι τοῦτο δοκεῖ, ὡς ἂν ἐθέλῃς ἅψαι τῆς ὁδοῦ τῆς ἐπὶ τὰ κρείττω φερούσης, μόνον ἅψαι καὶ ἐπιλαβοῦ τῆς αἰωνίου ζωῆς. ναὶ δέομαι καὶ ἀντιβολῶ, πρὸς τῆς εὐδοκιμήσεως τῆς προτέρας, πρὸς τῆς παῤῥησίας ἐκείνης, οὕτω πάλιν σε ἐπὶ τῆς κορυφῆς καὶ τῆς καρτερίας ἴδωμεν τῆς αὐτῆς. φεῖσαι τῶν σκανδαλιζομένων διὰ τὴν σὴν κεφαλήν, τῶν καταπιπτόντων, τῶν γινομένων ῥαθυμοτέρων, τῶν ἀπογινωσκόντων τὴν τῆς ἀρετῆς ὁδόν. νῦν μὲν γὰρ κατήφεια τὸν τῶν ἀδελφῶν ἔ- B χει χορόν, ἡδονὴ καὶ εὐθυμία τὰ τῶν ἀπίστων συνέδρια, καὶ τὰ τῶν νέων τῶν ῥαθυμότερον διακειμένων· ἂν δὲ ἐπανέλθῃς πάλιν ἐπ' ἐκείνου τοῦ βίου τὴν ἀκρίβειαν, τοὐναντίον γενήσεται, καὶ ἡ μὲν ἡμετέρα αἰσχύνη εἰς ἐκείνους μεταστήσεται πᾶσα· ἡμεῖς δὲ ἐν παῤῥησίᾳ ἐσόμεθα πολλῇ, μετὰ πλείονος λαμπρότητος ἐστεφανωμένον σε καὶ ἀνακηρυττόμενον ὁρῶντες πάλιν. μείζονα γὰρ αἱ τοιαῦται νῖκαι φέρουσι καὶ τὴν εὐδοκίμησιν, καὶ τὴν ἡδονήν. οὐδὲ γὰρ τῶν οἰκείων κατορθωμάτων μόνον λήψῃ τὸν μισθόν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑτέρων παρακλήσεως, καὶ παραμυθίας C ὑπόδειγμα μέγιστον ἐγκείμενος, εἴ ποτέ τις τοῖς αὐτοῖς περιπέσῃ κακοῖς, πρὸς τὸ διαναστῆναι πάλιν, καὶ ἀναστήσασθαι ἑαυτόν. μὴ δὴ κέρδος παρίδῃς τοσοῦτον, μηδὲ καταγάγῃς εἰς ᾅδου μετὰ λύπης τὰς ἡμετέρας ψυχάς, ἀλλὰ δὸς ἡμῖν ἀναπνεῦσαι, καὶ τὸ κατέχον ἡμᾶς διὰ σὲ τῆς ἀθυμίας ἀποσείσασθαι νέφος. νῦν μὲν γὰρ τὰ οἰκεῖα παρέντες κακά, θρηνοῦμεν τὰς σὰς συμφοράς· ἐὰν δὲ θελήσῃς ἀ- D νανῆψαι καὶ διαβλέψαι, καὶ τῆς στρατείας ἐπιλαβέσθαι τῆς ἀγγελικῆς, καὶ τούτου πένθους ἀπαλλάξεις ἡμᾶς, καὶ τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων τὸ πλέον ἀρεῖς· ὅτι γάρ ἐστι τοὺς ἐκ μετανοίας πάλιν ἐπανελθόντας λάμψαι μέγα καὶ φαιδρόν, καὶ πλέον πολλάκις τῶν μηδὲ πεσόντων τὴν ἀρχήν, ἀπεδείξαμεν καὶ ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν. οὕτω γοῦν καὶ οἱ τελῶναι, καὶ αἱ πόρναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν κληρονομοῦσιν· οὕτω πολλοὶ τῶν ἐσχάτων τῶν πρώτων ἔμπροσθεν τίθενται.

Ἐρῶ δέ σοι καὶ τὰ ἐφ' ἡμῶν γεγενημένα, καὶ ὧν δυνήσῃ γενέσθαι E μάρτυς αὐτός. οἶσθά που τὸν νέον ἐκεῖνον τὸν Οὐρβανοῦ παῖδα, τὸν Φοίνικα, τὸν ἐν ὀρφανίᾳ μὲν καταλειφθέντα ἀώρῳ, κύριον δὲ πολλῶν χρημάτων καὶ οἰκετῶν γενόμενον καὶ ἀγρῶν. οὗτος τὸ μὲν πρῶτον ἐῤῥῶσθαι πολλὰ ταῖς ἐν τοῖς μουσείοις διατριβαῖς εἰπών, καὶ τὴν λαμπρὰν ἐκείνην ἀμφίασιν ἀφείς, καὶ τὸν τῦφον ἅπαντα τὸν βιωτικόν, ἐξαίφνης ἱμάτιον εὐτελὲς περιθέμενος, καὶ πρὸς τὴν ἐν τοῖς ὄρεσιν ἐρημίαν ἀναχωρήσας, πολλὴν ἐπεδείξατο τὴν φιλοσοφίαν, οὐ κατὰ τὴν ἡλικίαν μόνον, ἀλλ' ὅσην ἄν τις τῶν μεγάλων καὶ θαυμαστῶν ἀνδρῶν· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ τῆς ἱερᾶς τῶν μυστηρίων τελετῆς ἀξιωθείς,

πολλῷ

πολλῷ μᾶλλον ἐπεδίδου πρὸς ἀρετήν. καὶ πάντες ἔχαιρον, καὶ ἐδόξαζον τὸν Θεόν. ὅτι καὶ ἐν πλούτῳ τραφεὶς, καὶ προγόνους ἔχων λαμπροὺς, καὶ σφόδρα ἔτι νέος ὢν, ἐξαίφνης πᾶσαν τὴν φαντασίαν τοῦ βίου καταπατήσας πρὸς τὸ ὕψος ἀνέδραμε τὸ ἀληθινόν. ἐν τούτῳ δὲ αὐτὸν ὄντα καὶ θαυμαζόμενον, φθοροί τινες ἄνδρες κατὰ τὸν τῆς συγγενείας ἐπισκοποῦντες νόμον, αὖθις ἐπὶ τὸν πρότερον κλύδωνα ἐπανήγαγον, καὶ πάντα ῥίψας πάλιν ἐκεῖνα, ἀπὸ τῶν ὀρέων εἰς μέσην εὐθέως κατέβη τὴν ἀγορὰν, καὶ ἵππῳ ὀχούμενος, καὶ ἀκολούθους ἔχων πολλοὺς, οὕτω περιῄει τὴν πόλιν ἅπασαν, καὶ οὐδὲ σωφρονεῖν λοιπὸν ἤθελεν. ὑπὸ γὰρ τῆς πολλῆς ἐκκαιόμενος τρυφῆς, καὶ εἰς ἔρωτας ἀτόπους ἐμπίπτειν ἠναγκάζετο, καὶ οὐδεὶς ἦν τῶν ἐν μέσῳ στρεφομένων, ὅστις τὴν σωτηρίαν οὐκ ἀπηγόρευσε τὴν ἐκείνου, τοσοῦτος αὐτὸν συνεῖχε κολάκων ἑσμὸς, καὶ προσῆν ὀρφανία, καὶ νεότης, καὶ πλοῦτος πολύς. καὶ οἱ τὰ πάντα εὐκόλως μεμφόμενοι τῶν ἐπὶ τοῦτο τὴν ἀρχὴν ἀγαγόντων αὐτὸν κατηγόρουν λέγοντες, ὅτι καὶ τῶν πνευματικῶν διήμαρτε, καὶ οὐδὲ τοῖς αὐτοῦ πράγμασι χρήσιμος ἔσται λοιπὸν, πρὸ ὥρας τῶν περὶ λόγους πόνων ἀποπηδήσας, καὶ μηδὲν ἐκεῖθεν καρπώσασθαι δυνηθείς. τούτων δὲ λεγομένων, καὶ πολλῆς τῆς αἰσχύνης οὔσης, ἅγιοί τινες ἄνδρες, καὶ πολλάκις τοιαύτης θήρας ἐπιτυχόντες, καὶ διὰ τῆς πείρας μαθόντες καλῶς, ὅτι οὐδὲν τῶν τοιούτων ἀπογινώσκειν χρὴ τοὺς εἰς τὸν Θεὸν ὁπλιζομένους ἐλπίσι, παρατηροῦντες τοῦτον συνεχῶς, εἴ ποτε εἶδον φανέντα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς, καὶ προσῄεσαν καὶ ἠσπάζοντο· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἄνωθεν αὐτοῖς ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ἵππου παρακολουθοῦσιν ἐκ πλαγίων διελέγετο· τοσαύτη κατεῖχεν αὐτὸν ἀναισχυντία τὴν ἀρχήν. οἱ δὲ εὔσπλαγχνοι καὶ φιλόπαιδες ἐκεῖνοι τούτων μὲν ᾐσχύνοντο οὐδὲν, εἰς ἓν δὲ μόνον ἑώρων, ὅπως τῶν λύκων τὸ ἀρνίον ἀποσπάσωσιν, ὅπερ οὖν διὰ τῆς καρτερίας καὶ ἴσχυσαν. ὕστερον γὰρ ὥσπερ ἔκ τινος παραπληξίας ἐν ἑαυτῷ γενόμενος ἐκεῖνος, καὶ τὴν πολλὴν αὐτῶν προσεδρείαν ἐρυθριάσας, εἴ ποτε αὐτοὺς πόῤῥωθεν προσιόντας εἶδεν, ἀπεπήδησέ τε εὐθέως, καὶ κάτω νεύων οὕτω μετὰ σιγῆς τὰ παρ' ἐκείνων ἤκουσεν ἅπαντα, καὶ προϊὼν πλείονα τὴν πρὸς αὐτοὺς αἰδῶ καὶ τιμὴν ἐπεδείκνυτο, καὶ οὕτως αὐτὸν κατὰ μικρὸν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι πάντων ἐκείνων ἐξελκύσαντες τῶν δικτύων, τῇ προτέρᾳ πάλιν ἐρημίᾳ, καὶ φιλοσοφίᾳ παρέδωκαν. καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἔλαμψε νῦν, ὡς τὸν πρότερον αὐτοῦ βίον τῷ μετὰ τὴν ἔκπτωσιν παραβαλλόμενον μηδὲν εἶναι δοκεῖν. συνιδὼν γὰρ ἀπὸ τῆς πείρας καλῶς τὸ δέλεαρ, καὶ πάντα εἰς τοὺς δεομένους ἀναλώσας τὸν πλοῦτον, καὶ τῶν φροντίδων ἀπολύσας αὐτὸν ἐκείνων, πᾶσαν τοῖς βουλομένοις ἐπιβουλεύειν ἐξέκοψε τὴν πρόφασιν, καὶ νῦν τὴν ἐπὶ τὸν οὐρανὸν βαδίζων ὁδὸν, πρὸς αὐτὸ λοιπὸν τὸ τέλος ἔφθασε τῆς ἀρετῆς. ἀλλ' οὗτος μὲν ἔτι νέος ὢν καὶ κατέπεσε καὶ ἀνέστη· ἕτερος δέ τις μετὰ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας, οὓς ἐν ταῖς ἐρημίαις διατρίβων ἤνεγκεν, ἵνα σύνοικον ἔχων μόνον, καὶ ἀγγελικὸν βίον βιοὺς, καὶ πρὸς γῆρας ἐλαύνων λοιπὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὑπὸ σατανικῆς τινος περιστάσεως, καὶ τοῦ ἀπονυστάξαι μικρὸν πάροδον δοὺς τῷ πονηρῷ εἰς ἐπιθυμίαν τῆς πρὸς γυναῖκας ὁμιλίας ἐνέπεσεν, ὁ μηδέποτε γυναῖκα ἰδὼν, ἐξ οὗ πρὸς τὸν τῶν μοναχῶν βίον μετέθηκεν ἑαυτόν. καὶ πρῶτον μὲν ἠξίου τὸν σύνοικον κρέα καὶ οἶνον αὐτῷ παρασχεῖν, καὶ ἠπείλει, εἰ μὴ λάβοι, κατελεύσεσθαι εἰς τὴν ἀγοράν. ταῦτα δὲ οὐχ οὕτω κρεῶν ἐπιθυμῶν ἔλεγεν, ἀλλ' ὡς ἀφορμήν τινα, καὶ πρόφασιν βουλόμενος λαβεῖν τῆς εἰς τὴν πόλιν καθόδου. ἐπὶ τούτοις ἐκεῖνος ἀπορούμενος καὶ δεδοικὼς, μὴ οὐ τοῦτο κωλύσας ἐπὶ μείζω αὐτὸν ὤσῃ κακὸν, δίδωσιν ἐμφορηθῆναι τῆς ἐπιθυμίας αὐτῷ. ὡς δὲ ἔγνω τὸ σοφὸν τοῦτο ἕωλον γεγονὸς, φανερῶς ἀναισχυντήσας λοιπὸν, ἀπεκάλυψε τὴν διάκρισιν, καὶ δεῖν ἔλεγε πάντως εἰς τὴν πόλιν αὐτὸν κατελθεῖν. ὡς δὲ οὐδὲν ἴσχυε κωλύων ἐκεῖνος, τέλος ἀφῆκε, καὶ πόῤῥωθεν ἀκολουθῶν, ἐπετήρει τί ποτε ἄρα βούλεται αὐτῷ ἡ κάθοδος. ἰδὼν δὲ εἰς χαμαιτυπεῖον εἰσελθόντα, καὶ γνοὺς, ὅτι πόρνῃ συγγέγονε γυναικὶ, περιμείνας μετὰ τὸ πληρῶσαι τὴν ἄτοπον ἐπιθυμίαν ἐκείνην, ἐξελθόντα ὑπτίαις δέχεται ταῖς χερσὶ, καὶ περιχυθεὶς, καὶ καταφιλήσας θερμῶς, καὶ ὑπὲρ τῶν γεγενημένων ἐγκαλέσας οὐδὲν, παρεκάλει μόνον, ἐπειδὴ τὴν ἐπιθυμίαν ἐπλήρωσε τὴν ἑαυτοῦ, πάλιν ἐπὶ τὸ τῆς ἐρημίας οἰκητήριον ἐπανελθεῖν· ὁ δὲ τὴν πολλὴν ἐπιείκειαν αὐτοῦ αἰσχυνθεὶς, ἐπλήγη τε εὐθέως τὴν ψυχὴν, καὶ κατανυγεὶς ἐπὶ τοῖς τολμηθεῖσιν, εἵπετο πρὸς τὸ ὄρος αὐτῷ. καὶ γενόμενος ἐκεῖ, δεῖται τοῦ ἀνδρὸς, ἐν οἰκίσκῳ αὐτὸν καθεῖρξαι ἑτέρῳ, καὶ τὰς θύρας ἀποκλείσαντα τοῦ δωματίου ἄρτον αὐτῷ παρέχειν καὶ ὕδωρ δι' ἡμερῶν, καὶ τοῖς ἐπιζητοῦσιν αὐτὸν ἠξίου λέγειν, ὅτι κεκοίμηται. καὶ ταῦτα εἰπὼν καὶ πείσας καθεῖρξεν ἑαυτὸν, καὶ ἦν ἐκεῖ διὰ παντὸς, νηστείαις, καὶ δεήσεσι, καὶ δάκρυσι τὸν τῆς ἁμαρτίας ῥύπον ἀποσμήχων τῆς ψυχῆς.

A magnam acceſſionem virtuti adjecit. Omnes gaviſi ſunt imperiſè, Deumque glorificarunt, quòd in affluentia deliciarum enutritus, clarus ex progenitoribus, & admodum adoleſcens cunctam hujus vitæ magnificentiam ac pompam, fucatamque felicitatem, ſemel conculcaſſet, & evaſiſſet ad verum faſtigium virtutis. Cùm eſſet eo loci conſtitutus, & nunc jure ſuſpiciendus: ecce corruptores quidam, qui eum jure conſanguinitatis inviſebant, iterum illum in fluctus priſtinos abduxerunt. Re- B jectis iterum cunctis ejus vitæ, quæ pridem erant, ornamentis, à montibus in medium forum ſe contulit, & equis vectus & magno ſtipatus famulitio, totam urbem obivit, neque ſapere, neque temperatè vivere libuit. nimiis enim deliciis incaleſcens, in abſurdos amores vel nolens perpellitur. Nemo erat ex cœtu converſantium, qui non de ipſius ſalute putaret actum eſſe, tantum ei examen adulatorum cohæſit: cui acceſſerunt, orbitas parentum, juventus, multæ opes. Qui omnia facilè ſolent C calumniari, reprehendebant eos qui ab initio illum ad hoc vitæ genus traduxiſſent, quòd à ſpiritualibus defeciſſet, inutilis futurus & rei familiari, quòd ante tempus ſermoni & eloquentiæ deditus, retuliſſet pedem, illicque nihil fructus valuiſſet conſequi: hujuſmodi quiddam crebro occinuerunt. Cùm eſſet itaque multo ſuffuſus pudore, quidam ſancti viri quibus erat peritia ejuſmodi prædam venandi, & qui per experientiam probè fuerant edocti, quod ſpe divina communitis neutiquam ſit de- D ſperandum, obſervârunt eum aſſiduè, viſumque in foro acceſſerunt, amplexique ſunt: quos ille principio ſequentes velut è ſublimi, equo inſidens alloquebatur contemptim. tanta erat primùm impudentia hominis. At illi miſericordes, ſtudioſique in rem alioqui perituræ pueritiæ, non ita multum ea contumelia movebantur, in unum iſtud figentes obtutum, ut quacumque via lupo agnum ſubtraherent, quod & per patientiã perfecerunt. Siquidem poſthac velut ex amentia in ſemetipſum regreſſus, E aſſiduam eorum curam tum cœpit revereri. quoties illos vel procul obviam factos conſpexit, ab equo citò deſiliit, & oculis in terram dejectis, cum multo ſilentio, quæ ab illis dicerentur auſcultavit, ac progreſſu temporis majori pudore ſuffundebatur, & eis habuit honorem debitum. Atque eo artificio lapſum divinæ gratiæ paucis diebus reddiderunt, omniaque iſta retia ſimul expedientes, priſtinæ tranquillitati philoſophiæque liberum tradiderunt. In tantam autem lucem tunc temporis emi- A cuit, ut ſuperiorem vitam, ſi cum ea quæ poſt caſum peracta eſt, contuliſſes, pro nihilo habenda videretur. Cùm enim experientia comperiſſet, quæ ſit malorum eſca, diſtribuit in egentes divitias: eo facto ſe à noxiis curis exonerans, omnem occaſionem, quæ potuit inſidias tendere, abſcidit, & viam quæ ducit ad cœlum incedens ad apicem virtutis jam dudum penetravit. En ille cùm eſſet juvenis, excidit, & iterum ſurrexit: alius vero quiſpiam poſt multos ſudores eremiticæ converſationis, cui dun- B taxat unus fuit convictor, cum quo vixit planè angelicam vitam, ad ſenectam uſque perſeverans: is aliquando ex verſutia diaboli velut oſcitans ac remiſſior factus, acceſſum dedit maligno ad ſuſcitandum concupiſcentiam: & lapſus eſt cum muliere ſe commiſcendo, qui nunquam vidit mulierem ab eo tempore, quo ſe ad monaſticam vitam contulit. Principio contubernalem ſuum oravit, ut ipſi daret carnes atque vinum, adjectis minis niſi impetraret in forum ſe perrecturum: quod dixit non ex deſiderio C carnium, ſed cauſam & prætextum captaturus deſcenſus in urbem. Commilito ejus cum varia curioſè diſpexiſſet, formidaretque ne impediens illum in majus flagitium conjiceret, permiſit ut animi affectui ſatisfaceret. Poſtquam vidit ſibi occaſionem fraudis excluſam, depoſita fronte fictionem aperuit, palamque profitebatur ſibi neceſſe eſſe, ut in civitatem proficiſceretur. Is qui prohibebat, dum vidit ſe fruſtra niti, tandem id etiam conceſſit: at procul aſſectatus, abeuntem obſervavit, quonam ter- D rarum eo deflexu deſcenderet. Vidit autem intrantem lupanar, & cùm intellexiſſet eum commixtum fuiſſe cum muliere meretrice expectavit foris: & poſt abſurdæ concupiſcentiæ ſaturitatem, egredientem obviis manibus excepit, amplexumque ac multum exoſculatum nihil expoſtulando de commiſſis flagitiis, tantum eſt adhortatus, ut expleta jam concupiſcentia, in ſolitudinis domicilium velit reverti. Illum autem ob tantam ejus manſuetudinem pudere cœpit, moxque animo perculſus, compunctuſque E ſuper temere perpetratis, ad montem eſt ſocium proſecutus: eoq; loci conſtitutus vir ille, cellula ſe quapiam concluſit, & ejus domunculæ janua obſerata, alter ipſi panem & aquam quotidie præbuit: quærentibus autem de ſe juſſit, ut reſponderet ſe ſomnum capere. Hæc cùm dixiſſet, facile invenit illum ipſum amicum aſſenſorem, ſeipſum introcluſit, perſeveravitque illic per omnem vitam in jejuniis, in precationibus, in lacrymis, repurgans animam à ſorde peccati.

A διαφθείρει δὲ τὴν μετάνοιαν τὸ πάλιν τοῖς αὐτοῖς ἐνέχεσθαι κακοῖς. Εἷς γὰρ, φησὶν, οἰκοδομῶν, καὶ εἷς καθαιρῶν, τί ὠφέλησαν πλέον ἢ κόπον; βαπτιζόμενος ἀπὸ νεκροῦ, καὶ πάλιν ἁπτόμενος αὐτοῦ, τί ὠφέλησεν ἐν τῷ λουτρῷ αὐτοῦ; οὕτως ἄνθρωπος νηστεύων ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτοῦ, καὶ πάλιν πορευόμενος, καὶ τὰ αὐτὰ ποιῶν, τῆς προσευχῆς αὐτοῦ τίς εἰσακούσεται; καὶ πάλιν, ἐπανάγων, φησὶν, ἀπὸ δικαιοσύνης ἐπὶ ἁμαρτίαν, ὁ κύριος ἑτοιμάζει εἰς ῥομφαίαν αὐτόν. καὶ ὥσπερ κύων ὅταν ἐπανέλθῃ ἐπὶ τὸν αὐτοῦ ἔμετον, B καὶ μισητὸς γένηται· οὕτως ἄφρων τῇ ἑαυτοῦ κακίᾳ ἀναστρέψας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ ἁμαρτίαν.

Μὴ τοίνυν ὡς κατηγορῶν σαυτοῦ μόνον τὴν ἁμαρτίαν ἐκπόμπευε, ἀλλὰ καὶ ὡς δικαιωθῆναι ὀφείλων διὰ τοῦ τρόπου τῆς μετανοίας· οὕτω γὰρ δυνήσῃ καὶ τὴν ἐξομολογουμένην ψυχὴν ἐντρέψαι, μηκέτι τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν. τὸ μὲν οὖν σφόδρα καταδικάζειν ἑαυτοὺς, καὶ ἁμαρτωλοὺς καλεῖν, κοινὸν ὡς εἰπεῖν καὶ τοῖς ἀπίστοις ἐστί. πολλοὶ γοῦν C καὶ τῶν ἀπὸ τῆς σκηνῆς καὶ ἄνδρες, καὶ γυναῖκες, οἱ μάλιστα ἀναισχυντίαν μελετῶντες, ταλανίζουσιν ἑαυτοὺς, ἀλλ᾽ οὐ μετὰ σκοποῦ τοῦ προσήκοντος· διόπερ οὐδ᾽ ἂν εἴποιμι τοῦτο ἐξομολόγησιν ἐγώ· οὐ γὰρ μετὰ τοῦ κατανύξαι τὴν ψυχὴν, οὐδὲ μετὰ τοῦ δακρῦσαι πικρὸν, οὐδὲ μετὰ τοῦ μεταβάλλεσθαι, τὰς ἁμαρτίας οὕτως ἐξαγγέλλουσι τὰς αὐτῶν· ἀλλ᾽ αὐτὸ τοῦτο οἱ μὲν δόξαν παρὰ τῶν ἀκουόντων ἐπὶ τῇ τῶν λόγων εὐγνωμοσύνῃ θηρώμενοι· οὐδὲ γὰρ ὁμοίως φαίνεται τὰ ἁμαρτήματα χαλεπὰ, ὅ- D ταν ἕτερός τις αὐτὰ ἐπαγγέλλῃ, καὶ ὅταν αὐτὸς ὁ τετολμηκώς· οἱ δὲ ὑπὸ τῆς σφοδρᾶς ἀπογνώσεως εἰς ἀναλγησίαν ἐκπεσόντες, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων δόξης καταφρονήσαντες, μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας λοιπὸν, ὥσπερ τὰ ἀλλότρια, τὰ οἰκεῖα ἅπασιν ἐξαγορεύουσι κακά. ἀλλά σε τούτων οὐδένα εἶναι βούλομαι, οὐδὲ ἐξ ἀπογνώσεως ἐπὶ τὴν ἐξομολόγησιν ἔρχεσθαι· ἀλλὰ μετὰ προσδοκίας ἀγαθῆς, καὶ τῆς ἀπογνώσεως τὴν ῥίζαν ἐκκόψαντα πᾶσαν, τὴν ἐναντίαν ἐπιδείκνυσθαι σπουδήν. E τίς δὲ ἡ ταύτης ῥίζα καὶ μήτηρ ἐστί; ῥᾳθυμία· μᾶλλον δὲ οὐκ ἄν τις ῥίζαν καλέσειεν αὐτὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ τροφὸν καὶ μητέρα· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἐρίων τίκτει μὲν τοὺς σῆτας ἡ φθορὰ, αὔξεται δὲ πάλιν ὑπ᾽ αὐτῶν· οὕτω καὶ ἐνταῦθα, τίκτει μὲν ἡ ῥᾳθυμία τὴν ἀπόγνωσιν, τρέφεται δὲ πάλιν ὑπὸ τῆς ἀπογνώσεως αὐτὴ, καὶ ἀλλήλαις τὴν ἐπάρατον ταύτην παρέχουσαι ἀντίδοσιν, δύναμιν οὐ μικρὰν προσλαμβάνουσιν. ἂν οὖν τὴν ἑτέραν τις ἀποτέμῃ καὶ διακόψῃ, δυνήσεται καὶ τῆς λειπομένης περιγενέσθαι εὐκόλως. οὔτε γὰρ ὁ μὴ ῥᾳθυμῶν εἰς ἀπόγνωσιν ἂν A ἐμπέσοι ποτὲ, οὔτε ὁ τρεφόμενος ἐλπίσι χρησταῖς, καὶ μὴ ἀπογινώσκων ἑαυτοῦ, εἰς ῥᾳθυμίαν δυνήσεται ἐμπεσεῖν. ταύτην οὖν μοι τὴν ξυνωρίδα διάσπασον, καὶ τὸ ζυγὸν σύγκλασον, τὸν λογισμὸν λέγω τὸν ποικίλον καὶ βαρύν. οὐ γὰρ μονοειδὴς ὁ ταῦτα συνέχων ἐστὶν, ἀλλὰ πολυειδὴς καὶ παντοδαπός. τίς δὲ οὗτός ἐστι; συμβαίνει τινὰ μεταγνόντα κατορθῶσαι πολλὰ καὶ μεγάλα, μεταξὺ δὲ καὶ ἁμαρτεῖν πάλιν τῶν κατορθωμάτων ἐκείνων ἁμαρτίαν ἀντίρροπον· καὶ τοῦτο μάλι- B στα ἱκανὸν εἰς ἀπόγνωσιν ἐμβαλεῖν, ὡς τῶν οἰκοδομηθέντων καθαιρεθέντων, καὶ πάντων ἐκείνων μάτην καὶ εἰς κενὸν πονηθέντων αὐτῷ. δεῖ δὲ ἐκεῖνο λογίζεσθαι, καὶ τοῦτον ἐκκρούειν τὸν λογισμὸν, ὅτι εἰ μὴ φθάσαντες κατορθωμάτων μέτρον ἀντίρροπον τοῖς μετὰ ταῦτα γενομένοις ἁμαρτήμασιν ἀπεθέμεθα, οὐδὲν ἂν ἡμᾶς σφόδρα καὶ ὁλοσχερῶς καταδῦναι ἐκώλυσε. νυνὶ δὲ καθάπερ τις θώραξ ἰσχυρὸς βέλος ὀξὺ καὶ πικρὸν οὐκ ἀφῆκεν ἐργάσασθαι τὸ ἑαυτοῦ, ἀλλ᾽ αὐτὸς C διατμηθεὶς τὸν πολὺν ἤμυνε τῷ σώματι κίνδυνον. ὁ μὲν γὰρ μετὰ πολλῶν ἔργων καὶ ἀγαθῶν καὶ πονηρῶν ἀπερχόμενος ἐκεῖ, ἕξει τινὰ παραμυθίαν ἐπὶ τῇ κολάσει, καὶ τοῖς βασανιστηρίοις ἐκείνοις. ὁ δὲ τούτων μὲν ἔρημος, ἐκεῖνα δὲ μόνον ἐπάγων, οὐδὲ ἔνεστιν εἰπεῖν ὅσα πείσεται πρὸς τὴν ἀθάνατον παραπεμπόμενος κόλασιν. καὶ γὰρ ἀντιστάσεις ἔσται καὶ τῶν πονηρῶν πράξεων, καὶ τῶν οὐ τοιούτων. κἂν μὲν αὗται καθελκύσωσι τὸν ζυγὸν, ἔσωσαν οὐ μικρῶς τὸν ἐργάτην τὸν ἑαυτῶν· D καὶ οὐ τοσοῦτον ἰσχύσει ἡ τῶν πονηρῶν πράξεων τῆς ἐργασίας βλάβη, ὅσον κατασπάσαι τῆς πρώτης χώρας αὐτόν· ἂν δὲ ἐκεῖναι περιγένωνται, εἰς τὸ τῆς γεέννης ἀπάγουσι πῦρ, διὰ τὸ μὴ τοσοῦτον εἶναι τὸ πλῆθος τῶν κατορθωμάτων, ὡς καὶ δυνηθῆναι στῆναι πρὸς τὸν βίαιον ἐκεῖνον ὠθισμόν. καὶ ταῦτα οὐχ ὁ ἡμέτερος μόνον ὑποβάλλει λογισμὸς, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα λόγια, αὐτὸς γὰρ, φησιν, ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἐν τῇ γεέννῃ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ πολλὰς ἂν εὕροι τις τὰς E διαφοράς· μοναὶ γὰρ, φησὶ, πολλαί εἰσι παρὰ τῷ πατρί μου· καὶ, ἄλλη δόξα ἡλίου, καὶ ἄλλη δόξα σελήνης· καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ μέχρι τούτων ἠκριβολογήσατο, ὅπου γε καὶ τὸν ἀστέρα πρὸς ἀστέρα διαφορὰν φησὶν ἐκεῖ; ταῦτα οὖν ἅπαντα εἰδότες, μηδέποτε τῆς τῶν ἀγαθῶν ἐργασίας ἀποστῶμεν, μηδὲ ἀποκάμωμεν· μηδὲ ἐπειδὰν εἰς τὴν τοῦ ἡλίου τάξιν ἢ τῆς σελήνης ἐλθεῖν μὴ δυνώμεθα, καὶ τῶν ἀστέρων καταφρονήσωμεν. ἕως γὰρ ἂν τοσαύτην γοῦν ἀρετὴν ἐπιδείξασθαι δυνώμεθα, ἐν τῷ οὐρανῷ πάντως ἐσόμεθα.

A Corrumpit autem pœnitentiam, iterum iiſdem malis inſtitiſſe. Nam *unus*, ait ſcriptura, *qui extruit, & alter qui demolitur, quid lucrati ſunt præter laborem? Expiatur quis à tactu mortui, & iterum attingit funus: quid emolumenti huic ex lavacro? Haud ſecus homo qui jejunat de peccatis ſuis, & pergit, eademque denuo committit, qui hujus preces exaudiet?* Et rurſum? *Qui divertit*, inquit, *à juſtitia ad peccatū, eū Dominus præparabit ad gladium. Et ſicut canis ad vomitum reglutiendum redit, ſitque odioſus: ſic* B *imprudens, qui per propriam malitiam ad peccata reflectit.* Eccl. 34. 30. Eccl. 26. 23. Prov. 26. 11.

Ne igitur perinde peccatum atque accuſator ſolum traduxeris: ſed tanquam qui debet juſtificari per formam pœnitentiæ: quo pacto animæ confitentis licebit incutere verecundiam, ne quando ad vitia relabatur. Nam vehementer ſe damnare profiterique peccatorem commune eſt, ut ſic dixerim, etiam cum infidelibus. Multi à ſcena tam viri quàm mulieres, quum turpitudinem ſuam perpendunt, ſe miſeros appellant: at non col- C limant ad verum ſcopum: idcóque iſtud confeſſionem nulla ratione nominarim: quia non cum animæ compunctione, neque cum amaritudine lacrymarum, neque cum mutatione in melius peccata ſic enunciant: verùm ſunt, qui eo nomine ab auditoribus gloriam nimirum elegantia & gratia ſermonum aucupantur. Peccata enim non apparent ejuſdem moleſtiæ quando alius ea quiſpiam ingerit, & quando ipſe qui illa commiſit. Sunt rurſum qui nimia deſperatione obſtupeſcunt, inſenſatique D redduntur, & bonam exiſtimationem & ſiniſtram opinionem contemnentes, magna petulantia ſua, ceu aliena mala proclamant. Cæterùm cave, ne fueris neque de horum, neque de illorum numero. Nolo enim ut proficiſcaris à deſperatione ad confeſſionem, quin cum alacritate ac fiducia eruta radice deſperationis, quantum vales, huic contrarium ſtudium oſtendas. At quæ tandem eſt radix & mater deſperationis? Ignavia, inquam, E imò quam quis haud ineptè nominaverit non tantum radicem, ſed viciſſim illius quoque & parentem & altricem. Quemadmodum in lana tineas gignit corruptio, quæ ab iis iterum augetur: ita eſt propemodum hoc loci. Nam ignavia deſperationem parit, ab ea mutuò & illa nutricatur, adeoque dum ſervant inter ſe execrabiles vices dandi accipiendique, confirmantur in potentiam haud mediocrem: alteram itaque reſcindens, abarcenſque, alteram quæ conſequitur facili opera conficiet. Nunquam enim qui non torpeſcit, in deſperationem proruet: neq; qui alitur ſpe bona, aut qui expectationem ſalutis non abdicat, in ſo- A cordiam delabetur. Par iſtud peſſimum diſſipa, & jugum confringe, hoc eſt, illam variam, illam gravem cogitationem. Quandoquidem qui utrumq; malum conjunxit, non eſt unius formæ, ſed multiplicem de ſe præbet ſpeciem omnifariamque. Quis autem talis eſt? Uſu evenire ſolet, ut is quem pœnituit, corrigat plurima maximaque facinora: interim autem quia denuo peccat, illi correctioni non minoris ponderis peccatum opponit; quod maximè in deſperationem abripit: haud ſegnius atque hi ab expectatio- B ne cadunt, qui ſimul eadem ut ædificarunt, demoliuntur exhauſto fruſtrà tanto labore. Neceſſe eſt autem ut illa in mente habeamus, urq; expellamus tam pernicioſam cogitationem, quod nimirū ſi rectè factorum menſuram æqualem peccatis, quæ poſtea commiſſa ſunt, opponendam non reſervaverimus, nihil prohibebit quo minus penitus deprimamur: ſin actione bona præmuniti fuerimus, ea nos defendet non aliter atq; thorax firmus acuta noxiaque tela ſummovet, quò minus, quod ſolent, queant C præſtare: quin his disjectis, omne periculum à corpore defendit. Nàm qui illuc abſcedit, tam bonis quam malis operibus affluens, habebit aliquid ſolatii in pœna & diris illis tormentis: qui autem à factis melioribus alienus, tantumque eſt pejoribus ſtipatus, dici non poteſt, quam arctiſſimè pœnæ ſempiternæ cohæreat à vita illinc amandatus. Nam illic bellum erit malorum operum cum aliis diverſæ conditionis. Si hæc deprimunt libram, ſalvum reddunt non mediocriter authorem ſuum: & D non tantum poterit damnum, quod uſu malorum operum accrevit, ut eum de ſuo loco deturbet, perverſa autem opera ſi exuperant, abducunt ad ignem gehennæ, propterea quod non ſit tantum agmen operum virtutis, quod valeat reſtitiſſe impulſui tam violento: ſermo noſter ſolus hoc non aſtruit, verum conteſtantur omnia divina eloquia: ſiquidem ait ille: *reddet unicuique ſecundum opera ſua*, neque in gehenna tantum, invenies etiam in cœlo diſcrimina plurima. *Manſiones enim multa*, inquit, E *ſunt apud patrem meum*: &, *Alia eſt claritas lunæ.* Et quid miraculi eſt eum tam curioſè illa eſſe perſcrutatum, quando ſtellæ quoque differentiam ad ſtellam aſſeruit? Quare rebus his omnibus perſpectis, nunquam ab exercitio bonorum operum ceſſemus. Ubi aſſurgere ad ordinem ſolis aut lunæ non datur, ne contempſerimus aſtrorum cœtum: quamdiu enim talem virtutem ſaltem exhibuerimus, omnino cœlum licebit incolere.

C.XII. Quæ ſint conditiones veræ pœnitentiæ.

Matth. 16. 27. Ioan. 14. 2. 1. Cor. 15. 41.

Si non aurum, ſi non pretioſus lapis habebimur, ad argenti modum pertingentes, adhuc permanebimus in fundamento. Id unum curæ ſit, ne ad eam deflectamus materiam, quam ignis citò corripit: deinde cum videmus egregia facinora ſuperare captum noſtrum, minora perfeciſſe nihil pudeat. Rejicere enim parva, ubi magna conſequi non vales, extremæ eſt dementiæ, quam omnibus modis effugiamus. Quemadmodum enim opes corporis accumulantur, quum amatores illarum ne minimum quidem lucellum negligunt: ſic ſpirituales divitiæ. Num abſurdum apparet, quòd judex quoque frigidi poculi mercedem rependit, nos vero, niſi magna benefacta poſſimus, minorum curam omnem abjicimus? Minima enim qui non deſpicit, accurato ſtudio vel maxima perficiet: qui verò illa faſtidit, ab his interim excidet: quod ne contingat, libuit Chriſto pro illis mercedem ampliſſimam certo polliceri. Quid enim facilius, quam viſitare eos, qui morbo laborant, cujus tamen rei cauſa magnum viciſſim præmium tribuit? Itaque vitam ſempiternam apprehende, oblecta te Domino, & ei ſupplica: iterum arripe jugum commodum, ſubi leve onus, dignum principio finem ſuperadde. Ne divitias tantas perire patiaris, quas ſemel univerſas amittes, ubi perſeveraveris exaſperando Deum per ea quæ nunc facis. Quòd ſi nequitiæ obſtruxeris canales, antequam multum ſit damni datum, aut antequam alluvium aquarum exculta arva corruperit, recuperare poteris ab initio cuncta quæ perierat, adjecto etiam illis non exiguo fœnore. Quæ quidem cum ritè perpenderis, excutias obſecro lucrum & ſordes: à terra, ubi jaces, reſurge, & formidabilis eris adverſario, qui te ceu nunquam reſurrecturum proſtravit: poſtquam viderit manus te moventem contrà, inexpectato vulnere percuſſus, ſegnior erit ad inſidias denuo ſtruendas: ipſe autem tutior factus, non amplius accipies tam acerbam plagā. Si enim aliorum calamitates idoneæ ſunt, ut nos erudiant: quanto potentius quam ipſi exhauſimus erudient? Videor mihi propediem viſurus iſtud in tuo capite, & iterum auxiliante Deo te clariorem, pulchrioremve evaſurum, tantamque præſtiturum virtutem, ut aliis illic etiam auxiliari queas: tantùm ne deſperes, nec animo concidas. Hoc tibi in omni ſermonis congreſſu, & ubicumque te videro, atque adeò per alios repetere non ceſſabo: quod ſi audieris, aliis amplius medicamentis non egebis.

κἂν χρυσὸς, κἂν λίθος τίμιος μὴ γενώμεθα, τὴν γοῦν τοῦ ἀργύρου τάξιν ἐπέχοντες ἐν τῷ θεμελίῳ μένωμεν· μόνον μὴ πρὸς ἐκείνην τὴν ὕλην παλινδρομήσωμεν, ἣν εὐχερῶς καταφλέγει τὸ πῦρ, μηδὲ ὅτε μεγάλα κατορθῶσαι μὴ δυνηθῶμεν, καὶ τῶν μικρῶν ἀποσχώμεθα· ἐσχάτης γὰρ ἀνοίας τοῦτό ἐστιν, ὅπερ μὴ πάθωμεν. ὥσπερ γὰρ ὁ πλοῦτος ὁ σωματικὸς αὔξεται τῷ μηδὲ τῶν ἐλαχίστων κερδῶν καταφρονεῖν τοὺς ἐραστὰς τοὺς ἐκείνου· οὕτω καὶ ὁ πνευματικός. καὶ γὰρ ἄτοπον τὸν μὲν κριτὴν μηδὲ ψυχροῦ ποτηρίου μισθὸν παρορᾶν, ἡμᾶς δὲ εἰ μὴ μεγάλα εἴη τὰ κατορθώματα, καὶ τῆς τῶν μικρῶν ἐργασίας ἀμελεῖν· ὁ μὲν γὰρ τῶν ἐλαττόνων μὴ καταφρονῶν, πολλῇ καὶ περὶ τὰ μέγιστα χρήσεται σπουδῇ· ὁ δὲ ταῦτα παρορῶν, καὶ ἐκείνων ἀποστήσεταί ποτε. ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, καὶ τούτων μεγάλους τοὺς μισθοὺς ὥρισεν ὁ Χριστός. τί γὰρ τοῦ ἐπισκέπτεσθαι τοὺς κάμνοντας εὐκολώτερον; ἀλλ' ὅμως καὶ τούτου μεγάλην ἀποδίδωσι τὴν ἀμοιβήν. ἐπιλαβοῦ τοίνυν τῆς αἰωνίου ζωῆς, κατατρύφησον τοῦ κυρίου, καὶ ἱκέτευσον αὐτὸν, πάλιν τὸν ζυγὸν ἀνάδεξαι τὸν χρηστὸν, ὑπέλθε τὸ φορτίον τὸ ἐλαφρὸν, ἐπίθες ἄξιον τῆς ἀρχῆς τὸ τέλος· μὴ δὴ περιίδῃς τοσοῦτον διαρρυέντα πλοῦτον. ἂν μὲν γὰρ ἐπιμένῃς παροξύνων τὸν Θεὸν, δι' ὧν ποιεῖς, ἅπαντα αὐτὸν ἀπολεῖς. ἂν δὲ πρὶν ἢ πολλὴν γενέσθαι τὴν ζημίαν, καὶ πᾶν ἐπικλυσθῆναι τὸ γεώργιον, ἀποφράξῃς τῆς κακίας τοὺς ὀχετοὺς, καὶ τὰ διαφθαρέντα ἀνακτήσασθαι δυνήσῃ πάλιν, καὶ ἑτέραν αὐτοῖς προσθεῖναι φορὰν οὐ μικράν. ἅπερ ἅπαντα λογισάμενος ἀποτίναξον τὴν χοῦν, ἀνάστηθι ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ φοβερὸς ἔσῃ τῷ ἀνταγωνιστῇ· αὐτὸς μὲν γάρ σε κατέβαλεν, ὡς οὐκ ἀναστησόμενον λοιπόν· ἂν δὲ ἴδῃ πάλιν τὰς χεῖρας ἀνταίροντα, τῷ ἀπροσδοκήτῳ πληγεὶς, ὀκνηρότερος ἔσται πρὸς τὸ ὑποσκελίσαι πάλιν· αὐτός τε ἀσφαλέστερος ἔσῃ πρὸς τὸ μηκέτι τραῦμα τοιοῦτον λαβεῖν. εἰ γὰρ αἱ τῶν ἄλλων ἡμᾶς ἱκαναὶ παιδεῦσαι συμφοραὶ, πολλῷ μᾶλλον ἃς ὑπεμείναμεν. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς σῆς προσδοκῶ ταχέως ὄψεσθαι κεφαλῆς, καὶ πάλιν τῇ τοῦ Θεοῦ ῥοπῇ φαιδρότερόν σε γενέσθαι, καὶ τοσαύτην ἐπιδείξασθαι τὴν ἀρετὴν ὡς καὶ ἑτέρων προστῆναι ἐκεῖ· μόνον μὴ ἀπογνῷς μηδὲ ἀναπέσῃς· τοῦτο γάρ σοι καὶ παρὰ πάντα τὸν λόγον, καὶ ὅπου δ' ἂν ἴδω, καὶ δι' ἑτέρων οὐ παύσομαι ἐπιλέγων· κἂν τούτου ἀκούσῃς, οὐκέτι δεήσῃ φαρμάκων ἑτέρων.

EJUSDEM AD EUNDEM

THEODORUM MONACHUM,

Liber Secundus.

SI fletus poſſet & gemitus per literas nunciari, redundantia lacrymis atque ſuſpiriis profectò ad te ſcripta miſiſſem. Equidem fleo, non quod paternam rerum ſollicitudinem geras, ſed quòd ex fraterno te deleveris numero, quòd negligendo calcaveris, quicquid ante depactus Chriſto ſpoponderas, ad hæc iu horreſco, his angor & crucior, propter iſta formido, nec immeritò: ut enim non objicitur deſertio militiæ non militanti: ita is qui ſemel eſſe cœperit miles, cùm deſeruiſſe detegitur, pœna dignus ultima judicatur. Non eſt grave, Theodore chariſſime, cadere luctantem, ſed jacere dejectum: non eſt pernicioſum in prælio vulnerari, ſed poſt vulnus acceptum deſperatione curandi medelam ulceri denegare. Nullus mercator, nave fluctibus ſemel merſa, poſt totum onus perditum deſiit navigare: ſed rurſus ad maria undaſque feſtinat, rurſus immenſa pervolat freta, & iterato felicius curſu, caſus prioris damna compenſat. Sæpe etiam athletas videmus, pòſt frequentes lapſus & dejectiones plurimas coronatos: militem quoque ſcimus poſt fugas multas virum fortem fuiſſe, hoſteſque viciſſe. Multi etiam qui negaverant prius Chriſtum propter crudelitatem neceſſitatemque pœnarum, ſimile rurſus certamen aggreſſi glorioſè coronam martyrii receperunt. Quòd ſi unuſquiſque eorum quos dinumeravimus propter illa priora vulnera deſperando ceſſiſſet, nunquam ad ſequentium voluptatem, ac fructum bonorum pervenire potuiſſet: ſimilis profectò res eſt, frater chariſſime: ideoque conſidera ne quia pauliſper communis inimicus te, ubi bene ſteteras, loco movit: idcirco & ipſe te totum ad præceps, quod videtur, impellas. Perſiſte, imò magnanimus eſto, unde exuleras pedem eò revoca, neve ignominiæ, vel opprobrii genus credas exiguam hanc parvi temporis plagam. Neque enim reprehenditur miles, cum de prælio revertitur vulneratus, ſed reprehenſibile magis, ac ſemper turpe eſt arma deponere, & procul ab hoſtibus degere. Quandiu autem quis in conflictibus perſeverat, ſive ſaucietur ille, ſive paululum loco cedat, nullus uſque adeò ingratus ac durus, & bellicæ diſciplinæ expers erit, qui vituperet denuo dimicantem. Non pugnantium quippe eſt non vulnerari. Quicunq; autem iracundia pertinaci in hoſtes feruntur, & vulnerari nonnunquam videntur & cadere. Quod quidem tibi nunc proveniſſe non miror, qui dum ſubitò ſerpentem occiſurus inſequeris, minimè morſum tetri dentis evadis.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν Θεόδωρον, λόγος β΄.

ΕΙ δάκρυα καὶ στεναγμοὺς ἦν διὰ γραμμάτων δηλῶσαι, τούτων ἂν σοι τὴν ἐπιστολὴν ἐμπλήσας ἀπέστειλα. δακρύω δὲ οὐχ ὅτι φροντίζεις πραγμάτων πατρῴων, ἀλλ' ὅτι τοῦ καταλόγου τῶν ἀδελφῶν σεαυτὸν ἐξήλειψας, ὅτι τὰς πρὸς τὸν Χριστὸν συνθήκας ἐπάτησας, ταῦτα φρίττω, ἐπὶ τούτοις ἀλγῶ, διὰ ταῦτα φοβοῦμαι, καὶ τρέμω· ἰδιώτην μὲν γὰρ ἀστρατείας οὐδεὶς ἂν ποτε γράψαιτο· ὁ δὲ στρατιώτης ἅπαξ γενόμενος, ἂν ἁλῷ λειποταξίου, περὶ τῶν ἐσχάτων ὁ κίνδυνος. οὐ δεινὸν ὦ φίλε Θεόδωρε, τὸ παλαίοντα πεσεῖν, ἀλλὰ τὸ μεῖναι ἐν τῷ πτώματι· οὐδὲ χαλεπὸν τὸ πολεμοῦντα τρωθῆναι, ἀλλὰ τὸ μετὰ τὴν πληγὴν ἀπογνῶναι, καὶ ἀμελῆσαι τοῦ τραύματος. οὐδεὶς ἔμπορος ἅπαξ ναυαγίῳ περιπεσὼν, καὶ τὸν φόρτον ἀπολέσας ἀπέστη τοῦ πλεῖν, ἀλλὰ πάλιν τὴν θάλασσαν καὶ τὰ κύματα καὶ τὰ μακρὰ διαβαίνει πελάγη, καὶ τὸν πρότερον ἀνακτᾶται πλοῦτον. ἀθλητὰς δὲ ὁρῶμεν μετὰ πολλὰ πτώματα στεφανίτας γινομένους. ἤδη δὲ καὶ στρατιώτης φυγὼν, ἔσχατον ἀριστεὺς ἀπεδείχθη, καὶ τῶν πολεμίων ἐπεκράτησε. πολλοὶ καὶ τῶν Χριστὸν ἀρνησαμένων, διὰ τὴν τῶν βασάνων ἀνάγκην, ἀνεμαχέσαντο πάλιν, καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀπῆλθον ἀναδησάμενοι. εἰ δὲ τούτων ἕκαστος ἐκ τῆς προτέρας πληγῆς ἀπέγνω, οὐκ ἂν τῶν δευτέρων ἀπήλαυσεν ἀγαθῶν· οὕτω καὶ νῦν, ὦ φίλε Θεόδωρε, μὴ δι' ὅτι μικρόν σε τῆς στάσεως παρεσάλευσεν ὁ ἐχθρὸς, ἤδη καὶ σαυτὸν ὤσῃς ἐπὶ τὸ βάραθρον· ἀλλὰ στῆθι γενναίως, καὶ ἐπάνελθε ταχέως, ὅθεν ἐξῆλθες, μηδὲ ὄνειδός τι νομίσῃς, τὸ πρὸς ὀλίγον εἶναι ταύτην τὴν πληγήν. οὐδὲ γὰρ στρατιώτην ἰδὼν ἐπανιόντα μετὰ τραύματος ἀπὸ πολέμου ὠνείδισας ἄν. ὄνειδος γὰρ ὅπλα ῥίψαι, καὶ τῶν πολεμίων ἔξω γενέσθαι· ἕως δ' ἂν ἑστήκῃ τις μαχόμενος, κἂν βάλληται, κἂν ὑποχωρῇ πρὸς βραχὺ, οὐδεὶς οὕτως ἀγνώμων οὐδὲ τῶν πολεμικῶν ἄπειρος, ὡς ἐγκαλέσαι ποτὲ ἐκείνῳ. τῶν μὴ μαχομένων ἐστὶ τὸ μὴ τιτρώσκεσθαι, τοὺς δὲ πολλῷ τῷ θυμῷ κατὰ τῶν πολεμίων χωροῦντάς ἐστι καὶ βληθῆναί ποτε, καὶ καταπεσεῖν. οἷον ἐπὶ σοῦ γέγονε νῦν, ἀθρόως γὰρ τὸν ὄφιν ἀνελεῖν ἐπιχειρήσας, ἐδήχθης.

ſed licet abſentes eſſemus, & ad ſynodum appellaremus & judicium requireremus: & non auditorium, ſed manifeſtas immicitias fugeremus: ipſe tamen accuſatores ſuſcepit, excommunicatos à me abſolvit, & ab illis qui nondum ſe de ſuis purgaverant criminibus, libellos collegit: & acta perſcribi juſſit, quæ omnia legibus & canonibus prohibita erant. Et quid opus eſt multa dicere? non deſtitit omnia facere ac moliri, donec nos vi & potentia è civitate & Eccleſia ejiceret, etiam jam provecta veſpera, & univerſo populo nos proſequente. Tractus igitur vi & abductus à magiſtratu civitatis in media civitate, & in navim conjectus, per noctem navigavi, eo quòd ad ſynodum & juſtum judicium provocaram. Quis hæc ſine lacrymis, etiam ſi cor lapideum habeat, audiret? Verum, ſicut prius dixi, ea quæ perperam fiunt, non ſolum deploranda, ſed & corrigenda ſunt: & ideo charitatem veſtram obſecro, ut provocetur ad condolendum, faciendúmque omnia, quò mala hæc ſiſtantur. Neque enim hic facinorum illis finis, ſed ad priora adjecerunt & alia. Nam poſtquam eos qui Eccleſiam impudenter invaſerant, pientiſſimus Imperator ejecit, & multi Epiſcopi qui aderant, cognoſcentes iniquitatem, & fugientes inſidias illorum, quaſi incendium depaſcens omnia, in ſuas regiones conceſſerunt, nóſque iterum in urbem & in Eccleſiam, à qua injuſtè ejecti eramus, vocati ſumus, inducentibus nos Epiſcopis ſupra triginta, & notario ab Imperatore pientiſſimo in hoc miſſo: ille ſtatim aufugit, eo quod ingreſſi mox obſecrabamus religioſiſſimum Imperatorem, ut concilium cogeret, quo facta hæc punirentur. Malè conſcius enim ſibi erat, & reprehenſionem pertimeſcens: & idcirco cum Imperatoris litteræ in omnia loca mitterentur, & undequaque omnes congregarent, occultè, mediáque nocte ipſe cum ſuis conſcenſa navi elapſus eſt. Porrò nos, utpote conſcientiæ noſtræ fidentes, non propterea deſtitimus, ſed eadem iterum à religioſiſſimo Imperatore petivimus. Qui & pro ſua pietate miſſis ad illum nunciis, eum, & omnes qui cum eo erant, ex Ægypto vocavit, ut rationem factorum redderent: neque ſufficere putarent ad defenſionem, quæ attentarant ex una parte abſentibus nobis, tam injuſtè contra tot actantos canones. Atqui regiis literis ille non obtemperavit, ſed domi manſit: prætexens ſeditionem populi, ſtudium nimirum quorumdam intempeſtivum, qui ei favebant, tametſi populus illic quoque ante literas conviciis eum innumeris proſcideraт. Verum hæc nunc exactè proſequi nolumus, ſed hæc tantum idcirco diximus, ut eum in nefariis conatibus deprehenſum oſtenderemus. Itaque nos non quievimus, ſed in hoc incubuimus, orantes Imperatorem, ut haberetur judicium, in quo agere & reſpondere liceret: dicebamus enim nos paratos ad oſtendendum nos non eſſe reos, ſed illos legum extremos tranſgreſſores. Erant autem relicti hic Syri, qui cum eo affuerant, & cum illo communiter omnia fecerant, ad hos acceſſimus, ad dandam rationem parati, atque ſuper ea re ſæpe eos interpellavimus, obſecrantes ut dignarentur nobis libellos & accuſationum acta dare, vel genus criminum, vel accuſatores ipſos ſignificare: Verum nihil horum obtinuimus, iterúmque ex Eccleſia ejecti ſumus. Quòd ſi quæ tunc contigerunt, & omnem excedunt tragœdiam, enarrare vellem, quis ea ſermo explicaret? quæ auris ſine horrore perciperet? Cum enim illa quæ dixi prætenderemus, ipſo magno ſabbato collecta manus militum, ad veſperam diei in eccleſias ingreſſa, clerum omnem qui nobiſcum erat, vi ejeci, & armis ſanctuarium undique obſedit. Mulieres quoque ſacrarum ædium, quæ per illud tempus ſe exuerant, ut baptizarentur, metu gravis iſtius incurſus nudæ aufugerunt. Neque enim concedebatur ut ſe velarent, ſicut mulieres honeſtas decet. Multæ etiam acceptis vulneribus ejiciebantur, & ſanguine implebantur piſcinæ, & ſancto cruore latices rubeſcebant. Neque hic rerum finis erat. Nam & locum, in quo ſancta condita ſervabantur, ingreſſi ſunt milites, quorum aliquos ſcimus nullis initiatos myſteriis, & viderunt omnia quæ intus erant. Quin & ſanctiſſimus Christi ſanguis, ſicut in tali tumultu contingit, in prædictorum militum veſtes effuſus eſt, fiebantque quaſi in barbarica captivitate omnia. Vulgus enim in ſolitudinem fugabatur, multitudo omnis extra civitatem verſabatur, erántque in tanto feſto vacuæ populo Eccleſiæ, & plures quàm quadraginta Epiſcopi qui nobis communicarant, cum populo & clero ſine cauſa fugabantur: Et ob prodigioſa flagitia, ubique per fora, per domos, per ſolitudines, per omnes civitatis partes, omnia lamentis,

A οὐκ ἐνέσχετο· ἀλλὰ ἀπόντων ἡμῶν καὶ σύνοδον ἐπικαλουμένων, καὶ κρίσιν ἐπιζητούντων, καὶ οὐκ ἀκρόασιν φευγόντων, ἀλλ' ἀπέχθειαν φανεράν, καὶ κατηγόρους ἐδέχετο, καὶ τοὺς παρ' ἐμοῦ γενομένους ἀκοινωνήτους ἔλυε, καὶ παρ' αὐτῶν ἐκείνων οὐδέπω τὰ ἐγκλήματα ἀποδυσαμένων λιβέλλους ἐλάμβανε, καὶ ὑπομνήματα ἔπραττε, ἅπερ ἅπαντα παρὰ θεσμὸν καὶ κανόνων ἀκολουθίαν ἦν. τί δὲ δεῖ πολλὰ λέγειν; οὐκ ἀπέστη πάντα ποιῶν, καὶ πραγματευόμενος, B ἕως ἡμᾶς μετὰ δυναστείας καὶ αὐθεντίας πάσης καὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξέβαλε, καὶ πρὸς ἑσπέραν βαθεῖαν, τοῦ δήμου παντὸς ἡμῖν ἐπισυρομένου. ἑλκόμενος ὑπὸ τοῦ κυριώσου τῆς πόλεως ἐν μέσῃ τῇ πόλει, καὶ πρὸς βίαν συρόμενος κατηγόμην, καὶ εἰς πλοῖον ἐνεβαλλόμην, καὶ διὰ νυκτὸς ἔπλεον, ἐπειδὴ σύνοδον πρὸς δικαίαν ἀκρόασιν προεκαλούμην. τίς ταῦτα ἀδακρυτὶ, κἂν λιθίνην ἔχῃ καρδίαν ἀκούσειεν; ἀλλ' ἐπειδὴ, καθάπερ ἔφθην εἰπών, οὐ C θρηνεῖν μόνον τὰ κακῶς γινόμενα, ἀλλὰ καὶ διορθοῦν δεῖ, παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην διαναστῆναι, καὶ συναλγῆσαι, καὶ πάντα ποιῆσαι, ὥστε στῆναι ταύτῃ τὰ κακά. οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα τὰ τῆς παρανομίας αὐτοῖς κατέλυσεν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταῦτα τοῖς προτέροις ἐπαποδύετο. ἐπειδὴ γὰρ ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἐπιπηδήσαντας αὐτοὺς τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναισχύντως ἐξέβαλε, καὶ πολλοὶ τῶν παρόντων ἐπισκόπων εἰδότες αὐτῶν τὴν παρανομίαν, εἰς τὰς αὐτῶν ἀνεχώ- D ρησαν, τὴν ἔφοδον αὐτῶν ὥσπερ πυρὰν τινα πάντα ἐπινεμομένην φεύγοντες· ἡμεῖς μὲν πάλιν εἰς τὴν πόλιν ἐκαλούμεθα, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἧς ἀδίκως ἐξεβλήθημεν, ἐπισκόπων τε ἡμᾶς πλειόνων ἢ τριάκοντα εἰσαγόντων, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως νοτάριον εἰς τοῦτο ἀποστείλαντος· ἐκεῖνος δὲ ἐδραπέτευσεν εὐθέως, τίνος ἕνεκεν καὶ διὰ τί; εἰσιόντες παρεκαλοῦμεν τὸν θεοφιλέστατον βασιλέα, σύνοδον συναγαγεῖν εἰς ἐκδικίαν τῶν γεγενημένων. συνειδὼς τοίνυν ἅπερ ἔδρασε, καὶ τὸν ἔλεγχον δεδοικὼς, καὶ γραμμά- E των βασιλικῶν πανταχοῦ διαπεμφθέντων πάντοθεν πάντας συναγόντων, λάθρα μέσων νυκτῶν εἰς ἀκάτιον ἑαυτὸν ἐμβαλὼν, οὕτως ἀπέδρα τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ πάντας ἐπαγόμενος. ἀλλ' ἡμεῖς οὐδὲ οὕτως ἔστημεν, διὰ τὸ τῷ συνειδότι θαρρεῖν τῷ ἡμετέρῳ, τὰ αὐτὰ πάλιν παρακαλοῦντες τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα· ὃς καὶ πρεπόντως αὐτὸ ποιῶν τῇ εὐσεβείᾳ, ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν πάλιν καλῶν αὐτὸν A ἐξ Αἰγύπτου, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας, ὥστε δοῦναι λόγον τῶν γεγενημένων, καὶ μὴ τὰ ἀδίκως οὕτως ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ ἀπόντων ἡμῶν τολμηθέντα, καὶ παρὰ τοσούτους κανόνας, νομίζειν ἀρκεῖν εἰς ἀπολογίαν ἑαυτῷ. ὁ δὲ οὐδὲ τῶν βασιλικῶν ἠνέσχετο γραμμάτων, ἀλλ' ἔμενεν οἴκοι προβαλλόμενος στάσιν τοῦ δήμου, καὶ σπουδὴν ἄκαιρόν τινων δῆθεν ἀντεχομένων αὐτοῦ· καίτοι γε πρὸ τῶν γραμμάτων τῶν βασιλικῶν αὐτὸς οὗτος ὁ δῆμος μυρίαις αὐτὸν ἦν πλύ- B νας λοιδορίαις. ἀλλ' οὐ ταῦτα περιεργαζόμεθα νῦν, ἀλλ' ἐκεῖνο δεῖξαι βουλόμενοι, ὅτι κακουργῶν ἀπειλήφθη, ταῦτα εἰρήκαμεν· πλὴν οὐδὲ μετὰ ταῦτα ἡμεῖς ἡσυχάσαμεν, ἀλλ' ἐπικείμεθα ἀξιοῦντες δικαστήριον γενέσθαι κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν· ἕτοιμοι γὰρ εἶναι ἐλέγομεν δεῖξαι ἑαυτούς τε ἀνευθύνους ὄντας, ἐκείνους δὲ τὰ ἔσχατα παρανομήσαντας. καὶ γὰρ ἦσάν τινες Σύροι τῶν ποτε μετ' αὐτοῦ παρόντων, ἐνταῦθα ἀπολειφθέντες, οἳ κοινῇ μετ' αὐτοῦ τὸ πᾶν ἔδρασαν· καὶ C προσῄειμεν ἕτοιμοι δικάζεσθαι, καὶ πολλάκις ἠνωχλήσαμεν ὑπὲρ τούτου ἀξιοῦντες τὰ ὑπομνήματα ἡμῖν δοθῆναι, ἢ λιβέλλους κατηγοριῶν, ἢ φύσιν ἐγκλημάτων γνωρισθῆναι, ἢ αὐτοὺς τοὺς κατηγόρους· καὶ οὐδενὸς τούτων τετυχήκαμεν, ἀλλὰ πάλιν ἐξεβλήθημεν τῆς ἐκκλησίας. πῶς ἂν τὰ ἐντεῦθεν διηγησαίμην λοιπὸν πᾶσαν ὑπερβαίνοντα τραγῳδίαν; τίς ταῦτα παραστήσει λόγος; ποία χωρεῖς φρίκης δίχα δέξεται ἀκοή; ἡμῶν γὰρ αὐτὰ, καθάπερ ἔμπροσθεν εἶπον, προτεινόντων, ἀθρόον στρατιωτικὸν πλῆθος αὐτῷ τῷ μεγάλῳ D σαββάτῳ, πρὸς ἑσπέραν λοιπὸν τῆς ἡμέρας ἐπιγινομένης, ταῖς ἐκκλησίαις ἐπεισελθὸν, τὸν κλῆρον ἅπαντα τὸν σὺν ἡμῖν πρὸς βίαν ἐξέβαλον, καὶ ὅπλοις τὸ βῆμα περιεστοίχιστο· καὶ γυναῖκες τῶν εὐκτηρίων οἴκων πρὸς τὸ βάπτισμα ἀποδυσάμεναι κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν γυμναὶ ἔφυγον ὑπὸ τοῦ φόβου τῆς χαλεπῆς ταύτης ἐφόδου· οὐδὲ τὴν πρέπουσαν γυναιξὶν εὐσχημοσύνην συγχωρούμεναι περιθέσθαι· πολλαὶ δὲ καὶ τραύματα δεξάμεναι ἐξεβάλλοντο, καὶ αἱμά- E τος αἱ κολυμβῆθραι ἐπληροῦντο, καὶ τὰ ἱερὰ ἀπὸ τῶν αἱμάτων ἐφοινίσσετο νάματα. καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα εἱστήκει τὸ δεινόν. ἀλλ' ἔνθα τὰ ἅγια ἀπέκειτο εἰσελθόντες οἱ στρατιῶται, ὧν ἐνίοι, καθ' ὡς ἔγνωμεν, ἀμύητοι ἦσαν, πάντα τε ἑώρων τὰ ἔνδον, καὶ τὸ ἁγιώτατον αἷμα τοῦ Χριστοῦ, ὡς ἐν τοσούτῳ θορύβῳ, εἰς τὰ τῶν προειρημένων στρατιωτῶν ἱμάτια ἐξεχεῖτο· καὶ ὡς ἐν αἰχμαλωσίᾳ βαρβαρικῇ πάντα ἐτολμᾶτο· καὶ ὁ δῆμος πρὸς τὴν ἐρημίαν ἠλαύνετο, καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἔξω τῆς πόλεως διέτριβε, καὶ κεναὶ ἐν ἑορτῇ τοιαύτῃ τῶν λαῶν αἱ ἐκκλησίαι ἐγίνοντο, καὶ πλείους ἢ τεσσαράκοντα ἐπίσκοποι οἱ κοινωνοῦντες ἡμῖν μετὰ τοῦ λαοῦ καὶ τοῦ κλήρου εἰκῇ καὶ μάτην ἠλαύνοντο· καὶ ὀλολυγαὶ, καὶ θρῆνοι, καὶ πηγαὶ δακρύων πανταχοῦ κατὰ τὰς ἀγοράς, κατὰ

ρὰς, κατὰ τὰς οἰκίας, κατὰ τὰς ἐρημίας, καὶ κατὰ πᾶν τὸ τῆς πόλεως μέρος· τῆς συμφορᾶς ἐπεπλήρωτο τούτων· διὰ γὰρ τὴν ὑπερβολὴν τῆς παρανομίας οὐχ οἱ πάσχοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ μηδὲν τοιοῦτον ὑπομένοντες συνήλγουν ἡμῖν, οὐχ οἱ ὁμόδοξοι μόνον, ἀλλὰ καὶ αἱρετικοὶ, καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, καὶ ὡς τῆς πόλεως κατὰ κράτος ἁλούσης, οὕτως ἐν θορύβοις καὶ ταραχαῖς καὶ ὀλολυγαῖς ἅπαντα ἦν. καὶ ταῦτα ἐτολμᾶτο παρὰ γνώμην τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως νυκτὸς καταλαβούσης, ἐπισκόπων αὐτὰ κατασκευαζόντων, καὶ πολλαχοῦ στρατηγούντων, οἳ οὐκ ᾐσχύνοντο καμπιδούκτορας ἀντὶ διακόνων προηγουμένους ἔχοντες. ἡμέρας δὲ γενομένης, πᾶσα ἡ πόλις ἔξω τῶν τειχῶν μετῳκίζετο ὑπὸ δένδρα καὶ νάπας, καθάπερ πρόβατα διεσπαρμένα τὴν ἑορτὴν ἐπιτελοῦντες. ἔξεστιν ὑμῖν τὰ ἐντεῦθεν λογίσασθαι λοιπὸν ἅπαντα. ὥσπερ γὰρ ἔφθην εἰπὼν, οὐχ οἷόν τε πάντα ἐπελθεῖν τῷ λόγῳ καθ' ἕκαστον γινόμενα. τὸ δὴ χαλεπὸν, ὅτι τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα κακὰ οὐδέπω καὶ νῦν λύσιν ἔλαβεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐλπίδα λύσεως· ἀλλ' ἐκτείνεται καθ' ἑκάστην ἡμέραν τὸ δεινὸν, καὶ γέλως γεγόναμεν τοῖς πολλοῖς· μᾶλλον δὲ γελᾷ μὲν οὐδεὶς, κἂν μυριάκις παράνομος ᾖ, θρηνοῦσι δὲ πάντες, ὅπερ ἔφην, τὸν κολοφῶνα τῶν κακῶν, τὴν καινὴν ταύτην παρανομίαν. τί ἄν τις εἴποι τὰς τῶν λοιπῶν ἐκκλησιῶν ταραχάς; οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα ἔστη τὸ κακόν· ἀλλὰ καὶ μέχρι τῆς ἕω ἔφθασε. καθάπερ γὰρ ἀπὸ κεφαλῆς πονηροῦ ῥεύματος ἐκχυθέντος, τὰ λοιπὰ διαφθείρεται μέρη, οὕτω δὴ καὶ νῦν ὥσπερ ἐκ πηγῆς τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως τῶν κακῶν ἀρξαμένων, ὁδῷ τὰ τῶν θορύβων πανταχοῦ πρόεισι, καὶ κλῆροι πανταχοῦ ἐπανέστησαν ἐπισκόποις, καὶ ἐπίσκοποι ἐπισκόπων, καὶ λαοὶ μὲν λαῶν διεσχίσθησαν, οἱ δὲ μέλλουσι, καὶ πανταχοῦ τῶν κακῶν ὠδῖνες, καὶ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης ἀνατροπή. μαθόντες τοίνυν ἅπαντα, κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι, τὴν προσήκουσαν ὑμῖν ἀνδρείαν καὶ σπουδὴν ἐπιδείξασθε, ὥστε παρανομίαν τοσαύτην ἐπεισελθοῦσαν ταῖς ἐκκλησίαις ἀναστεῖλαι. εἰ γὰρ οὗτος κρατήσειε τὸ ἔθος, καὶ ἐξὸν γένηται τοῖς βουλομένοις εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἀπιέναι παροικίας ἐκ τοσούτων διαστημάτων, καὶ ἐκβάλλειν οὓς ἂν ἐθέλοι τις, κατ' ἐξουσίαν ἰδίαν πράττειν, ἅπερ ἂν ἐθέλωσιν, ἴστε ὅτι πάντα οἰχήσεται, καὶ πόλεμός τις ἀκήρυκτος πᾶσαν ἐπιδραμεῖται τὴν οἰκουμένην, πάντων πάντας βαλλόντων καὶ βαλλομένων. ἵνα οὖν μὴ τοσαύτη σύγχυσις καταλάβῃ τὴν ὑφ' ἥλιον πᾶσαν, ἐπιστεῖλαι παρακλήθητι τὰ μὲν οὕτω παρανόμως γεγενημένα ἀπόντων ἡμῶν, καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ οὐ παραιτησαμένων κρίσιν, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχὺν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ ἔχει τῇ οἰκείᾳ φύσει. τοὺς δὲ τοιαῦτα παρανομήσαντας ἐλεγχομένους τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων· ἡμᾶς δὲ τοὺς οὐχ ἁλόντας, οὐκ ἐλεγχομένους, οὐκ ἀποδειχθέντας ὑπευθύνους, τῶν γραμμάτων τῶν ὑμετέρων δότε ἀπολαύειν συνεχῶς, καὶ τῆς ἀγάπης, καὶ πάντων τῶν ἄλλων, ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν. εἰ δὲ βούλοιντο καὶ νῦν τοιαῦτα παρανομήσαντες ἐγκλήματα γυμνάζειν, ἐφ' οἷς ἡμᾶς ἀδίκως ἐξέβαλον, ὑπομνημάτων ἡμῖν οὐ δοθέντων, οὐ λιβέλλων, οὐ κατηγόρων φανέντων· δικαστηρίου καθισταμένου ἀδεκάστου καὶ δικασόμεθα, καὶ ἀπολογησόμεθα, καὶ ἀποδείξομεν ἑαυτοὺς ἀνευθύνους τῶν ἐπαγομένων ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ ἐσμέν. τὰ γὰρ νῦν γεγενημένα παρ' αὐτῶν πάσης ἐκτός ἐστιν ἀκολουθίας, καὶ παντὸς νόμου καὶ κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ. καὶ τί λέγω κανόνος ἐκκλησιαστικοῦ; οὐδὲ ἐν τοῖς ἔξω μὲν οὖν δικαστηρίοις τοιαῦτα ἐτολμήθη ποτὲ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἐν βαρβαρικῷ δικαστηρίῳ, οὐδὲ Σκύθαι, οὐδὲ Σαυρομάται οὕτως ἄν ποτε ἐδίκασαν ἐκ μιᾶς μοίρας κρίναντες, ἀπόντος τοῦ αἰτιωμένου, παραιτουμένου οὐ κρίσιν, ἀλλ' ἀπέχθειαν, καλοῦντος δικαστὰς μυρίους, ἀνεύθυνον ἑαυτὸν εἶναι λέγοντος, καὶ τῆς οἰκουμένης παρούσης ἀποδύσασθαι τὰς αἰτίας, καὶ δεῖξαι ἑαυτὸν ἐν ἅπασιν ἀθῷον ὄντα. ταῦτα οὖν πάντα λογισάμενοι, καὶ παρὰ τῶν κυρίων μου τῶν εὐλαβεστάτων ἀδελφῶν ἡμῶν τῶν ἐπισκόπων σαφέστερον ἅπαντα μαθόντες, τὴν παρ' ἑαυτῶν ἡμῖν εἰσενεγκεῖν σπουδὴν παρακλήθητε. οὕτω γὰρ οὐχ ἡμῖν μόνοις χαριεῖσθε, ἀλλὰ καὶ τῷ κοινῷ τῶν ἐκκλησιῶν, καὶ τὸν παρὰ τοῦ θεοῦ λήψεσθε μισθὸν, τοῦ διὰ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνην πάντα ποιοῦντος. διηνεκῶς ἐρρωμένος ὑπερεύχου μου δέσποτα τιμιώτατε καὶ ὁσιώτατε.

A ejulatibus, & fontibus lacrymarum, plena erant: ut non modò
qui affligebantur, ſed & qui nihil tale patiebantur; & non ſo-
lum qui noſtræ fidei erant, ſed & hæretici, & Judæi, & Gen-
tiles, ob ſceleris atrocitatem nobiſcum dolerent, & quaſi per
vim capta civitate, tumultu, trepidatione ac planctu plena
erant omnia. Talia auſi ſunt præter ſententiam pientiſſimi
Imperatoris, nocte profunda, Epiſcopis hæc inſtruentibus,
& multis in locis ordines ducentibus, nec erubeſcentibus, quòd
B pro diaconis ſatellites præeuntes haberent. Ubi vero illuxit
dies, omnis civitas extra muros ſub arbores, & in nemora emi-
gravit, ibi feſtum diem celebrans, quaſi oves diſperſæ. Licet
vobis ex his & cætera omnia penſare: nam omnia quæ facta
ſunt ſigillatim ſermone complecti, ut dixi, impoſſibile eſt. Eſt
autem & hoc perquam moleſtum, quòd talia tantáque mala
nullum adhuc finem accipiunt; neque ſpes eſt quòd ſtatim fi-
niantur: ſed augentur in dies magis ac magis, nóſque pleriſque
C ridiculi facti ſumus; imò ridet nullus, etiam ſi valde ſit per-
verſus: lugent autem omnes propter extremam & inauditam
hanc malitiam, malorum facilè colophonem. Quis vero re-
liquarum Eccleſiarum perturbationes eloqui poſſit? Non
enim hîc ceſſavit hoc malum, ſed uſque ad Orientem pervenit.
Nam ſicut à capite malis humoribus defluentibus, reliqua
membra corrumpuntur: ita nunc quoque tumultus, qui in hac
magna civitate cœperunt, quaſi ex fonte in omnia loca ſenſim
D ffluũt, & clerici ubiq; in Epiſcopos inſurgunt, & Epiſcopi ab Epi-
ſcopis & populi à populis ſciſſi ſũt, & alii propediem ſcindentur,
& expectatur ubiq; malorum partus, orbiſq; totius ſubverſio.
Igitur domini mei maximè venerandi, & pii, cum hæc ita ſe
habere didiceritis, ſtudium veſtrum, & magnam diligentiam
adhibete, quo retundatur hæc quæ in Eccleſias irrupit iniqui-
tas. Quippe ſi mos hic invaluerit, & fas fuerit cuivis in alie-
nam parœciam irrumpere, idque ex tantis intervallis, & ejice-
E re quos voluerit, & authoritate propria quæque pro libidine
ſua facere, ſcitote quòd brevi tranſibunt omnia, & totus orbis
premetur bello non indicto omnibus ejectis, & omnes ejicien-
tibus. Quapropter ne confuſio hæc omnem quæ ſub cœlo eſt
nationem invadat, obſecro ut ſcribas quòd hæc tam iniquè
facta, & abſentibus nobis, & non declinantibus judicium,
non habent robur, ſicut neque ſua natura habent: illi autem
qui adeò iniquè egiſſe deprehenſi ſunt, pœnæ Eccleſiaſticarum
A legum ſubjaceant: nobis verò, qui nec convicti, nec redargu-
ti, nec habiti ut rei ſumus, litteris veſtris & charitate veſtra,
aliorumque omnium, quorum ſcilicet & antea ſocietate frue-
bamur, frui concedite. Si autem adverſarii noſtri, qui ita ini-
què egerunt, adhuc fingunt crimina quædam, propter quæ nos
injuſtè ejecerunt, non datis nobis actis, neque libellis, neque
manifeſtatis accuſatoribus, ſi dentur judices incorrupti, age-
mus & tuebimur etiam nos libenter cauſam, monſtrabimúſq;
B nos non eſſe reos eorum quæ nobis impingunt, ſicut & planè
innoxii ſumus: & contrà quæ ab ipſis facta, contra omnem
ſunt ordinem, contra omnes leges, contra omnes eccleſiaſti-
cos canones. Et quid dico canones eccleſiaſticos? Neque in
Gentilium judiciis, neque in Barbarorum tribunalibus talia
attentata ſunt unquam: imò vero neque Scythæ, neque Sau-
romatæ unquam judicarunt, judicium dandum uni parti, ab-
C ſente ea quæ accuſatur, & vitante non judicium, ſed inimici-
tias, & invocante multa millia judicum, & proteſtante coram
toto orbe declaraturam ſe non eſſe ream, depulſurámque cri-
mina, & oſtenſuram ſuam in omnibus innocentiam. Hæc
igitur omnia cum ita ſe habere intellexeritis à dominis meis
pientiſſimis fratribus noſtris Epiſcopis, obſecro, ut præſtetis
id quod petent officii. Quo non ſolum nobis gratificabimini:
ſed & Eccleſiarum univerſitati, mercedémque accepturi eſtis
D à Deo, qui nihil non propter Eccleſiarum pacem facere digna-
tur. Semper vale, & ora pro me, domine reverendiſſime &
ſanctiſſime.

E

ΙΝΝΟΚΕΝΤΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΡΩΜΗΣ

Ἰωάννης ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Τὸ μὲν σῶμα ἡμῶν ἐν ἑνὶ ἵδρυται χωρίῳ, τῆς δὲ ἀγάπης τὸ πτερὸν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης περιίπταται. ὅθεν καὶ ἡμεῖς ὁδοῦ τοσούτῳ διῳκισμένοι μήκει, πλησίον τῆς εὐλαβείας ὑμῶν ἐσμὲν, καὶ καθ' ἑκάστην ὑμῖν συγγινόμεθα τὴν ἡμέραν, ὀφθαλ-

INNOCENTIO EPISCOPO ROMÆ,

Joannes in Domino ſalutem.

Corpus quidem noſtrum uno tantùm loco tenetur, & ſta-
bilitum eſt; animus autem charitatis ala in univerſo orbe
circumvolitat. Proinde licet tanta itineris intercapedine ſe-
parati ſimus, à pietate tamen veſtra non abſumus, ſed quotidie

vobis præſentes ſum. Animi enim oculis videmus veſtram illam fortitudinem & ſinceram affectionem, conſtantiámque non mutabilē, & quòd vos conſolari nos plurimùm & perpetuò cupiatis. Quanto enim fluctus extolluntur ſublimius, & plures latent ſcopuli, vehementioreſq; venti ſunt & tempeſtates, tanto & vigilantia veſtra augetur. Neq; vos tanta viæ prolixitas, neq; tantum temporis intervallum, neque rerum difficultates ſegniores reddiderunt: ſed perſeveranter imitamini optimos gubernatores, qui tunc maximè vigiles ſunt, quando elevari fluctus, & mare intumeſcere, & multas aquas navim inundare, profundiſſimámque interdiu noctem ingruere vident. Ea propter & gratias vobis habemus multas, & deſideramus quidem ad vos dare crebras literas, id quod nobis maximo foret ſolatio. Verùm quia nobis hoc denegat ſolitudo hujus loci, neque facilè ad nos pervenire valent, non modo qui iſtuc pergunt, ſed nec ii qui in vicino habitant, tum quòd longe diſtet, atque extremis finibus locus iſte ſitus eſt, in quo reſidemus, tum quòd latrones vias illas undique obſident: precamur ut diuturnum ſilentium noſtrum efficiat, ut magis nobis condoleatis, quàm ut nos reos putetis negligentiæ. Neque enim contemptus in cauſa eſt, quod tacuimus. Nunc vero poſt multum temporis intervallum venerabilem & dilectum Joannem presbyterum, Paulúmque diaconum in hoc tenuimus, ut ſcriberemus. Perpetuas enim vobis gratias agimus, quòd paterna majorem erga nos benevolentiam declaraſtis. Nam quantum in veſtra pietate ſitum fuit, jam res omnes ſedatæ & emendatæ, & ſublata omnia ſcandala fuiſſent, gauderéntque Eccleſiæ tranquilla & ſincera pace: & eſſent planè ſecunda omnia, neque contemptæ leges, neque violatæ patrum conſtitutiones forent. At quoniam reipſa nihil tale contigit, & iſti quaſi antea nihil attentarint, ita priora malefacta recentibus vincere certant, nolo equidem omnia, quæ interim geſta ſunt ſigillatim recenſere, quandoquidem non ſolùm epiſtolæ, ſed & hiſtoriæ modum tranſcenderet narratio. Cæterum veſtram oro vigilantiam, ut licet illi omnia tumultibus impleverint, laboraverintque morbis incurabilibus, & pœnitentiæ non capacibus: cum tamen curare morbos illorum ſtatueritis, malis ne cedatis, néve animum deſpondeatis, conſiderata tanti operis magnitudine. Certamen enim illud fermè totius orbis eſt. Eccleſiæ dejectæ ſuntatque proſtratæ, populi diſperſi, clerus divexatus, Epiſcopi exules, conſtitutiones patrum violatæ. Et idcirco iterum atque iterum, & ſæpius veſtram oro diligentiam, ut quanto major eſt tempeſtas, tanto majus adhibeatur ſtudium. Expecto quidem futurum, ut res aliquanto amplius corrigantur. Quòd ſi minùs fiet, vos veſtram coronam paratam apud miſericordem Deum habetis: & hi qui injuria afficiuntur, conſolationem ex incremento charitatis veſtræ non minorem accipient. Nam & nos tertium nunc annum in exilio verſamur, expoſiti fami, peſti, bello, continuis obſidionibus, ſolitudini incredibili, quotidianæ morti, & Iſauricis gladiis: & non mediocriter nos conſolantur ſtabilis, & conſtans veſter affectus, ac fiducia, quódque prompta & ſincera veſtra charitate mirificè oblectemur. Hic noſter murus, hæc ſecuritas, hic portus abſque fluctibus, hic multorum bonorum theſaurus, hæc lætitiæ mirificæque voluptatis cauſa eſt. Et ſi in deſolatiorem, quàm ſit iſte, locum iterum abigemur, non parvam hinc habentes noſtrarum afflictionum conſolationem abimus.

Ad Epiſcopos & Presbyteros ob pietatem in carcere incluſos.

Beati vos ob carcerem, ob catenas, ob injecta vincula: beati, inquam, & ter beati, imò ſæpius. Totum orbem vobis conciliaſtis: etiam longè abſentes amicos vobis feciſtis. Ubique terrarum & marium canuntur veſtra præclara facinora, fortitudo, conſtans ſententia, animuſque minimè ſervilis. Nihil quod aliis videtur grave, vos deterruit: non tribunal, non carnifex, non tormentorum coacervationes, non minæ, quæ innumeras mortes nunciabant: non judex, qui ignem ab ore flabat, non adverſarii, qui frendebant dentibus, & innumeris aliis inſultandi modis geſtiebant, non tantæ calumniæ, non impudentiſſimæ accuſationes, non mors ante oculos quotidie propoſita, ſed hæc omnia vobis uberem potius ac ſufficientem conſolationis materiam præſtitere. Et idcirco clari quidem vos, & celebrant ac prædicant vos omnes, non amici ſolùm, ſed & inimici ipſi, qui hæc effecerunt. Eorum ſi quis introſpiciat conſcientiam, licet non manifeſtè fateantur, inveniet etiam apud ipſos veſtrum miraculum magnificari. Talis res eſt virtus, ut illam etiam impugnantes admirentur.

A μοῖς τοῖς ἐκείνης βλέποντες ὑμῶν τὴν ἀνδρείαν τῆς ψυχῆς, τὸ γνήσιον τῆς διαθέσεως, τὸ στερρὸν, τὸ ἀπερίτρεπτον, τὴν πολλὴν ὑμῶν παράκλησιν καὶ διαρκῆ καὶ μόνιμον. ὅσῳ γὰρ τὰ τῶν κυμάτων ἐπὶ πλεῖον αἴρεται, καὶ πλείους ὕφαλοι καὶ σπιλάδες φύονται, καὶ πολλαὶ αἱ καταιγίδες, τοσούτῳ καὶ τὰ τῆς ἀγρυπνίας αὔξει τῆς ὑμετέρας, καὶ οὐχ ὁδοῦ μῆκος τοσοῦτον, οὐ χρόνου πλῆθος, οὐ δυσκολία πραγμάτων ὑπτίους γενέσθαι ὑμᾶς παρεσκεύασεν· ἀλλὰ μένετε μιμούμενοι τοὺς ἀρίστους

B τῶν κυβερνητῶν, οἳ τότε μάλιστα διεγείρονται, ὅταν ἴδωσι τὰ κύματα κορυφούμενα, τῆς θαλάττης ἐπὶ μεῖζον φερομένης, πολὺν τῶν ὑδάτων τὸν πάταγον, βαθυτάτην ἐν ἡμέρᾳ νύκτα. διὸ καὶ χάριτας ὑμῖν ἴσμεν πολλὰς, καὶ ἐπιθυμοῦμεν μὲν καὶ νιφάδας ὑμῖν πέμπειν γραμμάτων, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι. ἀλλ' ἐπειδὴ τούτου ἀφῃρήμεθα παρὰ τῆς τοῦ τόπου ἐρημίας· οὐδὲ γὰρ μόνον τῶν ἐκεῖσε ἀφικνουμένων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ διατελούντων

C δυνατ' ἄν τις ῥᾳδίως ἡμῖν συγγενέσθαι, διά τε τὸ πόῤῥω καὶ πρὸς αὐτὰς ἐσχατιὰς κεῖσθαι τὸ χωρίον, ἐν ᾧ καθείργμεθα, καὶ διὰ τὸν ληστρικὸν φόβον πάσας ἀποτειχίζοντα τὰς ὁδούς· παρακαλοῦμεν ἐλεεῖν μᾶλλον ἡμᾶς τῆς μακρᾶς σιγῆς, ἢ ῥᾳθυμίαν ἐντεῦθεν καταγινώσκειν ἡμῶν. ὅτι γὰρ οὐκ ὀλιγωροῦντες ἐσιγήσαμεν, ἐπιλαβόμενοι διὰ πολλοῦ τοῦ χρόνου νῦν τοῦ τιμιωτάτου καὶ ἀγαπητοῦ Ἰωάννου τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ Παύλου τοῦ διακόνου, καὶ γράφομεν, καὶ εὐχαριστοῦντες

D ὑμῖν οὐ διαλιμπάνομεν, ὅτι πατέρας φιλοστόργους ἀπεκρύψατο τῇ περὶ ἡμᾶς εὐνοίᾳ τε καὶ σπουδῇ. καὶ τὸ μὲν εἰς εὐλάβειαν ἧκον τὴν ὑμετέραν, τὴν προσήκουσαν διόρθωσιν εἴληφεν ἅπαντα, καὶ ὁ φορυτὸς τῶν κακῶν καὶ τὰ σκάνδαλα ἀνῄρηται, καὶ αἱ ἐκκλησίαι εἰρήνης ἀπηλαυσαν, καὶ λευκῆς γαλήνης, καὶ πάντα κατὰ ῥοῦν φέρεται. καὶ καταφρονηθέντες ἐξεδιώχθησαν νόμοι, καὶ θεσμοὶ πατέρων παρεβαθέντες. ἐπειδὴ δὲ ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν οὐδὲν τούτων γέγονε, τὰ πρότερα τολμησάντων τοῖς προτέροις ἐπαγωνιζομένων τοῖς παρανομή-

E μασιν· ἅπαντα μὲν τὰ παρ' αὐτῶν μετὰ ταῦτα γεγενημένα καθ' ἕκαστον διηγήσασθαι παρίημι, καὶ γὰρ ἱστορίας ὑπερβαίνει μέτρον οὐκ ἐπιστολῆς μόνον ἡ διήγησις. ἐκεῖνο δὲ παρακαλῶ τὴν ἄγρυπνον ὑμῶν ψυχὴν, κἂν οἱ πάντα θορύβων ἐμπλήσαντες ἀμετανόητα νοσῶσι καὶ ἀνίατα, αὐτοὺς θεραπεῦσαι αὐτὰ ἑλομένους μὴ προεκκακῆσαι, μηδὲ ἀπαγορεῦσαι, τὸ μέγεθος τοῦ κατορθώματος ἐννοήσαντας, καὶ γὰρ ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης σχεδὸν ἁπάσης ὁ παρὼν ἡμῖν

A ἀγὼν πρόκειται, ὑπὲρ ἐκκλησιῶν εἰς γόνυ κατενεχθεισῶν, ὑπὲρ λαῶν διασπαρέντων, ὑπὲρ κλήρου πολεμουμένου, ὑπὲρ ἐπισκόπων φυγαδευομένων, ὑπὲρ θεσμῶν πατέρων παραβαθέντων. διὸ καὶ παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὴν ἐμμέλειαν, καὶ ἅπαξ καὶ δὶς καὶ πολλάκις, ὅσῳ πλείων ἡ ζάλη, τοσούτῳ πλείονα ἐπιδείξασθαι τὴν σπουδήν. προσδοκῶμεν γὰρ καὶ ἔσεσθαί τι πλέον εἰς διόρθωσιν. εἰ δ' ἄρα μὴ τοῦτο γένοιτο, ἀλλ' ὑμεῖς ἀπηρτισμένον ἔχετε τὸν στέφανον παρὰ τοῦ

B φιλανθρώπου Θεοῦ, καὶ τοῖς ἀδικουμένοις οὐ μικρὰ τοῦτο ἔσται παράκλησις τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ἡ ἐπίτασις· ἐπεὶ καὶ ἡμᾶς τρίτον ἔτος ἐν ἐξορίᾳ διατελοῦντας, λιμῷ, λοιμῷ, πολέμοις, πολιορκίαις συνεχέσιν, ἐρημίᾳ ἀφάτῳ, θανάτῳ καθημερινῷ, μαχαίραις Ἰσαυρικαῖς ἐκδεδομένους, οὐχ ὡς ἔτυχε παρακαλεῖ καὶ παραμυθεῖται τὸ διαρκὲς καὶ μόνιμον ὑμῶν τῆς διαθέσεως, καὶ τῆς παῤῥησίας,

C καὶ τὸ ἐν ψιλῇ, καὶ γνησία οὕτως ἐντρυφᾶν ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, τοῦτο ἡμῖν τεῖχος, τοῦτο ἀσφάλεια, τοῦτο λιμὴν ἀκύμαντος, τοῦτο θησαυρὸς μυρίων ἀγαθῶν, τοῦτο εὐφροσύνη, καὶ πολλῆς ἡδονῆς ὑπόθεσις· κἂν εἰς ἐρημότερον τούτου πάλιν ἀπενεχθῶμεν χωρίον, οὐ μικρὰν ταύτην ἔχοντες παράκλησιν τῶν παθημάτων ἡμῶν ἄπιμεν.

Τοῖς ἐγκεκλεισμένοις ἐπισκόποις, πρεσβυτέροις, καὶ διακόνοις ἐν δεσμωτηρίῳ δι' εὐσέβειαν.

D Μακάριοι τοῦ δεσμωτηρίου, καὶ τῆς ἁλύσεως, καὶ τῆς τῶν δεσμῶν ἐπιθέσεως ὑμεῖς· μακάριοι καὶ τρισμακάριοι, καὶ πολλάκις τοῦτο, οἱ πᾶσαν ἀνηρτήσασθε τὴν οἰκουμένην τῷ περὶ ὑμᾶς φίλτρῳ, ἐραστὰς ὑμῶν καὶ τοὺς πόῤῥωθεν ὄντας πεποιήκατε. πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάττης ᾄδεται ὑμῶν τὰ κατορθώματα, ἡ ἀνδρεία, ἡ ἀπερίτρεπτος γνώμη, τὸ ἀδούλωτον φρόνημα. οὐδὲν ὑμᾶς κατέ-

E πληξε τῶν δοκούντων εἶναι δεινῶν, οὐ δικαστήριον, οὐ δήμιος, οὐ βασάνων νιφάδες, οὐκ ἀπειλαὶ μυρίων γέμουσαι θανάτων, οὐ δικαστὴς πῦρ ἀπὸ τοῦ στόματος ἀφιεὶς, οὐκ ἐχθροὶ θήγοντες τοὺς ὀδόντας, καὶ μυρία εἴδη κινοῦντες ἐπιβουλῆς, οὐ συκοφαντίαι τοσαῦται, οὐκ ἀναίσχυντοι κατηγορίαι, οὐ θάνατος πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν καθ' ἑκάστην ἡμέραν φαινόμενος· ἀλλ' ἤρκεσεν ὑμῖν εἰς παράκλησιν τῶν γινομένων ἡ τῶν γινομένων ὑπόθεσις. διὰ ταῦτα φανερῶς μὲν ὑμᾶς πάντες στεφανοῦσι, καὶ ἀνακηρύττουσι, οὐ φίλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ οἱ ἐχθροὶ, καὶ ταῦτα κατασκευάζοντες, εἰ καὶ μὴ φανερῶς. κἄν τις αὐτῶν ἀναπτύξῃ τὸ συνειδὸς, πολὺ καὶ παρ' ἐκείνοις ὑμῶν εὑρήσει τὸ θαῦμα. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀρετὴ, καὶ παρὰ τοῖς πολεμοῦσιν αὐτὴν θαυμάζεται.

τοιοῦτον

τοιοῦτον κακία, καὶ παρὰ τοῖς μέλλουσιν αὐτὴν καταγινώσκεται. καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα, τὰ δὲ ἐν οὐρανοῖς τίς παραστῆσαι δυνήσεται λόγος; ἐγγέγραπται ὑμῶν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς, μετὰ τῶν ἁγίων κατηριθμήθητε μαρτύρων. οἶδα τοῦτο ἐγὼ σαφῶς οὐκ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβὰς, ἀλλ' ἀπὸ θείων αὐτὰ μαθὼν χρησμῶν. εἰ γὰρ ὁ γάμῳ παρανομουμένῳ παραστὰς, καὶ μὴ διορθῶσαι δυνηθεὶς τὴν παρανομίαν, ἀλλ' ἐλέγξαι αὐτὴν μόνον, ὁ τῆς στείρας καρπὸς, ὁ τῆς ἐρήμου πολίτης, ἐπειδὴ διὰ τοῦτο τὸ δεσμωτήριον ᾤκησε, καὶ μάρτυς, καὶ μαρτύρων ὁ πρῶτός ἐστιν· ὑμεῖς οἱ νόμοις πατέρων καὶ θεσμοῖς παραχαραχθεῖσι, καὶ ἱερωσύνῃ ἐπηρεαζομένῃ καὶ παρανομουμένῃ παραστάντες, καὶ τοσαῦτα παθόντες ὑπὲρ ἀληθείας, καὶ τοῦ λῦσαι συκοφαντίας ἀναισχύντους, „οὕτως, ἐννοήσατε ἡλίκην λήψεσθε τὴν ἀμοιβήν. οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν „τὴν γυναῖκα τοῦ ἀδελφοῦ σου, εἶπε τοῦτο ὁ γενναῖος καὶ ὑψηλὸς ἀνὴρ, καὶ ἤρκεσεν αὐτῷ πρὸς παῤῥησίαν ἅπαξ· εἴπατε καὶ ὑμεῖς, πρόκειται ἡμῶν τὰ σώματα κολάσεσι, τιμωρίαις, βασάνοις. ἀνάλισκε, δαπάνα ταῦτα τιμωρίαις οἵαις βούλει, συκοφαντεῖν οὐχ αἱρούμεθα, ἀλλὰ ἀποθνήσκειν μυριάκις. ἀλλ' οὐκ ἀπετμήθητε, ἀλλὰ πολλῷ χαλεπώτερα πεπόνθατε. οὐ γάρ ἐστιν ἴσον ἐν βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τὴν κεφαλὴν ἀποθέσθαι, καὶ τοσαύταις ἐπὶ τοσούτῳ χρόνῳ παλαίειν ὀδύναις, φόβοις, ἀπειλαῖς, δεσμωτηρίοις, ἀπαγωγαῖς, δικαστηρίοις, δημίων χερσὶ, συκοφαντῶν ἀναισχύντοις γλώτταις, ὀνείδεσι, λοιδορίαις, σκώμμασι. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο μέγιστον ἄθλου εἶδος, καὶ τίθησιν αὐτὸ ἐν τάξει μεγάλων ἀγώνων ὁ μακάριος Παῦλος, οὕτω λέγων· „ἀναμιμνήσκεσθε τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες πολ„λὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων. εἶτα λέγων τὴν ἄθλησιν, οὕτω τέθεικεν, οὕτως εἰπών· τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως πασχόντων γενηθέντες. εἰ δὲ οἱ κοινωνήσαντες ἤθλησαν, πολλῷ μᾶλλον οἱ ὑπομείναντες. οὐδὲ γὰρ ἕνα, καὶ δύο, καὶ τρεῖς, ἀλλὰ πολλοὺς ὑπομεμενήκατε θανάτους τῇ γνώμῃ, „εἰ καὶ μὴ τῇ πείρᾳ. χαίρετε τοίνυν καὶ σκιρτήσατε. τοῦτο γὰρ ὁ τῶν οὐρανῶν δεσπότης ἐκέλευσε μὴ μόνον μὴ ἀλγεῖν, μηδὲ καταπίπτειν, ἀλλὰ καὶ σκιρτᾶν, καὶ ἥδεσθαι, ὅταν ὄνομα πονηρὸν ὑμῶν ἐκβάλλωσιν. εἰ δὲ ἐπὶ συκοφαντίᾳ χαίρειν δεῖ, ὅταν καὶ τοσαῦτα προσῇ, συκοφαντίαι, πληγαὶ, βάσανοι, ξίφη ἠκονημένα, δεσμωτήρια, ἁλύσεις, ἀπαγωγαὶ, περιαγωγαὶ, ἐχθρῶν στίφη τοσαῦτα, ἐννόησον ἡλίκος ὁ μισθὸς, ποῦ κορυφοῦνται τὰ τῆς ἀμοιβῆς. χαίρετε τοίνυν, σκιρτᾶτε, ἀνδρίζεσθε, κραταιοῦσθε, ἐννοήσατε πόσους ἠλείψατε δι' ὧν ἐπάθετε, πόσων φρονήματα ἀνεστήσατε, πόσους ἐστηρίξατε σαλευομένους, οὐχὶ παρόντας, ἀλλὰ καὶ ἀπόντας, οὐ διὰ τῆς ὄψεως ὧν ὑπομεμενήκατε, ἀλλὰ καὶ διὰ μόνης τῆς ἀκοῆς καὶ τοὺς πόῤῥωθεν τὰ μέγιστα ὠφελήσαντες. συνεχῶς ἐκεῖνο περιφέρετε τὸ ἀποστολικὸν, ὅτι „οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν „ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. προσδοκᾶτε δὲ καὶ τὴν ταχίστην τῶν πειρασμῶν λύσιν, καὶ τελείαν ἀπαλλαγὴν, καὶ εὔχεσθε συνεχῶς ὑπὲρ ἡμῶν. εἰ γὰρ καὶ πολλῷ διῳκίσμεθα ὑμῶν τῷ μήκει μήκει τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐπὶ πολὺν ἐχωρίσθημεν ὑμῶν χρόνον, ἀλλ' ὡς παρόντες καὶ συνόντες ὑμῖν, οὕτως ὑμᾶς περιπτυσσόμεθα, οὕτως ὑμῶν ἑκάστου τὴν φίλην καταφιλοῦμεν κεφαλὴν, ὑπτίαις χερσὶ τοὺς στεφανίτας δεχόμενοι, καὶ μέγιστον καὶ ἐντεῦθεν προσδοκῶντες ἡμῖν ἔσεσθαι κέρδος ἀπὸ τῆς ἄλλης περὶ ὑμᾶς ἀγάπης. εἰ γὰρ τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς πολὺν ἀναμένειν δεῖ τὸν μισθὸν, ἐννοήσατε ἡλίκα ὑμῖν τὰ τῆς ἀντιδόσεως τοῖς ἐν τοσούτοις διαλάμψασιν ἀγῶσιν.

A Talis res eſt malitia, ut etiam ii qui eam operantur, condemnent. Et ita in hac vita res veſtræ ſe habent. Quæ autem in cœlis ſiunt, quis ſermo dignè explicabit? Inſcripta ſunt nomina veſtra in libro vitæ: cum ſanctis Martyribus connumerati eſtis. Scio hæc ego certò, non quòd in cœlum tranſcenderim, ſed è divinis oraculis didici. Nam ſi Joannes ille infœcundæ fructus, & eremi civis, nuptiis, in quas peccabatur, patrocinatus eſt: & cùm prævaricationem corrigere non poſſet, arguit B tamen & propterea in carcerem conjectus, & decollatus, Martyr, & Martyrum primus eſt: vos qui legibus & conſtitutionibus patrum, quas tranſgrediuntur aliqui, & ſacerdotio, quod invadunt & contaminant, patrocinamini, & propter veritatem hæc patimini, ut ceſſent impudentes calumniæ: cogitate qualem accepturi ſitis mercedem. *Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui*, dixit fortis & ſublimis ille, ſatiſque ei fuit ad recentem arguendi libertatem: Vos quoque dixiſtis, En expo- C ſita ſunt etiam noſtra corpora pœnis, ſuppliciis, tormentis: Abſume, conſice iſta quibus voles ſuppliciis, adduci non poſſumus, ut calumniemur, ſed millies mori nobis ſatius eſt. At capite truncati non eſtis: imò longè acerbiora tuliſtis. Non enim idem eſt brevi temporis momento caput amittere, & tanto tempore cum talibus luctari doloribus, terroribus, minis, vinculis, abductionibus ad tribunal, carnificum manibus, ſycophantarum impudentiſſimis linguis, conviciis, ſalibus & dica- D citatibus. Nam & hoc maximum certaminis genus, poniturque à beato Paulo in magnorum certaminum ordine, cùm ſic ait: *Recordamini dies priſtinos, in quibus illuminati, ingens certamen afflictionum ſuſtinuiſtis.* Deinde certamen narrans, ipſũ ponit ſic dicendo: Partim opprobriis & afflictionibus ſpectaculo eſtis: partim communicantes his, qui ſic affliguntur. Si ergo qui communicant, certant: multò magis qui ſuſtinent. Non enim unam, aut duas, aut tres, ſed longè plures ſuſtinui- E ſtis mortes: etſi non experientia, certum tamen quòd animo. *Gaudete igitur & exultate*, Dominus cœlorum juſſit non ſolùm non dolere, vel frangi animo, vel decidere, ſed gaudere & exultare, quando nomen veſtrum tanquam malum ejicient. Quòd ſi in ſycophantiis gaudendum; quando his accedunt calumniæ, verbera, tormenta, gladii acuti, vincula, catenæ, abductiones, traductiones, inimicorum atroces catervæ, cogitate qualis merces, quàm coacervatæ erunt retributiones. Gaudete igitur, & exultate, viriles eſtote, corroboramini, cogitate A quot veſtro exemplo ad certamina armaſtis, quot fluctuabundos confirmaſtis, quam multorum ſpiritus reſuſcitaſtis. Nam afflictionibus veſtris multum profeciſtis non ſolùm præſentibus, ſed & abſentibus: nec his ſolùm qui vident, ſed & his qui audiunt. Continuò verſetur in ore veſtro illud Apoſtolicum dictum: *Non ſunt æquales afflictiones, quæ nunc tolerantur, ad futuram gloriam in nobis revelandam.* Expectate: brevi tentationum finis erit, liberatióque perfecta. Orate etiam jugi- B ter pro nobis. Nam etſi viarum prolixitate longè diverſis locis habitamus, multóque tempore à vobis ſegregati ſumus: attamen vos ut præſentes & conviventes nobis deamamus, veſtrum amicum caput exoſculamur, coronatos victores vos expanſis manibus excipimus, expectantes & ipſi ex mutua erga vos charitate lucrum maximum. Nam ſi magnam mercedem expectare licet his, qui vos amant: cogitate quales vos, qui tot in certaminibus clari & inſignes fuiſtis, maneant retribu- C tiones.

Ioannes Baptiſta Martyr.
Matth.14.
Heb.10.32.
Matt.5.12.
Rom.8.18.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν

ΙΩΑΝΝΟΥ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

τοῦ Χρυσοστόμου ἐπιστολαί.

Sancti patris noſtri,

JOANNIS CHRYSOSTOMI ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOlitani Epiſtolæ.

D

Interprete Jacobo Billio Prunæo, S. Michaelis in eremo Abbate.

CANDIDO LECTORI S.

QVOD D. Joannem Chryſoſtomum hoc Epiſtolarum libro nunc primùm auctiorem habes, optime lector, id eruditiſſimo viro Jacobo Cujacio debes, qui pro ſumma ſua humanitate, atque in Rempubl. literariam ſtudio, benignè mihi codicem Græcum commodavit. Etſi autem in his epiſtolis multa ſunt ejuſdem argumenti, quæ fortaſſe propterea nonnihil faſtidii naſuto Lectori parere poſſint, aliarum tamen, & præſertim earum, quæ ad Olympiadem ſcripta ſunt, utilitas hoc quicquid eſt moleſtiæ, facilè, ut ſpero, compenſabit. Tu operam noſtram boni conſulas velim, ac pro mea ſalute ad Deum preces fundas. Vale.

DOMINÆ MEÆ SUMMOPERE VENERANDÆ, ac religioſiſſimæ Olympiadi, Diaconiſſæ, Joannes Epiſcopus ſalutem in Domino.

EPISTOLA I.

AGe verò mœſtitiæ tuæ ulcus rurſum velut adhibitis fomentis mitigabo, atque cogitationes eas, quæ hanc nubem cogunt, diſcutiam. Quid enim eſt quod animum tuum perturbat? An quòd ſæva & caliginoſa eſt hæc tempeſtas, quæ Eccleſias occupavit, cunctáque in obſcuriſſimam noctem commutavit, atque in dies augetur, & acerba quædam naufragia parturit, orbiſque terrarum interitus ingraveſcit? Id quidem ipſe quoque perſpectum & exploratum habeo, nec quiſquam eſt, qui inficias ire queat. Ac, ſi ita voluntas tua fert, eorum etiam quæ fiunt imaginem ac ſimulacrum quoddam effingam, quò clariorem magiſque perſpicuam tibi tragœdiam reddam. Mare cernimus ab imis uſque gurgitibus undique revulſum, nautas mortuos ſumma unda natantes, alios peſſum euntes, navium tabulas diſſolutas, perrupta & lacerata vela, malos effractos, remos è nautarum manibus elapſos, naucleros gubernaculorum loco tabulatis inſidentes, manus genibus innectentes, ac præ tempeſtatis atrocitate in eam conſilii inopiam redactos, ut tantummodo lugeant, ac gemitus & ejulatus edant, non cœlum, non mare in oculos incurrens, ſed denſas atque obſcuras tenebras, caliginemque tantam, ut ne propinquos quidem perſpicere ſinat: ingentem denique fluctuum ſonitum, ac marinas belluas in eos, qui navigant, omni ex parte impetum facientes. Imò verò quouſque id perſequimur, quod conſequi non poſſumus? Quamcumque enim præſentium calamitatum effigiem exquiram, oratio noſtra malorum magnitudine ſuperata, pedem refert. Cæterùm, etiamſi hæc mihi minimè ignota ſunt, tamen meliorum rerum ſpem haudquaquam deſpondeo; nimirum hujuſce univerſitatis gubernatorem ante animum proponens, qui non arte atque induſtria tempeſtatem ſuperat, verùm nutu ſolo procellam frangit. Quòd ſi id haud primùm ac ſtatim facit, hæc ſcilicet ipſius conſuetudo eſt, ut rerum acerbitates non in principio extinguat, verùm cùm creverint, atque ad finem extremum pervenerint, jamque ſpes omnis à permultis abjecta ſit, tum denique mira atque ab hominum opinione aliena facinora edere ſoleat; nimirum & vim ſuam oſtendens, & eorum, qui in calamitates incidunt, patientiam exercens. *Nihil grave præter peccatum.* Quamobrem ne animum dejicias. Etenim una duntaxat res gravis ac pertimeſcenda eſt, ô Olympias, una tentatio, nempe peccatum, atque hoc verbum nunquam tibi occinere deſtiti. Reliqua autem omnia, mera fabula: ſive inſidias dixeris, ſive inimicitias, ſive fraudes, ſive calumnias, ſive maledicta, ſive accuſationes, ſive bonorum proſcriptiones, ſive exilia, ſive gladios præacutos, ſive mare, ſive totius terrarum orbis bellum. Nam quæcumque tandem hæc omnia ſint, certè temporaria & caduca ſunt, atque in mortali corpore exiſtunt, nec prudenti & experrectæ animæ detrimentum afferunt. Quocirca etiam beatus Paulus, & jucunditatum & moleſtiarum hujus vitæ imbecillitatem demonſtrare ſtudens unico vocabulo id potiſſus indicavit, cùm ita locutus eſt, (2 Cor. 4, 18) *Quæ enim videntur temporalia ſunt.* Quid igitur ea, quæ temporaria ſunt, ac fluminum inſtar fluunt, extimeſcis? Hujuſmodi quippe ſunt res præſentes, tam lætæ, quàm moleſtæ. Quin alter quoque Propheta humanam omnem felicitatem, ne fœno quidem, verùm alteri viliori materiæ comparavit, eam videlicet univerſam *fæni florem* appellans. (Eſa. 40, 6.) Neque ipſius duntaxat partem quandam poſuit, ut opes tantùm aut luxum ac delicias, aut potentiam, aut honores: verùm omnia ea, quæ apud mortales præclara & ſplendida eſſe videntur, unico gloriæ vocabulo complexus, ita demum ſubjunxit, fœni ſimulacrum dicens: (Ibid.) *Omnis gloria hominis tanquam flos fæni.* At inquis, gravis & acerba res eſt adverſitas. At vide quemadmodum hæc quoque cum alia imagine confeiatur: ſicq; hanc etiam contemne. Siquidem convitia & contumelias, ac probra, & offendicula ea, quæ ab inimicis objiciuntur, & inſidias indumento vetuſtate conſumpto ac lanæ exeſæ comparans, his verbis utebatur, (Eſ. 51, 7, 8.) *Nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic devorabit eos tinea.* Quamobrem nihil eorum, quæ accidunt, animum tuum conturbet: verùm alium atque alium rogare ſuperſedens, & umbras circumire (neq; enim aliud eſt humanum auxilium) Jeſum, quam colis, ſine ulla intermiſſione obſecra, ut vel ſolum annuat: atque omnia unico temporis momento dilabentur. *Dei conſuetudo.* Quod ſi obſecraſti, nec tamen malum depulſum eſt, id ſcilicet Deo uſitatum ac familiare eſt, ut non ſtatim (ut quod ſuperius dixi repetam) acerbitates extinguat, ſed cum ex intumuerint atq; auctæ fuerint, iique qui bellum inferunt nihil ferè ad omnem improbitatem ſibi reliqui fecerint, tum denique omnia in tranquillum repente mutet, atque in inopinatos quoſdam rerum ſtatus ea adducat. Neque enim tot duntaxat bona efficere poteſt,

ΤΗι ΔΕΣΠΟΙΝΗι ΜΟΥ ΤΗι αἰδεσιμωτάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ διακόνῳ Ὀλυμπιάδι Ἰωάννης ἐπίσκοπος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΦΕΡΕ δὴ ἀπαντλήσω σοι τὸ τῆς ἀθυμίας τὸ ἕλκος, καὶ διασκεδάσω τοὺς λογισμοὺς τὸ νέφος τοῦτο συνάγοντας. τί γάρ ἐστιν ὃ συγχεῖ σου τὴν διάνοιαν, καὶ λυπῇ, καὶ ἀδημονεῖς; ὅτι ἄγριος ὁ χειμὼν ὁ τὰς ἐκκλησίας καταλαβὼν καὶ ζοφώδης, καὶ νύκτα ἀσέληνον πάντα εἰργάσατο, καὶ καθ' ἑκάστην κορυφοῦται τὴν ἡμέραν, πικρά τινα ὠδίνων ναυάγια, καὶ αὔξεται ἡ πανωλεθρία τῆς οἰκουμένης; οἶδα τοῦτο κἀγώ, καὶ οὐδεὶς ἀντερεῖ, καὶ εἰ βούλει, καὶ εἰκόνα ἀναπλάττω τῶν γινομένων, ὥστε σαφεστέραν σοι ποιῆσαι τὴν τραγῳδίαν. θάλασσαν ὁρῶμεν ἀπ' αὐτῆς κάτωθεν ἀναμοχλευομένην τῆς ἀβύσσου, πλωτῆρας τοῖς ὕδασι νεκροὺς ἐπιπλέοντας, ἑτέρους ὑποβρυχίους γινομένους, τὰς σανίδας τῶν πλοίων διαλυομένας, τὰ ἱστία διαρρηγνύμενα, τοὺς ἱστοὺς διακλωμένους, τὰς κώπας τῶν ναυτῶν ἀποπτάσας, τοὺς κυβερνήτας ἀντὶ οἰάκων ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων καθημένους, τὰς χεῖρας τοῖς γόνασι περιπλέκοντας, καὶ πρὸς τὴν ἀμηχανίαν τῶν γινομένων κωκύοντας, ὀξέως βοῶντας, θρηνοῦντας, ὀλοφυρομένους μόνον, οὐκ οὐρανόν, οὐ πέλαγος φαινόμενον, ἀλλὰ σκότος πάντα βαθὺ καὶ ἀφεγγὲς καὶ ζοφῶδες, ὡς οὐδὲ τοὺς πλησίον ἐπιτρέποντα βλέπειν, καὶ πολὺν τὸν πάταγον τῶν κυμάτων, καὶ θηρία θαλάττια πάντοθεν τοῖς πλέουσιν ἐπιτιθέμενα. μᾶλλον δὲ μέχρι τίνος διώκομεν ἀνέφικτα; οἵαν γὰρ ἂν ζητήσω τῶν παρόντων κακῶν εἰκόνα, ἡττώμενος ὁ λόγος ἀναχωρεῖ. ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα ἰδὼν οὐκ ἀπογινώσκω τῆς χρηστοτέρας ἐλπίδος, τὸν κυβερνήτην τοῦδε τοῦ παντὸς ἐννοῶν, ὃς οὐ τέχνῃ περιγίνεται τοῦ χειμῶνος, ἀλλὰ νεύματι λύει τὸν σάλον. εἰ δὲ μὴ ἐκ προοιμίων μηδὲ εὐθέως, ἔθος αὐτῷ τοιοῦτον, μὴ ἐν ἀρχῇ τὰ δεινὰ καταλύειν, ἀλλ' ὅταν αὐξηθῇ, καὶ πρὸς τὸ τέλος ἔλθῃ, καὶ παρὰ τῶν πλειόνων ἀπογνωσθῇ, τότε θαυματουργεῖ καὶ παραδοξοποιεῖ, τήν τε οἰκείαν ἐνδεικνύμενος δύναμιν, καὶ τὴν τῶν ἐμπιπτόντων ὑπομονὴν ἐγγυμνάζων. μὴ τοίνυν ἀναπέσῃς. ἓν γὰρ μόνον ἐστὶ φοβερόν, εἷς πειρασμός, ἁμαρτία μόνον· καὶ τοῦτο συνεχῶς ἐπᾴδων ὑμῖν τὸ ῥῆμα οὐκ ἐπαυσάμην· τὰ δὲ ἄλλα πάντα μῦθος, κἂν ἐπιβουλὰς εἴπῃς, κἂν ἀπεχθείας, κἂν δόλους, κἂν συκοφαντίας, κἂν λοιδορίας, κἂν κατηγορίας, κἂν δημεύσεις, κἂν ἐξορίας, κἂν ξίφη ἠκονημένα, κἂν πέλαγος, κἂν τὸν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης πόλεμον. οἷα γὰρ ἂν εἴη ταῦτα, πρόσκαιρά τέ ἐστι καὶ ἐπίκηρα, καὶ ἐν θνητῷ γινόμενα σώματι, καὶ τὴν νήφουσαν οὐδὲν παραβλάπτοντα ψυχήν. διά τοι τοῦτο καὶ τῶν χρηστῶν καὶ τῶν λυπηρῶν τῶν κατὰ τὸν παρόντα βίον τὸ εὐτελὲς ὁ μακάριος Παῦλος δεῖξαι βουλόμενος μιᾷ λέξει τὸ πᾶν ἐνέφηνεν, εἰπών· "τὰ γὰρ βλεπόμενα πρόσκαιρα." τί τοίνυν τὰ πρόσκαιρα δέδοικας τὰ ποταμίων ῥευμάτων δίκην παραρρέοντα; τοιαῦτα γὰρ τὰ παρόντα, κἂν χρηστὰ ᾖ κἂν λυπηρά. προφήτης δὲ ἕτερος ἅπασαν τὴν ἀνθρωπίνην εὐημερίαν οὐ χόρτῳ, ἀλλ' ἑτέρᾳ ὕλῃ εὐτελεστέρᾳ παρέβαλεν, ἄνθος αὐτὴν ὀνομάσας χόρτου πᾶσαν ὁμοῦ. οὐδὲ γὰρ μέρος αὐτῆς ἔθηκεν, οἷον πλοῦτον μόνον ἢ τρυφὴν μόνον, ἢ δυναστείαν, ἢ τιμάς, ἀλλὰ πάντα τὰ ἐν ἀνθρώποις δοκοῦντα εἶναι λαμπρὰ μιᾷ προσηγορίᾳ τῇ τῆς δόξης περιλαβών, οὕτως εἰσήγαγε τὴν εἰκόνα τοῦ χόρτου, εἰπών· "πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου." ἀλλ' ἡ δυσημερία δεινὸν καὶ βαρύ. ἀλλ' ὅρα καὶ ταύτην πάλιν ἑτέρᾳ παραβαλλομένην εἰκόνι, καὶ καταφρόνει καὶ ταύτης. τὰς γὰρ λοιδορίας, καὶ τὰς ὕβρεις, καὶ τὰ ὀνείδη, καὶ τὰ σκώμματα τὰ παρὰ τῶν ἐχθρῶν, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς ἱματίῳ παλαιωθέντι, καὶ ἐρίῳ διαβρωθέντι παρεικάζων ἔλεγεν· "ὀνειδισμὸν ἀνθρώπων μὴ φοβεῖσθε, καὶ τῷ φαυλισμῷ αὐτῶν μὴ ἡττᾶσθε, ὅτι ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ ἔριον ὑπὸ σητὸς οὕτω βρωθήσονται." μηδέν σε τοίνυν ταραττέτω τῶν γινομένων, ἀλλ' ἀφεῖσα τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα παρακαλεῖν, καὶ τὰς σκιὰς περιτρέχειν· τοῦτο γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη συμμαχία· τὸν Ἰησοῦν, ᾧ λατρεύεις, ἐνδελεχῶς παρακάλει νεῦσαι μόνον· καὶ πάντα ἐν μιᾷ καιροῦ λύεται ῥοπῇ. εἰ δὲ παρεκάλεσας, καὶ οὐκ ἐλύθη, τοιοῦτον τῷ θεῷ ἔθος, μὴ ἐκ προοιμίων [τὸν γὰρ ἔμπροσθεν ἀναλήψομαι λόγον] καταλύειν τὰ δεινά, ἀλλ' ὅταν κορυφωθῇ, ὅταν αὐξηθῇ, ὅταν σχεδὸν μηδὲν ὑπολελειμμένον ᾖ τῆς τῶν πολεμούντων κακίας, τότε ἀθρόον πάντα μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ γαληνόν, καὶ πρὸς ἀπροσδοκήτους τινὰς καταστάσεις αὐτὰ τὰ πράγματα ἄγειν. οὐ γὰρ τοσαῦτα δύναται μόνον ποιῆσαι χρηστά, ὅσα

ὅσα προσδοκῶμεν καὶ ἐλπίζομεν, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείονα, καὶ ἀπείρως μείζονα. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγε· „τῷ δὲ δυναμένῳ ὑπὲρ πάντα ποιῆσαι, ὑπὲρ ἐκπερισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν. μὴ γὰρ οὐκ ἠδύνατο ἐκ προοιμίων κωλῦσαι τοὺς παῖδας τοὺς τρεῖς εἰς τὸν πειρασμὸν ἐκεῖνον μὴ ἐμπεσεῖν; ἀλλ' οὐκ ἠβουλήθη, πολλὴν αὐτοῖς συνάγων τὴν ἐμπορίαν. διὰ τοῦτο ἀφῆκε καὶ χερσὶν αὐτοὺς βαρβαρικαῖς παραδοθῆναι, καὶ τὴν κάμινον ἐξαφθῆναι πρὸς ὕψος ἄφατον, καὶ τὴν βασιλικὴν ὀργὴν τῆς καμίνου χαλεπώτερον ἐκκαῆναι, καὶ χεῖρας δεθῆναι καὶ πόδας μετὰ πολλῆς τῆς σφοδρότητος, καὶ εἰς τὸ πῦρ ἐμβληθῆναι· καὶ ὅτε πάντες οἱ θεωροῦντες αὐτοὺς ἀπέγνωσαν αὐτῶν τὴν σωτηρίαν, τότε ἀθρόον καὶ παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀνεφαίνετο ἡ θαυματοποιΐα τοῦ ἀριστοτέχνου Θεοῦ, καὶ μετὰ πολλῆς ἐξέλαμπε τῆς ὑπερβολῆς. τὸ μὲν γὰρ πῦρ ἐδεσμεῖτο, οἱ δεσμῶται δὲ ἐλύοντο, καὶ ναὸς εὐκτήριος ἡ κάμινος ἐγένετο, καὶ πηγὴ, καὶ δρόσος, καὶ αὐλῶν βασιλικῶν σεμνοτέρα, καὶ τὴν παμφάγον οὐσίαν ἐκείνην, καὶ σιδήρου καὶ λίθων περιγινομένην, καὶ πάσης κρατοῦσαν ὕλης, τριχῶν ἐνίκα φύσις, καὶ χορὸς ἵστατο παναρμόνιος αὐτόθι τῶν ἁγίων ἐκείνων ἑκατέραν τὴν κτίσιν εἰς τὴν θαυμασίαν ταύτην καλούντων μελῳδίαν· ᾖδόν τε εὐχαριστηρίους ἀναπέμποντες ὕμνους ὑπὲρ ὧν ἐδέθησαν, τόγε τῶν ἐχθρῶν μέρος, ὑπὲρ ὧν πατρίδος ἐξέπεσον, ὑπὲρ ὧν αἰχμάλωτοι γεγόνασιν, ὑπὲρ ὧν τὴν ἐλευθερίαν ἀφῃρέθησαν, ὑπὲρ ὧν ἀπόλιδες, ἄοικοι καὶ μετανάσται ἐγένοντο, ὑπὲρ ὧν ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ βαρβάρῳ διέτριβον γῇ· τοῦτο γὰρ ψυχῆς εὐγνώμονος· καὶ ἐπειδὴ καὶ τὰ τῆς κακίας τῶν πολεμούντων ἀπήρτιστο, [τί γὰρ μετὰ θάνατον λοιπὸν ἐπιχειρῆσαι ἠδύναντο;] καὶ τὰ τῶν ἀθλητῶν πεπλήρωτο, καὶ ὁ στέφανος ἐπλάκη, καὶ τὰ βραβεῖα αὐτοῖς συνελέγη, καὶ οὐδὲν λοιπὸν ἔλιπεν εἰς εὐδοκίμησιν, τότε δὴ τὰ δεινὰ λύεται, καὶ ὁ τὴν κάμινον ἀνάψας καὶ τοσαύτῃ παραδοὺς τιμωρίᾳ, οὗτος θαυμαστὸς ἐπαινέτης τῶν ἁγίων ἐκείνων ἀθλητῶν γίνεται, καὶ κῆρυξ τῆς τοῦ Θεοῦ παραδοξοποιΐας, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκπέμπει γράμματα πολλῆς γέμοντα εὐφημίας, διηγούμενος τὰ γεγενημένα, καὶ ἀξιόπιστος γινόμενος κῆρυξ τῶν τοῦ παραδοξοποιοῦ Θεοῦ θαυμάτων. ἐπειδὴ γὰρ ἐχθρὸς ἦν καὶ πολέμιος, ἀνύποπτα λοιπὸν καὶ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς τὰ γραφόμενα ἦν. εἶδες τὸ εὐμήχανον τοῦ Θεοῦ; εἶδες τὸ σοφόν; εἶδες τὸ παράδοξον; εἶδες τὸ φιλάνθρωπον καὶ κηδεμονικόν; μὴ τοίνυν θορυβοῦ, μηδὲ ταράττου, ἀλλὰ μένε διηνεκῶς ὑπὲρ πάντων τῷ Θεῷ εὐχαριστοῦσα, δοξολογοῦσα, παρακαλοῦσα, δεομένη, ἱκετεύουσα, κἂν μυρίοι θόρυβοι, κἂν μυρίαι ταραχαὶ ἐπίωσι, κἂν καταιγίδες ἐπ' ὄψιν κέωνται, μηδέν σε τούτων ταραττέτω. οὐ γὰρ περιλαμβάνεται ἡμῖν ὁ δεσπότης ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων δυσκολίας, κἂν εἰς ἔσχατον ὄλεθρον πάντα κατενεχθῇ. δυνατὸν γὰρ αὐτῷ καὶ τοὺς πεπτωκότας ἐγεῖραι, καὶ τοὺς πεπλανημένους ἐπιστρέψαι, καὶ τοὺς σκανδαλισθέντας διορθῶσαι, καὶ τοὺς μυρίων πληρωθέντας ἁμαρτημάτων ἀπαλλάξαι καὶ δικαίους ποιῆσαι, καὶ τοὺς νεκρωθέντας ζωογονῆσαι, καὶ τὰ κατεσκαφέντα λαμπρότερα ἐργάσασθαι· καὶ τὰ παλαιωθέντα ἀνανεῶσαι. εἰ γὰρ τὰ μὴ ὄντα ποιεῖ γενέσθαι, καὶ τοῖς μηδαμοῦ μηδαμῶς φαινομένοις χαρίζεται τὸ εἶναι, πολλῷ μᾶλλον τὰ ὄντα καὶ γενόμενα διορθώσεται. ἀλλὰ πολλοὶ οἱ ἀπολλύμενοι, πολλοὶ οἱ σκανδαλιζόμενοι. πολλὰ πολλάκις καὶ ἤδη τοιαῦτα γέγονεν· ἀλλ' ὕστερον τὴν προσήκουσαν ἔλαβε πάντα διόρθωσιν, πλὴν εἰ μή τινες ἀνιάτως ἔμειναν ἔχοντες καὶ μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων μεταβολήν. τί ταράττῃ, καὶ ἀλύεις, εἰ ὁ δεῖνα ἐκβέβληται, καὶ ὁ δεῖνα εἰσενήνεκται; ὁ Χριστὸς ἐσταυροῦτο, καὶ Βαραββᾶς ὁ λῃστὴς ἐξῃτεῖτο, καὶ ὁ διεφθαρμένος ἐβόα δῆμος, τὸν ἀνδροφόνον τοῦ σωτῆρος καὶ εὐεργέτου δεῖν μᾶλλον σωθῆναι. πόσους νομίζεις ταῦτα ἐσκανδάλισε τότε; πόσους ταῦτα τέως ἀπώλεσε; μᾶλλον δὲ ἀνώτερον τὸν λόγον ἀναγκαῖον ἀγαγεῖν. οὐκ εὐθέως ὁ τεχθεὶς, οὗτος, καὶ ὁ σταυρωθεὶς, μετανάστης ἐγίνετο καὶ φυγὰς καὶ μετὰ ὁλοκλήρου τῆς οἰκίας πρὸς τὴν ἀλλοτρίαν ἐξ αὐτῶν σπαργάνων ἀπῳκίζετο, διάστημα ὁδοῦ τοσοῦτον εἰς βάρβαρον ἀπαγόμενος χώραν; καὶ αἱμάτων ῥύακες ἐκ τῆς ὑποθέσεως ταύτης ἐγίνοντο, καὶ φόνοι ἄδικοι, καὶ σφαγαὶ, καὶ ἡ ἄωρος ἡλικία πᾶσα καθάπερ ἐν παρατάξει καὶ πολέμῳ κατεκόπτετο, καὶ τῶν μαζῶν ἀποσπώμενοι οἱ παῖδες σφαγῇ παρεδίδοντο, καὶ ἔτι τοῦ γάλακτος ἐπὶ τοῦ φάρυγγος ὄντος, διὰ τοῦ λαιμοῦ καὶ τῆς δέρρης τὸ ξίφος ἠλαύνετο. τί ταύτης χαλεπώτερον τραγῳδίας; καὶ ταῦτα ἔπραττεν ὁ ζητῶν αὐτὸν ἀνελεῖν, καὶ ὁ μακρόθυμος Θεὸς ἠνείχετο τοιαύτης τολμωμένης τραγῳδίας, τοσούτου ῥέοντος αἵματος, καὶ ἠνείχετο κωλῦσαι δυνάμενος, ἀπορρήτῳ τινὶ σοφίᾳ τὴν τοσαύτην ἐπιδεικνύμενος μακροθυμίαν. ἐπειδὴ δὲ ἐπανῆλθεν ἀπὸ τῆς βαρβάρων χώρας, καὶ ηὐξήθη, πόλεμος αὐτῷ πανταχόθεν ἀνερριπίζετο. καὶ πρῶτον μὲν οἱ Ἰωάννου μαθηταὶ διεφθόνουν,

A quot expectamus ac ſpe concipimus: verùm multo plura, atque infinitis partibus majora. Ob idque etiam Paulus dicebat: *Ei autem, qui potens eſt facere ſuperabundanter quàm petimus aut cogitamus*. Eph. 3, 20. Quid enim? An non ſtatim prohibere poterat, ne tres pueri in tentationem illam laberentur? Dan. 3. Verùm id minimè facere voluit, ut ingentem ipſis quæſtum conciliaret. Eáque de cauſa eos in barbarorum quoque manus cadere paſſus eſt, ac fornacem in incredibilem quandam altitudinem accendi, regiamque ira-
B cundiam fornace atrocius inflammari, eoſque manibus ac pedibus arctiſſimè vinciri, atque in ignem præcipites dari. Cùm autem omnes, qui eos ſpectabant, eorum ſalutem pro deplorata habuiſſent, tum demum ſubitò ac præter ſpem omnem ſeſe exeruit præſtantiſſimi artificis Dei in miraculis edendis facultas, atque eximium quendam in modum emicuit. Siquidem ignis vinciebatur: qui autem catenis vincti erant ſolvebantur, ac fornax in templum, & fontem ac rorem mutabatur, regiáque
C aula magnificentior auguſtiorque reddebatur: naturamque illam edaciſſimam, ac ferrum etiam & lapides, atque omnem denique materiam ſuperantem, crinium natura vincebat. Atque modulatiſſimus illic ſanctorum chorus ſtabat, utraſque res conditas ad mirificum hunc concentum invitans: hymnoſque ad grati animi ſignificationem ad Deum tranſmittebant, quòd videlicet vinculis conſtricti, quòd (quantum quidem in hoſtibus fuerat) exuſti, quòd patriis ſedibus exturbati, quòd captivi
D abducti, quòd libertate ſpoliati fuiſſent, quòd urbibus, quòd domibus carerent, extorreſque extitiſſent, quòd denique in aliena & barbara terra degerent. Hoc enim probi, ac grati animi eſt. Poſteaquam autem, & hoſtium improbitas partibus omnibus abſoluta fuit (quid enim ultra mortem jam conari poterant?) & pugilum virtus expleta eſt, atque etiam contexta corona, & præmia ipſis collecta ſunt, nec jam ad gloriam nominiſque ſplendorem quicquam reſtabat, tum demum ſcilicet ma-
E la depelluntur, & qui fornacem accenderat, eoſque tam gravi ſupplicio addixerat, idem ſanctos illos pugiles mirificis laudibus effert, ac miraculum à Deo editum prædicat, literaſque ingenti laude confertas quoquò gentium mittit, ea, quæ acciderant commemorans, atque idoneum fidéque dignum divinorum miraculorum præconem ſe præbens. Nam quoniam inimicus & hoſtis ipſe erat, idcirco jam apud hoſtes etiam ab omni ſuſpicione remota erant, quæ ſcribebantur. Vidiſti Dei ſoler-
A tiam? Vidiſti ſapientiam? Vidiſti quid præter hominum opinionem patrarit? Vidiſti benignitatem & curam? Proinde ne commovearis ac perturberis: verùm pro omnibus rebus conſtãter ipſi gratias age, eúmq; lauda, roga, ſuppléxq; obſecra, atq; ut ſexcenti tumultus, ſexcentę perturbationes ac procellę ingruant, cunctáq; tibi ob oculos verſentur, nihil tamen horum te perturbet. Neq; enim Dominus nobis rerum difficultate antevertitur, etiamſi alioqui omnia in extremam perniciem devoluta ſint. Po-
B teſt quippe ipſe, & jacentes excitare, & errantes in viam revocare, & eos, qui offendiculum paſſi ſunt, corrigere, & eos, qui innumeris peccatis cooperti ſunt, liberare ac probos efficere, & extinctos vita donare, & iis, quæ diruta ſunt, majorem ſplendorem comparare, & quæ vetuſtatem contraxerunt, renovare. Nam cùm hoc efficiat, ut quæ non erant oriantur, & iis quæ nuſquam omnino cernebantur, ut ſint, afferat, multo ſanè magis ea, quæ ſunt, & quæ facta ſunt, emẽdabit. At multi ſunt qui pereant, mul-
C ti quibus ſcandalum inferatur. Credo, ſed multa hujuſmodi perſæpe quoq; jam contigerunt, quæ tamen poſtea, eam, quam par erat, medicinam conſecuta ſunt: niſi qui fortaſſe mutatis etiam rebus, in incurabili morbo pertinaciter hæſerunt. Quid autem eo nomine perturbatione afficeris animumque dejicis, quòd ille ejectus ſit, ille contrà introductus? Matt. 27, 26. Chriſtus in crucem agebatur, ac Barabas latro poſcebatur, atque corruptum vulgus ſicarium potiùs quàm ſalutis vindicem, ac tot beneficiorum authorem
D conſervandum eſſe clamabat. Quot hominibus hæc offenſionem attuliſſe, quot hominibus exitium invexiſſe exiſtimas? Imò verò nih[illegible]ciendum eſt, ut ſermonem altiùs repetam. An is, qui Cruci affixus eſt, ſtatim ut in lucem prodiit, ſolum vertit, atq; cum univerſa domo ab ipſis incunabulis in exteram terram fugitivus migravit, in barbarorum ſcilicet regionem tam longo itineris intervallo diſtantem abductus? Qua quidem ex cauſa ingens etiam vis cruoris profuſa eſt, cædeſq; & mactationes extiterũt, teneraq;
E omnis ætas, non ſecus atq; in prælio & acie concidebatur, infanteſq; à mamillis avulſi trucidabãtur, cumq; lac adhuc in faucib⁹ haberent, eorũ in jugulo & collo ferrũ adigebatur. Quid hac tragœdia gravi⁹ acerbiuſq; fingi poteſt? Atque hæc ab eo perpetrabãtur, qui ipſum ad necẽ quærebat. Et tamẽ De⁹ pro ſua lenitate, cùm tã tragicũ ſcel⁹ deſignaretur, tãtáq; vis cruoris flueret, id patiebatur, id inquam, cùm prohibere poſſet, patiebatur, arcana nimirũ ſapientia tantã animi ęquitatem ac lenitatem præ ſe ferẽs. Poſteaquã autẽ è barbarorũ regiõe in patriã rediit, atq; ętate auct⁹ eſt, bellũ undiq; adverſus eũ excitabatur. Ac primũ Joãnis diſcipuli livore cõcitabãtur, ipſiq; invidebant (tãetſi alioqui Joães ipſũ coleret,

&

& obſervaret) atque his verbis utebantur, Qui erat tecum trans Jordanem, ecce ipſe baptizat, & omnes eum ſequuntur. Hæc enim verba hominum erant, qui jam nonnihil pungerentur, invidiáque tangerentur, atque hujus affectus tabe laborarent. Ob eamque cauſam unus etiam ex diſcipulis, qui hanc orationem habuerant, cum Judæo quodam contendebat ac decertabat, diſputationem de purificationibus movens, ac baptiſmum Joannis cum baptiſmo diſcipulorum Chriſti conferens. Facta eſt enim, inquit ille, ex diſcipulis Joannis cum Judæo quodã quæſtio de purificatione. Ut autẽ miracula edere occœpit, quot calũniis appetitus eſt? Alii enim Samaritanũ eum & arreptitium appellabant, his verbis, Samaritanus es tu, & dæmonium habes. Alii impoſtorẽ, dicentes: Hic non eſt ex Deo, ſed ſeducit turbam. Alii præſtigiatorem, his verbis utentes: In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. Ac ſubinde hæc repetebant, Deiq; hoſtem & helluonem ac voracẽ & vino deditum, atq; improborum ac perditorum hominum amicum eum vocabant. Venit enim, inquit, filius hominis manducans & bibens, & dicitis: Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Quin etiam cùm ipſe cum ſcorto colloqueretur, falſum prophetam eum nuncupabant. Si enim propheta eſſet, inquiebant, ſciret quæ & qualis eſt hæc mulier quæ loquitur ad eum. Denique quotidie adverſus eum dentes acuebant. Nec verò Judæi dumtaxat ad hunc modum eum bello laceſſebant. Nam ne ii quidem, qui ipſius fratres eſſe credebantur, ſincero erga eum animo erant, verùm à propinquis ipſis bellum in eum movebatur. Perſpice quippe, ex his quæ Evangeliſta poſtea ſubjiciebat, quemadmodum ipſi quoque depravati atque corrupti erant: Neque enim ipſius fratres credebant in eum. Porro quoniam multos offenſos fuiſſe, atque à recta via aberraſſe commemoras, quot quæſo diſcipulos fuiſſe putas, qui crucis tempore offenſi ac prolapſi ſint? Unus prodidit, alii in fugam ſe contulerunt, alius abjuravit: cúmque omnes ſeceſſiſſent, ſolus ipſe vinctus ducebatur. Quot igitur homines tibi fuiſſe videntur, qui cùm non ita pridem eum res miras efficientem, mortuos excitantem, leproſos purgantem, dæmones expellentem, panes fontis inſtar effundentem, ac denique alia miracula perpetrantem vidiſſent, eo tempore offenſos fuiſſe, cùm eum ſolum abduci, ac vinctum teneri conſpicerent, vilibus & abjectis militibus eum cingentibus, Judaiciſque ſacerdotibus à tergo ſequentibus ac tumultuantibus: atque hoſtes omnes ſolum eum ſibi hærentem in medio habentes, præſentemque ac tutum inſolenter ſe efferentem proditorem? Quid, cùm flagris cæderetur? Veriſimile enim eſt infinitam multitudinem affuiſſe. Erat quippe feſtum per illuſtre, quod omnes congregabat: & metropolis erat, quæ nefarii ſceleris tragœdiam exceperat: & meridiano tempore res gerebatur. Quot igitur mortales tunc affuiſſe exiſtimas, qui cùm eum vinctum, flagris affectum, cruore ſtillantem, atque ad præfecti tribunal cauſam dicentem, nec diſcipulorum quemquam præſentem cernerent, animis offenſi ſint? Quid cum variis eum & continuis cavillis inceſſebant, atque nunc eum ſpinea corona donabant, nunc chlamydem ipſi imponebant, nunc calamum in manum dabant, nunc ad terram abjecti eum adorabant, nullum denique irriſionis ac ludibrii genus prætermittebant? Quot homines offenſos, atque agitatos & perturbatos fuiſſe arbitraris, cùm in malam eum feriebant, atque his verbis utebantur, *Prophetiza nobis Chriſte, quis eſt qui te percuſſit*: atque ipſum huc & illuc ducebant, totum diem in cavillis & conviciis, in ludibrio & riſu conſumentes, idque in medio Judæorum theatro? Quid, cùm Pontificis ſervus alapam ipſi impingeret? Quid, cùm milites ipſius veſtimenta inter ſe partirentur? Quid, cùm nudus ac verberum notas in tergo inuſtas gerens, ad crucem abduceretur, atque in crucem tolleretur? Nam ne tum quidem immanes illæ feræ molliebantur, verùm majori etiam furore præcipites ferebãtur, tragœdiáq; ingraveſcebant ac ludibria creſcebant. Alii enim dicebant: *Vah! qui deſtruis templum Dei, & in triduo reædificas illud.* Alii itẽ: Alios ſalvos fecit: ſeipſũ non poteſt ſalvum facere. Alii rurſum: Si filius Dei es, deſcende de Cruce, & credemus tibi. Quid, cùm ſpongiam, fel, & acetũ potionis cauſa offerentes, per ſummam contumeliam ipſi inſultabant? Quid, cùm latrones maledictis eum proſcindebant? Quid horrendum illud maximéq; nefarium ſcelus, (quod etiam à me jam commemoratũ eſt) nempe cum latronem illum ac parietum effractorem, innumeriſq; cędibus coopertum, digniorem, quàm ipſũ, eſſe dicebant, quẽ petitione ſua ſupplicio eximerent: datáq; à Judice optione Barabbã prætulerũt: nimirũ non Chriſtũ dumtaxat Cruce afficere, ſed etiam improbam famam ipſi inurere cupientes? Hinc enim ſe illud probare poſſe ſtatuebant, quòd latrone quoque ſceleratior eſſet, tantiſque flagitiis devinctus, ut, nec miſericordia, nec feſti dignitas ſalutem ipſi afferre poſſet.

A καὶ ἐβάσκαινον, καί τοι γε ἐκείνου τὰ αὐτοῦ θεραπεύοντες, καὶ ἔλεγον·
ὅτι ὃς ἦν μετὰ σοῦ πέραν Ἰορδάνου, ἴδε οὗτος βαπτίζει, καὶ πάντες ἔρχον-
ται πρὸς αὐτόν. ταῦτα γὰρ ὑποκνιζομένων ἦν λοιπὸν τὰ ῥήματα, καὶ
φθόνῳ βαλλομένων, καὶ τηκομένων τῷ πάθει. διά τοι τοῦτο καὶ μετὰ
Ἰουδαίου τινὸς εἷς τῶν μαθητῶν τῶν ταῦτα εἰρηκότων ἐφιλονείκει, καὶ
ἐπύκτευε τὸν περὶ καθαρσίων λόγον κινῶν. καὶ βάπτισμα βαπτίσμα-
τι παραβάλλων, τὸ Ἰωάννου τῷ τῶν μαθητῶν τοῦ Χριστοῦ. ἐγένετο γάρ
B φησιν ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίου τινὸς ζήτησις περὶ καθα-
ρισμοῦ. ἐπειδὴ δὲ καὶ τῶν σημείων ἥψατο, πόσας συκοφαντίας; οἱ
μὲν Σαμαρείτην ἐκάλουν, καὶ δαιμονῶντα, λέγοντες, ὅτι Σα-
μαρείτης εἶ σὺ, καὶ δαιμόνιον ἔχεις· οἱ δὲ πλάνον λέγοντες,
οὗτος οὐκ ἔστιν ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ πλανᾷ τὸν ὄχλον· οἱ δὲ γόητα,
λέγοντες, ὅτι ἐν τῷ ἄρχοντι τῷ Βεελζεβοὺλ ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια,
καὶ συνεχῶς ταῦτα ἐπέλεγον, καὶ ἀντίθεον ὠνόμαζον, καὶ γα-
C στρίμαργον καὶ ἀδηφάγον, καὶ μέθυσον, καὶ πονηρῶν καὶ διεφθαρ-
μένων φίλον. ἦλθε γάρ φησιν, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πί-
νων, καὶ λέγουσιν, ἰδοὺ ἄνθρωπος φάγος καὶ οἰνοπότης, τελωνῶν
φίλος καὶ ἁμαρτωλῶν. καὶ ὅτε δὲ τῇ πόρνῃ διελέγετο, ψευδο-
προφήτην αὐτὸν ἐκάλουν· εἰ γὰρ ἦν προφήτης φησὶν, ᾔδει ἂν τίς ἐστιν
αὕτη ἡ γυνὴ ἡ λαλοῦσα αὐτῷ, καὶ καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς ὀδόν-
τας ἤκονον κατ' αὐτοῦ. καὶ οὐκ Ἰουδαῖοι μόνον οὕτως ἐπολέμουν
D αὐτῷ, ἀλλ' οὐδὲ αὐτοὶ οἱ δοκοῦντες εἶναι ἀδελφοὶ ὑγιῶς εἶχον πρὸς
αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν οἰκείων ὁ πόλεμος αὐτῷ ἀνεῤῥιπίζετο. ὅρα
γοῦν, πῶς καὶ αὐτοὶ ἦσαν διεφθαρμένοι ἐξ ὧν καὶ εὐαγγελιστὴς ἐπά-
γων ἔλεγεν. οὐδὲ γὰρ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ ἐπίστευον εἰς αὐτόν. ἀλλ'
ἐπειδὴ σκανδαλιζομένων μέμνησαι πολλῶν καὶ πλανωμένων,
πόσους οἴει κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ σκανδαλισθῆναι τῶν μαθητῶν; ὁ
μὲν προέδωκεν, οἱ δὲ ἐδραπέτευσαν, ὁ δὲ ἠρνήσατο, καὶ πάν-
E των ἀναχωρησάντων ἤγετο μόνος δεδεμένος. πόσους οἴει πρώην
ἑωρακότας τὰ σημεῖα αὐτὸν ἐργαζόμενον, νεκροὺς ἐγείροντα, λε-
προὺς καθαρίζοντα, δαίμονας ἀπελαύνοντα, ἄρτους πηγά-
ζοντα, τὰ ἄλλα τεράστια ἐργαζόμενον σκανδαλισθῆναι κατὰ τὸν
καιρὸν ἐκεῖνον, θεωροῦντας μόνον ἀπαγόμενον καὶ δεδεμένον,
εὐτελῶν αὐτὸν στρατιωτῶν περιστοιχιζομένων, καὶ ἱερέων Ἰουδαϊκῶν
ἑπομένων καὶ θορυβούντων καὶ ταραττόντων, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἅπαν-
τας μόνον ἐν μέσῳ ἔχοντας ἀπειλημμένον αὐτὸν, καὶ τὸν προ-
A δότην παρόντα καὶ ἐναβρυνόμενον τέως; τί δὲ ἡνίκα ἐμα-
στιγοῦτο; καὶ γὰρ εἰκὸς παρεῖναι πλῆθος ἄπειρον. ἑορτὴ γὰρ
ἦν περιφανὴς ἡ πάντας συνάγουσα, καὶ μητρόπολις ἡ τὸ δρᾶμα
τῆς παρανομίας δεξαμένη, καὶ ἐν μεσημβρίᾳ μέσῃ. πό-
σους τοίνυν οἴει παρεῖναι τότε καὶ σκανδαλίζεσθαι, ὁρῶντας αὐ-
τὸν δεδεμένον, μεμαστιγωμένον, αἵματι περιῤῥεόμενον, ὑπὸ
ἡγεμονικοῦ δικαστηρίου ἐξεταζόμενον, καὶ οὐδένα τῶν μαθητῶν
B παρόντα. τί δὲ ἡνίκα καὶ ποικίλας ἐκείνας καὶ συνεχεῖς καὶ
ἐπαλλήλους ἐγένοντο κατ' αὐτοῦ κωμῳδίας; καὶ ποτὲ μὲν αὐ-
τὸν ἀκάνθαις ἐστεφάνουν, ποτὲ δὲ χλαμύδα περιετίθεσαν,
ποτὲ δὲ κάλαμον ἐνεχείριζον, ποτὲ δὲ πίπτοντες αὐτὸν προσ-
εκύνουν, πᾶν εἶδος χλευασίας κινοῦντες καὶ γέλωτος. πό-
σους οἴει σκανδαλίζεσθαι; πόσους θορυβεῖσθαι; πόσους τα-
ράττεσθαι, ὅτε ἐπὶ κόῤῥης αὐτὸν ἔπαιον καὶ ἔλεγον· προφή-
C τευσον ἡμῖν Χριστὲ τίς ἐστιν ὁ παίσας σε; καὶ ἦγον καὶ περιῆ-
γον πᾶσαν τὴν ἡμέραν σκώμματα καὶ λοιδορίας καὶ χλευα-
σίαν καὶ γέλωτα ἐν μέσῳ θεάτρῳ Ἰουδαϊκῷ; τί δὲ ὅτε αὐτὸν
ἐῤῥάπιζεν ὁ δοῦλος τοῦ ἀρχιερέως; τί δὲ ὅτε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ
διεμερίζοντο οἱ στρατιῶται· ἡνίκα δὲ ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνήχθη
γυμνὸς ἐπὶ τοῦ νώτου τὰς μάστιγας ἔχων καὶ ἀνεσκολοπίζετο. οὐδὲ
γὰρ τότε οἱ ἄγριοι θῆρες ἐμαλάττοντο, ἀλλὰ μανικώτεροι μᾶλ-
D λον ἐγίνοντο, καὶ τὰ τῆς τραγῳδίας ἐπετείνετο, καὶ τὰ τῆς χλευα-
σίας ηὔξετο. οἱ μὲν γὰρ ἔλεγον· ὁ καταλύων τὸν ναὸν καὶ ἐν τρι-
σὶν ἡμέραις ἐγείρων αὐτόν. οἱ δὲ ἔλεγον· ἄλλους ἔσωσεν, ἑαυ-
τὸν οὐ δύναται σῶσαι. ἄλλοι δὲ ἔλεγον· εἰ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ, κα-
τάβηθι ἀπὸ τοῦ σταυροῦ καὶ πιστεύσομέν σοι. τί δὲ ὅτε τῇ σπογγιᾷ
καὶ ὄξος ποτίζοντες ἐνεπαρῴνουν αὐτῷ, τί δαὶ οἱ λῃσταὶ ἐλοιδόρουν
αὐτῷ; τί δαὶ, ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἔλεγον, τὸ φρικτὸν ἐκεῖ-
E νο καὶ παρανομώτατον, ὅτε τὸν λῃστὴν ἐκεῖνον καὶ τοιχωρύχον καὶ
μυρίων γέμοντα φόνων ἄξιον ἔλεγον εἶναι ἐξαιτηθῆναι μᾶλλον
αὐτοῦ, καὶ λαβόντες αἵρεσιν παρὰ δικαστοῦ τὸν Βαραββᾶν προετίμη-
σαν, οὐ σταυρῶσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ πονηρὰν βουλόμενοι τῷ Χριστῷ
περιθεῖναι δόξαν; ἐνόμιζον γὰρ δύνασθαι κατασκευάζειν ἐκ
τούτων, ὅτι τοῦ λῃστοῦ χείρων ἦν καὶ οὕτω παράνομος, ὥστε μή-
τε φιλανθρωπίᾳ μήτε ἑορτῆς ἀξιώματι δύνασθαι σώζεσθαι.

πάντα γὰρ τούτου ἕνεκεν ἐποίουν, ὥστε αὐτοῦ τὴν ὑπόληψιν διαβαλεῖν· διά τοι τοῦτο καὶ τοὺς δύο λῃστὰς αὐτῷ συνεσταύρωσαν. ἀλλ' ἡ ἀλήθεια οὐ συνεσκιάζετο, ἀλλὰ καὶ μειζόνως διέλαμπε, καὶ τυραννίδα δὲ αὐτῷ ἐνεκάλουν λέγοντες· „πᾶς ὁ ποιῶν ἑαυτὸν βασιλέα οὐκ ἔστι „φίλος τοῦ Καίσαρος, τῷ οὐκ ἔχοντι ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, τυραννίδος ἐπάγοντες ἔγκλημα. καὶ ἐπὶ βλασφημίᾳ δὲ αὐτὸν ἐσυκοφάντουν. ὁ μὲν γὰρ ἀρχιερεὺς διέρρηξε τὰ ἱμάτια αὐτοῦ λέγων, „ἐβλασφήμησε, τί ἔτι χρείαν ἔχομεν τῶν μαρτύρων; ὁ δὲ θάνατος, ποῖος; οὐ καταδίκων ἐσχάτων; οὐχ ὁ τῶν τὰ αἴσχιστα παρηνομηκότων καὶ οὐκ ἀξίων ὄντων οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς τὴν ψυχὴν ἀφεῖναι; τὸ δὲ τῆς ταφῆς εἶδος οὐκ ἐν χάριτος πληροῦται μέρει; ἐλθὼν γάρ τις τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐξῃτήσατο. οὕτως οὐδὲ ὁ θάπτων αὐτὸν ἦν τῶν οἰκείων, τῶν εὐεργετηθέντων, τῶν μαθητῶν, τῶν τοσαύτης ἀπολελαυκότων παῤῥησίας καὶ σωτηρίας, πάντων φυγάδων γενομένων, πάντων ἀποπηδησάντων. ἡ δὲ πονηρὰ ἐκείνη ὑπόληψις, ἣν κατεσκεύασαν „διὰ τῆς ἀναστάσεως εἰπόντες. ὅτι ἦλθον οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ ἔκλεψαν αὐτόν, πόσους ἐσκανδάλισε, πόσους ὑπεσκέλισε τέως; καὶ γὰρ ἐκράτησεν ὁ λόγος τότε, καί τοί γε πεπλασμένος ὢν καὶ χρημάτων γενόμενος ὠνητός, ἀλλ' ὅμως ἐκράτησε παρά τισι, μετὰ τὰ σήμαντρα, μετὰ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς ἀληθείας τῆς τοσαύτης. οὐδὲ γὰρ τὸν „περὶ τῆς ἀναστάσεως ᾔδεισαν λόγον τὸ πλῆθος, ὅπου γε οὐδὲ οἱ „μαθηταὶ αὐτοῦ ᾔδεισαν, φησί, τότε, ὅτι δεῖ αὐτὸν ἐκ νεκρῶν ἀναστῆναι. ἀλλ' ὅμως ὁ μακρόθυμος Θεὸς ἠνείχετο, τῇ οἰκείᾳ σοφίᾳ καὶ ἀποῤῥήτῳ πάντα οἰκονομῶν. εἶτα μετὰ τὰς ἡμέρας ἐκείνας πάλιν κρυπτόμενοι, λανθάνοντες, φυγαδευόμενοι οἱ μαθηταί, δεδοικότες, τρέμοντες, τόπον ἐκ τόπου συνεχῶς ἀμείβοντες οὕτως ἐλάνθανον, καὶ μετὰ πεντήκοντα ἡμέρας ἀρξάμενοι φαίνεσθαι, καὶ σημείων ἅπτεσθαι, οὐδὲ οὕτως ἀδείας ἀπήλαυσαν. ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκεῖνα τὰ μυρία σκάνδαλα μαστιζομένων αὐτῶν ἐγίνετο ἐν τοῖς ἀσθενεστέροις, τῆς ἐκκλησίας ταραττομένης, αὐτῶν ἐλαυνομένων, τῶν ἐχθρῶν κρατούντων πολλαχοῦ καὶ θορυβούντων. ὅτε γὰρ πολλὴν ἐκ τῶν σημείων ἐκτήσαντο παῤῥησίαν, τότε πάλιν ἡ τοῦ Στεφάνου τελευτὴ διωγμὸν χαλεπὸν εἰργάσατο, καὶ πάντας διέσπειρε, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐν θορύβῳ κατέστησε, καὶ πάλιν ἐν φόβῳ τὰ τῶν μαθητῶν, καὶ πάλιν ἐν φυγῇ, καὶ πάλιν ἐν ἀγωνίᾳ. καὶ οὕτω διαπαντὸς τὰ τῆς ἐκκλησίας ηὔξετο, καὶ ἤνθει διὰ τῶν σημείων· καὶ φαιδρὰ ἐκ προοιμίων ἐγίνετο. καὶ ὁ μὲν διὰ θυρίδος ἐχαλᾶτο, καὶ οὕτως ἐξέφυγε τοῦ ἄρχοντος τὰς χεῖρας. τοὺς δὲ ἄγγελος ἐξέβαλε, καὶ οὕτως τῶν ἁλύσεων ἀπήλλαττε. τοὺς δὲ ἀγοραῖοι καὶ χειροτέχναι ὑποδεχόμενοι παρὰ τῶν ἐν δυναστείαις ἐλαυνομένους, παντὶ ἐθεράπευον τρόπῳ, πορφυροπώλιδες γυναῖκες, καὶ σκηνοῤῥάφοι, καὶ σκυτοδέψαι πρὸς αὐτὰς οἰκοῦντες τὰς ἐσχατιὰς τῶν πόλεων, παρ' αἰγιαλὸν καὶ θάλασσαν. πολλάκις δὲ καὶ οὐδὲ ἐν μέσαις ἐτόλμων φαίνεσθαι ταῖς πόλεσιν· εἰ δὲ καὶ αὐτοὶ ἐτόλμων, ἀλλ' οἱ ξενοδόχοι οὐκ ἐτόλμων· καὶ οὕτως ὑφαίνετο τὰ πράγματα διὰ πειρασμῶν, δι' ἀνέσεων, καὶ οἱ πρώην σκανδαλισθέντες μετὰ ταῦτα διωρθοῦντο, καὶ οἱ πλανηθέντες ἐπανήγοντο, καὶ τὰ κατεσκαμμένα ᾠκοδομεῖτο μειζόνως. διὰ τοῦτο καὶ Παύλου αἰτήσαντος δι' ἀνέσεως μόνης βαδίζειν τὸ κήρυγμα, ὁ πάνσοφος, καὶ εὐμήχανος Θεὸς οὐκ ἠνέσχετο τοῦ μαθητοῦ, ἀλλὰ καὶ πολλάκις παρακαλοῦντος οὐκ ἐπένευσεν, ἀλλ' εἶπεν ἀρκεῖ σοι „ἡ χάρις μου· ἡ γὰρ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. εἰ βούλει τοίνυν καὶ νῦν λογίσασθαι μετὰ τῶν λυπηρῶν τὰ χρηστά, πολλὰ ὄψει γεγενημένα, εἰ καὶ μὴ σημεῖα καὶ θαύματα, ἀλλ' ἐοικότα σημείοις πράγματα, καὶ παραδείγματα τῆς πολλῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας καὶ ἀντιλήψεως ἄφατα. ἀλλ' ἵνα μὴ πάντα μετ' εὐκολίας παρ' ἡμῶν ἀκούῃς, τοῦτό σοι καταλιμπάνω τὸ μέρος, ὥστε μετὰ ἀκριβείας ἀναλέξαι πάντα, καὶ παραθεῖναι τοῖς λυπηροῖς, καὶ καλὴν ἀσχολουμένην ἀσχολίαν, οὕτως ἀπαγαγεῖν σαυτὴν τῆς ἀθυμίας· πολλὴν γὰρ καὶ ἐντεῦθεν δέξῃ τὴν παράκλησιν. πάντα σου τὸν εὐλογημένον οἶκον παρ' ἡμῶν πολλὰ προσειπεῖν παρακλήθητι. ἐῤῥωμένη καὶ εὐθυμουμένη διατελοίης, δέσποινά μου αἰδεσιμωτάτη καὶ θεοφιλεστάτη.

Πρὸς αὐτὴν ἐπιστολὴ β'.

Ἤρκει μὲν καὶ ἡ πρώτη ἐπιστολὴ πρὸς τὴν ἐμμέλειαν τὴν σὴν, καταστεῖλαί σου τῆς ὀδύνης τὴν φλεγμονήν. ἐπειδὴ δέ σε σφόδρα κατειργάσατο τῆς ἀθυμίας ἡ τυραννίς, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνόμισα καὶ δευτέραν προσθεῖναι τῇ προτέρᾳ, ὥστε σε μετὰ δαψιλείας πολλῆς καρπώσασθαι τὴν παράκλησιν, καὶ ἐν ἀσφαλεῖ σοι τὰ τῆς ὑγιείας εἶναι λοιπόν. δεῦρο δὴ καὶ ἑτέρωθεν διασκεδάσω σου τῆς ἀθυμίας τὴν κόνιν·

A Huc enim actiones omnes ſuas referebant, ut ipſius exiſtimationem & famam traducerent: eáque de cauſa duos etiam latrones unà cum ipſo cruci affixerunt. At veritas non modò propterea non obſcurabatur: verùm etiam ſplendidiùs elucebat. Adhæc etiam affectatæ tyrannidis eum inſimulabant, his verbis: *Quicumque ſe regem facit, contradicit Cæſari*: tyrannidis videlicet eum arceſſentes, qui, ubi caput reclinaret, non habebat. (Joh. 19, 12.) Quin blaſphemiam quoque ipſi per calumniam B objiciebant. Pontifex enim ſcidit veſtimenta ſua, dicens: *Blaſphemavit; quid adhuc egemus teſtibus?* (Matt. 26, 65.) Quid mors ipſius? Nónne violenta: nónne capitalis noxæ convictorum? nónne execrandæ improbitatis hominum? nónne turpiſſima? nónne eorum, qui graviſſimis flagitiis ſeſe obſtrinxiſſent, ac ne digni quidem eſſent, qui in terra extremum vitæ ſpiritum emitterent? Quid ſepulturæ genus? an non beneficii gratiæq; loco ipſi præſtatur? Accedens enim quiſpiam corpus petiit. Adeò ne ex proC pinquis quidem, nec ex iis, quos beneficiis affecerat, nec ex diſcipulis, nec ex iis, qui tantam ab eo fiduciam ac ſalutem obtinuerant, quiſquam erat, qui eum ſepulturæ mandaret: quòd videlicet omnes evanuiſſent, omnes profugiſſent. Jam ſiniſtra ea & improba fama, quam per reſurrectionem ſtruxerant, dicentes: *Venerunt diſcipuli ejus, & furati ſunt eum*, quàm multis offenſioni fuit? (Matt. 28, 13.) quàm multos in fraudem impulit? Siquidem hic ſermo, quanquam falſus, ac pretio emptus tum valuit. VaD luit inquam apud nonnullos, poſt ſigilla, poſt tantam veritatis perſpicuitatem. Neque enim promiſcuum vulgus reſurrectionis doctrinam norat. Nec mirum, cùm ne ipſi quidem diſcipuli eam noſſent. *Neque enim*, inquit ille, *diſcipuli ejus ſciebant, quòd oporteret eum à mortuis reſurgere*. (Joh. 20, 9.) Quàm multos igitur illis diebus fuiſſe putas, qui offenſi ſint? Et tamen Deus pro ſua lenitate id ferebat, arcana ſua ſapientia omnia adminiſtrans. Deinde poſt eos dies diſcipuli rurſum latitantes, fugati, metu perterriti, E trementes, ac de loco in locum ſubinde migrantes, ſeſe occultabant: atque 50. poſt dies, cùm ſeſe conſpiciendos præbere ac miracula edere cœpiſſent, ne ſic quidem tamen hoc conſecuti ſunt, ut nihil ipſis metuendum eſſet. Etenim poſt ſigna illa edita, infinita ſcandala inter imbecilliores exiſtebant: quòd videlicet Eccleſia turbaretur, ipſi virgis cæderentur ac vexarentur, hoſtes permultis locis ſuperiores eſſent, ac tumultus cierent. Nam cùm ingentem ob miracula fiduciam loquendique libertatem adeptí A fuiſſent, tunc rurſum Stephani mors gravem perſecutionem accerſivit, omneſque diſperſit, atque Eccleſiam in tumultum & perturbationem conjecit: rurſumque Diſcipuli in metu, rurſum in fuga, rurſum in ſumma ſolicitudine atque angore verſari cœperunt. At ſic quoque tamen Eccleſiæ res ſemper augebantur, ac per miracula vigebant: quæque minus læta principia habuerant, jucundos exitus habebant. Unus enim per feneſtram demittebatur, ſicque è Præfecti manibus elapſus eſt. (2. Cor. 11, 33.) Alium AngeB lus excitavit, ſicque vinculis liberavit. Alios rurſum ab iis, qui opibus ac potentia florebant, vexatos & exagitatos, circumforanei homines atque opifices omni officii genere complectebantur, purpurariæque item mulieres, ac tentoriorum artifices, & coriarii, in extremis urbium receſſibus atque ad littus & mare habitantes. Perſæpe etiam ne in mediis quidem urbibus ora ſua oſtentare audebant. Aut ſi audebant, hoſpites certè eos excipere haudquaquam audebant. Atque ad hunc modum per tenC tationes, & animorum recreationes negocia texebantur: & qui non multo antè offenſi fuerant, poſtea ſanabantur: & qui aberraverant, in viam reducebantur: & quæ proſtrata ac ſolo æquata fuerant, præclariùs & magnificentius inſtaurabantur. Ob eamque cauſam cùm Paulus precibus contendiſſet, ut per quietem ſolam animique relaxationem Evangelium progrederetur, ſapientiſſimus ac ſolertiſſimus Deus diſcipulo morem minimè D geſſit, nec, cum ſæpe rogaretur, precibus ipſius ceſſit, verùm his verbis uſus eſt, *Sufficit tibi gratia mea: virtus enim mea in infirmitate perficitur*. (2. Cor. 12, 9.) Nam ſi una cum moleſtiis lætos quoque ſucceſſus ſubducere volueris, ſi non multa ſigna & miracula, at multas tamen res miraculis non diſſimiles conſpicies, quæquidem ingentis Dei providentiæ atque auxilii perſpicua argumenta ſint. Verùm ne omnia nullo cum labore à nobis audias, hanc tibi parE tem relinquo, ut accuratè ac diligenter cuncta colligas, atque cum rebus moleſtis & acerbis conferas, ſicque præclara occupatione animum diſtinens, teipſam à mœſtitia & angore avoces. Hinc enim maximam conſolationẽ percipies. Tu velim univerſæ tuæ benedictæ domui plurimã à me ſalutem dicas. Faxit Deus ut & firma corporis valetudine, & læto atque hilari animo ſemper ſis, domina mea ſummopere veneranda, & religioſiſſima.

Ad eandem Epiſt. 2.

Quanquam Epiſtola ea, quam nuper ad te miſi, ad doloris tui tumorem comprimendum abunde ſufficiebat: tamen quia mœroris acerbitas majorem in modum te afflixit atq; confecit, idcirco neceſſe mihi eſſe exiſtimavi alteram quoq; epiſtolam ſuperiori adjungere, quò tu copioſam & uberem conſolationem percipias, ac jam valetudo tua in tuto verſetur. Age igitur, aliunde quoq; pulverem eum-

eum, quem ex animi mœrore contraxiſti, diſcutiamus. Siquidem tum ex ulcere, graviſſimiſque tumoribus in pulverem converſum eſſe exiſtimo: verùm ne ſic quidem valetudinis tuæ cura deſerenda eſt. Etenim pulvis quoque, niſi quis eum ſummo ſtudio propellat, parti omnium præſtantiſſimæ labem & exitium affert, pupillæ nimirum perſpicuitatem inficiens, ac totum mœrentis oculum turbans. Ne igitur hoc quoque hîc accidat, mali reliquias ſumma cura & ſtudio evellamus. At tu quoque te erige, manumque nobis præbe. Nam quemadmodum in iis, qui ægro corpore ſunt, evenire ſolet, ut ſi medici quidem ea, quæ muneris ſui ſunt, præſtent, illi autem partes ſuas minimè expleant, ſanitatis lucrum interrumpatur: eodem modo in anima quoque res ſeſe habere conſuevit. Quamubrem ne hoc accidat, pro ea prudentia, quæ abs te poſtulatur, da operam, ut tuas quoque partes obeas: quò utrâque ex parte ingens utilitas oriatur. At cupio quidem iſtud, fortaſſe dictura es, verùm nequeo, nec quamvis etiam magnam contentionem adhibens, denſæ tamen atque atræ mœroris nubi propulſandæ par ſum. Meræ excuſationes ac meri prætextus iſta ſunt. Quod enim piæ tuæ animæ robur, quæ prudentiæ magnitudo, quæ ſapientiæ vis ſit, exploratum habeo: quódque ſat tibi ſit furenti huic mœſtitiæ mari vel duntaxat imperare, ut tranquilla omnia reddantur. Verùm quò id faciliùs conſequi poſſis, ea quoque, quæ noſtrarum partium ſunt, conferamus. Quánam igitur ratione id efficere poteris? Nempe ſi & ea omnia, quæ ſuperiore epiſtola continentur, tecum conſideres (ſiquidem multa à me, quæ ad hoc argumentum ſpectent, in ea commemorata ſunt) ac præterea hoc agas, quod tibi nunc ego impero. Quidnam autem hoc eſt? Cum ad te allatum fuerit, Eccleſiarum aliam peſſum iiſſe, aliam tempeſtate jactari, aliam ſævis fluctibus obrui, alias etiam graviſſimis cladibus affici, quippe quæ vel partim lupum pro paſtore, vel prædonem pro gubernatore, vel carnificem pro medico acceperint, doleas quidem licet (neque enim hæc ſine doloris ſenſu ferre oportet) verùm ita doleas, ut modum dolori imponas. Nam cùm in iis rebus, in quibus ipſi peccamus, & de quibus rationes redditurі ſumus, minimè neceſſarium ac tutum ſit, verùm perquam funeſtum ac peſtiferum, nimis vehementer diſcruciari: quanto magis ſupervacaneum & vanum eſt, imò Satanicum atque animæ exitioſum pro alienis ſceleribus animo frangi ac debilitari? Atque ut hæc ita eſſe intelligas, veterem tibi hiſtoriam narrabo. Vir quidam Corinthius, ſacroſancta unda tinctus, ac per baptiſmi ſacramentum luſtratus tremendæque etiam menſæ adhibitus, atque, ut ſummatim dicam, omnium religionis noſtræ myſteriorum particeps factus, ac præterea, ut plerique ajunt, magiſtri munere fungens, poſt ſacram illam initiationem, poſt arcana illa bona ad quæ admiſſus fuerat, poſt primos dignitatis gradus quos in Eccleſia obtinuerat, in graviſſimum crimen incidit. Nam cùm patris uxorem ſceleratis oculis conſpexiſſet, non in hac improba & nefaria cupiditate gradum fixit, verùm etiam impudicam voluntatem in opus perduxit: atque hoc ſcelus non modò ſtuprum erat, ſed etiam adulterium, imò adulterio quoque multo atrocius. Ob idque beatus Paulus re cognita, cùm proprium ac ſatisdignum huic ſceleri nomen imponere minimè poſſet, alio modo flagitii hujuſmodi magnitudinem & gravitatem declarat, his verbis utens: Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes nominatur. Non dixit, *nec perpetratur*: ſed, *nec nominatur*: his videlicet verbis incredibilem quandam ſceleris illius magnitudinem indicare cupiens. Et quidem eum diabolo addicit, atque ab univerſa Eccleſia exſcindit: ac ne ad communem quidem menſam ipſum admittendi poteſtatem cuiquam facit. Cum ejuſmodi enim homine ne cibum quidem capere fas eſſe ait. Denique magno impetu fertur, extremam ab eo pœnam expetens, carnificemque ad eam rem Satanam adhibens, ac per illum carnem ipſius lacerans. Et tamen is, qui ab Eccleſia hominem abſciderat, qui ne prophanam quidem menſam communem cum eo habere cuiquam permiſerat, qui omnibus luctum ipſius cauſa indixerat, (*Et vos inflati eſtis*, inquit, *& non magis luctum habuiſtis, ut tollatur de medio veſtrûm qui hoc opus fecit*) qui eum non ſecus ac peſtiferum quendam undecumque pellebat, qui ex omnium ædibus excluſerat, qui Satanæ conſtrictum dediderat, is inquam, qui tantum ab eo ſupplicium exigebat, poſtquã eum dolore affectum, ſceleriſque admiſſi pœnitentem vidit, palinodiamq; reipſa canentem, in hunc modum ipſe quoq; ſententiam retexuit, ut iis, quibus hæc edixerat, contraria jam imperaret. Nam qui dixerat, Excindite, rejicite, lugete, ac diabolus ipſum arripiat, quid ait? *Firmate in eum charitatem, ne abundantiori triſtitia hujuſmodi homo abſorbeatur, ac circumveniamur à Satana. Non enim ipſius cogitationes ignoramus.* Videſne quemadmodum Satanæ inſtinctum redoleat, laqueique ipſius opus ſit, immodico dolore affici, ut qui videlicet ſalutare pharmacum per immoderationem in venenum convertat? Siquidem in venenum degenerat, atq; hominem Satanæ tradit, cùm modum exceſſerit.

Simile.

Perniciosũ eſt pro alienis peccatis animo frangi.

1. Cor. 5. 11.

2. Cor. 2. 7. 8. 11.

καὶ γὰρ ἀπὸ ἕλκους καὶ οἰδημάτων χαλεπῶν κόνιν οἶμαι αὐτὴν γεγενῆσθαι πλέον, ἀλλ' οὐδὲ οὕτως ἀμελητέον τῆς ἐπιμελείας τῆς σῆς, ἐπεὶ καὶ ἡ κόνις τῷ μὴ μετὰ σπουδῆς αὐτὴν ἐκκλίνοντι ἐν τῷ καιριωτάτῳ τῶν μελῶν ἐπάγει τὴν λύμην, τὸ διειδὲς τῆς κόρης θολοῦσα, καὶ ὁλόκληρον διαταράττουσα τοῦ ῥαθυμοῦντος τὸ ὄμμα· ἵν' οὖν μὴ καὶ ἐνταῦθα τοῦτο γένηται, μετὰ σπουδῆς πολλῆς καὶ τὸ λείψανον ἀνέλωμεν τοῦ κακοῦ. ἀλλὰ διανάστηθι, καὶ χεῖρα ἡμῖν ὄρεξον. ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῶν τὰ σώματα καμνόντων συμβαίνειν εἴωθεν, ἂν τὰ τῶν ἰατρῶν μὲν εἰσφέρηται, τὰ δὲ ἐκείνων ἐλλιμπάνῃ, διακόπτεται τῆς ὑγείας τὸ κέρδος, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς γίνεσθαι πέφυκεν. ἵν' οὖν μὴ γένηται τοῦτο, καὶ τὰ παρὰ σεαυτῆς μετὰ τῆς προσηκούσης σοι συνέσεως σπούδαζε εἰσφέρειν ἡμῖν, ὥστε ἑκατέρωθεν πολλὴν γενέσθαι τὴν ὠφέλειαν. ἀλλὰ βούλομαι μέν, ἴσως ἐρεῖς, οὐ δύναμαι δέ· οὐδὲ γὰρ ἀρκῶ διακρούσασθαι τὸ νέφος τὸ πυκνόν, καὶ ζοφῶδες τῆς ἀθυμίας, καίτοι σφόδρα φιλονεικοῦσα. σκῆψις ταῦτα καὶ πρόφασις· ἐγὼ γὰρ οἶδά σου τῶν λογισμῶν τὴν εὐγένειαν, οἶδα τῆς εὐλαβοῦς σου ψυχῆς τὴν ἰσχύν, οἶδα τῆς συνέσεως τὸ πλῆθος, τῆς φιλοσοφίας τὴν δύναμιν, καὶ ὡς ἀρκεῖ σοι μόνον ἐπιτάξαι τῷ μαινομένῳ τῆς ἀθυμίας πελάγει, καὶ πάντα ποιῆσαι γαλήνην· ἵνα δέ σοι τοῦτο καὶ εὐκολώτερον γένηται, καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσοίσομεν. πῶς οὖν ῥᾳδίως δυνήσῃ τοῦτο ποιῆσαι; καὶ τὰ ἐν τῇ προτέρᾳ ἐπιστολῇ ἀναλογιζομένη πάντα, [καὶ γὰρ πολλὰ ταύτης ἕνεκεν ἡμῖν εἴρηται τῆς ὑποθέσεως ἐν ἐκείνῃ] καὶ μετ' ἐκείνων καὶ τοῦτο ποιοῦσα ὅπερ ἐπιτάττω νῦν ἐγώ. τί δὲ τοῦτό ἐστιν; ὅταν ἀκούσῃς ὅτι τῶν ἐκκλησιῶν ἡ μὲν κατέδυ, ἡ δὲ σαλεύεται, ἑτέρα χαλεποῖς περιαντλεῖται κύμασιν, ἄλλη τὰ ἄλλα τὰ ἀνήκεστα πέπονθεν, ἡ μὲν λύκον ἀντὶ ποιμένος λαβοῦσα, ἡ δὲ πειρατὴν ἀντὶ κυβερνήτου, ἡ δὲ δήμιον ἀντὶ ἰατροῦ, ἄλγει μὲν [οὐ γὰρ δεῖ τὰ τοιαῦτα ἀνωδύνως φέρειν] ἄλγει δέ, μέτρον ἐπιθεῖσα τῇ λύπῃ. εἰ γὰρ ἐν οἷς ἡμεῖς αὐτοὶ πλημμελοῦμεν, καὶ ὑπὲρ ὧν μέλλομεν τὰς εὐθύνας ὑπέχειν, οὐκ ἀναγκαῖον οὐδὲ ἀσφαλές, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ὀλέθριον καὶ βλαβερόν, τὸ μετὰ πολλῆς ἀλγεῖν τῆς σφοδρότητος· πολλῷ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἑτέροις πλημμελουμένων τὸ καταμαλακίζεσθαι καὶ κατακλᾶσθαι περιττόν τε καὶ μάταιον, καὶ πρὸς τούτοις σατανικὸν καὶ ψυχῇ ὀλέθριον. καὶ ἵνα μάθῃς, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει τὸν τρόπον, ἱστορίαν σοι διηγήσομαι παλαιάν. Κορίνθιός τις ἀνὴρ τῶν ἱερῶν ἀπολαύσας ναμάτων, καὶ καθαρθεὶς διὰ τῆς τοῦ βαπτίσματος μυσταγωγίας, καὶ τῆς φρικωδεστάτης μετασχὼν τραπέζης, καὶ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν παρ' ἡμῖν κοινωνήσας μυστηρίων· πολλοὶ δέ φασιν, ὅτι καὶ διδασκάλου τάξιν ἐπεῖχε· μετὰ τὴν ἱερὰν ταύτην τελετήν, καὶ τὸ πάντων εἴσω γενέσθαι τῶν ἀπορρήτων ἀγαθῶν, καὶ τὰ πρωτεῖα ἔχειν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας, ἥμαρτεν ἁμαρτίαν χαλεπωτάτην. τὴν γὰρ γυναῖκα τοῦ πατρὸς ἀδίκοις ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, οὐκ ἔστη μέχρι τῆς πονηρᾶς ταύτης ἐπιθυμίας, ἀλλὰ καὶ εἰς ἔργον τὴν ἀκόλαστον γνώμην ἐξήγαγε· καὶ ἦν τὸ τολμηθὲν οὐχὶ πορνεία μόνον, ἀλλὰ καὶ μοιχεία, μᾶλλον δὲ καὶ μοιχείας πολλῷ χαλεπώτερον. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἀκούσας, καὶ οὐκ ἔχων ὄνομα ἐπιθεῖναι πρὸς ἀξίαν τῷ ἁμαρτήματι κύριον, ἑτέρως ἐμφαίνει τὸν ὄγκον τῆς παρανομίας οὑτωσὶ λέγων· ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ τοιαύτη πορνεία, ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται· οὐκ εἶπεν οὐδὲ τολμᾶται, ἀλλ' οὐδὲ ὀνομάζεται, τὴν ὑπερβολὴν δεῖξαι θέλων τῆς παρανομίας ἐκείνης. καὶ παραδίδωσιν αὐτὸν τῷ διαβόλῳ, καὶ πάσης ἐκτέμνει τῆς ἐκκλησίας, καὶ οὐδὲ τραπέζης κοινῆς ἀφίησιν αὐτῷ τινι κοινωνεῖν. τῷ γὰρ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν δεῖν φησι, καὶ πολὺς πνεῖ τὴν ἐσχάτην αὐτὸν ἀπαιτῶν δίκην, καὶ δημίῳ πρὸς τοῦτο κεχρημένος τῷ Σατανᾷ, καὶ κατακόπτων αὐτοῦ δι' ἐκείνου τὴν σάρκα. ἀλλ' ὅμως ὁ τῆς ἐκκλησίας ἀποτεμὼν Παῦλος, ὁ μηδὲ τραπέζης κοινῆς ἀφεὶς τινὶ κοινωνεῖν, ὁ πάντας κελεύσας δι' ἐκεῖνον πενθεῖν. καὶ ὑμεῖς γὰρ πεφυσιωμένοι ἐστέ, φησι, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο πεποιηκώς· ὁ πανταχόθεν αὐτὸν ὥσπερ λοιμόν τινα ἀπελαύνων, ὁ πάσης αὐτὸν ἀποκλείσας οἰκίας, ὁ τῷ Σατανᾷ παραδούς, ὁ τοσαύτην παρ' αὐτοῦ δίκην ἀπαιτῶν, ἐπειδὴ εἶδεν ἀλγήσαντα καὶ μεταγνόντα ἐφ' οἷς ἥμαρτε, καὶ παλινῳδίαν διὰ τῶν ἔργων ᾄδοντα, οὕτως αὐτὸς μετετάξατο πάλιν, ὡς ἐκείνοις, οἷς ταῦτα ἐπέταξε, τὰ ἐναντία κελεῦσαι· ὁ γὰρ εἰπών, ἐκκόψατε, ἀποστράφητε, πενθήσατε, καὶ λαμβανέτω αὐτὸν ὁ διάβολος, τί φησι; κυρώσατε εἰς αὐτὸν ἀγάπην, μήπως τῇ περισσοτέρᾳ λύπῃ καταποθῇ ὁ τοιοῦτος, καὶ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ· οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν. ὁρᾷς πῶς ἐστι σατανικὸν τὸ ἀμέτρως ἀλγεῖν, καὶ τῆς ἐκείνου παγίδος ἔργον, τὸ σωτήριον φάρμακον τῇ ἀμετρίᾳ ποιοῦντος δηλητήριον; καὶ γὰρ γίνεται δηλητήριον, κἀκείνῳ τὸν ἄνθρωπον παραδίδωσιν, ὅταν

εἰς

εἰς ἀμετρίαν ἐκπέσῃ, διὸ καὶ ἔλεγεν, ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι· ψώρας τὸ πρόβατον ἐμπέπλησται πολλῆς, ἠλλοτριώθη τῆς ἀγέλης, ἀπερράγη τῆς ἐκκλησίας· ἀλλὰ διώρθωσε τὴν νόσον, γέγονε πρόβατον, οἷον ἔμπροσθεν ἦν· τοιαύτη γὰρ τῆς μετανοίας ἡ δύναμις· γέγονε λοιπὸν τῆς ποίμνης τῆς ἡμετέρας, ὁλοκλήρως ἐπισπασώμεθα αὐτόν, ὑπτίαις ὑποδεξώμεθα ταῖς χερσί, περιλάβωμεν, περιπτυξώμεθα, ἑνώσωμεν ἡμῖν αὐτοῖς. εἰ γὰρ μὴ βουληθείημεν τοῦτο ποιῆσαι, πλεονεκτεῖ λοιπὸν ἡμᾶς ὁ διάβολος, οὐ τὸν αὐτοῦ λαμβάνων, ἀλλὰ τὸν ἡμέτερον γενόμενον ἀπὸ τῆς ῥᾳθυμίας τῆς ἡμετέρας, καὶ διὰ τῆς ἀμετρίας τῆς κατὰ τὴν ἀθυμίαν καταποντίζων, καὶ αὐτοῦ λοιπὸν ποιῶν εἶναι. διὸ καὶ ἐπήγαγεν, οὐ γὰρ αὐτοῦ τὰ νοήματα ἀγνοοῦμεν, ὅτι καὶ διὰ τῶν ὠφελούντων πολλάκις, ὅταν μὴ δεόντως ταῦτα γίνηται, τοὺς μὴ προσέχοντας ὑποσκελίζειν εἴωθεν. εἰ δὲ ὑπὲρ ὧν αὐτός τις ἐπλημμέλησε καὶ πλημμέλημα τοιοῦτον, οὐκ ἀφίησιν ὁ Παῦλος πολλῇ τῇ λύπῃ κεχρῆσθαι, ἀλλὰ σπεύδει καὶ ἐπείγεται, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πραγματεύεται, ὥστε ἐκκόψαι τὸν ὄγκον τῆς ἀθυμίας, σατανικὴν εἶναι λέγων τὴν ἀμετρίαν, καὶ διαβόλου πλεονεξίας, καὶ τῆς ἐκείνου κακουργίας, καὶ τῶν πονηρῶν αὐτοῦ νοημάτων ἔργον· ὑπὲρ ὧν ἕτεροι πεπλημμελήκασι, καὶ ἄλλοι μέλλουσιν εὐθύνας ὑπέχειν, πῶς οὐκ ἐσχάτης ἀνοίας τε καὶ μανίας οὕτω κατακόπτεσθαι καὶ ἀλγεῖν, ὡς καὶ σκότος ἄφατον ἐπάγειν τῇ διανοίᾳ, καὶ πολὺν τὸν θόρυβον, καὶ σύγχυσιν, καὶ ταραχήν, καὶ ζάλην ἄφατον; εἰ δὲ πάλιν μοι ταῦτα λέγεις, ὅτι βούλομαι μέν, οὐκ ἰσχύω δέ, πάλιν σοι καὶ ἐγὼ ταῦτα ἐρῶ, ὅτι σκῆψις καὶ πρόφασις ταῦτα· καὶ γὰρ οἶδά σου τῆς φιλοσόφου ψυχῆς τὰ νεῦρα· ἵνα δὲ καὶ ἑτέρωθεν εὐκολωτέραν σοι ποιήσω τὴν κατὰ τῆς ἀθυμίας ταύτης τῆς ἀκαίρου καὶ ὀλεθρίας ἀντίστασίν τε καὶ νίκην, τοῦτο πάλιν, ὅπερ ἐπιτάττω ποίει. ὅταν ἀκούσῃς διηγουμένου τινὸς τὴν πανωλεθρίαν ταύτην, ἀποπήδα ταχέως ἀπὸ τῶν λογισμῶν τούτων, καὶ τρέχε ἐπὶ τὴν ἔννοιαν τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς φοβερᾶς, καὶ ἀναλογίζου παρὰ σαυτῇ τὸ βῆμα τὸ φρικῶδες, τὸν δικαστὴν τὸν ἀδέκαστον, τοὺς ποταμοὺς τοῦ πυρός, τοὺς πρὸ τοῦ βήματος ἐκείνου συρομένους, καὶ σφοδρότατα καχλάζοντας τῇ φλογί, τὰς ἠκονημένας ῥομφαίας, τὰς ἀποτόμους τιμωρίας, τὴν κόλασιν τὴν οὐκ ἔχουσαν τέλος, τὸν ζόφον τὸν ἀφεγγῆ, τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον, τὸν σκώληκα τὸν ἰοβόλον, τὰ δεσμὰ τὰ ἄλυτα, τὸν βρυγμὸν τῶν ὀδόντων, καὶ τὸν κλαυθμὸν τὸν ἀπαραμύθητον, τὸ θέατρον τῆς οἰκουμένης, μᾶλλον δὲ τὸ θέατρον ἑκατέρας τῆς κτίσεως, τῆς ἄνω, τῆς κάτω. καὶ γὰρ αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται, φησίν. εἰ γὰρ καὶ μηδὲν ἑαυταῖς συνίσασι, μηδὲ μέλλουσιν ὑπέχειν εὐθύνας, ἀλλ' ὁρῶσαι τὸ γένος ἅπαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τοὺς ἀπείρους δήμους κρινομένους, οὐκ ἀδεῶς ἐκεῖ παρεστήκασι, τοσοῦτος ὁ φόβος τότε. ταῦτα τοίνυν ἐννόει καὶ τοὺς ἀφύκτους ἐλέγχους. οὐδὲ γὰρ κατηγόρων δεῖται ἐκεῖνος ὁ δικαστής, οὐδὲ μαρτύρων, οὐδὲ ἀποδείξεων, οὐδὲ ἐλέγχων, ἀλλὰ πάντα ὡς ἐπράχθη, φέρει εἰς μέσον καὶ πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν τῶν πεπλημμεληκότων. τότε οὐδεὶς ὁ παριστάμενος καὶ ἐξαρπάσων τῆς τιμωρίας, οὐ πατήρ, οὐχ υἱός, οὐ θυγάτηρ, οὐ μήτηρ, οὐκ ἄλλος τις συγγενής, οὐ γείτων, οὐ φίλος, οὐ συνήγορος, οὐ χρημάτων δόσις, οὐ πλούτου περιουσία, οὐ δυναστείας ὄγκος, ἀλλὰ πάντα ταῦτα ὥσπερ κόνις ἐκ ποδῶν ἐλήλαται, καὶ μόνος ὁ κρινόμενος ἀπὸ τῶν αὐτῷ πεπραγμένων, ἢ τὴν ἐλευθεροῦσαν, ἢ τὴν δικάζουσαν ὑπομένει ψῆφον. τότε οὐδεὶς ὑπὲρ ὧν ἄλλος ἐπλημμέλησε κρίνεται, ἀλλ' ὑπὲρ ὧν αὐτὸς ἕκαστος ἥμαρτε. ταῦτα οὖν ἅπαντα συναγαγοῦσα, καὶ τὸν φόβον τοῦτον ἐξογκώσασα, καὶ ἐπιτειχίσασα τῇ σατανικῇ καὶ ψυχοβλαβεῖ λύπῃ, οὕτως ἐν τῇ πρὸς αὐτὴν στῆθι παρατάξει, ἐν ᾗ καὶ φανεῖσα μόνον, ἀρχῆς αὐτὴν εὐκολώτερον διασπάσαι καὶ ἀφανίσαι δυνήσῃ. αὕτη μὲν γὰρ μετὰ τοῦ ματαία εἶναι καὶ περιττή, καὶ ὀλέθριος σφόδρα καὶ βλαβερά, ἐκεῖνος δὲ καὶ ἀναγκαῖος ὁ φόβος, καὶ χρήσιμος καὶ ἐπωφελής, καὶ πολὺ τὸ κέρδος ἔχων. ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ὑπὸ τῆς τοῦ λόγου ῥύμης παρασυρείς, καὶ οὐχ ἁρμόζουσάν σοι ταύτην ποιησάμενος τὴν παραίνεσιν. ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ τοῖς κατ' ἐμὲ βεβαπτισμένοις ἁμαρτημάτων πλήθει, ἀναγκαῖος οὗτος ὁ λόγος. φοβεῖ γὰρ καὶ διανίστησι, σὲ δὲ ἐν τοσούτοις κατορθώμασι κομῶσαν, καὶ αὐτῆς ἤδη τῆς ἁψῖδος τῶν οὐρανῶν ἁψαμένην, οὐδὲ ἁπλῶς νύττειν δύναιτ' ἄν. διὸ πρὸς ἑτέραν καταστήσομαι μελῳδίαν πρὸς σὲ διαλεγόμενος, καὶ ἑτέραν ἀνακρούσομαι νευράν, ἐπειδή σου οὗτος ὁ φόβος καθικέσθαι οὐ δύναται, πλὴν ὅσον καὶ τῶν ἀγγέλων. μεταταξώμεθα τοίνυν καὶ δεῦρο, καὶ αὐτὴ μετάστηθι μετὰ τοῦ λόγου, καὶ ἀναλογίζου κατορθωμάτων σου τὰς ἀντιδόσεις, τὰ βραβεῖα τὰ λαμπρά, τοὺς φαιδροὺς στεφάνους, τὴν μετὰ τῶν παρθένων χορείαν, τὰς παστάδας τὰς ἱεράς, τὸν νυμφῶνα τῶν οὐρανῶν, τὴν μετὰ τῶν ἀγγέλων λῆξιν, τὴν πρὸς τὸν νυμφίον παρρησίαν, καὶ ὁμιλίαν, τὴν θαυμαστὴν δᾳδουχίαν ἐκείνην, τὰ ἀγαθὰ τὰ καὶ τὸν λόγον καὶ νοῦν

Eoque etiam nomine dicebat : Ne circumveniamur à Satana. Quod perinde ac ſi diceret : Ingenti ſcabie cooperta pecus hæc erat, à grege remota eſt : ab Eccleſiæ cœtu abrupta. Verùm morbum depulit, atque in priſtinum ſtatum reſtituta eſt, (ea enim pœnitentiæ vis eſt.) Ad gregem noſtrum jam rediit. Prorſus eum alliciamus, ſupinis manibus excipiamus, amplectamur, exoſculemur, nobiſipſis adjungamus. Niſi enim id facere in animũ induxerimus, fraudat jam nos Satanas, non ſuum accipiens, ſed eum, qui noſter effectus eſt, per ſocordiam noſtram, atq; immodicum ipſius mœrorem demergens, ſibiq; in poſterum aſſerens. Ob idq; etiam ſubjunxit, Non enim ipſius cogitationes ignoramus, nempe quòd etiam per ea, quæ cum utilitate conjuncta ſunt, cum non ut operæ pretium eſt fiunt, eos qui animum haud ſatis attendunt, in fraudem impellere conſuevit. Quòd ſi pro eo ſcelere, & quidem tam gravi atq; atroci, quod quiſpiam commiſit, Paulus eum nimio mœrore ſe conficere non ſinit, verùm ſummam diligentiam ac celeritatem adhibet, nihilq; non agit ac molitur, quò mœroris tumorem excindat, Satanæ videlicet afflatum ac diaboli circumſcriptionem hujuſmodi immoderationem eſſe, atq; ab ipſius verſutia, & improbis cogitationibus proficiſci aſſerens, an non extremæ ſtultitiæ atq; inſaniæ eſt, pro iis peccatis, quæ ab aliis perpetrantur, & de quibus aliis judicium ſubeundum ac pœna luenda eſt, in tanto dolore & cruciatu verſari, ut etiam denſiſſimas tenebras, ingentémque tumultum & confuſionem ac perturbationem, atque ejuſmodi tempeſtatem, quam nemo ullis verbis exprimere poſſit, animo invehas? Quod ſi mihi rurſum eadem dixeris, nimirum te velle, ſed minimè poſſe, rurſum tibi eadem quoque ipſe regeram, nempe meras excuſationes meróſq; prætextus hæc eſſe. Nervos enim philoſophicæ animæ tuæ cognitos ac perſpectos habeo: ut autem alia quoq; ratione faciliorem tibi adverſus importunum hunc & peſtiferũ mœrorẽ pugnam ac victoriam, reddam, hoc rurſus, quod jubeo, facias velim. Cùm aliquem ſtragem hanc perniciémq; commemorantem audieris, ab hujuſmodi cogitatione quamprimum te remove, atq; ad formidandi illius diei cogitationẽ curre, tecúmq; horrendum illud tribunal conſidera, incorruptũ judicem, igneos amnes, qui pro illo tribunali trahuntur, & ardentiſſima flamma ebulliunt, peracutos gladios, atroces pœnas, cruciatum ſempiternum, tetram caliginem, exteriores tenebras, peſtiferum vermem, vincula quæ nulla vi frangi queant, dentium ſtridorem, ejulatũ conſolationis expertem, orbis theatrũ, vel potiùs utriuſque naturæ theatrum, hoc eſt ſuperioris & inferioris. Virtutes enim cœlorum movebuntur, ait Chriſtus. Nam etſi nullius ſceleris ſibi conſciæ ſunt, nec judicium ſubituræ ſunt, tamen univerſum hominum genus conſpicientes, atq; infinitas nationes cauſam dicentes, non ſine metu illic aſtabunt. Tantus videlicet tunc terror erit! Hæc inquam conſidera, eaq; argumenta, ex quibus elabendi ratio nulla ſit. Neq; enim accuſatoribus judex ille opus habet, nec teſtibus, nec argumentis, nec probationibus: verùm omnia, ut geſta ſunt, in medium profert, atque ante oculos eorum qui deliquerunt. Tum nemo, qui è ſupplicio eripiat, affuturus eſt, non pater, non filius, non filia, non mater, non alius quiſpiam cognatus, non vicinus, non amicus, non patronus, non pecuniarum largitio, non opum amplitudo, non authoritatis ac potentiæ tumor, verùm hæc omnia non ſecus ac pulvis è pedibus excuſſa ſunt, ac ſolus is, qui cauſam dicit, ex iis, quæ ab ipſo geſta ſunt, vel abſolvitur, vel condemnatur. Tunc nemo ob ea, quæ alius perpetravit, in judicium vocatur, ſed pro iis, quæ ipſemet commiſit. His igitur omnibus in unum coactis, atq; hoc terrore adaucto, Satanicæq; ac perniciem animo afferenti mœſtitiæ oppoſito, ita demum adverſus eam in acie ſta: in qua vel ipſo oblato eam faciliùs, quam aranea telam, diſcerpere ac de medio tollere poteris. Nam ea præterquam quòd inanis ac ſupervacanea eſt, ingens quoq; detrimentum ac perniciem parit. Contrà timor ille neceſſarius eſt, & commodus atq; utilis, magnoque cum emolumento ac fructu conjunctus. Atenim imprudens orationis impetu abſtractus ſum: atque, cum id tibi minimè conveniret, hoc mihi ſumpſi, ut te monerem: mihi enim, iiſque, qui mei inſtar ſcelerum mole depreſſi atq; obruti ſunt, neceſſaria eſt hæc oratio. Terret enim atq; excitat: tibi autem tot virtutum ornamentis florenti, atq; adeo ipſum cœlorum axem jam attingenti, ne tantillum quidem timoris afferre queat. Ob eámq; cauſam ad alterum muſices genus me convertam, te alloquens, ac nervum alterum pulſabo: quandoquidem hic te metus perſtringere nequit, niſi quantum Angelos quoq; perſtringit. Quocirca huc quoq; nos convertamus: ac tu etiam ſimul cum oratione noſtra te converte, atq; eorum, quæ rectè & cum laude geſſiſti, præmia cum animo tuo reputa, luculentas palmas, ſplendidas coronas, tripudium cum virginibus, ſacros thalamos, cœlorum cubiculum, ſedem cum Angelis, fiduciam & familiarem cum ſponſo conſuetudinem, mirabilem illum ſplendorem, bona illa quæ ſermonem omnem ac mentis captum excedunt.

Quid cogitandum in publicis calamitatibus.

Luc. 21.

Nec verò ſermones meos propterea carpe, quod te in virginum chorum & claſſem aſcripſerim ſanctarum illarum quæ in viduitate vixiſti. Sæpe enim me, tum privatim, tum publicè audiſti, cùm, quæ virginitatis definitio eſſet, explicarem, illúdq; contenderem, nihil unquam impedimento fore, quominus ea in virginum numerum & ordinem referretur, imò etiam eas longo intervallo ſuperaret, quæ in cæteris rebus ingentis philoſophiæ ſpecimen edidiſſet. Eaque de cauſa Paulus etiam, cùm virginem deſcriberet, non eam duntaxat, quæ matrimonii viriliſq; concubitus expers eſſet, virginem appellavit, verum etiam eam cui ea, quæ ad Dei cultum pertinerent, curæ eſſent. Quin ipſe quoque Chriſtus, oſtendens quantum eleemoſyna, cujus tu jampridem principatum tenes, ac coronam adepta es, virginitatem antecellat, ex virginum choro dimidiam partem ejecit, quoniam abſq; hac virtute ingreſſæ fuerant, vel, ut rectiùs loquar, quoniam eam haud copioſè poſſidebant. Etenim oleum habebant, at parciùs quàm conveniret. Contrà, eos, qui ſine virginitate acceſſerant, quòd miſericordia ornati eſſent, perhonorificè excepit, benedictos patris ſui eos appellans, atq; ad ſe vocans, regniq; hæreditatem ipſis impertiens, ac ſpectante univerſo terrarum orbe virtutes eorum prædicans. Atq; adeo ne præſentibus quidem Angelis atq; univerſo mortalium genere ipſos nutricios atq; hoſpites ſuos nuncupare dubitavit. Hanc tu quoq; beatam vocem tunc audies: hanc tu mercedem ampliſſimè conſequeris. Porro cùm pro eleemoſyna tanta præmia, tantæ coronæ, tantus ſplendor, tanta gloria percipiatur, ſi alias quoq; virtutis tuæ partes oratione proſequar, quam tandem veniam obtinere queas, pro eo atq; hinc feſtum agitare, exultare, choros ducere, ac corona caput devincire debebas, teipſam contrà, propterea quòd quidam furore atq; amentia captus eſt, quidam in prærupta loca præcipitem ſe dedit angore conficiens, facilemq; diabolo, quem ad hunc uſque diem lancinare non deſtitiſti, adverſus ſanctam animam tuam incurſum atq; impetum reddens. Nam quid variam ac multiplicem patientiam tuam commemorem? quæ oratio, quod hiſtoriæ volumen ad eam rem mihi ſatis eſſe queat, ſi calamitates eas, quas à puerili ætate ad hoc uſq; tempus pertuliſti, recenſere velim, hoc eſt, quas tam à tuis, quàm ab alienis, tam ab amicis, quàm ab hoſtibus, tam ab iis qui tecum genere conjuncti erant, quàm qui nullo propinquitatis gradu te attingebant, tam ab iis, qui opibus ac potentia florebant, quàm ab humilibus & adjectis, tam ab iis, qui imperio ac magiſtratu fungebantur, quam à privatis, ac deniq; ab iis, qui inter clericos cenſebantur accepiſti? Nihil enim horum eſt, quod, ſi privatim ac ſigillatim ab aliquo referatur, integram hiſtoriam efficere nequeat. Quòd ſi quis ad alia jam hujuſce virtutis genera ſe convertat, eáſq; afflictiones, quas non jam alii, ſed ipſamet tibi acceſſiviſti, oratione complectatur, quod ſaxum, quod ferrum, quem adamantem non reperiet abs te ſuperatum? Nam cùm carnem uſque adeo teneram ac delicatam, atque omni luxus generi aſſuetam accepiſſes, eam variis afflictionibus ita oppugnaſti, ut nunc nihilo meliore ſtatu ſit, quàm ſi prorſus mortua & extincta eſſet. Tantum enim in ea morborum examen excitaſti, ut & medicorum artem, & medicamentorum vim ac facultatem, & omne curationis genus imbecillitatis arguat, atq; ipſa in perpetuis doloribus verſeris. Jam verò ſi quis tuam in menſa tolerantiam & continentiam, eamq; quam in noctibus adhibes, aſperitatem exponere velit, quàm longa ei oratio comparanda erit? Quanquam continentiæ aut tolerantiæ vocabulo in te jam non eſt quòd quiſpiam utatur: verùm aliud his virtutibus nomen multo majus ac præſtantius exquirendum eſt. Siquidem eum continentia ac tolerantia præditum eſſe dicimus, qui cupiditate aliqua vexatur, eamq; vincit. Tu autem, quid vincas, jam non habes. Tanto enim impetu adverſus carnem jam inde ab initio inſufflaſti, ut ipſius cupiditates extinxeris. Non enim equum frænaſti, ſed planè conſtrinxiſti, atque humi proſtraviſti, eoque redegiſti, ut motus omnis expers maneat. Ac tum quidem omnes continentiæ numeros explevisti: nunc autem id jam conſecuta es, ut omni motu ac perturbatione careas. Neq; enim negocium tibi faceſſit deliciarum cupiditas, tuque, ut eam comprimas ac ſuperes, laboras: verùm ea ſemel deleta ac de medio ſublata, omnique ipſi ad carnem tuam aditu præcluſo, ventrem tantum cibi ac potus capere docuiſti, quantum capere neceſſe eſt, ne intereas, ac pœnam luas. Ob eamque cauſam non jejunium non continentiam id voco, ſed aliud quiddam hoc ſublimius. Atque hoc in ſacris quoque tuis vigiliis perſpicere licet. Nam dormiendi cupiditas unà cum ſuperiore illa extincta eſt. Cibus quippe id eſt, quo ſomnus alitur. Quin hanc quoq; alia ratione oppreſſiſti: ſic nimirum ab initio te comparans, ut naturæ etiam ipſi vim inferres, integráſque noctes inſomnes duceres, atque ita denique aſſidua conſuetudine in naturam hoc converteres. Ut enim aliis dormire naturale eſt: eodem modo tibi vigilare. Atque hæc quidem mirifica & ſtuporis plena ſunt, etiamſi per ſe conſiderentur. Quòd ſi quis tempus etiam expendat, (nempe quòd immatura ætate hæc à te præſtabantur) & magiſtrorum penuriam, & eorum, qui offenſionem afferebant, frequentiam,

Animi virginitas.
1. Cor. 7. 25 34.
Matt. 25, 11.
Olympiadis tolerantia.

A Sed de morbo ſatis multa à nobis verba facta ſunt. Quod ſi tibi mœroris cauſam id affert, quod à nobis ſejuncta ſis, hujus etiam rei lætum finem expecta. Atque hoc non conſolandi animi tui cauſa nunc dico: ſed quia exploratum mihi eſt ita fore. Nam niſi ita futurum eſſet, jampridem, niſi me longè opinio fallit, quantum quidem ad illatas mihi calamitates attinet, è vita ceſſiſſem. Ut enim etiam omnia, quæ Conſtantinopoli perpeſſus ſum, prætercam, quanta, poſteaquam ex urbe exceſſi, in tam B longo ac moleſto itinere pertulerim (quorum multa erant ejuſmodi, ut mortem afferre poſſent) quanta, poſtquam huc veni, quanta poſtquam Cucuſo migravi, quanta denique poſtquam Arabiſſi commoratus ſum, intelligere tibi licet. At hæc omnia effugimus, ac nunc percommoda valetudine utimur, atque in magna ſecuritate ſumus: adeo ut Armenii ad ſtuporem uſque mirentur, me in tam imbecilli, & quavis aranea tenuiore corpore, tam intolerandam frigoris vim perferre, ac ſpiritum du- C cere poſſe, cùm ii etiam, qui hyemi aſſueti ſunt, hinc non vulgarem in modum afficiantur. At nos ad hunc uſque diem illæſi atq; incolumes manſimus: idque, cùm & prædones, quorum manus effugimus, ſæpe in nos impetum fecerint, & rerum neceſſariarum inopia laboremus, ac ne balneo quidem uti nobis liceat. Atqui, cum illic degeremus, eo nobis aſſiduè opus erat. Nunc autem in eum ſtatum atque habitum evaſimus, ut ne hujuſmodi quidem ſolatii cupiditate teneamur, verùm majorem D ſanitatem conſecuti ſimus, quam ut illud adhibere neceſſe habeamus. Ac nec cœli intemperies, nec locorum ſolitudo, nec rerum vænalium anguſtia, nec eorum, à quibus curemur, inopia, nec medicorum inſcitia, nec balneorum penuria, nec quod perpetuo in cubiculo tanquam ergaſtulo clauſi teneamur, nec quod progredi ac corpus movere nequeamus (quandoquidem nobis aſſiduè facere neceſſe erat) nec quod nobis ſemper cum fumo atque igne res ſit, nec prædonum metus, nec perpetua ob- E ſidio, nec denique quicquam aliud hujuſmodi nos fregit ac ſuperavit: verum melius commodiuſque, quam cùm illic eſſemus, adhibita tamen ingenti cura, valemus. Hæc igitur omnia tecum reputans, mœrorē, qui his de cauſis nunc te tenet, propelle, nec ſupervacaneas & graves à te ipſa pœnas exige. Mitto ad te id quod nuper literis mandavi, nempe eum, qui ſeipſum non læſerit, à nemine alio lædi poſſe. Hoc quippe contendit, atque in eo elaborat ea oratio, quam nunc ad te mitto. Quare fac eam A aſſiduè pervolvas, imo etiam, ſi per valetudinem licet, recites. Id enim pharmacum, ſiquidem volueris, tibi ſufficit. Sin autem nobis pertinacius obluctéris, ac neq; teipſam cures, nec, quamvis innumeras admonitiones & cohortationes præſtò habeas, è mœroris tamen cœno emergere animum inducas; nos quoque haud facilè tibi morem geremus, atque adducemur, ut longas & crebras epiſtolos mittamus, ſi nihil ad animi alacritatem hinc fructus atque utilitatis perceptura es. Quonam igitur pa- B cto id ſciemus? Non ſi dixeris, ſed ſi reipſa declararis. Quandoquidem nunc quoque hoc confirmaſti, nihil aliud, quàm mœrorem, hunc tibi morbum conflaviſſe. Quoniam igitur hoc ipſa confeſſa es, niſi morbo libereris, minimè nobis fidem facies te animi mœrorem depuliſſe. Nam cum hic ſit, ut ipſamet ſcripſiſti, qui morbum acceſſat, non eſt profecto dubium, quin eo ſublato morbus quoque de medio tollatur, evulſaque radice una etiam ipſius rami pereant. Nam quamdiu florere ac vigere, C fructumque, quem minimè par ſit, proferre perſtiterint, id nobis perſuaderi non poterit, te radice liberatam eſſe. Quocirca, ne mihi verba, ſed res oſtende. Ac ſi ſanitatem obtinueris, literas rurſum, quæ orationis modum excedant, ad te mitti videbis. Nec vero levem hanc conſolationem exiſtimare debes, quod vivimus, quod valemus, quod, cum in tantis rerum difficultatibus ac moleſtiis verſemur, à morbo tamen & adverſa valetu- D dine liberi ſimus: quodquidem hoſtes noſtros, ut comperi, non mediocri triſtitia & dolore afficit. Quare conſentaneum eſt vos etiam magnam conſolationem hanc, atque adeò conſolationum caput exiſtimare. Cœtum tuum, qui nunc per eas, quas perfert, calamitates magis in cœlis aſcriptus eſt, deſertum ac deſtitutum ne voca. De Pelagio monacho magno dolore affectus ſum. Cogita igitur quot quantiſque coronis digni ſint, qui forti animo in acie ſteterunt, cùm viros qui tam piè ac ſan- E ctè, tantaque cum tolerantia vixerunt, abripi, atque in fraudem impelli videamus.

In Armenia exulat Chryſoſt.

Ad eandem epiſt. 5.

Acerbitatis acceſſionē fecit veſtra calamitas, auctaq; rurſum vobis ſcamata, curſuumq; longiora ſpatia conſtituta ſunt: atq; eorum, qui vobis inſidias moliuntur, iracundia in majorē flammam aſſurgit. At minimè propterea commoveri ac perturbari debetis, verum hoc ipſo potiſſimum nomine lætari & exultare, coroniſq; caput redimire, ac choros agitare. Nam niſi mortiferas prius diabolo plagas intuliſſetis, non uſq; adeo fureret hæc bellua, ut ultra progredi auderet. Quamobrem tum veſtræ fortitudinis & victoriæ, tum ingentis illius cladis hoc eſt argumentum, quod ille acrius nunc in vos impetum facit atq; inſultat, majoriſq; impudentiæ

documentum edit, ac profuſius venenum effundit. Quandoquidem etiam in beato Job, poſteaquam in bonorum amiſſione ac filiorum ereptione victus eſt, tum quoque ſe gravibus vulneribus affectum eſſe perſpicuè oſtendens, ad id, quod malorum caput erat, hoc eſt ad carnis oppugnationem, & vermium ſcaturiginem, & ulcerum chorum ſe contulit. (Chorum enim & coronam, & ſexcentarum victoriarum examen appello.) Ac ne hîc quidem conſtitit: verùm quoniam nulla alia paris momenti machina ei reliqua erat (etiam velut extremam calamitatum lineam ipſi morbum illum invexerat) alia rurſum tormenta bellica movebat, uxorem videlicet armans, amicos in eum extimulans, famulos concitans ac feritate afficiens, atque omni ratione ipſius vulnera exulcerans. Quod etiam ipſum in præſentia tentare non deſinit: verùm in ſuum ipſius caput; quandoquidem hinc fit, ut res veſtræ magis exſplendeſcant, ſublimioréſque in dies ac luculentiores fiant. Majores enim hinc vobis opes exiſtunt, uberior fructus, crebræ, atque adeò continuæ coronæ. Magnum etiam per ipſas rerum acerbitates vobis fortitudinis incrementum affertur, ac per hoſtiles inſidias acuitur veſtra tolerantia. Ea enim eſt afflictionis natura, ut eos, qui eam placido ac ſtrenuo animo ferunt, rebus acerbis ſuperiores, ac diaboli telis ſublimiores reddat, inſidiáſque aſpernari doceat. Siquidem & arbores, quæ in umbris aluntur, majorem mollitiem contrahunt, atque ad fructuum procreationem minùs commodæ redduntur: quæ autem aëris inconſtantiam experiuntur, ac ventorum impetus, ardenteſque Solis radios excipiunt, plus roboris hinc colligunt, & foliis abundant, ac fructuum copia curvantur. Sic nimirum in mari quoque uſu venire conſuevit. Nam qui primùm navem conſcendunt, tametſi admodum ſtrenui ſint, ob navigandi inſolentiam perturbantur, tumultuantur, vertigine corripiuntur: at qui multa maria peragrarunt, ac multas tempeſtates, & ſaxa latentia ſub undis, & ſcopulos, & belluarum impetus, & prædonum ac piratarum inſidias pertulerunt, & continuas procellas ſuſtinuerunt, fidentiore deinceps animo, quàm qui in terra ambulant, in navi ſedent, non intus duntaxat ad carinam, ſed etiam in ipſis navis lateribus inſidentes, atque tum in prora, tum in puppi ſine ullo metu ſtantes: & qui prius ante omnium oculos cum metu ac tremore jacebant, poſteaquàm diuturnum tempeſtatis periculum fecerunt, jam & funem trahunt & vela pandunt, remos capeſſunt, atque in omnes navis partes facilè concurſant. Quocirca ne quid eorum, quæ accidunt, vos perturbet. Huc enim nos hoſtes vel inviti redegerunt, ut nullo jam malo affici queamus, quippe qui effuſis omnibus ſuis telis, nullum hinc aliud emolumentum perceperint, quàm ut ignominia perfundantur, & irrideantur, atque ut communes orbis univerſi hoſtes ubique conſpiciantur. Hæc inſidiatorum præmia ſunt: hic bellorum finis. Papæ, quanta res eſt virtus, & præſentium rerum contemptio. Per inſidias lucra comparat: per inſidiatores coronam conſequitur, per eos, à quibus malè mulctatur, illuſtrius ſplendet, per eos, qui hoc agunt ac moliuntur, ut ipſam dejiciant, homines ſui ſtudioſos firmiores, ſublimiores, invictos & inexpugnabiles reddit non lanceis, non mœnibus, non vallo, non turribus, non pecuniis, non militaribus copiis, ſed firma tantùm voluntate animique conſtantia opus habentes: ac denique humanas omnes inſidias infringit. Hæc igitur, religioſiſſima domina mea, tum tibiipſi, tum iis quæ tecum præclarum hoc certamen obeunt, accinens, da operam, ut omnium animos erigas, tuamque aciem inſtruas: quò tibi duplex, & triplex, ac multo etiam copioſior virtutis corona comparetur, tam per ea quæ ipſa perpeteris, quàm quia alios ad eandem ſubeunda impellis, eóſque adducis, ut leviter ac placidè omnia ferant, & umbras contemnant, atque inſomniorum impoſturam aſpernentur, ac lutum proculcent, nullamque fumi rationem habeant, nec aranearum telas moleſtiæ quicquam vobis afferre exiſtiment, fœnumque putredini obnoxium prætereant. Nam humanæ felicitatis vanitas id omne eſt, atque adeò his omnibus rebus vilior. Nec facilè quiſquam ſimulachrum ullum reperire queat, quod ipſius vanitatem exactè repræſentet. Siquidem præter hanc vanitatem haud parvum inſuper iis, qui ipſi inhiant, detrimentum affert, non in futuro duntaxat ævo, ſed etiam in præſenti vita, atq; ipſiſmet etiam diebus, quibus magna ſibi ex iis voluptate affici videntur. Quemadmodum enim virtus, tum etiam cùm bellum adverſus eam geritur, exultat & floret, ac ſplendidius lucet: eodem modo improbitas, tum etiam cùm colitur atque obſervatur, imbecillitatem ſuam prodit, atq; ingentem riſum, comœdiamq; omni ſermonis facultate ſuperiorem oſtendit. Quid enim, quæſo, Caino miſerabilius fuit, eo etiam tempore quo fratrem viciſſe ac ſuperaſſe, atq; iniquam illam & execrandam iracundiam animiq; concitationem expleviſſe videbatur? Quid impurius dextrâ illa, quæ vulnus intulerat, ac cæ-

Vani improborum conatus.

Humanæ felicitatis vanitas.

A ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τοῦ μακαρίου Ἰὼβ, ἐπειδὴ ἐν τῇ τῶν χρημάτων ἀποβολῇ ἡττήθη, καὶ τῇ τῶν παίδων ἀφαιρέσει, δεῖγμα καὶ τότε ἐκφέρων τοῦ χαλεπὰ τραύματα δέξασθαι, ἐπὶ τὸ κεφάλαιον ὥρμησε τῶν κακῶν, τὴν τῆς σαρκὸς πολιορκίαν, τὴν τῶν σκωλήκων πηγὴν, τὸν τῶν τραυμάτων χορόν· χορὸν γὰρ αὐτὸν ἐγὼ, καὶ στέφανον καλῶ, καὶ μυρίων βραβείων ἑσμόν· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα ἔστη· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ οὐδὲ ὑπελείπετο ἕτερον αὐτῷ μηχάνημα τοιοῦτον, [ὡς γὰρ ἔσχατον ὅρον συμ- B φορῶν, οὕτως τὴν νόσον ἐπήγαγεν ἐκείνην] καὶ ἕτερα πάλιν ἐκίνει μηχανήματα· τὴν γυναῖκα ὁπλίζων, τοὺς φίλους παροξύνων, τοὺς οἰκέτας διεγείρων, καὶ θηριώδεις ποιῶν, καὶ διὰ πάντων τὰ τραύματα ἀναξαίνων. ὃ δὴ καὶ νῦν ἐπιχειρῶν οὐ παύεται· ἀλλὰ κατὰ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς· ὡς τά γε ὑμέτερα ἐντεῦθεν λαμπρότερα, καὶ μείζονα καὶ φαιδρότερα καθ᾽ ἑκάστην γίνεται τὴν ἡμέραν, πλείων ὑμῖν ὁ πλοῦτος, δαψιλεστέρα ἡ ἐμπορία, ἐπάλληλοι καὶ συνεχεῖς οἱ στέ- C φανοι, πολλὴ δι᾽ αὐτῶν τῶν δεινῶν τῆς ἀνδρείας ὑμῖν ἡ προσθήκη, καὶ αἱ ἐπιβουλαὶ τῶν ἐχθρῶν, ἄλειμμα γίνονται τῆς καρτερίας τῆς ὑμετέρας. τοιαύτη γὰρ τῆς θλίψεως ἡ φύσις, τοὺς πράως αὐτὴν καὶ γενναίως φέροντας ἀνωτέρους ποιεῖ τῶν δεινῶν, ὑψηλοτέρους τῶν τοῦ διαβόλου βελῶν, καὶ παιδεύει καταφρονεῖν τῶν ἐπιβουλῶν· ἐπεὶ καὶ τὰ δένδρα τὰ μὲν σκιατροφούμενα, μαλακώτερα γίνεται, καὶ πρὸς τὴν καρπῶν γένεσιν ἀχρηστότερα· τὰ δὲ ἀέρων ἀνωμαλίᾳ ὁμιλοῦντα, καὶ D πνευμάτων δεχόμενα ἐμβολὰς, καὶ θερμὴν ἀκτῖνος, αὐτά τε ἰσχυρότερα καθίσταται, καὶ τοῖς φύλλοις κομᾷ, καὶ τῷ καρπῷ βρίθεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης συμβαίνειν εἴωθεν. οἱ μὲν γὰρ πρῶτον ἐπιβάντες νηὸς, κἂν σφόδρα γενναῖοί τινες τυγχάνωσιν ὄντες, ὑπὸ τῆς ἀπειρίας ταράττονται, θορυβοῦνται, σκοτοδινίοις ἰλίγγοις κατέχονται· οἱ δὲ πολλὰ διαβάντες πελάγη, καὶ πολλοὺς ὑπομείναντες χειμῶνας, καὶ ὑφάλους, καὶ σκοπέλους, καὶ σπιλάδας, καὶ θη- E ρίων ἐφόδους, καὶ πειρατῶν ἐπιβουλὰς, καὶ καταποντιστῶν, καὶ συνεχῶν ἀνασχόμενοι χειμώνων, τῶν ἐπὶ γῆς λοιπὸν βαδιζόντων θαρραλεώτερον ἐπὶ τῆς νηὸς κάθηνται, οὐκ ἔνδον παρὰ τὴν τρόπιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἐνιζάνοντες τοῖς τοίχοις τῆς νηὸς, καὶ ἐπὶ πρώρας, καὶ ἐπὶ πρύμνης ἀδεῶς ἱστάμενοι· καὶ οἱ πρὸ τούτου ἐπ᾽ ὄψιν μετὰ τρόμου καὶ φόβου κείμενοι, μετὰ τὴν πολλὴν τοῦ χειμῶνος πεῖραν, καὶ σχοῖνον ἕλκουσι, καὶ ἱστία ἀνάγουσι, καὶ κωπῶν ἅπτονται, καὶ πανταχοῦ τῆς νηὸς μετ᾽ εὐκολίας A περιτρέχουσι. μηδὲν τοίνυν ὑμᾶς θορυβείτω τῶν συμπιπτόντων. εἰς τοῦτο γὰρ ἡμᾶς κατέστησαν οἱ ἐχθροὶ ἄκοντες, εἰς τὸ μὴ δύνασθαι κακῶς παθεῖν, πάντα μὲν αὐτῶν κενώσαντες τὰ βέλη, οὐδὲν δὲ πλέον ἐντεῦθεν ἀνύσαντες ἢ τὸ καταισχυνθῆναι, καὶ γελασθῆναι, καὶ ὥσπερ κοινοὺς τῆς οἰκουμένης ἐχθροὺς, οὕτως πανταχοῦ φαίνεσθαι. ταῦτα τῶν ἐπιβουλευόντων τὰ ἐπίχειρα, οὗτος τῶν πολέμων τὸ τέλος. βαβαὶ πηλίκον ἐστὶν ἀρετὴ, καὶ τῶν παρόντων ὑπεροψία πραγμάτων· δι᾽ ἐπιβου- B λῶν κερδαίνει, διὰ τῶν ἐπιβουλευόντων στεφανοῦται. διὰ τῶν κακῶς ποιούντων διαλάμπει μειζόνως, διὰ τῶν ἐπισύρειν ἐπιχειρούντων, ἰσχυροτέρους ποιεῖ τοὺς μετιόντας αὐτὴν, ὑψηλοτέρους, ἀχειρώτους, ἀναλώτους, οὐχ ὅπλων, οὐ δοράτων δεομένους, οὐ τειχῶν, οὐ τάφρων, οὐ πύργων, οὐ χρημάτων, οὐ στρατοπέδων, ἀλλὰ γνώμης στερρᾶς μόνον, καὶ ἀπεριτρέπτου ψυχῆς, καὶ πᾶσαν ἀνθρωπίνην ἐπιβουλὴν ἐλέγχει. ταῦτα οὖν δέσποινά μου θεοφιλεστάτη καὶ σαυτὴν καὶ τοὺς μετὰ σοῦ τὸν κα- C λὸν τοῦτον ἀγῶνα ἀγωνιζομένους ἐπάδουσα, ἀνίστη τὰ φρονήματα πάντων, συγκροτοῦσά σου τὴν παράταξιν. ὥστε διπλοῦν καὶ τριπλοῦν καὶ πολλαπλασίονα γενέσθαι σοι τὸν στέφανον τῆς ἀρετῆς, δι᾽ ὧν τε αὐτὴ πάσχεις, δι᾽ ὧν τε ἑτέρους εἰς ταῦτα ἐνάγεις· καὶ πείθουσα πάντα πράως φέρειν, καὶ ὑπερορᾶν τῶν σκιῶν, καὶ καταφρονεῖν τῆς τῶν ὀνειράτων ἀπάτης, καὶ καταπατεῖν τὸν πηλὸν, καὶ τοῦ καπνοῦ μηδένα ποιεῖσθαι λόγον, καὶ τὰς ἀράχνας μὴ νομίζειν ὑμῖν διενοχλεῖν, καὶ παρατρέχειν τὸν σηπόμενον χόρτον. ταῦτα γὰρ ἅπαντα τῆς ἀνθρωπίνης εὐημερίας D ἡ ματαιότης, καὶ τούτων δὲ εὐτελεστέρα. καὶ οὐκ ἄν τις ῥᾳδίως εἰκόνα εὕροι ἀκριβῶς αὐτῆς τὴν ματαιότητα παριστῶσαν. μετὰ γὰρ τῆς οὐδενείας ταύτης, οὐ μικρὰν φέρει καὶ βλάβην τοῖς πρὸς αὐτὰ κεχηνόσιν, οὐκ ἐν τῷ μέλλοντι μόνον αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἡμέρας ἐν αἷς δοκοῦσιν αὐταῖς ἐντρυφᾶν. καθάπερ γὰρ ἡ ἀρετὴ οὐ κατ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν καθ᾽ ὃν πολεμεῖται, σκιρτᾷ, καὶ θάλλει, καὶ φαιδροτέρα δείκνυται, οὕτω καὶ ἡ κακία, καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν καθ᾽ ὃν θεραπεύεται, καὶ κολακεύεται, δείκνυσιν αὐτῆς τὴν ἀσθέ- E νειαν, καὶ τὴν πολυγέλωτα, καὶ τὴν ἄφατον κωμῳδίαν. τί γὰρ εἰπέ μοι τοῦ Κάιν ἐλεεινότερον γέγονε, καὶ κατ᾽ αὐτὸν τὸν καιρὸν, καθ᾽ ὃν ἔδοξε κρατεῖν τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ περιγεγενῆσθαι, καὶ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς ἐμπεφορῆσθαι, ἐκείνης τῆς ἀδίκου καὶ μυσαρᾶς.

τί δὲ

οὐ γὰρ τῆς δεξιᾶς ἐκείνης ἀκαθαρτότερον, τῆς δεξιᾶς νενικηκέναι; τῆς δεξιᾶς, ἣ τὴν πληγὴν ἐπήγαγεν, καὶ τὸν φόνον εἰργάσατο, καὶ τῆς αἰσχίστης γλώττης, ἣ τὸν δόλον ἔρραψε, καὶ τὰ δίκτυα ἥπλωσεν; καὶ τί λέγω τὰ μέλη τὰ τὸν φόνον ἐργασάμενα; καὶ γὰρ ὅλον τὸ σῶμα ἐκολάζετο, τῷ στεναγμῷ, τῷ τρόμῳ διηνεκῶς παραδοθέν. ὢ καινῶν πραγμάτων, ὢ παραδόξου νίκης· ὢ ξένου τροπαίου. ὁ μὲν σφαγεὶς καὶ νεκρὸς κείμενος ἐστεφανοῦτο καὶ ἀνεκηρύττετο· ὁ δὲ νικήσας καὶ περιγεγονὼς, οὐ μόνον ἀστεφάνωτος ἔμενεν, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο ἐκολάζετο, καὶ ἀφορήτοις παρεδίδοτο τιμωρίαις, καὶ διηνεκεῖ βασάνῳ· καὶ τοῦ κινουμένου καὶ ζῶντος καὶ φθεγγομένου ὁ πεπληγὼς καὶ τεθνεὼς [καὶ φθεγγομένου] ὁ ἄφωνος κατηγόρει· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ὁ τεθνεώς· ἀλλὰ τὸ μὲν αἷμα ψιλὸν, καὶ τοῦ σώματος χωρισθὲν, ἤρκεσεν εἰς τοῦτο μόνον. τοσαύτη τῶν ἐναρέτων ἡ περιουσία, καὶ τελευτησάντων· τοσαύτη τῶν πονηρῶν ἡ ἀθλιότης, καὶ ζώντων. εἰ δὲ ἐν τῷ σκάμματι τοιαῦτα τὰ βραβεῖα, ἐννόησον μετὰ τοὺς ἀγῶνας ἡλίκαι αἱ ἀμοιβαὶ, ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀντιδόσεως, ἐν τῇ χορηγίᾳ τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων, τῶν πάντα ὑπερβαινόντων λόγον. τὰ μὲν γὰρ λυπηρὰ, οἷα ἂν ᾖ, παρὰ ἀνθρώπων ἐπάγεται, καὶ μιμεῖται τῶν ἐπιφερόντων τὴν εὐτέλειαν· τὰ δὲ δῶρα, καὶ αἱ ἀμοιβαὶ, παρὰ τοῦ Θεοῦ δίδονται. διὸ καὶ τοιαῦτά ἐστιν, οἷα εἰκὸς παρὰ τῆς ἀφάτου δωρεᾶς ἐκείνης διδόμενα. χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου, στεφανηφοροῦσα, πομπεύουσα, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν καταπατοῦσα μᾶλλον ἢ πηλὸν ἕτεροι. καὶ δήλου συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας σου· ἵνα καὶ ἐντεῦθεν πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν εὐφροσύνην. οἶσθα γὰρ ὡς οὐ μικρὰ ἡμῖν ἔσται παραμυθία, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθημένοις, ὅταν συνεχῶς μανθάνωμεν περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς. ἔρρωσο.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ϛ'.

Ἀπ' αὐτῶν ἀναβὰς τῶν τοῦ θανάτου πυλῶν, ταῦτα ἐπιστέλλω πρὸς τὴν σὴν κοσμιότητα· διὸ καὶ σφόδρα ἥσθην, ὅτι νῦν ἀπηντήκασιν οἱ παῖδες εἰς λιμένα λοιπὸν ὁρμιζοῦσιν ἡμῖν. εἰ γὰρ πελαγίῳ μοι σαλεύοντι ἦσαν, καὶ τὰ χαλεπὰ τῆς ἀρρωστίας ἐκδεχομένῳ κύματα συνήντησαν, οὐδὲ ἀπατῆσαί μοι ῥᾴδιον ἦν τὴν σὴν εὐλάβειαν, χρηστὰ ἀντὶ δυσχερῶν ἀπαγγέλλοντι. καὶ γὰρ ὁ χειμὼν τοῦ συνήθους γινόμενος σφοδρότερος, χαλεπώτερον ἡμῖν καὶ τοῦ στομάχου τὸν χειμῶνα ἐπήγαγε· καὶ νεκρῶν οὐδὲν ἄμεινον τοὺς δύο διετέλεσα μῆνας τούτους, ἀλλὰ καὶ χαλεπώτερον. τοσοῦτον γὰρ ἔζων, ὅσον ἐπαισθάνεσθαι τῶν πανταχόθεν κυκλούντων με δεινῶν, καὶ πάντα μοι νὺξ ἦν, καὶ ἡμέρα, καὶ ὄρθρος, καὶ μεσημβρία μέση, καὶ διημέρευον τῇ κλίνῃ προσηλωμένος, καὶ μυρία μηχανώμενος, οὐκ ἴσχυον τὴν ἐκ τοῦ κρυμοῦ βλάβην ἀποτινάξασθαι· ἀλλὰ καὶ πῦρ ἀνακαίων, καὶ καπνοῦ χαλεπωτάτου ἀνεχόμενος, καὶ ἐν ἑνὶ δωματίῳ καθειργμένος, καὶ μυρία ἐπιβλήματα ἔχων, καὶ μηδὲ τὸν οὐδὸν ὑπερβαίνειν τολμῶν, τὰ ἔσχατα ἔπασχον, ἐμέτων τε συνεχῶς ἐπιγινομένων, κεφαλαλγίας, ἀνορεξίας, ἀγρυπνίας διηνεκοῦς. τὰ γοῦν πελάγη τῆς νυκτὸς τὰ οὕτω μακρὰ ἀγρυπνῶν διετέλουν· ἀλλ' ἵνα μὴ πλείονι τοῖς δυσχερέσιν ἐνδιατρίβων κατατείνω σου τὴν διάνοιαν, πάντων ἀπηλλάγμεθα τούτων νῦν· ὁμοῦ τε γὰρ ἐπέστη τὸ ἔαρ, καὶ μικρά τις τοῦ ἀέρος γέγονε μεταβολὴ, αὐτόματα πάντα ἐλύθη· ἀλλ' ὅμως καὶ νῦν πολλῆς δέομαι τῆς ἀκριβείας κατὰ τὴν δίαιταν. διὰ δὴ τοῦτο κοῦφον ποιῶ τῷ στομάχῳ τὸ φορτίον, ὥστε αὐτὸ δύνασθαι καὶ ῥᾳδίως διαθεῖναι. οὐχ ὡς ἔτυχε δὲ ἡμᾶς κατέστησεν ἐν φροντίδι, καὶ τὸ μαθεῖν πρὸς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς εἶναί σου τὴν κοσμιότητα. ἀλλ' ὅμως διὰ τὸ στέργειν σφόδρα καὶ μεριμνᾶν, καὶ φροντίζειν τὰ σὰ, καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων τῆς τιμιότητός σου, ταύτης ἀπηλλάγημεν τῆς μερίμνης, πολλῶν ἐκεῖθεν ἐλθόντων καὶ ἀπαγγειλάντων τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς. καὶ νῦν χαίρω σφόδρα καὶ εὐφραίνομαι· οὐχ ὅτι τῆς ἀρρωστίας ἀπηλλάγης μόνον, ἀλλὰ πρὸ πάντων, ὅτι οὕτω γενναίως φέρεις τὰ συμπίπτοντα, μῦθον ἅπαντα ταῦτα καλοῦσα· καὶ τὸ δὴ μεῖζον, ὅτι καὶ τῇ τοῦ σώματος ἀρρωστίᾳ ταύτην περιέθηκας τὴν προσηγορίαν, ὃ ψυχῆς ἐστι νεανικῆς καὶ πολλῷ τῷ τῆς ἀνδρείας βρυούσης καρπῷ. τὸ γὰρ μὴ μόνον φέρειν γενναίως τὰ δυσχερῆ, ἀλλὰ μηδὲ παρόντων αὐτῶν αἰσθάνεσθαι, ἀλλ' ὑπερορᾶν, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς ἀπραγμοσύνης τὸν τῆς ὑπομονῆς ἀναδήσασθαι στέφανον, οὐ κάμνουσαν, οὐδὲ ἱδροῦσαν, οὐδὲ πράγματα ἔχουσαν, οὐδὲ ἑτέροις παρέχουσαν· ἀλλ' ὥσπερ σκιρτῶσαν καὶ χορεύουσαν, τοῦτο τῆς ἀκριβεστάτης φιλοσοφίας ἐστὶν ἀπόδειξις. διὰ ταῦτα χαίρω καὶ σκιρτῶ· πέτομαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς· οὐκ αἰσθάνομαι τῆς παρούσης ἐρημίας, οὐδὲ τῶν λοιπῶν περιεστάντων, εὐφραινόμενος καὶ γανύμενος,

A dem perpetrarat? Quid fœdiſſima illa lingua, quæ fraudem texuerat, & laqueos expanderat? Quid autem membra ea commemoro, quæ cædem admiſerant? Siquidem corpus univerſum excruciabatur, perpetuo nimirum gemitui ac tremori addictum & mancipatum. O ſingularem rerum novitatem! O admirandam victoriam! O novum tropæi genus! Is, qui obtruncatus fuerat, atque exanimis jacebat, corona donabatur, ac laude & prædicatione afficiebatur: qui autem vicerat, & ſupe- B rior diſceſſerat, non modò coronæ expers manebat, verùm hoc etiam nomine in cruciatu verſabatur, & in tolerando ſupplicio perpetuóq; tormento addicebatur. Atq; eum qui motu & vita præditus erat, is, qui percuſſus fuerat ac mortem oppetierat, accuſabat: eum, qui loquebatur, is qui vocis expers erat, in judicium trahebat. Imò verò ne mortuus quidem ipſe, verùm cruor duntaxat, etiam à corpore ſejunctus, ad eam rem vel ſolus ſufficiebat. Tanta proborum hominum ac virtute præditorum, et- C iam vita functorum, vis eſt! tanta rurſum improborum, etiam viventium, miſeria! Porrò cùm in ipſa arena, atque in ipſo certamine tanta præmia ſint, velim tecum reputes, quanta poſt certamina, tum cùm piis viris præmia referentur, ac bona illa, quæ omnem ſermonis facultatem ſuperant, ipſis ſuppeditabuntur, merces futura ſit. Moleſtiæ namque, quæcumque tandem illæ fuerint, ab hominibus inferuntur: ac proinde inferentium vilitatem imitantur. At dona & præmia à Deo tri- D buuntur: ob idque etiam ejuſmodi ſunt, qualia ea eſſe par eſt, quæ ab illa, quæ nullis verbis explicari poteſt, munificentia conceduntur. Quamobrem gaude, atque oblectare, corollis caput tuum redimiens, ac triumphans, hoſtiumque aculeos magis proculcans, quàm lutum alii. Ac de tua valetudine quàm creberrimè fac nos certiores: ut hinc quoque ingentem voluptatem capiamus. Non enim te fugit magnæ nobis, etiam in ſolitudine ſitis, eam rem conſolationi fore, cùm de tua ſanitate E quàm ſæpiſſimè ad nos literæ afferentur. Vale.

Ad eandem epiſt. 6.

Ab ipſis mortis januis revocatus hæc ad te ſcribo: eóque etiam nomine pueros tuos nunc denique ad nos acceſſiſſe vehementer gaviſus ſum, cum jam ad portum appelleremus. Nam ſi mihi, cùm adhuc in mari jactarer, graveſque morbi fluctus exſpectarem, occurriſſent, ne pietatem quidem tuam fallere mihi proclive fuiſſet, læta pro triſtibus nuntianti. Hyems enim, gra- A vior quàm ſolebat, exorta, graviorem quoque nobis ſtomachi hyemem invexit: Nihilóque meliùs ac commodiùs, quàm qui mortem obierunt, imò etiam graviùs, hos duos menſes confeci. Hactenus enim lucis hujus uſura fruebar, ut malorum, quibus undique cingebar, ſenſu afficerer; omniáque mihi noctis inſtar erant, hoc eſt tam dies, quàm diluculum, atq; ipſa meridies: totóſq; dies lecto affixus exigebam. Cúmque innumeras rationes comminiſcerer, contractum tamen ex acerrimo frigore detri- B mentum haudquaquam excutere poteram. Quamvis enim ignem etiam accenderem, & graviſſimum fumum perferrem, & cubiculo incluſus tenerer, ſexcentiſque veſtibus memet obvolverem, ac ne limine quidem efferre auderem, nihilominus tamen extremos cruciatus patiebar: quippe cùm vomitus ſubinde orirentur, capitis dolores, cibi faſtidia, perpetuæque vigiliæ. Siquidem noctis pelagus uſqueadeò longum inſomnis exigebam. Verùm ne commemorandis rebus moleſtis diutius im- C morans, animum tuum vexem, his omnibus nunc liberati ſumus. Nam ſimulatque ver affuit, atq; exigua quædam aëris mutatio contigit, omnia ſponte ſua dilapſa ſunt. Quamquam nunc quoque magna mihi in victus ratione cura opus eſt. Ac proinde operam do, ut levem ſarcinam ſtomacho imponam, quò eam facilè digerere queat. Illud verò non vulgari ſolicitudine nos affecit, quòd te extremo vitę ſpiritu conflictari intelleximus. Quamquam pro ingenti meo erga te amore, ac rerum tuarum cura & D ſolicitudine, antequã etiam literas tuas reciperem, hac cura ſolutus ſum. Permulti enim iſtinc ad nos venerunt, téq; cōmoda valetudine eſſe nunciarunt. Ac nunc majorem in modum lætor & gaudeo, non hoc tantùm nomine, quòd morbo liberata ſis, ſed hoc potiſſimùm, quòd ea, quæ accidunt, adeò fortiter ac generoſè feras, fabulam nimirum hæc omnia vocans. Tum etiam, quod majus cenſendũ eſt, quia etiam corporis morbo hujuſmodi nomen impoſuiſti. quod quidem ſtrenuæ animæ eſt, ac fortitudinis E fructu abundantis. Nam incōmodas & adverſas res non modò forti animo ferre, ſed ne quidem cùm adſunt perſentire, verùm eas pro nihilo putare, ac perfacili negotio patientiæ coronam adipiſci, non laborantem, non ſudantem, & negotia habentem, nec aliis faceſſentem, verùm tanquam exilientem ac tripudiantem, hoc demum perfectiſſimæ ac numeris omnibus abſolutæ philoſophiæ argumentum eſt. Ob eamque cauſam gaudeo &

Præſentes calamitates meræ fabulæ ſunt.

exulto, ac præ voluptate volito, nec præſentem ſolitudinem cæteraſq; res adverſas perſentiſco. Lætor enim ac voluptate perfundor,

dèque tua animi magnitudine, crebriſque victoriis vehementer glorior, non tua duntaxat, ſed etiam magnæ illius ac numeroſiſſimæ civitatis cauſa. Cui etiã turris & portus ac muri loco extitiſti, luculentam per res ipſas vocem emittens, atque in tuis calamitatibus utrumque hominum genus erudiens, ut ad hujuſmodi certamina promtè atque impigrè ſeſe accingant, ac cum omni animi fortitudine in arenam deſcendant, collectóſque ex hujuſmodi certaminibus ſudores facilè ferant. Quodque mirabile eſt, non in forum te injiciens nec in mediam civitatem B progreſſa, ſed in exiguo cubiculo ac thalamo ſedens, iis, qui adſunt, animum addis, eóſque ad certamen acuis, marique ita furente ac fluctibus adeò intumeſcentibus, ſcopuliſque & latentibus ſub unda ſaxis & petris, ac truculentis belluis undique ſeſe oſtendentibus, atque altiſſima nocte cuncta occupante, tu, velut meridiano & tranquillo tempore, ventóque ad puppim flante, ſic expaſſis patientiæ velis ſumma cum facilitate navigas, tantumque ab eo abes, ut gravi hac tempeſtate obruatis, ut ne le- C viter quidẽ aſpergaris: idq; ſanè meritò. Hujuſmodi enim ſunt virtutis gubernacula. Et quidem mercatores & gubernatores, ac nautæ, & vectores, cum nubium concurſum, aut ſævorum & immanium ventorum impetum, rapidóſque fluctus majorem in modum ſpumantes conſpiciunt, naves intra portum continent. Quòd ſi etiam fortaſſe in mari jactentur, quidvis faciunt ac moliuntur, ut ad littus, aut inſulam, aut ripam aliquam navim appellant. At tu, cùm ſexcenti venti, cum tot immanes flu- D ctus omni ex parte inter ſe collidantur, cum mare ab imis uſque gurgitibus ob tempeſtatis acerbitatem ſurſum erumpat, atque alii pelſum ierint, alii extincti ſupra undas emineant, ipſa in medium malorum pelagus inſiliens, omnia hæc fabulam appellas, proſpero curſu in tempeſtate navigans. Neque id profectò mirum. Gubernatores etenim, quantumvis ſcientiam illam mirificè teneant, artem tamen, qua omni tempeſtati reluctentur, minimè habent: eóq; etiam fit, ut certamen cum fluctibus perſæpe E defugiant. At tibi ſcientia eſt omni tempeſtate ſuperior, nimirum philoſophici animi robur, quod & innumeris exercitibus valentius eſt, & quibuſvis armis potentius. Militibus quippe arma, & muri, & turres, ad corporis duntaxat præſidium adjumento ſunt, idque etiam non ſemper, nec perpetuò. Nonnunquam enim omnia iſta vincuntur, eóśque, qui ad ſe confugiunt, præſidio ſuo deſtitutos relinquunt. At verò arma tua, non barbarica tela, non hoſtium machinas, non hujuſmodi impetus & A aſtus fregerunt, ſed ipſas naturæ neceſſitates protriverunt, ac tyrannidem ſuſtulerunt, earumque arcem humi proſtraverunt. Ac cum dæmonibus continenter dimicans, innumeras quidem palmas adepta es, nullam autem plagam accepiſti, verum inter denſiſſimas ſagittas incolumis perſtitiſti: ac tela ea, quæ in te conjiciuntur, in eos rurſum, à quibus miſſa ſunt, reſiliunt. Hæc nimirum artis tuæ ſapientia eſt, ut per ea mala, quæ tibi inferuntur, eos, à quibus inferuntur, ulciſcaris, & per inſidias, B quæ tibi comparantur eos, qui bellum tibi indicunt, mœrore afficias, ampliſſimam ſcilicet adipiſcendæ majoris gloriæ ſegetem habens illorum improbitatem. Quæ cum & probè compertà habeas, & reipſa perſentias, non abs re fabulam hæc omnia nuncupas. Quidni enim, quæſo, fabulam appelles, cùm corpus mortale nacta ſis, & tamen mortem perinde contemnas, ut qui ex terram deferere, atque ad ſuam patriam redire feſtinant? cùm in acerbiſſimo morbo verſeris, & tamen ſuavius, quam C qui optima valetudine, ac florenti & vegeto corpore ſunt, degas, ut quæ nec contumeliis dejiciaris, nec honoribus ac vitæ ſplendoribus attollaris, id quod multis hominibus innumerorum malorum cauſam attulit, qui, cùm etiam in ſacerdotii munere fulſiſſent, atque ad extremam ſenectutem, & proveċtiſſimam canitiem perveniſſent, hinc tandem corruerunt, iiſque, quibus comici cavilli cordi ſunt, tanquam commune quoddam theatrum proponuntur? At tibi, quæ & fœmina es, & D aranea imbecillius corpus geris, & tot ac tantos impetus ſuſtinuiſti, non modò nil tale accidit, ſed etiam ipſa, ne id aliis multis accideret prohibuiſti. Atque illi, qui ne altè quidem in certaminibus progreſſi, verùm in ipſis præludiis, ipſiſque, ut ita dicam, carceribus* proſilientes dejecti ſunt: tu autem extremam metam ſexcenties circumiens, in ſingulis curſibus palmam arripuiſti, multis variiſque luctarum & certaminum generibus editis ac demonſtratis. Neque enim in E ætate, nec in corpore, ſed in animo ſolo & voluntate virtutis certamina conſtituta ſunt. Ad hunc modum & fœminæ coronã obtinuerunt, & viri proſtrati ſunt. Ad hunc modum & pueri laude ac prædicatione affecti ſunt, & ſenes pudore atq; ignominia ſuffuſi. Porrò cùm eos ſemper admirari par ſit, qui virtutis ſtudium conſectantur, tum verò præcipuè, cùm multis eam deſerentibus quidam reperiuntur, qui eam complectantur.

* ὑσπλήγων, for. tamen βαλβίδων, i. impetus.

A καὶ σφόδρα καλλωπιζόμενος ἐπὶ τῇ σῇ μεγαλοφροσύνῃ, καὶ ταῖς ἐπαλλήλοις νίκαις, οὐ διὰ σὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον πόλιν ἐκείνην, ᾗ καὶ ἀντὶ πύργου, καὶ λιμένος γέγονας καὶ τείχους, λαμπρὰν τὴν διὰ τῶν πραγμάτων ἀφιεῖσα φωνὴν, καὶ ἑκάτερον τὸ γένος ἐν τοῖς παθήμασι σου παιδεύουσα, καὶ ἀποδύεσθαι ῥᾳδίως πρὸς τοιούτους ἀγῶνας, καὶ καταβαίνειν εἰς τὰ σκάμματα μετ᾽ ἀνδρείας ἁπάσης, καὶ φέρειν εὐκόλως τοὺς ἐκ τῶν τοιούτων ἀγώνων B ἱδρῶτας· καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν, ὅτι οὐκ εἰς ἀγορὰν ἐμβάλλουσα, οὐδὲ τὰ μέσα τῆς πόλεως καταλαμβάνουσα· ἀλλ᾽ ἐν οἰκίσκῳ βραχεῖ καὶ θαλάμῳ καθημένη, νευροῖς, ἀλείφεις τοὺς ἑστῶτας, καὶ τῆς θαλάττης οὕτω μαινομένης, καὶ τῶν κυμάτων οὕτω κορυφουμένων, σκοπέλων τε καὶ ὑφάλων, καὶ σπιλάδων, καὶ θηρίων πανταχόθεν ἀγρίων ἀναφαινομένων, καὶ νυκτὸς βαθυτάτης πάντα κατεχούσης, ὥσπερ ἐν μεσημβρίᾳ καὶ γαλήνῃ καὶ κατὰ πρύμναν τοῦ πνεύματος ἱσταμένου, οὕτως ἀνα- C πετάσασα τῆς ὑπομονῆς τὰ ἱστία, μετὰ πολλῆς πλέεις τῆς εὐκολίας, οὐ μόνον οὐ κλυδωνιζομένη ὑπὸ τοῦ χαλεποῦ τούτου χειμῶνος, ἀλλ᾽ οὐδὲ περιρραντιζομένη· καὶ μάλα γε εἰκότως· τοιαῦτα γὰρ τῆς ἀρετῆς τὰ πηδάλια. καὶ ἔμποροι μὲν καὶ κυβερνῆται, καὶ ναῦται, καὶ πλωτῆρες ἐπειδὰν ἴδωσι νεφῶν συνδρομὴν, ἢ ἀγρίων ἀνέμων ἐμβολὴν, ἢ τὸ ῥόθιον τοῦ κύματος σφοδροτάτῳ ζέον ἀφρῷ, εἴσω λιμένος τὰ πλοῖα κατέχουσιν· εἰ δὲ που καὶ τύχοιεν ἐν πελάγει σαλεύοντες, πάντα ποιοῦ- D σι καὶ μηχανῶνται, ὥστε πρὸς ὅρμον ἢ νῆσον, ἢ ἀκτὴν προσορμίσαι τὸ σκάφος. σὺ δὲ μυρίων πνευμάτων, τοσούτων ἀγρίων κυμάτων πανταχόθεν συρρηγνυμένων, τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάττης ἀνασπασθέντος, διὰ τὴν χαλεπότητα τοῦ χειμῶνος, καὶ τῶν μὲν ὑποβρυχίων γινομένων, τῶν δὲ ἐπιπλεόντων νεκρῶν τοῖς ὕδασιν, ἑτέρων γυμνῶν ἐπὶ σανίδος φερομένων, εἰς μέσον ἀλλομένη τὸ πέλαγος τῶν κακῶν, μῦθον ἅπαντα ταῦτα καλεῖς, ἐξ οὐρίας ἐν χειμῶνι πλέουσα· καὶ μάλα εἰ- E κότως. οἱ μὲν γὰρ κυβερνῆται, κἂν μυριάκις ὦσι σοφοὶ τὴν ἐπιστήμην ἐκείνην, ἀλλ᾽ οὐκ ἔχουσι τέχνην ἀρκοῦσαν ἀντιστῆναι παντὶ χειμῶνι. διὸ καὶ φεύγουσι πολλάκις τὴν πρὸς τὰ κύματα μάχην. σοὶ δὲ ἐστιν ἐπιστήμη παντὸς ἀνωτέρα χειμῶνος, τῆς φιλοσόφου ψυχῆς ἡ δύναμις· ἣ καὶ στρατοπέδων μυρίων ἐστὶν ἰσχυροτέρα, καὶ ὅπλων δυνατωτέρα, καὶ πύργων καὶ τειχῶν ἀσφαλεστέρα· στρατιώταις μὲν γὰρ καὶ ὅπλα, καὶ τείχη, καὶ πύργοι, πρὸς σώματος ἀσφάλειαν χρήσιμα μό- A νον, καὶ τοῦτο οὐκ ἀεὶ, οὐδὲ διὰ παντὸς· ἀλλ᾽ ἔστιν ὅτε καὶ ἡττᾶται ἅπαντα ταῦτα, καὶ ἐρήμους αὐτῶν προστασίας τοὺς καταφεύγοντας ἀφίησιν· τὰ δὲ σὰ οὐ βέλη βαρβαρικὰ, οὐδὲ μηχανήματα πολεμίων ἀνθρώπων, οὐδὲ ἐφόδους καὶ κλοπὰς τοιαύτας διήλεγξε· ἀλλὰ τὰς τῆς φύσεως κατεπάτησεν ἀνάγκας, καὶ τὴν τυραννίδα κατέλυσεν, καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῆς καθεῖλε, καὶ δαίμοσι πυκτεύουσα διηνεκῶς, μυρίας μὲν ἤρω νίκας, οὐδεμίαν δὲ ἐδέξω πληγήν· ἀλλ᾽ ἕστηκας ἄτρωτος ἐν τοσαύτῃ βελῶν νιφάδι, καὶ τὰ ἀκόντια τὰ κα- B τὰ σοῦ ῥιπτόμενα, πρὸς τοὺς ἀφιέντας ὑποστρέφει πάλιν. τοιαύτη σου τῆς τέχνης ἡ σοφία· δι᾽ ὧν πάσχεις κακῶς, τοὺς ποιοῦντας ἀμύνῃ· δι᾽ ὧν ἐπιβουλεύῃ, τοὺς πολεμοῦντας λυπεῖς, ὑπόθεσιν μεγίστην ἔχουσα πρὸς εὐδοκιμήσεως ἀφορμὴν μείζονος, τὴν ἐκείνων κακίαν. ταῦτα καὶ αὐτὴ εἰδυῖα καλῶς, καὶ τῇ πείρᾳ τὴν αἴσθησιν ἔχουσα, εἰκότως μῦθον ἅπαντα ταῦτα καλεῖς. πῶς γὰρ οὐκ ἂν καλέσειας εἰπέ μοι μῦθον, θνητὸν σῶμα λαχοῦσα, καὶ θανάτου οὕτως καταφρονοῦσα, ὡς οἱ τὴν ἀλ- C λοτρίαν ἐπειγόμενοι καταλιπεῖν, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανελθεῖν πατρίδα; ἀρρωστίᾳ συζῶσα χαλεπωτάτῃ, καὶ τῶν εὐσαρκούντων καὶ σφριγώντων ἥδιον διακειμένη, οὐχ ὕβρεσι ταπεινουμένη, οὐ τιμαῖς καὶ δόξαις ἐπαιρομένη, ὃ τοῦ δὴ τῶν μυρίων πολλοῖς αἴτιον γέγονε κακῶν, οἳ καὶ ἐν ἱερωσύνῃ διαλάμψαντες, καὶ πρὸς ἔσχατον γῆρας ἐλάσαντες, καὶ βαθυτάτην πολιὰν, ἐντεῦθεν ὤλισθον, καὶ κοινὸν προέκειντο τοῖς βουλομένοις κωμῳδεῖν θέατρον; ἀλλ᾽ ἡ γυνὴ, καὶ ἀρα- D χνιῶδες περικειμένη σῶμα καὶ τοσαύτας ἐνεγκοῦσα προσβολὰς, οὐ μόνον οὐδὲν ἔπαθες τοιοῦτον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πολλοὺς παθεῖν ἐκώλυσας· κἀκεῖνοι μὲν οὐδὲ μέχρι πολλοῦ τῶν ἀγώνων προελθόντες, ἀλλ᾽ ἐξ αὐτῶν τῶν προοιμίων, καὶ βαλβίδος αὐτῆς, ὡς εἰπεῖν, ἀλλόμενοι κατηνέχθησαν· σὺ δὲ μυριάκις τὴν ἐσχάτην νύσσαν περιελθοῦσα, καθ᾽ ἕκαστον δρόμον τὸ βραβεῖον ἥρπασας, ποικίλα παλαισμάτων ἐπιδειξαμένη καὶ ἀγώνων εἴδη· καὶ μάλα εἰκότως. οὐδὲ γὰρ ἐν E ἡλικίᾳ, οὔτε ἐν σώματι τὰ παλαίσματα τῆς ἀρετῆς, ἀλλ᾽ ἐν ψυχῇ μόνῃ καὶ γνώμῃ· οὕτω καὶ γυναῖκες ἐστεφανώθησαν, καὶ ἄνδρες ὑπεσκελίσθησαν· οὕτω καὶ παῖδες ἀνεκηρύχθησαν, καὶ γεγηρακότες κατῃσχύνθησαν. ἀεὶ μὲν οὖν χρὴ θαυμάζειν τοὺς μετιόντας ἀρετὴν, μάλιστα δὲ ὅταν πολλῶν αὐτὴν ἀπολειπόντων, εὑρεθῶσί τινες αὐτῆς ἀντεχόμενοι.

Διὰ δὴ τοῦτο καὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν θαυμάζειν ἄξιον μεθ᾽ ὑπερβολῆς, ὅτι τοσούτων τραπέντων ἀνδρῶν, γυναικῶν, γεγηρακότων, τῶν δοκούντων μεγίστην ὑπόληψιν ἔχειν, πάντων ἐπ᾽ ὄψιν κειμένων, οὐδὲ ἐκ πολλῆς πολέμου ῥύμης, οὐδὲ ἀπὸ σφοδρᾶς τῶν ἐχθρῶν παρατάξεως, ἀλλὰ πρὸ συμβολῆς πεσόντων, πρὸ συμπλοκῆς ἡττηθέντων, αὐτὴ μετὰ τοσαύτας μάχας καὶ παρατάξεις, οὐ μόνον οὐ κατεμαλακίσθης, οὐδὲ ἐξελύθης τῷ πλήθει τῶν κακῶν, ἀλλὰ καὶ νεανιεύῃ μειζόνως, καὶ τῶν ἀγώνων ἡ προσθήκη προσθήκην σοι δίδωσιν ἰσχύος. ἡ γὰρ τῶν ἤδη κατορθωθέντων μνήμη, καὶ εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς, καὶ μείζονός σοι γίνεται προθυμίας ὑπόθεσις. διὰ ταῦτα χαίρομεν, σκιρτῶμεν, εὐφραινόμεθα. οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς τοῦτο λέγων, καὶ περιφέρων πανταχοῦ τῆς χαρᾶς τὴν ὑπόθεσιν. ὥστε εἰ καὶ ὁ ἡμέτερός σε λυπεῖ χωρισμός, ἀλλὰ μεγίστη σοι αὕτη τῶν κατορθωμάτων ἡ παράκλησις· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς τοσοῦτον ἀπῳκισμένοι μῆκος ὁδοῦ, οὐ μικρὰν ἐντεῦθεν, ἀπὸ τῆς σῆς ἀνδρείας λέγω, καρπούμεθα εὐφροσύνην.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ζ΄.

Τί φής; οὐκ ἔστησας τρόπαιον, οὐδὲ ἤρω νίκην λαμπράν, οὐδὲ ἀνεδήσω στέφανον ἀνθοῦντα διηνεκῶς; ἀλλ᾽ οὐ ταῦτά φησιν ἡ οἰκουμένη πᾶσα, ἡ πανταχοῦ τῆς γῆς ᾄδουσά σου τὰ κατορθώματα; εἰ γὰρ καὶ τὰ σκάμματα, καὶ οἱ ἀγῶνες ἐν ἑνὶ ἵδρυνται χωρίῳ, καὶ οἱ δίαυλοί σου τῶν δρόμων, καὶ τὰ ἀντὶ ἱδρῶτος αἵματος ἐμπεπλησμένα σου παλαίσματα, αὐτόθι γέγονεν· ἀλλ᾽ ἡ δόξα τούτων καὶ ἡ εὐφημία τὰ τέρματα κατείληφε τῆς οἰκουμένης. σὺ δὲ αὐτὰ μείζω βουλομένη ποιῆσαι, καὶ πλείονα τὰ βραβεῖα ἐργάσασθαι, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς ταπεινοφροσύνης αὐτοῖς προστέθηκας στεφάνους, λέγουσα τοσοῦτον ἀπέχειν τῶν τροπαίων τούτων, ὅσον οἱ νεκροὶ τῶν ζώντων. ὅτι γὰρ ταπεινοφροσύνης τὰ ῥήματα, μᾶλλον ἐξ αὐτῶν σε ἐλέγξαι πειράσομαι τῶν γεγενημένων· ἐξέπεσας πατρίδος, οἰκίας, φίλων, συγγενῶν· πρὸς τὴν ὑπερορίαν μετέστης· οὐ διέλιπες καθ᾽ ἑκάστην ἀποθνήσκουσα τὴν ἡμέραν, καὶ τὸ τῇ φύσει λεῖπον, τῇ περιουσίᾳ τῆς προαιρέσεως ἀναπληροῦσα· ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἔνι ἄνθρωπον ἐν τῇ πείρᾳ πολλοὺς θανάτους ἀποθνήσκειν, τῇ γνώμῃ τοῦτο πεποίηκας. καὶ τὸ μέγιστον, τὰ μὲν πάσχουσα, τὰ δὲ πείσεσθαι προσδοκῶσα, οὐκ ἐπαύσω τῷ συγχωροῦντι Θεῷ ταῦτα γίνεσθαι, τὴν ὑπὲρ αὐτῶν ἀναφέρουσα δοξολογίαν, καὶ καιρίαν τῷ διαβόλῳ διδοῦσα πληγήν. ὅτι γὰρ καὶ καιρίαν ἐδέξατο, ἔδειξε δι᾽ ὧν μειζόνως προσωπλίζετο· διὸ καὶ χαλεπώτερα τὰ ὕστερα τῶν πρώτων γέγονε· καθάπερ γὰρ σκορπίος ἢ ὄφις, ὅταν βαθυτέραν λάβῃ πληγήν, μειζόνως τὸ κέντρον ἄρας κατὰ τοῦ πλήξαντος ἐξανίσταται, τῆς πολλῆς ἀλγηδόνος ἀπόδειξιν παρέχων τὴν ῥαγδαίαν κατὰ τοῦ παίοντος ὁρμήν· οὕτω δὴ καὶ τὸ ἀναίσχυντον θηρίον ἐκεῖνο, ἐπειδὴ τὰ τραύματα εἰς βάθος ἐδέξατο παρὰ τῆς θαυμασίας σου καὶ ὑψηλῆς ψυχῆς, μειζόνως ἐπεπήδησε, καὶ πλείους ἐπήγαγε πειρασμούς· ἐπήγαγε μὲν γὰρ ἐκεῖνος, οὐχ ὁ Θεός, συνεχώρησε δὲ ὁ Θεός, αὔξων σου τὸν πλοῦτον, μείζονα ποιῶν τὴν ἐμπορίαν, πλείονα δὲ προξενῶν τὸν μισθόν, δαψιλεστέραν τὴν ἀντίδοσιν. μὴ τοίνυν ταράττου, μηδὲ θορυβοῦ· τίς γάρ ποτε ἔκαμε πλουτῶν; τίς συνεχύθη ἐπὶ τὰς ὑψηλοτάτας ἐρχόμενος ἀρχάς; εἰ δὲ οἱ τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα συνάγοντες, τὰ ἐπίκηρα καὶ σκιᾶς ἀδρανέστερα, καὶ ἀνθῶν σηπομένων μᾶλλον μαραινόμενα, σκιρτῶσι, χορεύουσι, πέτονται ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, τῆς ὁμοῦ τε φαινομένης καὶ ἀφιπταμένης, καὶ ποταμίων ῥευμάτων μιμουμένης δρόμον· πολλῷ μᾶλλον σε δίκαιον, καὶ εἰ πρότερον ἧς ἐν ἀθυμίαις, τὸν παρόντα καιρὸν εὐθυμίας μεγίστης ποιήσασθαι πρόφασιν. καὶ γὰρ ὁ θησαυρὸς ὃν συνήγαγες, ἄσυλος, καὶ τὸ ἀξίωμα τὸ διὰ τῶν παθημάτων σοι τούτων συγκροτηθέν, διαδοχὴν οὐκ οἶδεν, οὐδὲ ἀναμένει τέλος, ἀλλ᾽ ἔστιν ἀπέραντον, οὐ δυσκολίᾳ καιρῶν, οὐκ ἀνθρώπων ἐπιβουλαῖς, οὐ δαιμόνων ἐφόδοις, οὐκ αὐτῇ διακοπτόμενον τῇ τελευτῇ. εἰ δὲ βούλει καὶ θρηνεῖν τοὺς τὰ τοιαῦτα ἐργαζομένους, τούτους θρήνει, τοὺς τῶν κακῶν τούτων αὐθέντας, τοὺς ὑπηρέτας, οἳ καὶ εἰς τὸ μέλλον μεγίστην ἐθησαύρισαν ἑαυτοῖς τιμωρίαν, ἐνταῦθα δίκην ἔδοσαν ἤδη τὴν ἐσχάτην, τοσούτων ἀποστρεφομένων αὐτούς, καὶ πολεμίους ἡγουμένων, ἐπαρωμένων, καταδικαζόντων. εἰ δὲ οὐκ αἰσθάνονται τούτων, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστά εἰσιν ἐλεεινοί, καὶ δακρύων ἄξιοι, καθάπερ οἱ φρενίτιδι κατεχόμενοι νόσῳ, λακτίζοντες μέν, καὶ παίοντες τοὺς ἀπαντῶντας εἰκῆ καὶ μάτην, πολλάκις δὲ καὶ τοὺς εὐεργετηκότας καὶ φίλους, οὐκ αἰσθανόμενοι δὲ τῆς μανίας, ἧς μαίνονται.

A Hoc igitur nomine, te quoque ſummopere admirari ac ſuſpicere convenit, quòd cum tot viri, tot fœminæ, tot ſenes, qui maxima virtutis exiſtimatione florebant, terga verterint, atque ante omnium oculos proſtrati jaceant, non ex ingenti belli impetu, aut acri hoſtium conflictu, ſed ante pugnam prolapſi, ante dimicationem victi ac profligati: tu contrà poſt tot pugnas & conflictus, non modò malorum agmine fracta confectáque non es, ſed etiam majorem inde animi vigorem collegiſti, ac B certaminum incrementum roboris incrementum tibi affert. Etenim rerum earum, quas jam rectè & cum laude geſſiſti, memoria, cum lætitiæ ac voluptatis, tum majoris alacritatis anſam tibi ſuppeditat. Ac proinde gaudemus, exilimus, & lætitia diffundimur; neq; enim hoc ſubinde repetere, atq; ubiq; gaudii mei materiam circumferre deſinam. Quocirca ſi abſentia noſtra te angit, at maxima tibi ex his, quæ cum virtute geſſiſti, conſolatio ſuppetit: quandoquidem nos quoque, tanto itineris C intervallo à te diſtincti, non parvam hinc, hoc eſt ex tua animi magnitudine, delectationem capimus.

Ad eandem Epiſtola 7.

Quid ais? Tropæum non erexiſti, nec præclaram victoriam obtinuiſti, nec perpetuò virentem coronam adepta es? An non hæc orbis univerſus affirmat, qui ubique terrarum tua rectè fa- D cta decantat? Quamquā enim & palæſtræ, & certamina in uno loco ſita ſunt, & curſuum tuorum ſpatia, & concertationes tuæ, ſudoris loco ſanguine refertæ, illic exstiterunt: at earum tamen rerum gloria & commendatio extremos terræ fines occupavit. Tu vero ea auctiora reddere, ac palmas amplificare ſtudens, eas quoque, quas animi ſummiſſio parit, coronas ipſis adjunxiſti, dum te tantum ab hiſce tropæis abeſſe aſſeris, quantum mortui à vivis remoti ſunt. Nam quòd hæc verba ab animi ſum- E miſſione profecta ſint, ex iis ipſis potiùs, quæ contigerunt, planum facere conabor. Patria pulſa es, domo, amicis, cognatis. In exilium miſſa es. Quovis die mori non deſiiſti: atque, quod naturæ deerat, voluntatis inductioniſque animi amplitudine ſupplevisti. Nam quia fieri nequit, ut homo reipſa multas mortes oppetat, animo ac voluntate hoc feciſti. Et, quod maximum eſt, cum alia perferres, alia jam jamque expectares, Dei tamen, cujus permiſſu hæc fiebant, gloriam ob ea prædicare, lethalem- A que diabolo plagam inferre non deſtitiſti. Nam quòd lethale vulnus acceperit, hinc declaravit, quòd majoribus poſtea armis ſeſe inſtruxit. Unde etiam atrociora prioribus poſteriora facta ſunt. Quemadmodum enim ſcorpius & ſerpens, cùm altè defixum vulnus acceperunt, ſublato altiùs aculeo adverſus eum, à quo percuſſi ſunt, inſurgunt, per acrem ſcilicet in percuſſorem impetum acerrimi doloris argumentum exhibentes: eodem etiam modo impudens hæc bellua, quoniam ab admirabili & B ſublimi anima tua vulnera intimo pectore accepit, vehementiorem in te impetum fecit, ac plures tentationes admovit. Etenim eas ille quidem admovit, non Deus: permiſit autem Deus, ut opes tuas augeret, quæſtumque uberiorem efficeret, atque ampliorem mercedem, & largius præmium tibi conciliaret. Quamobrem nihil eſt quod perturberis ac tumultueris. Ecquis enim unquam animo elanguit, opibus atque co- C piis circumfluens? Ecquis perturbatione affectus eſt, ad ſummas dignitates aſcendens? Quod ſi ii, qui humana iſta congerunt, iſta inquam caduca & umbra imbecilliora, citiuſque, quàm putridos flores, marceſcentia, ſaltant, tripudiant, præ voluptate volitant, præ ea inquam voluptate, quæ ſimul & apparet & avolat, fluminumque curſum imitatur: quanto tandem æquius eſt, te, etiamſi priùs in mœroribus animique conſternatione fuiſſes, ex præſenti tamen tempore maximæ læ- D titiæ atque alacritatis occaſionem haurire? Theſaurus enim ille quem collegiſti, furto ſubduci non poteſt: nec decus illud, quod per has calamitates tibi comparatum eſt, ſucceſſionem novit, aut finem expectat, ſed ab omni termino alienum eſt, ut quod nec temporum difficultate, nec hominum inſidiis, nec dæmonum inſultibus, nec denique morte ipſa interrumpatur. Quòd ſi etiam lugere animus eſt, eos ſanè, qui hæc perpetrant, luge, horum, inquam, malorum authores, horum admini- E ſtros, qui & maximos ſibiipſis in futurum cruciatus condiderunt, & hîc etiam acerbiſſimas pœnas luerunt, utpote quos homines averſentur, hoſtiumque numero habeant, & diris omnibus devoveant atque condemnent. Qui ſi hæc non ſentiunt, hoc quoque nomine potiſſimum miſeri ſunt lachrymiſque digni, non ſecus videlicet ac phreneſi laborantes, qui fruſtra quidem ac temerè calcibus obvios quoſque inceſſunt ac feriunt, ſæpe etiam amicos ac de ſe benemeritos: eum tamen furorem, quo perciti ſunt, maximè ſentiunt.

Simile.

Perſecutores lugendi.

Ob idque incurabili morbo tenentur, quoniã nec medicos admittunt, nec medicamentis uti ſuſtinent: quin potius eos quoq; qui ipſis mederi atque opem ferre ſtudent, rebus contrariis remunerantur. Itaque ob hoc quoque ipſum miſeri iſti ſunt, ſi tantæ improbitatis ſenſu carent. Quod ſi aliorum condemnationem nihil morantur, at certe fieri non poteſt, ut ſuæ conſcientiæ judicium effugiant, quod nec vitari, nec corrumpi poteſt, nec ullo terrori cedit, nec blanditiis aut pecuniarum largitione labefactatur, nec temporis longinquitate obſcuratur. Etenim ille Iacobi filius, qui Ioſephum à peſtifera beſtia devoratum eſſe patri confirmarat, ac ſceleratam fabulam agebat, atque hac larva fraternæ cædis crimen obvelare conatus fuerat, patri quidem fucum tunc fecit, conſcientiam autem ſuam minimè fefellit, nec ab ea, ut conquieſceret, impetrare potuit: verùm ea conſtanter adverſus ipſum inſurgebat, perpetuiſque clamoribus eum inſectabatur, neque unquam compeſci poterat. Siquidem cùm diuturnum jam temporis ſpatium interceſſiſſet, is, qui admiſſum ſcelus patri infiſciatus fuerat, neq; cuiquam alii prodiderat, nemine accuſante, nemine convincente, nemine aſtante, ac fabulam illam in memoriam ipſi redigente, cùm de libertate atque adeò de ipſa vita periclitaretur, conſcientiæ accuſatorem in tam longo tempore nequaquã velut obſtructo ore compreſſum atque defoſſũ eſſe oſtendit, cùm his verbis uteretur; Certè: in peccatis enim ſumus pro fratre noſtro: quia deſpeximus tribulationem ejus, & dolorem animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audivimus; en ſanguis ejus à nobis exquiritur. Atqui aliud erat crimen, quod ipſi intendebatur. Nam furti inſimulabatur, atque, ut aureum poculum ſuffuratus, in judicium trahebatur. Verùm quoniam nullius ejuſmodi criminis ſibi conſcius erat, minimè hoc nomine diſcruciabatur, nec ſe, ob ea, de quibus judicium ſubibat, atque in vincula ducebatur, hæc perpeti dicebat: ſed ob ea, quæ nemo ipſi objiciebat, nec de iis pœnas ab eo expetebat, nec eum in judicium trahebat, imò quæ nondum perpetraverat, ob ea inquam ipſe ſe prodebat & accuſabat. Conſcientia enim ipſum perſtringebat: & qui animo uſque adeò firmo & intrepido fratris cruorem effuderat, nulloque propterea mœrore affectus fuerat, nunc contra illius vicem dolebat! & quos ſceleris ſocios ac participes habuerat, accuſabat, crudelitatémq; omnem tragicis verbis exaggerabat, dicens, dum deprecaretur nos, & deſpeximus tribulationem & dolorem animæ ejus. Quod perinde eſt ac ſi diceret: Ad emolliendos animos noſtros, atque ad miſericordiam inflectendos, natura etiam ipſa, vel ſola, ſufficiebat. At ille lacrymas etiam adjungebat, ſupplexque nos obſecrabat: ac ne ſic quidem nos inflexit, verùm ipſius calamitatem, animique angorem neglexImus. Ob eam cauſam, inquit, judicium hoc nobis comparatum eſt, ob eam cauſam in ſanguinis periculo verſamur, quoniam in ſanguinem peccavimus. Ad hunc modum etiã Iudas coarguentẽ conſcientiam minimè ferens, ad laqueum ſe contulit, eoque vitam ſibi ademit. Et quidem, cùm impudens illud pactum inire non dubitabat, dicens:

Matt. 26, 15 *Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam?* non eos, qui id audiebant, verebatur (nempe quòd diſcipulus in magiſtrũ ejuſmodi ſcelera molitetur) nec per eos dies, qui interea fluxerunt, ullo dolore pungebatur, verùm ea voluptate, quam ei pecuniæ cupiditas afferebat, temulentus, conſcientiæ accuſationem haud admodum ſentiebat. At poſteaquam ſcelus peregit pecuniamq; ſumpſit, ac lucri quidem voluptas finem accepit, criminis autẽ accuſatio vigere incepit, tum denique nemine accuſante, nemine vim afferente, nemine cohortante, ſponte ſua abiens, tum pecuniam iis, à quibus acceperat, projecit, tum ſcelus ſuum audi-

Matt. 27, 4 entibus illis confeſſus eſt, his verbis utens, *Peccavi, tradens ſanguinem juſtum.* Neque enim conſcientiam, quæ ipſum coarguebat, ferre potuit. Ea namque peccati natura eſt, ut priuſquam

Peccati natura. omnino perpetratum ſit, hominem temulentia afficiat, poſteaquam autem expletum ac perfectum eſt, tunc ea voluptas ſeſe proripiat & extinguatur, ac ſolus jam deinceps ſtet accuſator, conſcientia nimirum carnificis locum obtinente, at peccatorem lancinante, ab eóq; extremas pœnas exigente, ac plumbo quovis gravius ipſi incumbente. Atque hujuſmodi quidem in hac vita ſupplicia ſunt: in futura autem, quanta, tum iis, qui ſe his ſceleribus devinxerint, proponentur, exploratum habes. Quapropter hos lacrymis proſequi ac deferre oportet. Nam & Paulus ad hunc modum faciebat, dum iis, qui certant ac dimicant, maliſque afficiuntur, gratulatur; eos autem qui peccant, luget.

2 Cor. 12, 21. Ob idque etiã ajebat, *Ne forte cùm venero, humiliet me Deus meus ad vos, & lugeam multos eorũ qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam ſuper immunditia & fornicatione & impudicitia quã*

Ph. 2, 17. *egerunt.* Ac ruſus ad eos, qui in certamine verſabantur: *Gaudeo & gratulor vobis omnibus.* Quocirca, nec eorũ, quæ contigerunt, nec eorum, quæ tibi denuntiantur, quicquam te perturbet. Neque enim fluctus rupem percellunt: verùm quo vehementiore impetu in eã irruunt, eo magis ab ea infringuntur ac de medio tolluntur. Quod etiã in iſtis quoq; contigit, & continget, atq; adeò multò magis.

A διὸ καὶ ἀνίατα νοσοῦσιν, οὔτε ἰατροὺς προσιέμενοι, οὔτε φαρμάκων ἀνεχόμενοι, ἀλλὰ καὶ τοὺς θεραπεύειν καὶ εὐεργετεῖν βουλομένους, τοῖς ἐναντίοις ἀμειβόμενοι. ὥστε καὶ διὰ τοῦτο ἐλεεινοὶ, εἴγε μὴ αἰσθάνονται τῆς τοσαύτης πονηρίας. εἰ δὲ καὶ πρὸς τὴν ἑτέρων καταψήφισιν οὐκ ἐπιστρέφονται, τὸ οἰκεῖον συνειδότος τὸν ἔλεγχον ἀμήχανον αὐτοὺς διαφυγεῖν, τὸν ἄφυκτον, τὸν οὐδένα εἴκοντα φόβον, τὸν οὐ κολακείᾳ, οὐ χρημάτων δόσει διαφθειρόμενον, οὐ χρόνῳ μακρῷ μαραινόμενον.

B ὁ γὰρ τοῦ Ἰακὼβ υἱὸς, ὁ πρὸς τὸν πατέρα εἰπὼν, ὅτι θηρίον πονηρὸν κατέφαγε τὸν Ἰωσὴφ, καὶ τὸ πονηρὸν ἐκεῖνο ὑποκρινάμενος δρᾶμα, καὶ τῷ προσωπείῳ τούτῳ τὴν ἀδελφοκτονίαν συσκιάσαι ἐπιχειρήσας, τὸν μὲν πατέρα ἠπάτησε τότε, τὸ δὲ συνειδὸς οὐκ ἠπάτησεν, οὐδὲ ἔπεισεν ἡσυχάζειν· ἀλλ' ἔμενεν αὐτοῦ κατεξανιστάμενον, καταβοῶν διηνεκῶς, καὶ οὐδέποτε ἐπιστομιζόμενον. χρόνου γὰρ παρελθόντος μακροῦ, ὁ τὴν γεγεννηκότα ἀρνησάμενος τὸ τόλμημα, ὅπερ ἐτόλμη-

C σεν, ὁ μηδενὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐξειπὼν, οὐδενὸς κατηγοροῦντος, οὐδενὸς ἐλέγχοντος, οὐδενὸς ἐφεστῶτος, οὐδὲ ἀναμιμνήσκοντος τῆς δραματουργίας ἐκείνης, κινδυνεύων περὶ ἐλευθερίας καὶ αὐτοῦ τοῦ ζῆν, δεικνὺς ὅτι οὐκ ἐπεστομίσθη τοῦ συνειδότος ὁ κατήγορος ἐν οὕτω χρόνῳ μακρῷ, οὐδὲ κατεχώσθη, ταῦτά φησι τὰ ῥήματα. ναί· ἐν ἁμαρτίαις γάρ ἐσμεν περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν· ὅτι κατεδεῖτο ἡμῶν, ὑπερείδομεν τὴν θλῖψιν αὐτοῦ. καὶ τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. καὶ νῦν ἐκζη-

D τεῖται τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐξ ἡμῶν· καίτοι ἕτερον ἦν, ὅπερ ἐπῆγον αὐτῷ ἔγκλημα, καὶ διὰ κλοπὴν ἐκρίνετο, καὶ ὡς ὑφελόμενος κύλικα χρυσῆν οὕτως εἰς δικαστήριον ἤγετο· ἀλλ' ἐπειδὴ τούτων ἑαυτῷ οὐδὲν συνῄδει, ὑπὸ μὲν τούτων οὐκ ἤλγει, οὐδὲ ἔφη ταῦτα πάσχειν ὑπὲρ ὧν ἐκρίνετο, καὶ δέσμιος ἤγετο· ὑπὲρ δὲ ὧν οὐδεὶς ἐνεκάλει, οὐδὲ εὐθύνας ἀπῄτει, οὐδὲ εἰς δικαστήριον εἷλκεν· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἤδη τετολμημένων αὐτῷ, ὑπὲρ δὴ τούτων αὐτὸς

E ἑαυτοῦ καὶ ἔλεγχος καὶ κατήγορος γίνεται· ἐπελαμβάνετο γὰρ αὐτοῦ τὸ συνειδὸς, καὶ ὁ μετ' ἀδείας τοσαύτης τὸ αἷμα ἐκχέας τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ μηδὲν παθὼν, νῦν καὶ συμπαθητικὸς ἐγίνετο. καὶ τῶν χεροῖν τῶν κοινωνησάντων αὐτῷ τῆς μιαιφονίας κατηγόρει, καὶ τὴν ὠμότητα πᾶσαν ἐτραγῴδει, λέγων· ὅτε κατεδεῖτο ἡμῶν, καὶ ὑπερείδομεν τὴν θλῖψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. ἤρκει μὲν γὰρ ἡ φύσις, φησὶ, μαλάξαι καὶ ἐπικάμψαι πρὸς ἔλεον· ὁ δὲ δάκρυα προσετίθει, καὶ ἱκετηρίαν

A ἐτίθει, καὶ οὐδὲ οὕτως ἡμᾶς ἐπέκαμψεν· ἀλλ' ὑπερείδομεν τὴν θλῖψιν αὐτοῦ, καὶ τὴν ὀδύνην τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ἡμῖν τὸ δικαστήριον τοῦτο συγκεκρότηταί φησι, διὰ τοῦτο περὶ αἵματος κινδυνεύομεν, ἐπειδὴ καὶ ἡμεῖς εἰς αἷμα ἡμαρτήκαμεν. οὕτω καὶ ὁ Ἰούδας οὐκ ἐνεγκὼν τοῦ συνειδότος τὸν ἔλεγχον, ἐπὶ βρόχον ὥρμησε, καὶ δι' ἀγχόνης τὸν βίον κατέλυσεν. καὶ ὅτε μὲν τὸ ἀναίσχυντον ἐκεῖνο συμβόλαιον ἐτόλμα, λέγων· Τί θέλετέ μοι δοῦναι, κἀγὼ ὑμῖν αὐτὸν παραδώσω; οὐ

Quòd ſi ea, quæ mihi Cæſareæ acciderunt, in luctum te conjiciunt, in hoc etiam rem parum te dignam facis. Nam illic quoque luculentæ rurſum nobis coronæ contextæ ſunt: adeò ut omnes nos laudent, prædicent, atque ad ſtuporem uſque admirentur, propterea quòd gravibus injuriis acceptis ejecti ſumus. Verùm hæc quæſo nemo adhuc ſciat: etiamſi multi ſint, qui in vulgus ſpargant. Significavit enim mihi dominus meus Pæanius, ipſius quoq; Pharetrii Presbyteros illic adeſſe, qui affirmarint ſe noſcum communicare, nec cum adverſariis com̃une quicquam habere, nec cum illis verſari aut commercium ullum iniſſe. Ne igitur eos conturbemus, cave ne quiſquam hæc ſciat. Siquidem perquam gravia & acerba ſunt quæ nobis acciderunt. Atque etiamſi nihil aliud moleſtiæ atq; acerbitatis pertuliſſem, ea tamen, quæ illic contigerunt, ad innumeras mihi palmas conciliandas abundè ſufficerent. Uſq; adeò de vita quoq; ipſa in diſcrimen venimus. Te autẽ oro, ne quid eorũ evulges: ac breviter tibi ea exponã: non ut tibi mœrorẽ afferã, ſed ut voluptatẽ. Nã hæ mihi ſunt quæſtus occaſiones, hæ meæ opes, hæc ſcelerũ meorum conſumptio, dum per hujuſmodi tentationes ſine ulla intermiſſione gradior, in eáſq; ab iis inducor, à quibus minimè expectabam. Nam cum Galata illo (qui etiam nobis mortem pene minitatus eſt) defuncti, jam in Cappadociam ingredi pararemus multi nobis in via occurrunt, dicentes, Dominus Pharetrius te expectat, ac quaquaverſum iter facit, ne tuo congreſſu fraudetur, nihilque non operæ ac laboris ſuſcipit, quò te videat, & complectatur, atque omne amoris ac benevolentiæ ſpecimen tibi exhibeat. Monaſteria etiam, tum virorum, tum mulierum commovit. Ego autẽ hæc audiens, nihil quidem horum expectabã, verùm contraria omnia animo & cogitatione informabam: tamen eorum, qui mihi hæc nunciabant nemini quicquam horum eloquebar. Poſtquam autem tandem aliquando Cæſaream ingreſſus ſum, labore ac macie confectus, in ipſo febris ardore poſitus languens, atq; extremos dolores perpetiens, hoſpitium in ultimo urbis receſſu ſitum nactus ſum, dabamq; operam, ut medicos convenirem, ac fornacem illam extinguerem. Erat enim in ipſa febris tertianæ flam̃a. Quo etiam accedebat itineris ærumna & fatigatio, corporis contritio, eorum, à quibus curarer, inopia, rerum neceſſariarum penuria, illudque item, quòd nullum medicum præſto haberem, quodque & labore ac laſſitudine, & caloris æſtu, & vigiliis divexarer, ac denique pene exanimis in urbem ingreſſus eſſem. Tum verò mihi clerici omnes, monachi, monachæ, medici affuerunt: à quibus perquàm officioſè atque humaniter acceptus ſum, omnibus omnia mihi ſubminiſtrantibus. Nihilominus tamen ingenti flam̃æ ardore deflagrans, in extremo periculo verſabar. Ad extremum autem paulatim remittere ac ſedari morbus cœpit. At interim nuſquam Pharetrius: verùm diſceſſum noſtrum expectabat. Quod quamobrem ita ipſi viſum fuiſſet haud ſcio. Cum igitur morbum ſenſim remiſſum & ſedatum eſſe vidiſſem, jam de diſceſſu mecum ipſe agitabam, ut Cucuſum pervenirem, atq; ab itineris calamitatibus nonnihil conquieſcerem. Cum hoc ſtatu res noſtræ eſſent, ſubitò ad nos affertur, Iſauros cum infinita hominum manu Cæſarienſem regionem populari, ac ingens quoddã oppidum incendiſſe, atq; omni belli clade pervaſtaſſe. Qua re audita, tribunus acceptis his militibus, quos habebat, ex urbe exceſſit. Timebant enim, ne urbem quoque adorirentur. Atque omnes in metu, ac trepidatione erant, de ipſo quoque patrio ſolo periclitantes: adeo ut ſenes etiam ipſi murorum cuſtodiam ſuſciperent. Cùm res eo loco eſſent, repente ſub auroram monachorum cohors (liceat enim mihi ad eorum furorem exprimendum hoc vocabulo uti) ad hanc domum, in qua eramus, acceſſerunt, eam incenſuros, nobiſque extrema quæque mala illaturos minitantes, niſi abſcederemus. Ac nec Iſaurorum metus, nec morbus tam vehementer nos premens, nec aliud quicquam humaniores eos ac moderatiores effecit: verùm inſtabant atque urgebant, tantum furorem ſpirantes, ut etiam ipſi prætores metu afficerentur. Nam ipſis plagas denunciabant: eoq; nomine gloriabantur, quod multos prætores fœdè verberaſſent. His verbis auditis, prætores ad nos confugerunt, méque rogarunt, atq; obſecrarunt, ut etiamſi in Iſaurorum manus nobis veniendum eſſet, tamen eos his belluis liberarem. Quod cum ad urbis Præfectum allatum eſſet, ipſe quoque domum, ut nobis opitularetur, accurrit. Verùm ne ipſius quidem precibus monachi permoti ſunt, verùm ipſe quoque elanguit. Cum igitur nullum rei exitum perſpiceret, nec nobis ad perſpicuam cædem exeundi author eſſet, nec rurſus ob tantum illorum furorem intra urbem ut maneremus, ſuadere auderet, ad Pharetrium miſit, precibus ab eo contendens, ut, tum ob morbum, quo conflictabar, tum ob impendens periculum paucos aliquot dies nobis concederet. Nec tamen hinc quicquam profectum eſt. Imò acriori etiam poſtridie impetu affuerunt:

Calamitatis fructus.

A εἰ δὲ τὰ ἐν Καισαρείᾳ θρηνεῖς, καὶ τοῦτο ἀναξίως σου ποιεῖς. καὶ γὰρ ἐκεῖ λαμπροὶ πάλιν ἐπλάκησαν ἡμῖν οἱ στέφανοι, ὡς πάντας ἡμᾶς ἀνακηρύττειν, ἀναγορεύειν, θαυμάζειν, ἐκπεπλῆχθαι, ἐφ' οἷς κακῶς παθόντες ἐξεβλήθημεν. ἀλλὰ ταῦτα μηδεὶς τέως εἰδέτω. εἰ γὰρ καὶ πολλοὶ αὐτὰ διαθρυλλοῦσιν· ἐδήλωσε γάρ μοι ὁ κύριός μου Παιάνιος, ὅτι οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῦ τοῦ Φαρετρίου παρῆσαν αὐτόθι, οἳ ἔφησαν ἡμῖν κοινωνεῖν, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχειν πρὸς τοὺς ἐναντίους, B μηδὲ συγγίνεσθαι αὐτοῖς, μηδὲ κοινωνῆσαι. ἵν' οὖν μὴ διαταράξωμεν αὐτούς, μηδεὶς ταῦτα εἰδέτω. καὶ γὰρ σφόδρα χαλεπὰ τὰ συμβάντα εἰς ἡμᾶς· καὶ εἰ μηδὲν ἄλλο ἐπεπόνθειν δεινόν, ἤρκει τὰ ἐκεῖσε γενόμενα μυρία μοι προξενῆσαι βραβεῖα· οὕτως περὶ τῶν ἐσχάτων ἡμῖν ὁ κίνδυνος γέγονε. παρακαλῶ δέ, ἀπόρρητα ἔστω παρὰ σοί, καὶ ἐν βραχεῖ σοι αὐτὰ διηγήσομαι, οὐχ ἵνα λυπήσω, ἀλλ' ἵνα εὐφράνω. αὗται γάρ μου τῆς ἐμπορίας αἱ ὑποθέσεις, οὗτός C μου ὁ πλοῦτος, αὕτη τῶν ἁμαρτημάτων μου ἡ δαπάνη, τὸ συνεχῶς διὰ τοιούτων ὁδεύειν πειρασμῶν, καὶ ἐπάγεσθαί μοι τούτους, παρ' ὧν οὐδαμῶς προσεδόκησα. ἐπειδὴ γὰρ ἐμέλλομεν ἐπιβαίνειν τῆς Καππαδοκῶν χώρας, ἀπαλλαγέντες τοῦ Γαλάτου, κἀκείνου δὴ σχεδὸν θάνατον ἡμῖν ἀπειλήσαντος, πολλοὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἡμῖν ἀπήντων, λέγοντες· ὅτι ὁ κύριος Φαρέτριος ἀναμένει σε, καὶ πανταχοῦ περιέρχεται μὴ ἀποτύχῃ τῆς συντυχίας σου, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ πρα- D γματεύεται, ὥστε σε ἰδεῖν, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ πᾶσαν ἐπιδείξασθαι ἀγάπην· καὶ τὰ μοναστήρια ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν ἐκίνησεν. ἐγὼ δὲ ταῦτα ἀκούων, τούτων μὲν οὐδὲν προσεδόκων, ἀλλὰ τἀναντία ἀνετύπουν παρ' ἐμαυτῷ. τῶν μέντοι ταῦτα ἀπαγγελλόντων οὐδενὶ τούτων οὐδὲν ἔλεγον. ἐπειδὴ δὲ ἐπέβην ὀψέ ποτε τῆς Καισαρείας, κατειργασμένος, τεταριχευμένος, ἐν αὐτῇ τῆς φλογὸς τῇ ἀκμῇ τοῦ πυρετοῦ κείμενος, ἀλύων, τὰ ἔσχατα πάσχων, ἐπέτυχον κατα- E γωγίου πρὸς αὐτῇ τῆς πόλεως τῇ ἐσχατιᾷ κειμένου, καὶ σπουδὴν ἐποιούμην ὥστε καὶ ἰατροῖς συντυχεῖν, καὶ τὴν κάμινον ἐκείνην σβέσαι. ἦν γὰρ αὐτὴ ἡ ἀκμὴ τοῦ τριταίου· καὶ προσῆν καὶ ἡ τῆς ὁδοῦ ταλαιπωρία, ὁ κάματος, ἡ συντριβή, ἡ τῶν θεραπευόντων ἐρημία, ἡ τῶν ἐπιτηδείων ἀπορία, τὸ μηδένα παρεῖναι ἡμῖν ἰατρόν, τὸ καμάτῳ καὶ θάλπει καὶ ἀγρυπνίαις κατατετῆχθαι, καὶ σχεδὸν αὐτὸς νεκρὸς ὤν, εἰσῆλθον εἰς τὴν πόλιν. τότε δὴ παρεγένοντο, μηνυθέντι, ὁ κλῆρος ἅπας, ὁ δῆμος, μονάζοντες, μονάστριαι, ἰατροί, πολλῆς ἀπ- A ηλαύομεν θεραπείας, πάντων πάντα ἡμῖν διακονουμένων, ὑπηρετουμένων. ἀλλὰ καὶ οὕτως πολλῷ τῷ κάρῳ τῆς φλογὸς κατεχόμενος, ἐν ἐσχάτοις ἤμην δεινοῖς. τέλος κατὰ μικρὸν ἔληγεν καὶ ἐλώφα τὸ νόσημα. ὁ δὲ Φαρέτριος οὐδαμοῦ. ἀλλ' ἀνέμενεν ἡμῶν τὴν ἔξοδον, οὐκ οἶδα τί δόξαν αὐτῷ. ἐπειδὴ τοίνυν εἶδον ἠρέμα λωφήσαι τὸ κακόν, ἐβουλευόμην λοιπὸν περὶ ἀποδημίας, ὥστε ἐπιλαβέσθαι τῆς Κουκουσοῦ, καὶ μικρὸν ἀναπαύσασθαι τῶν τῆς ὁδοῦ συμφορῶν, B καὶ ἐν τούτοις ἡμῶν ὄντων ἀπαγγέλλεται ἀθρόον Ἴσαυροι πλῆθος ἄπειρον κατατρέχοντες τὴν Καισαρέων χώραν, καί τινα κώμην μεγάλην ἐμπρήσαντες, καὶ τὰ ἔσχατα διαθέντες. τοῦτο ἀκούσας ὁ τριβοῦνος, λαβὼν τοὺς στρατιώτας οὓς εἶχεν, ἐξῆλθεν. ἐδεδοίκεισαν γὰρ μὴ καὶ τῇ πόλει προσβάλωσιν, καὶ πάντες ἦσαν ἐν φόβῳ, πάντες ἐν ἀγωνίᾳ, περὶ αὐτοῦ τοῦ ἐδάφους τῆς πατρίδος κινδυνεύοντες, ὡς καὶ αὐτοὺς τοὺς πρεσβύτας τὴν φυλακὴν τῶν τειχῶν μεταχειρίζειν. ἐν C τούτοις τῶν πραγμάτων ὄντων, ἀθρόον ὑπὸ τὴν ἕω δρίγγος μοναζόντων· οὕτω γὰρ δεῖ εἰπεῖν, καὶ τῇ λέξει τὴν μανίαν αὐτῶν ἐνδείξασθαι· ἐπέστησαν τῇ οἰκίᾳ ἔνθα ἦμεν, ἀπειλοῦντες αὐτὴν καίειν, ἐμπιμπρᾶν, τὰ ἔσχατα ἡμᾶς διατιθέναι, εἰ μὴ ἐξέλθοιμεν. καὶ οὔτε ὁ τῶν Ἰσαύρων αὐτοὺς φόβος, οὔτε ἡ ἀρρωστία οὕτω σφοδρῶς ἐπικειμένη, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἐποίησεν ἐπιεικεστέρους αὐτούς, ἀλλ' ἐπέκειντο τοσοῦτον θυμὸν πνέοντες, ὡς καὶ αὐτοὺς φοβηθῆναι τοὺς ἐπαρχικούς. καὶ D γὰρ καὶ αὐτοῖς ἠπείλουν πληγάς, καὶ ἐκαλλωπίζοντο, ὡς καὶ ἤδη πολλοὺς αἰσχρῶς τυπτήσαντες ἐπαρχικούς. ταῦτα οἱ ἐπαρχικοὶ ἀκούσαντες, κατέφυγον εἰς ἡμᾶς, παρεκάλουν τε, καὶ ἐδέοντο, ὅτι κἂν εἰς Ἰσαύρους μέλλωμεν ἐμπίπτειν, ἀπάλλαξον ἡμᾶς τῶν θηρίων τούτων. ἀκούσας ὁ ἡγεμὼν κατέδραμεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν, βουλόμενος ἡμῖν βοηθῆσαι. οὐδὲ ἐκείνου παρακαλοῦντος ἠνέσχοντο οἱ μονάζοντες, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἠσθένησεν. ὁρῶν τοίνυν τὰ πράγματα ἐν ἀπορίᾳ πολλῇ, καὶ οὔτε τολ- E μῶν ἡμῖν συμβουλεῦσαι εἰς φόνον φανερὸν ἐξελθεῖν, οὔτε πάλιν ἔνδον μένειν, διὰ τὴν τοσαύτην ἐκείνων μανίαν, ἔπεμψε πρὸς τὸν Φαρέτριον, παρακαλῶν ὀλίγων ἐνδοῦναι ἡμερῶν, διά τε τὴν ἀρρωστίαν, διά τε τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον. καὶ οὐδὲ οὕτως ἤνυετό τι πλέον, ἀλλὰ καὶ τῇ ἑξῆς σφοδρότεροι παρῆσαν.

καὶ τῶν πρεσβυτέρων οὐδεὶς ἐτόλμα παραστῆναι, καὶ βοηθῆσαι, ἀλλ' αἰσχυνόμενοι καὶ ἐρυθριῶντες· κατὰ γὰρ γνώμην Φαρετρίου ἔλεγον ταῦτα γίνεσθαι· ἐκρύπτοντο, ἐλάνθανον, καλούμενοι παρ' ἡμῶν οὐχ ὑπήκουον. τί δεῖ πολλὰ λέγειν; καὶ φόβων τοσούτων ἐπικειμένων καὶ θανάτου σχεδὸν δήλου, καὶ τοῦ πυρετοῦ με κατεργαζομένου, [οὐδέπω γὰρ ἡμῖν ἀπαλλαγὴ οὐδέπω τῶν κακῶν τῶν ἐντεῦθεν] μεσημβρίας μέσης, ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὸ λεκτίκιον, ἐξηγόμην ἐκεῖθεν, τοῦ δήμου παντὸς κωκύοντος, ὀλολύζοντος, ἐπαρωμένου τῷ ταῦτα πεποιηκότι, ὀλοφυρομένων πάντων καὶ θρηνούντων· ἐπειδὴ δὲ τῆς πόλεως ἐξῆλθον, καὶ τῶν κληρικῶν τινὲς, ἐξελθόντες ἠρέμα, ἡμᾶς προέπεμψαν ὀδυρόμενοι, καί τινων λεγόντων ἀκούσαντες, ποῦ αὐτὸν ἀπάγετε εἰς φανερὸν θάνατον; ἕτερος ἔλεγε πρὸς ἡμᾶς τῶν σφόδρα ἡμᾶς φιλούντων, ἄπελθε δέομαί σου, εἰς Ἰσαύρους ἔμπεσον, μόνον ἡμῶν ἀπαλλάγηθι. ὅπου γὰρ ἂν ἐμπέσῃς, εἰς ἀσφάλειαν ἐμπίπτεις, ἂν τὰς ἡμετέρας διαφύγῃς χεῖρας. ταῦτα ἀκούσασα καὶ ὁρῶσα ἡ καλὴ Σελευκία, ἡ τοῦ κυρίου μου Ῥουφίνου ἐλευθέρα [καὶ γὰρ σφόδρα ἡμᾶς ἐθεράπευσε] παρεκάλεσε καὶ ἐδεήθη, ὥστε εἰς τὸ προάστειον αὐτῆς καταλῦσαι, πρὸ πέντε μιλίων τῆς πόλεως ὄν, καὶ συνέπεμψεν ἡμῖν ἀνθρώπους, καὶ ἀπήλθομεν ἐκεῖσε. ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖ ἔμελλεν ἡμῶν ἀποστήσεσθαι ἡ ἐπιβουλὴ αὕτη. ὡς γὰρ ἔγνω ὁ Φαρέτριος, ἐδήλωσεν αὐτῇ καθὼς ἔλεγε πολλὰς ἀπειλάς. ἐπεὶ δέ με εἰς τὸ προάστειον αὐτῆς ὑπεδέξατο, κἀγὼ τούτων οὐκ ᾔδειν οὐδέν· ἀλλ' ἐξελθοῦσα πρὸς ἡμᾶς, ταῦτα μὲν ἡμῖν ἀπέκρυψεν, ἐδήλου δὲ τῷ ἐπιτρόπῳ ἐκεῖσε ὄντι, πᾶσάν τε ἡμῖν ἀνάπαυσιν παρέχειν, καὶ εἴ τινες εἰς ἡμᾶς ἐπέλθοιεν μονάζοντες, βουλόμενοι ἡμᾶς ἐνυβρίσαι ἢ συντρῖψαι, συναγαγεῖν γεωργοὺς ἀπὸ τῶν ἄλλων αὐτῆς χωρίων, καὶ οὕτω παρατάξασθαι πρὸς αὐτούς. παρεκάλει δὲ καὶ εἰς τὴν οἰκίαν αὐτῆς καστέλλιον ἔχουσαν, καὶ ἀχείρωτον οὖσαν καταφυγεῖν, ὥστε τοῦ ἐπισκόπου καὶ μοναζόντων ἐκφυγεῖν τὰς χεῖρας. ἀλλ' ἐγὼ τοῦτο μὲν οὐκ ἠνεσχόμην, ἀλλ' ἤμην ἐν τῷ προαστείῳ, οὐδὲν εἰδὼς τῶν μετὰ ταῦτα κατασκευαζομένων· οὐδὲ τοῦτο αὐτοῖς ἤρκεσεν εἰς τὸ ἀποστῆναι τῆς καθ' ἡμῶν μανίας. εἶτα νυκτῶν μέσων, οὐδὲν τούτων εἰδώς· πολὺς γὰρ ἐπέκειτο ὁ Φαρέτριος ἀπειλῇ ἀπειλῶν ἐκείνῃ, καθώς φησι, καὶ ἀναγκάζων, ὠθῶν, ὥστε ἡμᾶς ἐκβαλεῖν καὶ τοῦ προαστείου· οὐ φέρουσα ἡ γυνὴ τὴν ἐπάχθειαν αὐτοῦ οὐκ εἰδότος ἐμοῦ ἐδήλωσεν αὐτόθι, ὅτι οἱ βάρβαροι ἐπέστησαν, αἰσχυνομένη τὴν ἀνάγκην εἰπεῖν, ἣν ὑπέμεινεν. καὶ μέσων νυκτῶν εἰσελθὼν πρός με Εὐήθιος ὁ πρεσβύτερος καθεύδοντά με διεγείρας, μετὰ πολλῆς τῆς βοῆς ταῦτα ἔλεγεν, ἀνάστηθι παρακαλῶ, βάρβαροι ἐπίστησιν, ἐνταῦθα πλησίον εἰσίν· ἐννόησον πῶς ἤμην ταῦτα ἀκούων. εἶτα ὡς πρὸς αὐτὸν εἶπον, καὶ τί δεῖ πρᾶξαι; εἰς τὴν πόλιν οὐ δυνάμεθα καταφυγεῖν, μὴ χαλεπώτερα πάθωμεν ὧν οἱ Ἰσαῦροι μέλλουσιν ἡμῖν ποιεῖν, ἠνάγκαζεν ἐξιέναι. νὺξ ἦν ἀσέληνος, ἡ νὺξ μέση, ζοφώδης, σκοτεινή. καὶ τοῦτο αὐτὸ πάλιν ἀπορίας μέμεστον ἦν ἡμῖν, καὶ οὐδεὶς ὁ παρών, οὐδεὶς ὁ βοηθῶν, πάντες γὰρ ἡμᾶς ἐγκατέλιπον. ὅμως ὑπὸ τοῦ φόβου συνωθηθεὶς, καὶ προσδοκῶν εὐθέως ἀποθανεῖσθαι, διανίστην τεταλαιπωρημένος, κελεύσας λαμπάδας ἀναφθῆναι· ἀλλὰ καὶ ταύτας ὁ πρεσβύτερος ἐκέλευσε σβεσθῆναι, μήποτέ, φησιν, οἱ βάρβαροι τῷ φωτὶ καλούμενοι πρὸς ἡμᾶς, ἐπιθῶσιν ἡμῖν· ἐσβέσθησαν καὶ αἱ λαμπάδες. εἶτα ὁ βορδὼν ὁ φέρων ἡμῶν τὸ λεκτίκιον· τραχεῖα γὰρ ἦν σφόδρα ἡ ὁδὸς, καὶ ἀνάντης καὶ λιθώδης· κατενεχθεὶς ἐπὶ γόνυ, κατήνεγκέ με ἔνδον ὄντα, καὶ μικροῦ δεῖν, ἔμελλον ἀπόλλυσθαι. εἶτα ἐκπηδήσας, συρόμενος περιεπάτουν, ὑπὸ Εὐηθίου τοῦ πρεσβυτέρου κατεχόμενος, κατεπήδησε γὰρ καὶ αὐτὸς τοῦ ὑποζυγίου, καὶ οὕτως χειραγωγούμενος ἐβάδιζον, μᾶλλον δὲ ἑλκόμενος· οὔτε γὰρ βαδίζειν ἦν εἰς τοσαύτην δυσχωρίαν, καὶ ὄρη χαλεπὰ, ἐν νυκτὶ μέσῃ. ἐννόησον δέ με πάσχειν εἰκὸς ἦν τοσούτοις συνεχόμενον κακοῖς, καὶ τοῦ πυρετοῦ ἐπικειμένου, μηδὲν εἰδότα τῶν κατεσκευασμένων, ἀλλὰ δεδοικότα τοὺς βαρβάρους, καὶ τρέμοντα, καὶ προσδοκῶντα εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐμπεσεῖσθαι. οὐ δοκεῖ σοι μόνα ταῦτα τὰ παθήματα, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο μοι ἕτερον συμβεβήκοι, πολλὰ ἡμῶν δύνασθαι διαλύειν τῶν ἁμαρτημάτων, καὶ πολλήν μοι παρέχειν εὐδοκιμήσεως ἀφορμήν; τὸ δὲ αἴτιον ὡς ἔγωγε οἶμαι. πάντες εὐθέως εἰσελθόντα με ἐν Καισαρείᾳ, οἱ ἐν ἀξιώμασιν, οἱ ἀπὸ βικαρίων, οἱ ἀπὸ ἡγεμόνων σοφισταί, οἱ ἀπὸ τριβούνων, ὁ δῆμος ἅπας καθ' ἑκάστην εἶδον τὴν ἡμέραν, ἐθεράπευον, ἐπὶ τῆς κόρης τῶν ὀφθαλμῶν ἐβάσταζον. ταῦτα οἶμαι παρακνίσαι τὸν Φαρέτριον, καὶ τὸν φθόνον τὸν ἐλάσαντα ἡμᾶς ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως, οὐδὲ ἐνταῦθα ἡμῶν ἀποστῆναι, ὡς ἔγωγε οἶμαι. οὐδὲ γὰρ ἀποφαίνομαι, ἀλλ' ὑποπτεύω.

A nec presbyterorum ullus opem nobis atque auxilium ferre audebat: verùm pudore ſuffuſi ac rubore affecti (nam hæc de Pharetrii voluntate & ſententia fieri dicebant) ſeſe abdebant & occultabant, nec, cùm à nobis accerſerentur, obtemperabant. Quid longa oratione opus eſt? Quamvis tot terrores iminerent, morſq; pene certa & ante oculos poſita eſſet, febriſque me conficeret (necdũ enim hic malis liberatus ſum) hora ipſa meridiana in lecticã me conjiciens, illinc exceſſi, univerſa plebe lamentante, B ejulante, harum rerum authorem execrante ac diris devovente, omnibuſque plorantibus ac lugentibus. Poſteaquam autem ex urbe exceſſi, quidam etiam clerici venientes, ſenſim greſſu, ac mœſto & lugenti animo nos proſequebantur. Cumq; nonnulli dicerent, Quonam eum ad perſpicuam mortem abducitis? alter ex iis, qui nos plurimum amabant, ad me dicebat: Abi obſecro: in Iſauros etiam incide, modò nobis deſingaris. Nam quocunque incideris, tuto incides, dumodo manus noſtras effugias. Hæc C audiens ac perſpiciens egregia matrona Seleucia, domini mei Ruffini uxor (nã ea perquam ſtudioſè atq; officioſè nos coluit) precibus mecum egit, ut in ipſius ſuburbanam villam, quæ quinq; paſſuũ millibus ab urbe diſtabat, hoſpitii cauſa me conferrem, certoſque homines nobiſcum miſit, cum quibus illuc profecti ſumus. At ne illic quidem hæ adverſum nos comparatæ inſidiæ finem habituræ erant. Ut enim Pharetrius hoc reſcivit, multas ipſi, ut dicebat, minas intentavit. Cum autem me in D villam ſuam excepiſſet, nihil quidem ipſe harum rerum ſciebam: nam ipſa ad nos egreſſa, de his nos celavit, procuratori autem ſuo, qui illic erat, ea expoſuit, ipſique mandavit, ut nobis omne officii genus impertiret, ac ſi qui monachi venirent ut nos contumeliis inceſſerent, aut vulneribus afficerent, ex aliis villis ſuis agricolas cogeret, atque ita cum monachis manum conſereret. Quin me quoque rogabat, ut in domum ſuam, quæ arcem habebat, nec ullis viribus expugnari poterat, confugerẽ, E ut ex Epiſcopi ac monachorum manibus elaberer. At ut id facerem, adduci non potui: verum in villa eram, horum omnium ignarus, quæ poſtea in me comparabantur. Ne hoc quidem ipſis ad comprimendum ſuum adverſum nos furorẽ ſatis fuit. Poſtea enim media nocte, me nihil horum ſciente (acriter enim inſtabat Pharetrius graves in eam, ut ait, minas jactans, eamque cogens atque impellens, ut me etiam è villa ejiceret) hominis importunitatem non ferens mulier, inſciente me, barbaros adA eſſe ſignificavit, quod ſcilicet vim eam, quam pateretur, dicere præ pudore minimè ſuſtineret. Atque intempeſta nocte ingreſſus Evethius presbyter, méque è ſomno excitans, magno cum clamore hæc dicebat, Surge obſecro, adventant barbari, nec longè abſunt. Hic tecum reputes velim, quonam animo eram cum hæc audirem. Cum autem ex ipſo, quidnam facto opus eſſet, quæſiviſſem, neque enim nos in urbem confugere poſſe, ne graviora illic perpeteremur, quàm quæ nobis Iſauri illaturi eſB ſent, exire nos coëgit. Nox illunis erat, nox media, caliginoſa, tetra. Id quod etiam nos in ſummam conſilii inopiam conjiciebat. Nec quiſquam nobis præſto erat, qui opem ferret. Omnes enim nos reliquerant. Metu tamen compulſus, ac jamjam mortem expectans, ærumnis confectus ſurrexi, ac lucernas accendi juſſi. Verùm has quoque presbyter extingui juſſit, hac videlicet de cauſa, ut ipſe inquiebat, ne barbari lucis ſplendore exciti, in nos impetum facerent. Extinctis itaque lucernis, mulus qui leC cticam noſtram geſtabat (aſpera enim admodum & ardua ac petroſa via erat) in genu lapſus, me, qui lectica incluſus eram, humi proſtravit, parumque abfuit quin interirem. Deinde exurgens tractim ambulabam, Evethio presbytero, qui etiam ipſe ex equo deſilierat, manibus me tenente. Atque ita manuductus, vel, ut rectiùs loquar, pertractus, reptabam. Neque enim in tanta loci difficultate, periculoſiſque montibus, media nocte incedere poteram. Cogita quæſo, quid hic mihi animi eſſet, cum tantis malis conſtriD ctus tenerer, ac febris urgeret, nec eorum, quæ in me ſtructa fuerant, quicquam noſſem, verum barbaros timerem ac perhorreſcerem, nihilque aliud expectarem, quàm ut in eorum manus inciderem. An non exiſtimas vel has ſolas calamitates, etiamſi nihil aliud accidiſſet, multa nobis peccata obliterare, atque ingentem mihi gloriæ materiam ſuppeditare poſſe? Harum autem calamitatum, ni me opinio E fallit, hæc cauſa extitit. Cùm primum Cæſaream ingreſſus ſum, omnes qui magiſtratu fungebantur. Ex Vicariis, Ex Præſidibus ſophiſtæ, Ex tribunis, plebeii omnes, ſingulis diebus me viſebant, colebant, in oculis ferebant. Hæc, credo, Pharetrium pupugerunt: nec invidia ea, quæ nos Conſtantinopoli pepulit, hic quoque à nobis abſceſſit, ut quidem opinione aſſequor. Neq; enim affirmo & aſſevero, ſed conjicio.

Exhauſtis calamitatibus gaudet Chry.

Et quis tandem alia, quæ nobis in via perferenda fuerunt, oratione complecti queat? timores, pericula? quæ quidem ipſe quotidie recordans, animoque circumferens, præ lætitia volito & exulto, velut ingentem theſaurum reconditum habens. Nam hoc animo atque hoc affectu præditus ſum. Ob idque te obſecro, ut hoc nomine læteris, gaudeas, exultes, Deumque, cujus beneficio hoc conſecuti ſumus, ut tanta perpeteremur, laudes ac celebres. Atque apud te velim hæc contineas, nec cuiquam enuncies: etiamſi alioqui prætores potiſſimum harum rerum fama univerſam urbem implere poſſint, ut qui etiam ipſi in ſummum vitæ periculum venerint. Cæterum ex te nemo id reſciſcat: imò etiam eos, qui narrabunt, comprime. Quod ſi ob calamitatis reliquias doles, id pro certo habe, me omnibus afflictionibus planè liberatum eſſe, firmioreque valetudine eſſe, quam cum iſtic degerem. Frigus autem quid extimeſcis, cùm & commoda nobis domicilia conſtructa ſint, & dominus meus Dioſcorus omnem operam navet, quo nos ne exiguam quidem frigoris partem ſentiamus? Quod ſi ex initiis conjectura duci poteſt, mihi hoc cœlum orientale eſſe videtur, neque minùs quam Antiochenum. Is eſt tepor, ea cœli temperies. Illud autem mihi permoleſtum fuit, quod dixiſti, Fortaſſe etiam nobis ſuccenſes, ut qui per incuriam officio noſtro defuerimus. Atqui pridem ad te literas dedimus, quibus tecum agebamus, ne hos hinc emoveres. Ego verò illud mecum cogitare poteram, longa tibi oratione multiſque laboribus ac ſudoribus opus fore, ut mihi de hoc verbo ſatisfaceres. Quanquam fortaſſe aliqua ex parte ſatisfeciſti, cùm his verbis uſa es, iſtud duntaxat exiſtimo, ut calamitatem meam augeam. At hoc quoque rurſum in ſummo crimine pono, quod ais te libenter de induſtria dolores tibi per cogitationes accerſere. Nam cùm te nihil non agere ac moliri oporteat, quò animi mœrorem extinguas, ipſa tamen, quod diabolo gratum eſt, facis, mœrorem videlicet animique moleſtiam augens. An te fugit, quàm grave malum ſit mœſtitia? De Iſauris autem, nihil eſt quod poſthac metuas. Etenim in regionem ſuam ſeſe receperunt: idque ut facerent, à Præfecto nihil eſt prætermiſſum. Multoque tutior hic ſum, quàm cùm Cæſareæ eſſemus. Neminem enim jam præter Epiſcopos metuo, eoſque haud multos. Itaque de Iſauris omni metu te libero. Etenim receſſerunt, ortaque hyeme domi ſe incluſerunt, neſcio an poſt Pentecoſten egreſſuri. Quonam autem pacto nullas ab te literas recipi ais? Tres jam ad te epiſtolas miſi, unam per provinciales, alteram per Antonium, aliam per famulum tuum Anatolium, longas omnes: præſertim autem duas ejuſmodi, quæ, ſalutiferi medicamenti inſtar, quemlibet hominem mœrore afflictum, animique offenſione laborantem recreare, atque ad integram animi tranquillitatem & hilaritatem revocare poſſint. Has igitur cum acceperis, fac eas ſubinde atque omnes ex parte pervolvas: atque earum vim & facultatem perſpicies, ac medicamenti utilitatem abundè experieris, nobiſque te fructum hinc percepiſſe nunciabis. Eſt autem penes me tertia quoque ejuſdem argumenti, quam nunc, ut ad te mitterem, animum inducere non potui. Magno enim dolore hinc ſum affectus, quod te acerbas cogitationes cumulare ſcribis, atque ea, quæ non ſunt, effingere. Quod quidem verbum à te proferri minimè decuit: ejuſq; cauſa ipſe quoq; erubeſco ac pudore ſuffundor. Cæterũ epiſtolas illas lege, ac jam his verbis uti deſines, etiamſi alioqui ſexcenties mœrere ſtudeas. Quoniam autem de Heraclide quoque Epiſcopo ad me ſcripſiſti, licet ipſi, ſi velit, inſtantiam dare, atque ita moleſtiis omnibus defungi. Nihil enim aliud ſupereſt. Ego vero etſi nihil admodum proficiebam, tamen dominam meam Pentadiam per literas monui, ut ſtudium omne atque omnem diligentiam adhiberet, quo calamitati ſolatium aliquod inveniret. Ais autẽ te, quod ita tibi ab eo imperatum eſſet, de his moleſtiis certiorem me facere auſam eſſe. Quæ autem hæc audacia eſt? Nunquam igitur hoc dicere deſtiti nec deſiſtam, nempe unam duntaxat rem moleſtã eſſe, nempe peccatum: reliqua omnia pulveris ac fumi inſtar eſſe. Quæ moleſtia carcere claudi, ac catenis vinciri? quæ moleſtia calamitatibus premi, cùm calamitas tantarum opum cauſa ſit? quæ moleſtia relegatio ac bonorum proſcriptio? Mera verba hæc ſunt, rerum acerbitate vacua? verba mœroris expertia. Nam ſive mortem dixeris, naturæ debitum dicis, quod quidem omnino ſubeundum eſt, etiamſi à nemine inferatur. Sive exilium dixeris, nihil aliud dicis, quàm regionis, ac multarum civitatum proſpectum. Sive bonorum proſcriptionem dixeris, libertatem dicis, ac ſolutum, & expeditum eſſe. Maruthem Epiſcopum, quantum in te fuerit, curare atque omnibus officiis complecti ne deſinas: ut eum è barathro extrahas. Nam ejus opera ob Perſidis negotia magnopere egeo. Atque, ut id à te fieri poteſt, ex eo intellige, quidnam illic ipſius ſtudio atque opera perfectum ſit: & cur iſtuc profectus ſit, fac ſciam,

Grave malum mœſtitia.

Nihil moleſtum præter peccatum.

A τί ἂν τις εἴποι τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν, τοὺς φόβους, τοὺς κινδύνους; ἅπερ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἀναμιμνησκόμενος αὐτὸς, καὶ ἀεὶ ἐν διανοίᾳ περιφέρων, πέτομαι ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, σκιρτῶ ὡς θησαυρὸν μέγαν ἔχων ἀποκείμενον. καὶ γὰρ οὕτως ἔχω καὶ διάκειμαι. διὸ καὶ τὴν σὴν παρακαλῶ τιμιότητα χαίρειν ἐπὶ τούτοις, εὐφραίνεσθαι, σκιρτᾶν, τὸν Θεὸν δοξάζειν, τὸν καταξιώσαντα ἡμᾶς τοιαῦτα παθεῖν, καὶ παρὰ σαυτῇ παρακαλῶ ταῦτα ἔχειν, καὶ πρὸς μηδένα ἐξειπεῖν, εἰ καὶ τὰ
B μάλιστα οἱ ἐπαρχικοὶ πᾶσαν ἐμπλῆσαι τὴν πόλιν ἔχουσι, καὶ αὐτοὶ περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύσαντες, πλὴν παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας μηδεὶς εἰδέτω τοῦτο, ἀλλὰ καὶ κατάστελλε τοὺς λέγοντας. εἰ δὲ διὰ τὰ λείψανα τῆς κακώσεως ἀλγεῖς, μάθε σαφῶς, ὅτι καθαρῶς ἁπάντων ἀπηλλάγην, καὶ ἐρρωμενέστερον ἔχω τὸ σῶμα ἢ αὐτόθι διατρίβων. τὸν δὲ κρυμὸν τί δέδοικας; καὶ γὰρ καὶ οἰκήματα ἐπιτήδεια ἡμῖν κατεσκεύασαι· καὶ πάντα ὁ κύριός μου Διόσκορος ποιεῖ καὶ πραγμα-
C τεύεται, ὥστε μηδὲ μικρὰν αἴσθησιν ἡμᾶς λαβεῖν ἀπὸ τοῦ κρυμοῦ. εἰ δὲ ἔστιν ἀπὸ τῶν προοιμίων στοχάσασθαι, ἐμοὶ ὁ νῦν ἀὴρ ἀνατολικὸς εἶναι δοκεῖ, καὶ οὐδὲν ἔλαττον Ἀντιοχείας. τοσοῦτον τὸ θάλπος, τοσαύτη ἡ εὐκρασία τοῦ ἀέρος. σφόδρα δέ με ἐλύπησας εἰποῦσα, ὅτι ἴσως καὶ πρὸς ἡμᾶς λυπῇ ὡς ἀμελήσαντας· καίτοι γε πρὸ πολλῶν ἡμερῶν ἐπέστειλα πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα, παρακαλῶν μὴ κινεῖν με ἐντεῦθεν. ἐγὼ δὲ τοῦτο ἐννοῆσαι εἶχον, πολλῆς σοι ἀπολογίας δεῖν, καὶ
D πολλῶν ἱδρώτων καὶ καμάτων, ἵνα δυνηθῇς πρὸς τοῦτο ἀπολογήσασθαι τὸ ῥῆμα. τάχα δὲ ἐκ μέρους καὶ ἀπολελόγησαι, εἰποῦσα ὅτι ἁπλῶς λογίζομαι τοῦτο ὑπὲρ τοῦ αὔξειν τὴν θλῖψιν. ἀλλὰ καὶ τοῦτο πάλιν λογίζομαι ἔγκλημα μέγιστον, τὸ λέγειν ὅτι καὶ προσφιλοτιμοῦμαι τοῖς λογισμοῖς τὰς ὀδύνας. δέον γὰρ πάντα σε ποιεῖν καὶ πραγματεύεσθαι ὑπὲρ τοῦ καταλύειν τὴν θλῖψιν, τὸ θέλημα τοῦ διαβόλου ποιεῖς, αὔξουσα τὴν ἀθυμίαν, καὶ τὴν λύπην· ἢ οὐκ οἶσθα πόσον κακὸν ἡ ἀθυμία;
E τῶν δὲ Ἰσαύρων ἕνεκεν μηδὲν δέδιθι λοιπόν. καὶ γὰρ ὑπέστρεψαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν. καὶ ὁ ἡγεμὼν πάντα ἐποίησεν ὑπὲρ τούτου, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ ἐσμὲν πολλῷ μᾶλλον ἐνταῦθα ὄντες, ἢ ὅτε ἐν Καισαρείᾳ ἦμεν. οὐδένα γὰρ λοιπὸν δέδοικα ὡς τοὺς ἐπισκόπους, πλὴν ὀλίγων. ὥστε τοίνυν τῶν Ἰσαύρων ἕνεκεν, μηδὲν δέδιθι· καὶ γὰρ ἀνεχώρησαν, καὶ τοῦ χειμῶνος καταλαβόντος, οἴκοι εἰσὶ συγκεκλεισμένοι, ἂν ἄρα λοιπὸν μετὰ τὴν πεντηκοστὴν ἐξέλθοιεν. πῶς δὲ λέγεις γραμμάτων οὐκ
A ἀπολαύειν; ἤδη σοι τρεῖς ἔπεμψα ἐπιστολάς, τὴν μὲν διὰ τῶν ἐπαρχικῶν, τὴν δὲ διὰ Ἀντωνίου, τὴν δὲ διὰ Ἀνατολίου τοῦ οἰκέτου σου, πολυστίχους· τὰς δὲ δύο μάλιστα φάρμακον σωτήριον, πάντα ἀθυμοῦντα, πάντα σκανδαλιζόμενον ἱκανὰς ἀνακτήσασθαι, καὶ πρὸς καθαρὰν εὐθυμίαν ἀγαγεῖν· λαβοῦσα τοίνυν ταύτας, ἐπέρχου συνεχῶς, καὶ διὰ παντὸς, καὶ ὄψει αὐτῶν τὴν ἰσχὺν, καὶ τῆς ἰατρείας πεῖραν λήψῃ πολλὴν, καὶ ὠφέλειαν, καὶ ἡμῖν δηλώσεις, ὅτι γέγονέ σοί τι πλέον ἐκεῖθεν. ἔχω καὶ τρίτην ἑτοίμην ἐοικυῖαν αὐταῖς, ἣν οὐκ ἠβουλήθην
B πέμψαι νῦν, σφόδρα ἀλγήσας ἐφ' οἷς λέγεις, ὅτι καὶ συνάγω μοι λογισμοὺς ὀδυνηροὺς, καὶ τὰ οὐκ ὄντα ἀναπλάττομαι, ἀνάξιον σεαυτῆς φθεγξαμένη ῥῆμα, ἐφ' ᾧ καὶ αὐτὸς αἰσχύνομαι καὶ ἐγκαλύπτομαι. πλὴν ἀνάγνωθι ἐκείνας, καὶ οὐκ ἔτι ταῦτα ἐρεῖς, κἂν μυριάκις φιλονεικῇς ἀθυμεῖν. ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ Ἡρακλείδου τοῦ ἐπισκόπου ἡμῖν ἐδήλωσας, ἔξεστιν αὐτῷ, εἰ βουληθείη δοῦναι ἔνστασιν, καὶ πάντων ἀπαλλαγῆναι. οὐδὲν γὰρ ἄλλο λείπεται. ἐγὼ δὲ εἰ καὶ μηδὲν
C μέγα ἤνυον, ἀλλ' ὅμως ἐδήλωσα τῇ κυρίᾳ μου Πενταδίᾳ, ὥστε πᾶσαν σπουδὴν ἐπιδείξασθαι, εἴ τινα ἐπινοήσειε τῶν κακῶν παραμυθίαν. ἔφης δὲ τετολμηκέναι δηλῶσαί μοι τὰ λυπηρὰ, διὰ τὸ παρ' ἐκείνου κελευσθῆναι. ποία τόλμα τοῦτο; οὔτε γοῦν ἐπαυσάμην λέγων, οὔτε παύσομαι, ὅτι ἓν λυπηρὸν ἁμαρτία μόνον· τὰ δὲ ἄλλα πάντα κόνις καὶ καπνός. τί γὰρ βαρὺ δεσμωτήριον οἰκῆσαι, καὶ ἅλυσιν περικεῖσθαι; τί δὲ βαρὺ πάσχειν κακῶς, ὅταν τοσαύτης ἐμ-
D πορίας τὸ πάσχειν κακῶς ὑπόθεσις γίνηται; τί δὲ ἐξορία βαρύ; τί δὲ δήμευσις; ῥήματα ταῦτά ἐστι δεινῶν πραγμάτων ἔρημα, ῥήματα λύπης ψιλά. ἄν τε γὰρ θάνατον εἴπῃς, τὸ τῆς φύσεως ὄφλημα λέγεις, ὃ πάντως ὑπομεῖναι δεῖ καὶ μηδενὸς ἐπάγοντος. ἄν τε ἐξορίαν εἴπῃς, οὐδὲν ἕτερον λέγεις ἢ χώραν, καὶ τὰς πολλὰς πόλεις ὁρᾶν· ἄν τε χρημάτων δήμευσιν εἴπῃς, ἐλευθερίαν λέγεις, καὶ τὸ εὔλυτον εἶναι. Μαρουθᾶν τὸν ἐπίσκοπον μὴ δια-
E λίπῃς, τό γε εἰς σὲ ἧκον, θεραπεύουσα, ὥστε ἀνιμήσασθαι τοῦ βαράθρου. μάλιστα γὰρ αὐτοῦ δέομαι διὰ τὰ ἐν Περσίδι. καὶ μάθε παρ' αὐτοῦ, ἂν δυνατόν σοι γένηται, τί τε κατώρθωται ἐκεῖσε δι' αὐτοῦ, καὶ τίνος ἕνεκεν παραγέγονε,

καὶ

καὶ δήλωσον ἡμῖν, εἰ τὰς δύο ἐπιστολὰς, ἃς ἔπεμψα αὐτῷ, ἀπέδωκας. κἂν μὲν βουληθείη ἡμῖν ἐπιστεῖλαι, πάλιν ἐπιστελοῦμεν αὐτῷ. ἐὰν δὲ μὴ βουληθείη, κἂν τῇ εὐλαβείᾳ σου δηλώσῃ εἴ τι γέγονεν αὐτόθι πλέον, καὶ εἰ μέλλει τι κατορθοῦν πάλιν κατιών. ἐγὼ γὰρ διὰ τοῦτο καὶ ἐσπούδαζον αὐτῷ συγγενέσθαι. πλὴν πάντα τὰ παρὰ σοῦ γινέσθω, κἂν πάντες κατακέφαλα φέρωνται, τὰ ἑαυτῆς πλήρου. ὁ γὰρ μισθός σοι ἔσται ἀπηρτισμένος. πάνυ οὖν αὐτὸν οἰκείωσαι, ὡς ἐγχωρεῖ. παρακαλῶ οὖν ὃ μέλλω λέγειν μὴ παραδράμῃς, ἀλλὰ πολλὴν περὶ αὐτὸ ἐπίδειξαι σπουδήν. ἐδήλωσάν μοι οἱ μονάζοντες οἱ Μαρσεῖς, οἱ Γότθοι, ἔνθα ἀεὶ κέκρυπτο Σεραπίων ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι Μοδουάριος ἦλθεν ὁ διάκονος ἀπαγγέλλων, ὅτι Οὐνίλας ὁ ἐπίσκοπος ὁ θαυμάσιος ἐκεῖνος, ὃν πρώην ἐχειροτόνησα, καὶ ἔπεμψα εἰς Γοτθίαν, πολλὰ καὶ μεγάλα κατορθώσας ἐκοιμήθη· καὶ ἦλθε φέρων γράμματα τοῦ ῥηγὸς τῶν Γότθων ἀξιοῦντα πεμφθῆναι αὐτοῖς ἐπίσκοπον. ἐπεὶ οὖν οὐδὲν ἄλλο ὁρῶ πρὸς τὴν ἀπειλουμένην καταστροφὴν συντελοῦν εἰς διόρθωσιν, ἢ μέλλησιν καὶ ἀναβολήν· οὐδὲ γὰρ δυνατὸν αὐτοῖς πλεῦσαι εἰς τὸν Βόσπορον νῦν, οὐδὲ εἰς τὰ μέρη ἐκεῖνα· ὑπερθέσθαι τέως αὐτὸν διὰ τὸν χειμῶνα παρασκεύασον. ἀλλὰ μὴ ἁπλῶς αὐτὸ παραδράμῃς· κατόρθωμα γάρ ἐστι μέγιστον. δύο γάρ ἐστιν ἃ μάλιστά με λυπεῖ εἰ γένοιτο, ὃ μὴ γένοιτο, τό, τε παρὰ τούτων μέλλειν γίνεσθαι, τῶν τοσαῦτα κακὰ ἐργασαμένων, καὶ παρ' ὧν οὐ θέμις, τό, τε ἁπλῶς τινα γενέσθαι. ὅτι γὰρ οὐ σπουδάζουσι τινὰ γενναῖον ποιῆσαι, οἶσθα καὶ αὐτή. εἰ δὲ οὖν γένοιτο, ὃ μὴ γένοιτο, τὰ ἑξῆς ἐπίστασαι. ἵν' οὖν μηδὲν τούτων γένηται πᾶσαν σπουδὴν ποίησαι· ἀψοφητὶ δὲ εἰ δυνατὸν ἦν, καὶ λαθόντα τὸν Μοδουάριον πρὸς ἡμᾶς ἐκδραμεῖν, μέγιστα ἂν ἤνυσε. εἰ δὲ μὴ δυνατὸν, ἐκ τῶν ἐγχωρούντων τὰ δυνατὰ γινέσθω· ὅπερ γὰρ ἐπὶ τῶν χρημάτων γίνεται, καὶ ἐπὶ τῆς χήρας συνέβη, τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν πραγμάτων. ὥσπερ γὰρ ἐκείνη δύο ὀβολοὺς καταβαλοῦσα, ἅπαντας ὑπερηκόντισε τοὺς πλείονα καταβαλόντας, τὴν οὐσίαν πᾶσαν κενώσασα· οὕτω καὶ οἱ εἰς τὰ πράγματα πάσῃ δυνάμει σπουδάζοντες, τὸ πᾶν ἐπλήρωσαν, τό γε εἰς αὐτοὺς ἧκον, κἂν μηδὲν γένηται πλέον, καὶ τὸν μισθὸν ἀπηρτισμένον ἔχουσιν. Ἱλαρίῳ τῷ ἐπισκόπῳ πολλὰς ἔχω χάριτας. ἔγραψε γάρ μοι ἀξιῶν ἐπιτραπῆναι ἀπελθεῖν εἰς τὴν αὐτοῦ, καὶ διορθῶσαι τὰ αὐτόθι, καὶ πάλιν παραγενέσθαι. ἐπεὶ οὖν πολλὰ ὠφελεῖ ἡ παρουσία αὐτοῦ· καὶ γὰρ εὐλαβής ἐστι, καὶ ἀνὴρ ἀπερίτρεπτος, καὶ ζέων· παρακάλεσον αὐτὸν ἀπελθόντα ταχέως ἐπανελθεῖν. ποίησον τοίνυν τὴν ἐπιστολὴν ταχέως καὶ ἀσφαλῶς αὐτῷ ἀποδοθῆναι, καὶ μὴ παραρριφῆναι· καὶ γὰρ μετὰ πολλῆς ἐπιθυμίας καὶ σφοδρότητος ἀπῄτησε τὰ παρ' ἡμῶν γράμματα, καὶ πολὺ ὠφελεῖ ἡ παρουσία αὐτοῦ. πάνυ οὖν φρόντισον τὰς ἐπιστολὰς, εἰ μὴ πάρεστιν αὐτόθι Ἑλλάδιος ὁ πρεσβύτερος, διά τινος ἀνθρώπου συνετοῦ, ἐγκέφαλον ἔχοντος, ποίησον ἀποδοθῆναι τοῖς φίλοις.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολὴ ιε'.

Σὺ δέ μοι προσεδόκησας τοσαύτην ἐκ νεότητός σου ἐπιδειξαμένη φιλοσοφίαν, καὶ τὸν ἀνθρώπινον καταπατήσασα τῦφον, ἀτάραχόν τινα καὶ ἀπόλεμον ζήσεσθαι βίον; καὶ πῶς ἔνι τοῦτο; εἰ γὰρ ἄνθρωποι ἀνθρώποις πυκτεύοντες μυρία καὶ ἐν ἀγῶσι καὶ ἐν πολέμοις δέχονται τραύματα, ἡ πρὸς αὐτὰς ἀποδυσαμένη τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου, πρὸς τὰ πνευματικὰ τῆς πονηρίας, καὶ ἀποδυσαμένη γενναίως οὕτως, καὶ τοσαῦτα στήσασα τρόπαια, καὶ διὰ τοσούτων λυπήσασα τὸν ἄγριον ἐκεῖνον καὶ ἀλάστορα δαίμονα, πόθεν ἤλπισας ἡσυχίαν τινὰ καὶ ἀπράγμονα βιώσεσθαι βίον; οὐ τοίνυν διὰ τοῦτο θορυβεῖσθαι χρὴ, ὅτι πολλοὶ πανταχόθεν οἱ πόλεμοι καὶ θόρυβοι, καὶ πολλαὶ αἱ ταραχαὶ, ἀλλὰ τοὐναντίον εἰ μηδὲν τούτων συμβέβηκε, τότε θαυμάσαι ἐχρῆν. τῇ γὰρ ἀρετῇ συγκεκλήρωται πόνος, καὶ κίνδυνος. καὶ ταῦτα οἶσθα καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων αὐτὴ, καὶ οὐδὲν δεήσῃ παρ' ἑτέρων μαθεῖν· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς οὐκ ἀγνοοῦσαν διδάσκοντες, ταῦτα ἐπιστέλλομεν. ἴσμεν γὰρ, ὅτι οὔτε τὸ πατρίδος ἐκπεσεῖν, οὔτε τὸ χρημάτων ὑπομεῖναι ζημίαν· οὔτε δὴ τὸ πολλοῖς ἀφόρητον οὐχ ὕβρις, οὐκ ἄλλη τις τοιαύτη θλῖψις διαταράξαι σε δυνήσεται. εἰ γὰρ οἱ κοινωνοὶ τῶν ταῦτα πασχόντων γινόμενοι ζηλωτοὶ, πολλῷ μᾶλλον οἱ ἐν αὐτοῖς ὄντες. διὰ τοῦτο Παῦλος ἀφ' ἑκατέρων τοὺς ἐξ Ἑβραίων πιστεύσαντας ἀνακηρύττει, λέγων· ἀναμιμνήσκεσθε τὰς πρότερον ἡμέρας, ἐν αἷς φωτισθέντες, πολλὴν ἄθλησιν ὑπεμείνατε παθημάτων, τοῦτο μὲν ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, τοῦτο δὲ κοινωνοὶ τῶν οὕτως ἀναστρεφομένων γενηθέντες. διὰ τοῦτο οὐδὲ ἡμεῖς μακρὰν ποιοῦμεν τὴν ἐπιστολήν.

A & num ei duas epiſtolas, quas ad eum miſi, reddideris, fac me velim certiorem. Quòd ſi reſcribere gravetur, ſaltem, quid illic profectum ſit, tibi exponat, & num quid rurſus eodem proficiſcens præſtiturus ſit. Nam ego hac de cauſa ipſum convenire ſtudebam. Ut cumque ſit, quicquid tuarum partium eſt, præſta, munúſque tuum exple: etiamſi omnes prono capite in præceps ferantur. Merces enim tua numeris omnibus abſoluta & cumulata erit. Quamobrem velim eum quàm maximè poteris demeB reare. Hoc autem, quod dicturus ſum, ne prætereas, verùm de eo perquam ingens ſtudium exhibeas. Narraverunt mihi Marſi ac Gotthi monachi, apud quos Serapion Epiſcopus perpetuò deliteſcebat, Moduarium diaconum veniſſe, illud aſſerentem, eximium illum atque admirandum virum Unilam, quem non ita pridem Epiſcopum creavi, atque in Gotthiam miſi, multis ac magnis rebus geſtis diem ſuum extremum clauſiſſe: ac Regis Gotthorum literas attuliſſe, quibus, ut ad eos Epiſcopus mittaC tur, petit. Quoniam igitur ad ſubverſionem eam, cujus minæ nobis intentantur, depellendam nullum aliud adjumentum conſpicio, quàm cunctationem ac dilationem (neque enim nunc ipſi in Boſphorum, aut in illas partes navigare poſſunt) da operam ut illo ſtantiſper ob hyemem remoreris. At hæc, quæſo, ne negligenter præteras. Iſtud enim ſi perficiatur, maximi momenti erit. Duo quippe ſunt, quæ ſi contingant (quod Deus procul avertat) maximè me excruciant, nempe & quòd ab iſtis creanD dus ille ſit, qui tot mala perpetrarunt, & à quibus creari nefas eſt, & quòd ſimpliciter quiſpiam creetur. Nam quòd non hoc ſtudeant ut probum aliquem ac ſtrenuum virum inſtituant, tibi quoque perſpectum eſt. Quòd ſi hoc fiat (quod utinam ne fiat) quæ deinceps ſequentur, haud te fugit. Ac proinde, ne quid horum fiat, omni ſtudio contende. Quòd ſi Moduarius clàm ac ſine ullo ſtrepitu ad nos excurrere poſſet, ad rei ſummam plurimum efficeretur. Sin autem id nequeat, fiant, ut licet, quæ fieri poteE runt. Nam quod in pecuniis uſu venit, atque etiam in vidua illa contigit, hoc quoque in negotiis locum habet. Ut enim illa duobus duntaxat obolis collatis, omnes, qui plura contulerant, ſuperavit, ut quæ univerſas ſuas opes profudiſſet: eodem etiam modo qui in negotia omni animi contentione incumbunt, quantum quidem in ipſis eſt, omnia confecerunt, (etiamſi alioqui nihil inde utilitatis manarit) mercedémq; ſuam numeris omnibus abſolutam habent. Hilario Epiſcopo maximas gratias ago. Per A literas enim à me petiit, ut ſibi in urbem ſuam abeundi poteſtatem facerem, compoſitiſque rebus ſe ad nos rediturum ſpopondit. Quoniam igitur ipſius præſentia non parum utilis eſt (ſiquidem vir pius eſt, conſtantique ac fervido animo) eum hortare, ut cum eò profectus fuerit ſtatim redeat: Ac proinde da operam, ut epiſtola noſtra, & celeriter, & tutò ipſi reddatur, ac non projiciatur. Siquidem magna cum cupiditate ac vehementia literas poſtulavit, ingentémque ipſius præſentia utilitatem affert. Velim B igitur eas diligenter cures, ut niſi presbyter Helladius iſtic ſit, per prudentem aliquem virum ac cerebro præditum amicis reddantur. Simile. Luc. 21. 3.

Ad eandem epiſt. 15.

Túne, cùm ab ineunte ætate tantum ſapientiæ documentum dederis, humanúmq; faſtum proculcaris, ſpem habebas fore, ut tranquillam quandam ac pacatam vitam duceres? Qui verò id fieri poſſet? Nam cùm homines cum hominibus colluctantes, C innumeras, tum in palæſtris, tum in bellis plagas accipiant, tu, quæ adverſus principatus & poteſtates, adverſus mundi rectores tenebrarum hujus ſeculi, adverſus ſpiritualia, nequitiæ te accinxiſti, & quidem ita ſtrenuè te accinxiſti, tótque tropæa erexiſti, ac tot modis ferocem illum & peſtiferum dæmonem mœrore ac moleſtia affeciſti, unde tandem in eam ſpem veneras, fore, ut tranquillam ac negotiorum moleſtiis vacuam vitam ageres? Quocirca non eo nomine perturbari convenit quòd multa unD dique bella, multiq; tumultus ac perturbationes oriantur. Quin potiùs, ſi nihil horum contigiſſet, tum demum erat, cur mirareris. Siquidem virtuti labor ac diſcrimen adnexum eſt. Idque tu, priùs etiam, quàm noſtras literas legas, perſpectum habes, nec opus eſt ut ab aliis diſcas. Nam nec ipſi, ut ignorantem doceamus, hæc ſcribimus. Scimus enim, nec exilium, nec opum jacturam (hoc, inquam, quod plerique acerbiſſimum atque intolerandum ducunt) non contumeliam, non aliam ullam hujuſmoE di calamitatem eam vim habituram eſſe, ut animum tuum perturbet. Nam cùm eorum, qui hæc pertulerunt, ſocii beati prædicentur, multo certè beatiores ſunt, qui in iis verſantur. Eáque de cauſa Paulus utroque nomine eos, qui ab Hebræorum religione ad Chriſtianam fidem ſe contulerant, his verbis laudat: *Rememoramini priſtinos dies, in quibus illuminati magnum certamen ſuſtinuiſtis paſſionum, in altero quidem opprobriis ac tribulationibus ſpectaculum facti, in altero autem ſocii taliter converſantium effecti.* Ob idque ne nos quidem longam epiſtolam condimus. Nulla in hac vita vera tranquillitas. Heb. 10. 32.

Nemo

Nemo enim ad eum, qui victoriam adeptus eſt, ac luculentum tropæum ſtatuit, accedit, ut opem atque auxilium ferat, ſed ut laudem & prædicationem. Quoniam igitur nos quoque, quantā in iis, quæ tibi acciderunt, ſapientiam præſtiteris, exploratum habemus, beatam te ducimus ac ſuſpicimus, tum ob patientiam, quam tropæorum ſpe exhibuiſti, tum ob præmia quæ hinc tibi in poſterum reconduntur. Quandoquidem autem illud minimè dubito, quin de rerum noſtrarū ſtatu certior fieri cupias, (ſiquidē diuturno tempore nihil à nobis literarū accepiſti) hoc habeto, B nos è graviſſimo quidē morbo emerſiſſe, cæterùm morbi reliquias etiamnū circumferre. Et quamquā optimos medicos præſto habeamus: ſic quoq; tamē neceſſariarū rerum inopia medicinæ utilitatē labefactat. Hic enim non modo neceſſariorū medicamentorū penuria eſt, cæterarúmq; rerū quib9 ægrū ac dolore confectum corpus relevari poteſt: verùm etiā fames ac peſtis imminent. Atq; hæc mala perpetuus latronū impetus jam parturit, qui quàm longiſſimè graſſantes, atque omnes undiq; vias C intercludentes, hinc quoque non parvum iis, qui iter faciunt, periculum creant. Sanè Andronicus, quemadmodum ipſe ait, in eorum quoq; manus incidit, atque ab ipſis dimiſſus, ita demum ſalutem eſt conſecutus. Quamobrem te rogo, ne quem poſthac huc mittas. Eſt enim verendum, ne profectionis ad nos cauſa, ei, qui iter hoc ſuſcipit, necem accerſat. Quòd ſi accidat, non te fugit quantum dolorem id nobis allaturum ſit. Verùm ſi quē ſpectatæ fidei hominem nanciſcaris, qui ob alterius cujuſpiā ne- D gotia huc ſe conferat, per eum, quo ſtatu valetudo tua ſit, fac ſciam. Privatim autem ac dedita opera ne quis hac de cauſa, nec ut nobis adminiſtram operam præbeat, huc veniat, propter hunc metum, quem commemoravimus.

Ad eandem epiſtola 16.

Utrumq; divinæ benignitatis, quæ omnem orationis facultatem excedit, argumentum eſt, nempe quòd & tot tibi jamque denſas tentationes inferri permittit, quò ſplendidiores coronas E obtineas, & quam primum his te liberat, ne illatarum calamitatum diuturnitate rurſum opprimaris. Ad hunc enim modum Deus fortium etiam illorum virorum, hoc eſt Apoſtolorum & Prophetarum, vitam gubernavit, nunc nimirum fluctus excitari ſinens, nunc autem adverſarum rerum mare increpans, ac ſævam tempeſtatem in amœnam tranquillitatē convertens. Quæ cùm ita ſint, flere ac teipſam mœrore conficere deſine, nec duntaxat crebras eas, imò perpetuas acerbitates, quæ tibi inferun- A tur, ante oculos tibi propone, verum etiam celerrimam earum depulſionem, eámq;, quæ hinc tibi paritur, omni oratione præſtantiorem remunerationem. Nam quod araneæ tela, & umbra, & fumus eſt, & ſi quid his viliùs fingi poteſt, hoc ſunt omnes tibi inflictæ acerbitates, ſi cum iis præmiis conferantur, quæ hinc tibi tribuenda ſunt. Quid enim eſt civitate pelli, & ex aliis atque aliis locis in alia atque alia loca ſubinde migrare, atque undique B exagitari, & proſcribi, & ad tribunalia trahi, & à militibus raptari, & ab iis, qui ſexcentis beneficiis affecti fuerint, contraria nunc perpeti, atque tum à famulis, tum à liberis vexari, cùm horum præmium cœlum ſit, & puriſſima illa bona, quæ nec verbis ullis explicari queunt, nec finem habent, verùm immortalem fructum atque oblectationem præbent? Quamobrem inſidias, vexationes, opum jacturam, continuas locorum mutationes, atque in extera regione commorationē conſiderare ſuperſede, C atque hæc luto quovis vilius proculcans, eos theſauros qui hinc tibi in cœlo creantur, quæſtúmque, qui exhauriri & conſumi nequit, atque opes ab omni prædonum injuria tutas & immunes animo perpende. At corpus tuum ob labores & ærumnas malè affectum eſt, hoſtiúmque inſidiæ morbum adduxerunt? Nimirū ingentis alterius quæſtus, atque omnem ſermonis vim ſuperantis materiam mihi rurſus commemoras. Scis enim, ſcis inquam planè, quanæ laudis ſit, corporis morbum generoſo animo atq; D cum gratiarum actione ferre. Hoc, ut ſæpe à me dictum eſt, Lazaro coronam attulit: hoc in Iobi certaminibus diabolū dedecore atq; ignominia affecit, pugilémq; ob hujuſmodi patientiam clariorem reddidit. Hoc, magis quàm opum contemptio, ac repentina illa filiorum amiſſio, & ſexcentæ inſidiæ, ipſum laude ac prædicatione extulit, atque impudens perverſi illius dæmonis os perfacilè obſtruxit. Hæc igitur ipſa quoque perpetuò tecum reputans, & oblectare, quòd maximo certamine per- E functa ſis, atque id, quod tentationum caput eſt, fac placido animo feras, eóque nomine benigni Dei gloriam prædices, qui cùm omnia ſubito delere ac de medio tollere queat, ea tamen oriri ſinit, ut tibi pulcher hic quæſtus ſplendidior exiſtat. Ob idque beatam te prædicare minimè intermittimus. Illud autem nobis haud parvæ voluptati fuit, quòd, & litibus, & negotiis, ut te dignum erat, defuncta, ejuſmodi rei finem impoſueris, ut nec ea ignavè abjeceris, nec rurſum retinueris, ac tribunalibus, iiſque, quæ hinc oriuntur, malis teipſam transfixeris, verùm medium iter ingreſſa ſis, eámque, quæ tibi conveniebat, libertatem perceperis,

Deus per læta & adverſa piorū vitam gubernat.

A οὐδεὶς γὰρ τῷ νικήσαντι, καὶ τρόπαιον στήσαντι λαμπρὸν, παραγίνεται συμμαχίαν κομίζων, ἀλλ' εὐφημίας μόνον. ἐπεὶ οὖν καὶ ἡμεῖς ἔγνωμεν ὅσην περὶ τὰ συμβάντα τὴν φιλοσοφίαν ἐπεδείξω, μακαρίζομέν σε, θαυμάζομεν τῆς τε εἰς τὸ παρὸν ὑπομονῆς, καὶ τῆς ἀντιδόσεως, τῆς ἐντεῦθέν σοι ταμιευομένων. ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα εὐ εἰδέναι ὅτι βούλει μανθάνειν [καὶ γὰρ μακρὰν ἐσιγήσαμεν σιγὴν] τῆς μὲν χαλεπωτάτης ἀῤῥωστίας ἀπηλλάγημεν, λείψανα δὲ ἔτι τῆς νόσου περιφέρομεν. B καὶ ἰατρῶν δὲ ἀπολαύομεν ἀρίστων· ἀλλ' ὅμως καὶ οὕτω λυμαίνεται τὴν ἀπὸ τῆς θεραπείας ὠφέλειαν ἡ τῶν ἐπιτηδείων ἀπορία. οὐ γὰρ δὴ μόνον φαρμάκων ἐνταῦθα σπάνις, καὶ τῶν ἄλλων τῶν δυναμένων διορθῶσαι σῶμα πεπονηκὸς, ἀλλ' ἤδη καὶ λιμὸς μελετᾶται, καὶ λοιμὸς, καὶ ταῦτα λοιπὸν ὠδίνει τὰ κακὰ ἡ συνέχεια τῶν λῃστρικῶν ἐφόδων, αἳ μέχρι πορρωτάτω τῶν ὁδῶν ἐκχεόμεναι, καὶ τὰς ὁδοὺς ἀποτειχίζουσαι, τὰς πανταχοῦ τετμημένας, ἐντεῦθεν πολὺν καὶ ὁδοιπόροις ἐπάγουσι κίνδυνον· C Ἀνδρόνικος γοῦν, καθά φησι, καὶ αὐταῖς ἐκείνων περιέπεσε ταῖς χερσὶ, καὶ ἀπολυθεὶς οὕτω διεσώθη. διὸ παρακαλῶ σου τὴν ἐμμέλειαν μηδένα λοιπὸν ἀποστέλλειν ἐνταῦθα. δέδοικα γὰρ μὴ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀποδημίας ἡ ὑπόθεσις, ἀφορμὴ τῷ παραγινομένῳ σφαγῆς γένηται, καὶ οἶσθα ὅσην ἡμῖν εἰσοίσει τὴν ὀδύνην. ἀλλ' εἴ τινες ἐπιλάβοιο γνησίους κατὰ χρείαν ἑτέραν ἐνταῦθα ἀφικνουμένους, δι' αὐτῶν δήλου τὰ περὶ τῆς ὑγιείας ἡμῖν τῆς σῆς· ἰδικῶς μέντοι εἰς τοῦτο μηδεὶς ἐνταῦθα παρα- D γινέσθω, μηδὲ δι' ἡμετέραν χρείαν, διὰ τὸ δέος ὃ προειρήκαμεν.

Πρὸς αὐτὴν ἐπιστολὴ ιϛ'.

Ἀμφότερα τῆς ἀφάτου τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίας, καὶ τὸ συγχωρεῖν τοσούτους ἐπάγεσθαί σοι πειρασμοὺς, καὶ ἐπαλλήλους οὕτως, ὥστε λαμπροτέρους σοι γίνεσθαι τοὺς στεφάνους, καὶ τὸ ταχίστην αὐτῶν ποιεῖσθαι τὴν ἀπαλλαγὴν, ὥστε σε μὴ καταπείνεσθαι πάλιν τῇ παραμονῇ τῶν ἐπαγομένων κακῶν. οὕτω καὶ τῶν γενναίων ἀνδρῶν ἐκείνων, τῶν ἀποστόλων E λέγω, καὶ τῶν προφητῶν, τὸν βίον ἐκυβέρνησεν ὁ θεὸς, νῦν μὲν ἀφιεὶς τὰ κύματα διεγείρεσθαι, νῦν δὲ ἐπιτιμῶν τῷ τῶν κακῶν πελάγει, καὶ ἀπὸ χαλεποῦ τοῦ χειμῶνος λευκὴν ἐργαζόμενος τὴν γαλήνην. παῦσαι τοίνυν δακρύουσα, καὶ κατατεινομένη τῇ λύπῃ, μηδὲ τὰ ἐπαγόμενά σοι δεινὰ σκόπει μόνον, τὰ ἐπάλληλα καὶ συνεχῆ, ἀλλὰ καὶ τὴν ταχίστην αὐτῶν ἐλευθερίαν, καὶ τὴν ἄφατον ἐντεῦθεν τικτομένην σοι ἀμοιβὴν καὶ ἀντίδοσιν· ὅπερ γάρ ἐστιν ἀράχνη, καὶ σκιὰ, καὶ καπνὸς, A καὶ εἴ τι τούτων εὐτελέστερον, τοῦτό ἐστι τὰ ἐπενεχθέντα σοι πάντα δεινὰ, πρὸς τὰ μέλλοντα δίδοσθαί σοι ἐντεῦθεν βραβεῖα. τί γάρ ἐστι πόλεως ἐκπεσεῖν, καὶ τόπους ἐκ τόπων ἀμείβειν, καὶ πάντοθεν ἐλαύνεσθαι, καὶ δημεύεσθαι, καὶ εἰς δικαστήρια περιέλκεσθαι, καὶ ὑπὸ στρατιωτῶν παρασύρεσθαι, καὶ ὑπὸ τῶν τὰ μυρία εὐεργετηθέντων τὰ ἐναντία νῦν ὑπομένειν, καὶ παρ' οἰκετῶν, καὶ παρ' ἐλευθέρων ἐπηρεάζεσθαι, ὅταν τὸ τούτων ἔπαθλον ὁ οὐρανὸς ᾖ, καὶ τὰ ἀκήρατα ἀγαθὰ ἐκεῖ- B να, τὰ μηδὲ λόγῳ ἑρμηνευθῆναι δυνάμενα, καὶ πέρας οὐκ ἔχοντα, ἀλλ' ἀθάνατον παρέχοντα τὴν ἐξ αὐτῶν ἀπόλαυσιν; ἀφεῖσα τοίνυν τὰς ἐπιβουλὰς, τὰς ἐπηρείας, τὰς τῶν χρημάτων ζημίας, τὰς μεταναστάσεις τὰς συνεχεῖς, τὴν ἐν ἀλλοτρίᾳ διαγωγὴν λογίζεσθαι, καὶ πηλοῦ παντὸς εὐτελέστερον ταῦτα καταπατοῦσα, ἐννόει τοὺς ἐκ τούτων σοι τεχθέντας ἐν τοῖς οὐρανοῖς θησαυροὺς, καὶ τὴν ἀνάλωτον πραγματείαν, καὶ τὸν ἄσυλον πλοῦτον. ἀλλὰ τὸ σῶμά σου κακῶς ἐκ τῶν C πόνων τούτων καὶ ταλαιπωριῶν διετέθη, καὶ τὰ τῆς ἀῤῥωστίας ἐπέτεκον αἱ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβουλαί; πάλιν ἑτέρας μοι λέγεις ἐμπορίας ὑπόθεσιν, μεγάλης καὶ ἀφάτου. οἶσθα γὰρ, οἶσθα σαφῶς ἡλίκον ἐστὶ σώματος ἀῤῥωστίαν γενναίως, καὶ μετ' εὐχαριστίας ἐνεγκεῖν. τοῦτο, ὃ πολλάκις εἶπον, τὸν Λάζαρον ἐστεφάνωσε, τοῦτο ἐπὶ τῶν ἀγώνων τοῦ Ἰὼβ τὸν διάβολον κατῄσχυνε, καὶ τὸν ἀθλητὴν τῆς καρτερίας ἐκείνης λαμπρότερον ἀπέφηνε. τοῦτο καὶ φιλοπτωχίας, καὶ τῆς τῶν χρημάτων D ὑπερψίας, καὶ τῆς ἀθρόας ἐκείνης τῶν παίδων ἀποβολῆς, καὶ τῶν μυρίων ἐπιβουλῶν μᾶλλον αὐτὸν ἀνεκήρυξε, καὶ τὸ ἀναίσχυντον τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐκείνου στόμα ἔφραξε μετὰ πολλῆς τῆς περιουσίας. ταῦτ' οὖν ἀναλογιζομένη συνεχῶς καὶ αὐτὴ, χαῖρε καὶ εὐφραίνου τὸν μέγιστον ἆθλον διανύσασα, καὶ κεφάλαιον τῶν πειρασμῶν πρᾴως φέρουσα, καὶ ὑπὲρ τούτων δοξάζουσα τὸν φιλάνθρωπον θεὸν, τὸν δυνάμενον μὲν ἀθρόον ἀφανίσαι πάντα, ἀφιέντα δὲ γίνεσθαι, ὥστε σοι λαμπροτέραν τὴν καλὴν ταύτην γενέσθαι πραγματείαν. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς σε μακαρίζον- E τες οὐ παυόμεθα. ἥσθημεν δὲ ὅτι καὶ τῶν δικῶν ἀπαλλαγεῖσα, καὶ πραγμάτων, ὡς σοι πρέπον ἦν, οὕτω τῷ πράγματι τέλος ἐπέθηκας, καὶ οὔτε τὴν διάλυσιν, οὔτε ἀναιδῶς αὐτὰ προϊεμένη, οὐδ' αὖ καθέλκουσα πάλιν, καὶ ἐμπείρασα σαυτὴν δικαστηρίοις, καὶ τοῖς ἐκ τούτων κακοῖς· ἀλλὰ μέσην ὁδεύσασα ὁδὸν, καὶ τὴν σοι πρέπουσαν ἐλευθερίαν καρπωσαμένη,

καὶ πολλὴν τὴν σύνεσιν ἐν ἅπασιν ἐπιδειξαμένη, καὶ τὴν μακροθυμίαν, καὶ τὴν καρτερίαν, καὶ τὴν ὑπομονήν, καὶ τὸ ἀνεξαπάτητον δείξασα τῆς σῆς συνέσεως.

atque ingentem in omnibus rebus prudentiam præ te tuleris, edito videlicet tum patientiæ ac tolerantiæ, tum ejuſmodi prudentiæ, quæ nullis fraudibus circumſcribi poſſet, documento.

Πρὸς τὴν αὐτὴν ἐπιστολή. ιζ.

Οὐδὲν ξένον οὐδὲ ἀπεικὸς γέγονεν ἐπὶ τῆς εὐλαβείας τῆς σῆς, ἀλλὰ καὶ σφόδρα εἰκὸς καὶ ἀκόλουθον τὸ τῇ συνεχείᾳ τῶν ἐπαλλήλων πειρασμῶν, εὐτονώτερά σοι γενέσθαι τῆς ψυχῆς τὰ νεῦρα, καὶ μείζονα πρὸς τὰ παλαίσματα τὴν προθυμίαν καὶ τὴν ἰσχύν, καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν καρπώσασθαί σε τὴν ἡδονήν. τοιαύτη γὰρ τῆς θλίψεως ἡ φύσις, ὅταν γενναίας καὶ νεανικῆς ἐπιλάβηται ψυχῆς, ταῦτα ἐργάζεσθαι πέφυκεν. καὶ καθάπερ τὸ πῦρ δοκιμώτερον ποιεῖ τὸ χρυσίον, ὅταν αὐτῷ συγγένηται· οὕτω καὶ ταῖς χρυσαῖς ψυχαῖς ἐπιοῦσα θλῖψις, καθαρωτέρας αὐτὰς ἐργάζεται καὶ δοκιμωτέρας. διὸ καὶ Παῦλος ἔλεγεν· „ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν. διὰ ταῦτα καὶ ἡμεῖς σκιρτῶμεν καὶ χαίρομεν, καὶ τῆς ἐρημίας ταύτης μεγίστην καρπούμεθα παράκλησιν ἐπὶ τῇ ἀνδρείᾳ σου ταύτῃ. διὰ ταῦτα κἂν μυρίοι σε κυκλώσωσι λύκοι, καὶ πολλαὶ συναγωγαὶ πονηρευομένων, οὐδὲν δεδοίκαμεν, ἀλλ' εὐχόμεθα μὲν καὶ τοὺς „ὄντας σβεσθῆναι πειρασμούς, καὶ ἑτέρους δὲ μὴ προσγενέσθαι, δεσποτικὸν πληροῦντες νόμον, τὸν κελεύοντα εὔχεσθαι μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν· εἰ δ' ἄρα συγχωρηθείη γενέσθαι πάλιν, θαρροῦμεν ὑπὲρ τῆς χρυσῆς σου ψυχῆς, τῆς καὶ ἐντεῦθεν μέγιστον ἑαυτῇ συναγούσης πλοῦτον. τίνι γάρ σε δεδίξασθαι δυνήσονται, οἱ κατὰ τῆς ἑαυτῶν πάντα τολμῶντες κεφαλῆς; ζημίᾳ χρημάτων; ἀλλ' εὖ οἶδ' ὅτι κόνις σοι ταῦτα, καὶ πηλοῦ παντὸς εὐτελέστερα εἶναι νομίζεται. ἀλλὰ πατρίδος ἐκβολῇ καὶ οἰκίας; ἀλλ' οἶσθα σὺ καὶ τὰς μεγάλας, καὶ πολυανθρώπους πόλεις καθάπερ τὰς ἐρήμους οὕτως οἰκεῖν. ἡσυχίᾳ καὶ ἀπραγμοσύνῃ τὸν ἅπαντα συζήσασα χρόνον, καὶ τὰς βιωτικὰς καταπατήσασα φαντασίας. ἀλλὰ θάνατον ἀπειλοῦσιν; ἀλλὰ σὺ καὶ τοῦτο προλαβοῦσα διὰ παντὸς ἐμελέτησας τοῦ χρόνου· κἂν ἑλκύσωσιν ἐπὶ σφαγήν, νεκρὸν ἐπὶ ταύτην ἕλξουσι σῶμα. τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; οὐδείς σε οὐδὲν ἐργάσασθαι δυνήσεται, οὗ τὴν ὑπομονὴν μετὰ πολλῆς οὐχ εὑρήσει τῆς περιουσίας ἐν σοὶ πάλαι κατορθωθεῖσαν. τὴν γὰρ στενὴν ἀεὶ καὶ τεθλιμμένην ὁδεύσασα ὁδὸν, ἐν ἅπασιν ἐγυμνάσω τούτοις. διόπερ τὴν καλλίστην ταύτην ἐπιστήμην ἐν τοῖς γυμνασίοις ἀσκήσασα, νῦν ἐν τοῖς ἀγῶσι λαμπροτέρα ἀνεφάνης, οὐ μόνον οὐδὲν ὑπὸ τῶν γινομένων θορυβουμένη, ἀλλὰ καὶ πτερουμένη, καὶ σκιρτῶσα, καὶ χορεύουσα. ὧν γὰρ προέλαβες τὰ γυμνάσια, τούτων τοὺς ἀγῶνας μετὰ πολλῆς νῦν μεταχειρίζεις τῆς εὐκολίας, ἐν γυναικείῳ σώματι, καὶ ἀραχνίων ἀσθενεστέρῳ, ἀνδρῶν σφριγώντων, καὶ τοὺς ὀδόντας βρυχόντων μετὰ πολλοῦ τοῦ γέλωτος τὴν μανίαν καταπατοῦσα, καὶ πλείονα ἑτοίμη οὖσα παθεῖν ἢ ἐκεῖνοι παρασκευάζονται. μακαρία σὺ καὶ τρισμακαρία τῶν ἐντεῦθεν στεφάνων· τοιαύτη γὰρ τῶν παλαισμάτων ἡ φύσις τούτων, καὶ πρὸ τῶν βραβείων, καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς σκάμμασιν ἔχει καὶ τὰς ἀμοιβὰς καὶ τὰς ἀντιδόσεις, τὴν ἡδονήν, ἣν καρποῦσαι νῦν, τὴν εὐφροσύνην, τὴν ἀνδρείαν, τὴν καρτερίαν, τὴν ὑπομονήν, τὸ ἀνάλωτον, τὸ ἀχείρωτον, τὸ πάντων ὑψηλοτέραν εἶναι, τὸ οὕτως ἑαυτὴν ἀσκῆσαι, ὡς μηδὲν δύνασθαι παρὰ μηδενὸς παθεῖν δεινόν, τὸ τοσούτων κλυδωνίων γινομένων ἐπὶ τῆς πέτρας ἑστάναι, τὸ τῆς θαλάττης μαινομένης ἐξ οὐρίας φέρεσθαι μετὰ πολλῆς τῆς γαλήνης· ταῦτα τῆς θλίψεως καὶ πρὸ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν ἐνταῦθα τὰ ἔπαθλα. οἶδα γάρ, οἶδα ὅτι νῦν οὐδὲ περικεῖσθαι τὸ σῶμα ἡγῇ, ὑπὸ τῆς ἡδονῆς πτερουμένη, ἀλλ' ἦν καιρὸς καλῇ, εὐκολώτερον αὐτὸ ἀποδύσῃ, ἢ ἕτεροι τὰ ἱμάτια, ἃ περίκεινται. χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου καὶ ὑπὲρ σαυτῆς, καὶ ὑπὲρ τῶν τὴν μακαρίαν τελευτησάντων τελευτήν, οὐκ ἐν κλίνῃ, οὐδὲ ἐν οἰκίᾳ, ἀλλ' ἐν δεσμωτηρίοις, καὶ ἁλύσεσι, καὶ βασάνοις. θρήνει δὲ μόνους τοὺς ταῦτα ποιοῦντας καὶ δάκρυε. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἄξιον τῆς σῆς φιλοσοφίας. ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ τῆς τοῦ σώματος ἡμῶν ὑγιείας βούλει μανθάνειν, ἀπηλλάγημεν τέως τῆς πρώην ἐνοχλούσης ἡμῖν ἀρρωστίας, καὶ ῥᾷον διακείμεθα νῦν. πλὴν εἰ μὴ πάλιν ἐπελθὼν ὁ χειμὼν λυμήνηται ἡμῶν τοῦ στομάχου τὴν ἀσθένειαν· καὶ τῶν Ἰσαύρων ἕνεκεν, ἐν πολλῇ καθεστήκαμεν ἀσφαλείᾳ.

Ad eandem epiſt. 17.

Nihil alieni ac præpoſteri in te contigit, quin potiùs quod par admodum & rationi conſentaneum eſſet, nempe ut per aſſiduas tentationes tuas animi tui nervis plus firmitatis, plúſque ad ſubeunda certamina promptitudinis ac roboris accederet, hincq; magnam voluptatem perciperes. Nam hæc calamitatis natura eſt, ut cum fortem ac ſtrenuam animam nacta eſt, hæc efficere ſoleat. Et quemadmodum ignis auro admotus probi⁹ illud efficit: eodem modo calamitas, animos aureos ſubiens, puriores eos ac præſtantiores reddit. Eóq; etiam nomine Paulus his verbis utebatur: *Tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem.* Quocirca nos quoq; exultamus ac lætitia perfundimur, atque ex hac tua animi magnitudine maximum hujuſce ſolitudinis ſolatium haurimus. Ac proinde, etiam ſi mille lupi ac multi conventus malignantium te undiq; obſideant, haudquaquam pertimeſcimus verùm illud quidem optamus ac precamur, ut & præſentes tentationes extinguantur, nec aliæ inſuper accedant (Dominicam ſcilicet legem explentes, quæ nos, *ne in tentationem incidamus*, precari jubet:) ſin autem Deus rurſum exoriri ſinat, de aurea tua anima, quæ hinc etiam ampliſſimas ſibi opes aggerit, bono ac fidenti animo ſumus. Etenim quânam re terrorem tibi afferre poterunt, qui in ſuum ipſi caput ſuámque perniciem quidvis aggreſſi ſunt? Opúmne detrimento? At illud probè ſcio, te eas pulveris inſtar habere, ac quovis luto viliores exiſtimare. An patriæ ac domus amiſſione? At tu amplas etiam ac frequentes urbes non ſecus ac ſolitudines incolere noſti: ut quæ in otio ac quiete omne vitæ temp⁹ tranſegeris, atq; hujuſce vitæ pompas ſemper protiveris. At mortem minitantur. Tu verò antevertens nullum tempus omiſiſti, quin de ea cogitares: atque, ſi ad necem te traxerint, cadaver duntaxat ad eam trahent. Quid pluribus verbis opus eſt? Nemo te tanto ullo malo afficere poterit, cujus patientiam non abundè jampridem à te præſtitam inveniat. Nam, cùm per arctam & anguſtam viam iter facias, his omnibus diuturna exercitatione aſſueviſti. Ac proinde cum pulcherrimam hanc ſcientiam in palæſtris colueris, nunc in ſeriis certaminibus clariorem te præbuiſti: quippe quæ ob ea, quæ contingunt, non modò non conturberis, verùm etiam velut additis tibi pennis exciteris, & exilias, ac tripudies. Nam quarum rerum exercitia occupaſti, harum certamina mira cum facilitate in muliebri corpore nunc obis, & cùm araneas imbecillitate ſuperes, valentiſſimorum tamen, ac dentibus ſtridentium virorum furorem ingenti cum riſu calcas: ut quæ plura perpeti parata ſis, quàm illi inferre proponant. Te verò beatam, ac ter beatam, cùm ob eas coronas, quæ hinc tibi comparantur, tum etiam ob ipſa certamina. Ea enim horum certaminum natura eſt, ut etiam ante præmia in ipſa quoque arena ſuam mercedem habeant, nimirum voluptatem, qua nunc frueris, animi lætitiam, fortitudinem, patientiam: illúdque item, quòd expugnari atque opprimi nequeas, quòd omnibus rebus ſublimior ſis, quòd ſic teipſam exercueris, ut nihil tibi incommodi à quoquam inferri poſſit, quòd exorta tam gravi tempeſtate in petra conſiſtas, quòd deniq; mari furente magna cum tranquillitate ſecundum curſum teneas. Hæc, etiam ante cœlorum regnum, calamitatis præmia in hac vita ſunt. Illud enim mihi exploratiſſimum eſt, te nunc animo ita comparatam eſſe, ut ne corpore quidem indutam te eſſe exiſtimes (ita te pennatam reddit voluptas:) ac ſi tempus id poſtulet, promptius illud exutura ſis, quàm alii veſtes, quibus obtecti ſunt. Quæ cùm ita ſint, gaude & oblectare, tum tuo nomine, tum eorum, qui beatam mortem obierunt, non in lecto nec in cubiculo, ſed in carcere & vinculis ac tormentis. Eos autem ſolos luge ac lacrymis proſequere, qui hæc perpetrant. Nam iſtud quoque tua philoſophia dignum eſt. Quoniam autem de corporis quoque noſtri valetudine certior fieri cupis, nos ex eo morbo, qui nuper nobis moleſtiam exhibebat, emerſimus: núncque meliore valetudine ſumus, modò ne rurſus hyems ſtomachi noſtri imbecillitatem adventu ſuo lædat. Nam de Iſauris, omni metu vacui ſumus.

Calamitas pios robuſtiores reddit.

Rom. 5, 6.

Marc. 8, 9.

Καρτερίᾳ ιη.

Κἂν πολλάκις, κἂν ὀλιγάκις ἐπιστείλῃς, ἡμεῖς ἥνπερ ἐξ ἀρχῆς ἔχομεν ψῆφον περὶ τῆς ἀγάπης τῆς σῆς, ταύτην ἀκίνητον διατηροῦμεν. ἴσμεν γὰρ ὅτι καὶ γράφουσα καὶ σιγῶσα ὁμοίως περὶ ἡμᾶς διακεῖσθαι ἐσπούδακας. ὁ θεός σοι ταχίστην παράσχοι τὴν ὑγείαν, καὶ πάσης ἀπαλλάξῃ ἀρρωστίας. καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχεν ἐν φροντίδι καθεστήκαμεν περὶ τῆς ἀρρωστίας τῆς σῆς ἀκούοντες. διὸ καὶ παρακαλοῦμέν σου τὴν ἐμμέλειαν, ἡνίκα ἂν ἐξῇ συνεχῶς ἡμῖν δηλοῦν τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς, καὶ εἰ ἴσα πρὸς τὸ βέλτιον ἐπίδοσιν ἔλαβέ σου τὸ σῶμα.

Carteriæ. 18.

Sive frequenter, ſive rarò ſcribas, nos tamen judicium illud, quod de tua charitate animo conceptum habemus, firmum ac ſtabile retinemus. Id enim exploratum nobis eſt, te, ſive ſcribas, ſive ſileas, eodem ſemper erga nos animo ac ſtudio eſſe. Velim autem celerrimam tibi ſanitatem Deus præbeat, atq; omni morbo te liberet. Neq; enim vulgari ſollicitudine affecti ſumus, cùm de tuo morbo ad nos allatum eſt. Eóque nomine te obſecramus, ut, quoties licuerit, de tua valetudine nos certiores facias, & num melius aliquando corpus tuum ſe habeat.

Nec enim te fugit, quàm doleamus, cùm te morbo teneri audimus, ac rurſum quanta lætitia afficiamur, ac præ voluptate velut pennas induamus, cum te incolumi valetudine eſſe intelligimus. Hæc igitur cum minimè ignores, ornatiſſima ac nobiliſſima domina mea, quoties facultas dabitur, ad nos ſcribere ne graveris, quáque valetudine ſis, indicare. Neque enim vulgari beneficio nos afficies, cùm ejuſmodi ad nos literas miſeris.

Marciano & Marcellino 19.

Illud quidem cuperemus, ut vos, à quibus tantopere amamur, præſentes quoque cerneremus. At quoniam id minimè licet (nam & viæ longinquitas, & hyems, & prædonum metus, ad profectionem impediendam ſufficiunt) illud ſaltem optamus, ut eos, qui literas à nobis ad vos ferant, ſæpiùs nanciſcamur: quò cupiditatem noſtram ampliſſimè explere poſſimus. Quandoquidem autem, tum ob hujus loci ſolitudinem, tum quia à publica via procul diſtat, hoc nobis ademptum eſt, à vobis peto, ut ſi minùs crebro hoc faciamus, nobis veniam tribuatis: atque, ſive ſcribamus, ſive ſileamus, idem de noſtra erga vos benevolentia judicium habeatis, illud vobiſcum reputantes, diuturnioris plerúmque ſilentii noſtri cauſam, loci potiùs ſolitudinem eſſe, quàm morum inſolentiam ac negligentiam.

Agapeto 20.

Sincerum atque ardentem, fucique expertem, ac purum amorem tuum perſpectum habeo: quódq; nec negotiorum turba, nec temporis diuturnitate, nec itineris longinquitate debilitari poſſit, exploratum item habeo: quámque oculis etiam nos cernere, congreſſúque noſtro frui geſtias. Quoniam autem nunc, tum ob itineris longitudinem, tum ob anni tempus, tum ob Iſaurorum metum, id vix fieri poteſt, da operam, ut eam, quam literæ afferre ſolent oblectationem nobis præbeas, ſubinde videlicet de tua totiúſq; domus tuæ valetudine certiores nos faciens. Nam ſi hujuſmodi literas à te crebrò acceperimus, non vulgarem, etiam in ſolitudine degentes, conſolationem capiemus. Neq; enim ignoras, Domine mi ſummopere venerande atque admirande, quanto nobis ſtudio atq; curæ ſit valetudo tua.

Alphio 21.

Te verò beatum ac ter beatum, atque etiam ſæpiùs beatum, qui ejuſmodi res efficis, atque ejuſmodi negotiis animum adjicis, quæ ingentem in cœlis theſaurum tibi recondunt. Neq; enim vulgariter animum noſtrum erexiſti, cùm de domino noſtro Joanne presbytero nobis illud expoſuiſti, te multum ſtudii atq; operæ adhibuiſſe, ut eum excitares, atq; in Phœniciam mitteres. Quòd autem aurum quoque ipſi dediſti, quanquam tu pro cætera tua pietate hoc reticuiſti, minimè tamen id nobis obſcurum fuit. Nam id etiam compertum habuimus, ac liberalitatem eam qua uſus es. Ob eámq; cauſam te admirari ac laudibus in cœlum ferre non deſinimus, quod in his rebus dives ſis in quibus divitem eſſe convenit, téq; obſecramus, ut crebrò ad nos literas des. Nam ſi fieri poſſet, ut oculis te cerneremus, magno id ſanè emeremus. Quoniam autem id nondum licet, fac quæſo ſubinde ad nos ſcribas, ac te tua totiúſq; domus tuæ valetudine certiores nos facias. Neq; enim leve ſolatium capiemus, hæc audientes. Dùm igitur, quàm nobis gratum facturus ſis, minimè ignores, ne committas, ut tanta lætitia careamus.

Caſto, Valerio, Diophanto, Cyriaco, Antiochiæ presbyteris. 22.

Quod longam noſtram epiſtolam brevem dixeritis, haud equidem miror. Ea enim amantium natura eſt, ut ſatietatem neſciant, nec unquã expleri poſſint: verùm quo plura ab iis, quos amant, acceperint, eo plura concupiſcant. Ob eámq; cauſam etiamſi decuplo major, quam prior, ad vos epiſtola veniſſet, ne illa quidem brevitatis vocabulum effugiſſet: verùm ipſa quoq; parva vocata fuiſſet, imò non vocata duntaxat, ſed etiam parva habita fuiſſet. Quod etiam eodem modo mihi uſu venit. Nam ad quemcumq; amoris erga nos ac benevolentiæ gradum perveneritis, eo minimè contenti ſumus: verùm amoris incrementa ſemper expetimus, charitatiſq; debitum, quod etiamſi ſemper ſolvatur, ſemper tamen debetur (nemini enim, inquit ille, quicquam debeatis, niſi ut invicem diligatis) quotidie à vobis efflagitamus, ſemper quidem illud affatim accipientes, nec tamen nos illud unquam omni ex parte accepiſſe arbitrantes. Quamobrem, ne quæſo præclarum hoc debitum, duplicémque voluptatem habens, nobis perſolvere deſinatis. Nam & qui perſolvunt, & qui accipiunt, parem voluptatem conſequuntur: quippe cùm utrique per hujuſmodi ſolutionem æquè locupletentur. Quodquidem in pecuniis fieri nequit. Nam qui perſolvit, egentior hinc efficitur: is contrà, qui accepit, copioſior. At in charitatis contractu hoc uſu venire minimè ſolet. Neque enim eum, qui perſolvit, inanem ac vacuum relinquit, (id quod pecunia efficit, cùm ad accipientem migrat) quin potius ipſum tum demum locupletiorem reddit, cùm eam perſolvit.

Charitas ſemper debetur. Rom. 13, 8.

οἶδα γὰρ καὶ πῶς ἀλγοῦμεν ἀκούοντές σε ἐν ἀῤῥωστίᾳ εἶναι, καὶ πῶς εὐφραινόμεθα, καὶ πτερούμεθα ὑπὸ τῆς ἡδονῆς, ἐπειδὰν ἀκούσωμεν ἐν ὑγείᾳ σε καθεστάναι. Ταῦτ' οὖν εἰδυῖα, κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐγενεστάτη, ὁσάκις ἂν δυνατὸν ᾖ, γράφειν ἡμῖν μὴ κατόκνει, καὶ δηλοῦν τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς. οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν χαριῇ χάριν, τοιαύτας πέμπουσα ἡμῖν ἐπιστολάς.

Μαρκιανῷ καὶ Μαρκελλίνῳ. ιθʹ.

Ἐβουλόμεθα μὲν ὑμᾶς σφοδροὺς ἡμῶν ὄντας οὕτως ἐραστὰς, καὶ παρόντας ἰδεῖν. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔνι· τό, τε γὰρ τῆς ὁδοῦ μῆκος, ἥ, τε τοῦ χειμῶνος ὥρα, καὶ ὁ τῶν λῃστῶν φόβος ἱκανὰ διατειχίσαι τὴν ἀποδημίαν· τοὺς γοῦν τὰ γράμματα κομίζοντας παρ' ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς ἐπιθυμοῦμεν συνεχέστερον περιτυγχάνειν, ὥστε δύνασθαι μετὰ δαψιλείας πληρῶσαι τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἡμετέραν. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τοῦτο παρείλετο ἡμᾶς ἡ ἐρημία τοῦ χωρίου ἐν ᾧ διατρίβομεν, καὶ τὸ σφόδρα αὐτὸ ἀπῳκίσθαι τῆς δημοσίας ὁδοῦ, παρακαλῶ ἂν μὴ συνεχῶς τοῦτο ποιῶμεν, συγγνώμην ἡμῖν νέμειν, καὶ γραφόντων ἡμῶν καὶ σιγώντων, τὴν αὐτὴν ἔχειν περὶ τῆς ἀγάπης τῆς ἡμετέρας ψῆφον, λογιζομένους ὅτι τὴν σιγὴν ἡμῖν πολλάκις μακροτέραν ἡ ἐρημία τοῦ τόπου, οὐχ ἡ τοῦ τρόπου ῥαθυμία ἐργάζεται.

Ἀγαπητῷ. κʹ.

Οἶδά σου τὴν ἀγάπην τὴν γνησίαν καὶ θερμὴν, τὴν ἄδολον καὶ εἰλικρινῆ, καὶ οὔτε πραγμάτων ὄχλῳ, οὔτε χρόνου πλήθει, οὔτε ὁδοῦ μήκει μαραινομένην· οἶδα καὶ ὅπως ἐπιθυμεῖς καὶ αὐτόψει ἡμᾶς θεάσασθαι, καὶ τῆς κατὰ πρόσωπον ἀπολαῦσαι συνουσίας. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἤδη ἐργῶδες, καὶ διά τε τὸ τῆς ὁδοῦ μῆκος, καὶ διὰ τὴν τοῦ ἔτους ὥραν, καὶ τὸν τῶν Ἰσαύρων φόβον, τὴν διὰ τῶν γραμμάτων πάρεχε εὐφροσύνην, συνεχῶς δηλῶν τὰ περὶ ὑγείας τῆς σῆς, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός. ἂν γὰρ τοιαῦτα δεχώμεθα συνεχῶς γράμματα παρὰ τῆς σῆς εὐγενείας καὶ θαυμασιότητος, οὐ τὴν τυχοῦσαν καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν. καὶ γὰρ οὐκ ἀγνοεῖς ὅπως ἡμῖν περισπούδαστον τὸ ἐν ὑγείᾳ σε εἶναι, δέσποτά μου αἰδεσιμώτατε καὶ θαυμασιώτατε.

Ἀλφίῳ. καʹ.

Μακάριος καὶ τρισμακάριος εἶ, καὶ πολλάκις τοῦτο, τοιαῦτα ἐργαζόμενος, καὶ τοιαύταις ἐπιτρέχων πραγματείαις, αἳ πολὺν ἐν οὐρανοῖς προαποτίθενταί σοι τὸν μισθόν τε καὶ θησαυρόν. οὐδὲ γὰρ ὡς ἔτυχεν ἡμᾶς ἀνεπτέρωσας, τὰ κατὰ τὸν κύριόν μου Ἰωάννην τὸν πρεσβύτερον ἀπαγγείλας, ὅτι πολλὴν ἐποιήσω σπουδὴν ἀναστῆσαι αὐτὸν καὶ ἐκπέμψαι εἰς τὴν Φοινίκην. ὅτι δὲ καὶ χρυσίον αὐτῷ δέδωκας, αὐτὸς μὲν ἐσίγησας, καὶ τοῦτο πρέπον τῇ εὐλαβείᾳ σου ποιῶν· ἡμᾶς δὲ οὐκ ἔλαθεν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἔγνωμεν, καὶ τὴν δαψίλειαν, ἣν παρέσχες. καὶ διὰ τοῦτό σε θαυμάζοντες, καὶ μακαρίζοντες οὐ παυόμεθα, ὅτι ἐν οἷς δεῖ πλουτεῖν, ἐν τούτοις πλουτεῖς· καί σε παρακαλοῦμεν γράμματα συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν. εἰ μὲν γὰρ δυνατὸν ἦν καὶ κατ' ὄψιν σε ἰδεῖν, πολλοῦ ἂν ἐπριάμεθα τοῦτο. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο τέως οὐκ ἔνι, γράφε συνεχῶς ἡμῖν, περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενος, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός. οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν καρπωσόμεθα παράκλησιν ταῦτα μανθάνοντες. εἰδὼς οὖν ἡλίκα ἡμῖν χαριῇ, μὴ ἀποστερήσῃς ἡμᾶς τῆς τοιαύτης εὐφροσύνης.

Κάστῳ, Οὐαλερίῳ, Διοφάντῳ, Κυριακῷ πρεσβυτέροις Ἀντιοχείας. κβʹ.

Οὐ θαυμάζω, ὅτι τὴν μακρὰν ἡμῶν ἐπιστολὴν, βραχεῖαν ἐκαλέσατε. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ἐρῶντες, οὐκ ἴσασι κόρον, οὐδὲ δέχονται πλησμονὴν, ἀλλ' ὅσα ἂν λάβωσι παρὰ τῶν ἐρωμένων, πλείονα ἐπιζητοῦσι. διά τοι τοῦτο εἰ καὶ δεκαπλασίων ὑμῖν ἦλθεν ἐπιστολὴ τῆς ἔμπροσθεν, οὐκ ἂν οὐδὲ ἐκείνη τὸ τῆς βραχύτητος διέφυγεν ὄνομα, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ μικρὰ ἂν ἐκλήθη· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐκλήθη μόνον, ἀλλὰ καὶ μικρὰ ἂν ὑμῖν ἐφάνη. ἐντεῦθεν καὶ ὑμεῖς ὅπουπερ ἂν ἀφίκησθε φιλοῦντες ἡμᾶς, οὐδὲ αὐτοὶ κόρον λαμβάνομεν· ἀλλ' ἀεὶ προσθήκας ἐπιζητοῦμεν ὑμῶν τοῦ φίλτρου, καὶ τὸ χρέος τῆς ἀγάπης τὸ ἀεὶ μὲν ἐκτιννύμενον, ἀεὶ δὲ ὀφειλόμενον, [μηδενὶ γάρ, φησι, μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀλλήλους ἀγαπᾶν] καθ' ἑκάστην παρ' ὑμῶν ἀπαιτοῦμεν ἡμέραν· ἀεὶ μὲν αὐτὸ μετὰ πολλῆς λαμβάνοντες τῆς δαψιλείας, οὐδέποτε δὲ ἀπειληφέναι τὸ πᾶν ἡγούμενοι· μὴ δὴ παύσησθε καταβάλλοντες ἡμῖν τὸ καλὸν τοῦτο ὄφλημα, καὶ πολλὴν ἔχον ἡδονήν. οἵ τε γὰρ καταβάλλοντες, οἵ τε ὑποδεχόμενοι τὴν ἴσην καρποῦνται εὐφροσύνην, ἐπειδήπερ ἀμφότεροι τῇ καταβολῇ ὁμοίως γίνονται εὔποροι· ὅπερ ἐπὶ τῶν χρημάτων οὐκ ἔνι, ἀλλ' ὁ μὲν καταθεὶς πενέστερος ταύτῃ γίνεται, ὁ δὲ ὑποδεξάμενος εὐπορώτερος· ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοῦ συμβολαίου τῆς ἀγάπης τοῦτο συμβαίνειν εἴωθεν. οὐδὲ γὰρ ἀφίησιν ἔρημον αὐτῆς τὸν καταθέντα· ὅπερ ποιεῖ τὸ ἀργύριον πρὸς τὸν ὑποδεχόμενον μεθιστάμενον· ἀλλὰ τότε μᾶλλον αὐτὸν εὐπορώτερον καθίστησιν, ὅταν αὐτὴν καταβάλῃ.

Ταῦτ'

Ταῦτ᾽ οὖν εἰδότες, κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι, μὴ διαλίπητε διηνεκῶς ἀκμάζουσαν περὶ ἡμᾶς τὴν διάθεσιν ἐπιδεικνύμενοι. εἰ γὰρ καὶ μηδὲν δεῖσθε εἰς τοῦτο τῆς παρ᾽ ἡμῶν παρακλήσεως, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ σφόδρα ἐρῶμεν ὑμῶν τῆς ἀγάπης, καὶ μὴ δεομένους ἀναμιμνήσκομεν τούτου ἕνεκεν, καὶ τοῦ συνεχῶς ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς ὑμετέρας δηλοῦν. οὐ γὰρ μηδὲ τούτου χάριν δεῖσθε τοῦ ἀναμιμνήσκοντος, ἀλλ᾽ ἡμεῖς καὶ τοῦτο, ἐπειδὴ σφόδρα περισπούδαστον ἡμῖν, οὐ παυσόμεθα διηνεκῶς παρ᾽ ὑμῶν ἐπιζητοῦντες. οἶδα μὲν γὰρ ἐργῶδες τοῦτο λοιπὸν, καὶ διὰ τὴν τοῦ ἔτους ὥραν, καὶ διὰ τὴν τῆς ὁδοῦ δυσκολίαν, οὐ πολλῶν φαινομένων τῶν ὁδοιπόρων, τῶν πρὸς τοῦτο διακονησομένων ὑμῖν, οὐδὲ ἡμεῖς ἀγνοοῦμεν. πλὴν ἀλλ᾽ ὡς ἔνι, καὶ οἷόν τέ ἐστι καὶ ἐν τοσαύτῃ δυσκολίᾳ, συνεχῶς ἐπιστέλλειν παρακαλοῦμεν, καὶ παρὰ τῆς ὑμετέρας ἀγάπης ταύτην αἰτοῦμεν τὴν χάριν. καὶ τῷ κυρίῳ δέ μου τῷ εὐλαβεστάτῳ πρεσβυτέρῳ Ῥωμανῷ, καθὼς ἐκελεύσατε, ἀπεστάλκαμεν, καὶ τούτου χάριν ὑμῖν εἰδότες πολλήν. ἐπεὶ καὶ τοῦτο σφόδρα ἡμᾶς ἀγαπώντων ἐστὶ, καὶ μεθ᾽ ὑπερβολῆς φιλούντων, τὸ τηλικούτοις ἀνδράσι καὶ διὰ τῶν γραμμάτων πειρᾶσθαι, καὶ πολλὴν ποιεῖσθαι σπουδὴν ἀκριβέστερον συνάπτειν ἡμᾶς. δεξάμενοι τοίνυν ἡμῶν τὴν πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴν, καὶ δοῦναι παρακλήθητε, καὶ χωρὶς τῆς ἐπιστολῆς προσειπεῖν αὐτὸν πάλιν ἐξ ἡμῶν. καὶ γὰρ οὐχ ὡς ἔτυχεν ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ἐρασταὶ γεγόναμεν αὐτοῦ σφοδρότατοι. καὶ τοῦτο μανθανέτω διὰ τῆς γλώττης τῆς ὑμετέρας, ὅτι τὴν αὐτὴν ἀγάπην μένομεν διατηροῦντες, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι. καὶ οὐ τὴν μεταξὺ σιγὴν ἐκ ῥαθυμίας πεποιήκαμεν, ἀλλὰ τὰ γράμματα ἀναμένειν δέξασθαι παρὰ τῆς εὐλαβείας αὐτοῦ. ἐπειδὴ δὲ προτέρους ἡμᾶς ᾔτησεν ἐπιστεῖλαι, ἰδοὺ καὶ τοῦτο ποιοῦμεν, καὶ παρακαλοῦμεν καὶ αὐτὸν συνεχῶς τοῦτο πρὸς ἡμᾶς ποιεῖν.

Ῥωμανῷ πρεσβυτέρῳ κγʹ.

Οἶσθα καὶ αὐτὸς, κύριέ μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, πῶς ἀεὶ περὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν διετέθημεν, καὶ πῶς ἀεὶ συνδεδεμένοι σοι τῷ νόμῳ τῆς ἀγάπης διετελέσαμεν, θαυμάζοντές σου τὴν τῶν τρόπων ἐπιείκειαν, καὶ ἐκπληττόμενοι τῆς ἀρετῆς σου τὴν εὐμορφίαν, δι᾽ ἧς πάντας τοὺς ἐντυγχάνοντας χειροῦσαι. διὰ δὴ τοῦτο καὶ ἐκ μακροῦ καθήμενοι διαστήματος, ἀεί σε ἐπὶ τῆς διανοίας περιφέρομεν, καὶ ὅπουπερ ἂν ἐρημίας ἀπενεχθῶμεν, ἐπιλαθέσθαι σου τῆς ἀγάπης οὐ δυνάμεθα· ἀλλ᾽ ὡς παρόντα καὶ πλησίον ὄντα, οὕτω καὶ ὁρῶμεν καὶ φανταζόμεθα, τοῖς τῆς ἀγάπης ὀφθαλμοῖς συνεχῶς, μᾶλλον δὲ διηνεκῶς σε βλέποντες, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνακηρύττοντές σου τὴν εὐλάβειαν. παρακαλοῦμεν δὴ καὶ αὐτὸν μεμνῆσθαι ἡμῶν διηνεκῶς, καὶ τὴν ἀγάπην ἣν ἐξ ἀρχῆς περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξω, ταύτην καὶ νῦν ἀκμάζουσαν διατηρεῖν, καὶ εὔχεσθαι μετὰ πολλῆς ἐκτενείας ὑπὲρ τῆς ταπεινώσεως τῆς ἡμετέρας, καὶ ἐπιστέλλειν ἡμῖν ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς δηλοῦν. ἵνα καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμενοι, πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν, τῆς ἀπὸ τῶν εὐχῶν σου συμμαχίας ἐκ τοσούτου ἀπολαύοντες διαστήματος.

Ἡσυχίῳ κδʹ.

Αὐτὸς μὲν συγγνώμης ἀξιοῖς τυχεῖν ὑπὲρ τοῦ μὴ παραγενέσθαι, τὴν ἀῤῥωστίαν προβαλλόμενος· ἐγὼ δέ σε καὶ στεφανῶ καὶ ἀνακηρύττω τῆς γνώμης, ἀφ᾽ ἧς καὶ παραγέγονας· καὶ τῶν ἐλθόντων οὐδὲν ἔλαττον ἔχεις παρ᾽ ἡμῖν κατά γε τὸν τῆς ἀγάπης λόγον. ἱκανὸς δὲ ὁ θεὸς καὶ τῆς κατεχούσης σε ἀπαλλάξαι ἀῤῥωστίας, καὶ πρὸς καθαρὰν ὑγείαν ἐπαναγαγεῖν. ἵνα σου καὶ τῆς κατ᾽ ὄψιν ἀπολαύσωμεν συντυχίας· καὶ γὰρ σφόδρα ἐπιθυμοῦμεν σε ἰδεῖν καὶ περιπτύξασθαι καὶ τὴν φίλην ἡμῖν φιλῆσαι κεφαλήν. ἕως δ᾽ ἂν ταυτό, τε ἀῤῥωστίας σου τ᾽ εὐγένειαν, καὶ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα διακωλύῃ, οὐ παυσόμεθα συνεχῶς ἐπιστέλλοντές σου τῇ τιμιότητι, καὶ τὴν ἐντεῦθεν ἡμῖν αὐτοῖς πραγματευόμενοι ἡδονήν.

Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ κεʹ.

Ἡμεῖς μὲν ἐβουλόμεθα συνεχῶς ἐπιστέλλειν τῇ εὐλαβείᾳ τῇ σῇ, καὶ οἶσθα τοῦτο καὶ αὐτὸς, δέσποτα τιμιώτατε· ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦτο ἡμᾶς παραιρεῖται τῷ μηδένα συνεχῶς ἡμῖν ἐπιχωριάζειν· ἥτε γὰρ ἐρημία τοῦ χωρίου τούτου, ὅ, τε τῶν λῃστῶν φόβος ταύτην ἐπιτείνων, λοιπὸν δὲ καὶ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα τὰς ὁδοὺς ἀποτειχίζουσα, πᾶσιν ἄβατον ποιεῖ τὴν Κουκουσόν· ἀλλ᾽ ἡνίκα ἂν ἐπιτύχωμεν γραμματηφόρων, πληροῦμεν ἡμῶν τὴν ἐπιθυμίαν, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι. ὃ δὴ καὶ νῦν πεποιήκαμεν διὰ τῶν κυρίων μου τῶν τιμιωτάτων πρεσβυτέρων, τήν τε ὀφειλομένην ἀποδιδόντες πρόσρησιν τῇ θεοσεβείᾳ σου· καὶ παρακαλοῦντες ἡνίκα ἂν ἐξῇ καὶ αὐτὸν ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας δηλοῦν τῆς σῆς. οὐ γὰρ ἀγνοεῖς, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, ὅπως ἡμῖν περισπούδαστον ἀεὶ περὶ ταύτης μανθάνειν. εἰ γὰρ καὶ πρὸς αὐτὰς ἀπῳκίσθημεν τῆς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιὰς, ἀλλ᾽ ὅμως τῆς ἀγάπης σου τῆς γνησίας καὶ θερμῆς, τῆς εἰλικρινοῦς καὶ ἀδόλου ἐπιλαθέσθαι οὐ δυνάμεθα, ἀλλ᾽

Hæc igitur cùm vobis explorata ſint, præſtantiſſimi ac pietatis pleniſſimi domini mei, ne unquam florentem ac vegetam ergà me benevolentiam exhibere intermittite. Nam etſi, ut id faciatis, nihil noſtra cohortatione indigetis: tamen quoniam vos apprime amamus, propterea vos, etiam ſi nihil neceſſe ſit, admonemus, ut perpetuò ad nos ſcribatis, atque quo ſtatu valetudo veſtra ſit, ſignificetis. Quamvis enim nihil ad eam rem ſubmonitore vobis opus ſit, at nos tamen id quoque, quandoquidem vehementer expetimus, à vobis poſtulare nunquam deſinemus. Et quidem quoniam tum propter anni tempus, tum propter itineris difficultatem, haud multi viatores exiſtunt, qui vobis ad hanc rem operam navare poſſint, illud jam difficile eſſe ne nos quidem ignoramus, ſaltem ut licet, atque in tanta difficultate fieri poteſt, vos obſecramus, ut quàm ſæpiſſimè ſcribatis, atque hanc à veſtra charitate gratiam poſtulamus. Quin religioſiſſimo quoque domino meo presbytero Romano, quemadmodum juſſiſtis, ſcripſimus, eóque nomine ingentem etiam vobis gratiam habemus. Quandoquidem hoc quoq; a ingenti ac ſingulari quodam noſtri amore proficiſcitur, quòd, ut tantis viris arctiùs nos copuletis, per literas operam datis, ſummúmq; ad id ſtudium adhibetis. Velim itaque, ut cùm noſtram ad eum epiſtolam acceperitis; eam ipſi reddatis, atque inſuper eum licet epiſtola non accepta meo nomine ſalutetis. Jampridem enim eſt, quòd eum amare cœpimus: idq; ut ex ore veſtro intelligat, cupio, nos eandem erga eum benevolentiam retinere, eáque in re de nobiſipſis quàm optimè mereri. Illudque præterea, nos interea non negligentia & ſocordia nihil ad eum literarum dediſſe, ſed quòd ab ipſius pietate literas expectaremus. Quoniam autem, ut priores ſcriberemus, poſtulavit, & hoc quoque fecimus: & idem ut ipſe facere ad nos non intermittat, obſecramus.

Romano Presbytero. 23.

Scis tu quoq; profectò, Domine mi reverendiſſime ac religioſiſſime, quemnam ſemper erga te animum habuerimus, & quónam pacto ſemper charitatis lege tecum aſtricti fuerimus, morum tuorum ſuavitatem admirantes, virtutiſque tuæ, per quam omnes eos, qui ad te accedunt, tuos reddis, pulchritudinem ſuſpicientes. Quo etiam fit, ut quamvis longo à te intervallo diſſiti, animo tamen & cogitatione te circumferamus; atque in quamcumque ſolitudinem avehamur, tuæ tamen charitatis obliviſci minimè poſſumus: verùm ut præſentem ac propinquum intueamur; charitatiſque oculis perpetuò repræſentemus, imò, ut rectiùs loquar, aſſiduè te cernamus, atque apud omnes pietatem tuam prædicemus. Quamobrem abs te quoque petimus, ut noſtri memoriam nunquam intermittas, eámque benevolentiam, quam ſemper nobis præſtitiſti, nunc quoq; florentem ac vigentem conſerves: ac pro noſtra vilitate obnixas ad Deum preces adhibeas, ad noſque, cùm licuerit, literas des, ac de tua valetudine certiores nos facias: quò, etiam in ſolitudine ſedentes, ingentem conſolationem capiamus, tuarum videlicet precum ope ac ſubſidio è tanto locorum intervallo fruentes.

Heſychio. 24.

Petis ut illud tibi ignoſcam, quòd ad me non veneris, morbi excuſatione utens. Ego autē voluntatis nomine te laudo ac prædico, per quam etiam veniſti, atque quantum ad charitatem attinet, nihilo inferiore apud nos loco es, quàm qui venerunt. Poteſt autem Deus, ex eo morbo, quo teneris, te eximere, atque integræ ſanitati reſtituere, ut conſpectu quoq; tuo atque congreſſu fruamur. Siquidem te videre atq; complecti, charúmq; illud nobis caput exoſculari majorem in modum avemus. Quamdiu autem id, tum per morbum tuum, tum per anni tempus, minimè licebit, literas ad te date, eámq;, quæ hinc ad nos redit, voluptatem nobiſipſis comparare minimè intermittemus.

Elpidio Epiſcopo. 25.

Illud quidem vellemus, nobis ad te quam ſæpiſſimè literas dare liceret: idque ipſe ſcis, domine reverendiſſime. Quod quoniā nobis adimitur, propterea quòd nemo ad nos crebrò accedat (nam & oppidi hujuſce ſolitudo, & latronum metus eam augens; ac denique anni tempus itinera intercludens; Cucuſum omni ex parte inviam reddit) quoties tabellarium nanciſcimur; cupiditati noſtræ ſatis facimus; in hoc ſcilicet nobis ipſi quàm gratiſſimum facientes. Quòd quidem nunc etiam per religioſiſſimos dominos meos presbyteros facimus, nimirum & debitum pietati tuæ ſalutationis munus perſolventes, & te rogantes, ut, quoties facultas dabitur, tu quoq; ad nos ſcribas, ac quo ſtatu valetudo tua ſit, exponas. Neq; enim te fugit, reverendiſſime ac religioſiſſime domine, quanto ſemper nobis ſtudio atq; curæ ſit de ea aliquid intelligere. Quamvis enim ad extremos uſq; orbis noſtri fines remotiſſimus, tamen veræ & ardentis, ac ſinceræ, atque ab omni fuco alienæ charitatis tuæ obliviſci minimè poſſumus;

verùm quaſcumq; in terras abſcedamus, eam nobiſcum circumferimus, maximúmque hinc ſolatium percipimus.

Magno Epiſcopo 26.

Etſi nullas abs te literas accepimus, idq; cùm domini mei Presbyteri huc veniſſent, nos tamen, veteris amicitiæ non immemores, tum morum tuorum ſuavitatem animíque fortitudinem admirantes, ac præterea eum erga nos amorem, quem ſemper præ te tuliſti, perſpectum & exploratum habentes, priores ad te ſcribimus, ut & tibi ob eam benevolentiam, quam erga nos oſtendiſti (neque enim nos, tanto licet abs te intervallo disjunctos, hoc fugit) gratias agamus & te oremus, ut quoties occaſio dabitur, ſine ulla intermiſſione ad nos ſcribas, déque valetudinis tuæ ſtatu certiores nos facias. Nam cùm eos, à quibus vehementer amamur, quiq; ſtrenuo atq; attento ac vigilanti animo in Eccleſiarum curam incumbunt, ſanos & incolumes eſſe audimus, non parvam ex ea re conſolationem capimus. Hæc igitur cùm tibi perſpecta ſint, domine mi reverendiſſime ac religioſiſſime, ne te quæſo hæc nobis quàm ſæpiſſimè per literas ſignificare pigeat. Sic enim fiet, ut etiamſi ad utimas uſque terras avehamur, dum tamen hujuſmodi conſolatio nobis continenter ſuppetat, ingentem mœroris levationem ſentiamus.

Domno Epiſcopo 27.

Magnas pietati tuæ, Reverendiſſime domine, gratias habeo, tum quòd venerabilem Presbyterum viſendi noſtri cauſa miſeris, tum quòd ad nos ſcripſeris. Nam utrumq; ſinceræ charitatis atq; ardentis benevolentiæ argumentum eſt. Ob eámq; cauſam etiam in ſolitudine degentes, ingentem hinc conſolationem hauſimus. Siquidem à tantis viris tam impensè amari, non levem iis, qui amantur, conſolationem affert. Ac cuperem quidem tuo quoque aſpectu congreſſúq; ſuaviſſimáq; benevolentia tua animum ſaturare. Quoniam autem id minimè licet (neq; id nobis conceditur, nec tibi item ob Eccleſiæ iſtius curam, cui præes, facile eſt) ad ſecundam, ut dici ſolet, navigationem neceſſariò venimus, nempe ut conſolationem eam, quam epiſtolæ afferunt, nobis ipſis adhibeamus. Neque enim ad eorum animos, qui corporibus disjuncti ſunt, levandos atque conſolandos parum momenti habet epiſtola, ſincera charitate perfuſa. Quamobrem ut hac conſolatione quàm ſæpiſſimè fruamur, quoties licebit, ac fieri poterit, de valetudinis tuæ ſtatu ad nos ſcribere ne graveris. Siquidem amicitiam tuam ampliſſimum theſaurum, & bonorum congeriem omni ſermonis facultate ſublimiorem ducimus. Ac ſi ejuſmodi literas ſubinde accipiamus, tantum ex his voluptatis capiemus, ut ne ſolitudinem quidẽ iſtam ſentiamus.

Baſilio presbytero 28.

Etſi nobis conſpectu tuo atq; congreſſu frui minimè contigit, tamen cùm de tua virtute ad nos affertur, ac zelo eo, quo adverſus Gentiles flagras, ipſorum errorem evertens, eóſq; velut porrecta manu ad veritatem ducens, non ſecus ac ſi adeſſes, te cúmq; diuturnum uſum ac vitæ conſuetudinem habuiſſemus, honore ac veneratione te complectimur. Eáq; de cauſa priores ad te ſcripſimus, ob ea, quæ cum laude geris, beatum te prædicantes, atq; admirantes, ac poſtulantes, ut ipſe quoque ad nos, cùm licebit, ſcribas. Nam etſi corporeà te disjuncti ſumus: charitatis tamen vinculis tecum aſtringimur, pietatem tuam cum animis noſtris reputantes. Hæc igitur cùm tibi perſpecta ſint, velim ad nos ſubinde ſcribere ne graveris: quò, etiam in ſolitudine commorantes, ingentem hinc conſolationem capiamus.

Chalcidia & Aſyncritiæ 29.

Nihil ex his moleſtiis, quas evenire perſpicitis, vos perturbet: nec denſi negotiorum fluctus animis veſtris tumultum afferant. Ejuſmodi enim eſt arcta illa & anguſta via, complures difficultates ac multos ſudores & labores habens. Verùm hæc fluunt, atq; unà cum hac vita extinguuntur. nam etiamſi arcta via eſt; via tamen eſt. At præmia illa, quæ ii, qui placido ac forti animo hæc ferunt, adipiſcuntur, perpetua & immortalia ſunt, ſudoribúſque longè majora. Quanobrem tum calamitatis fragilitatem ac brevitatem, tum præmiorum perpetuitatem atque immortalitatem animadvertentes, date operam, ut omnia generoſo animo feratis, nec committatis, ut ullo rerum adverſarum eventu perturbemini. Una enim res moleſta peccatum eſt: cætera omnia, hoc eſt, exilia, bonorum proſcriptiones, relegationes, inſidiæ, cunctáque id genus alia, umbra quædam, & fumus & araneæ tela ſunt, & ſi quid aliud his vilius & imbecillius eſſe poteſt. Quocirca, ut ante hac quoque multis tentationibus perferendis aſſuetæ, nunc quoque, quam par eſt, patientiam præſtate. Si quidem ea hanc vim habitura eſt, ut vos in magna ſecuritate ac tranquillitate conſtituat, præſtantioréſque efficiat. Ac ſi quos nanciſcamini, qui ob ſua negotia huc veniant, de veſtra valetudine ad nos crebrò literas date.

Nihil moleſtum præter peccatum.

A ὅπουπερ ἂν ἀπίωμεν, περιφέροντες αὐτὴν ἄπιμεν, μεγίστην καρπούμενοι τὴν παραμυθίαν.

Μάγνῳ ἐπισκόπῳ κϛʹ.

Εἰ καὶ αὐτὸς ἡμῖν οὐκ ἐπέσταλκας, καίτοι τῶν κυρίων μου τῶν πρεσβυτέρων παραγενομένων, ἀλλ᾽ ἡμεῖς τῆς τε ἄνωθεν σου φιλίας μεμνημένοι, καὶ τὴν τῶν τρόπων σου θαυμάζοντες ἐπιείκειαν, καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀνδρείαν, εἰδότες δὲ καὶ τὸ φίλτρον ὃ ἀεὶ περὶ ἡμᾶς ἐπι- B δείξω, πρότεροι τοῖς πρὸς τὴν σὴν ἐμμέλειαν ἐπεπηδήσαμεν γράμμασι, χάριτάς τέ σοι ὁμολογοῦμεν τῆς διαθέσεως, ἣν περὶ ἡμᾶς ἐπιδείκνυσαι· οὐ γὰρ ἔλαθεν ἡμᾶς οὐδὲ, καίτοι γε ἐκ τοσούτου καθημένους διαστήματος· παρακαλοῦμεν οὖν, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, γράφειν ἡμῖν συνεχῶς, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς εὐαγγελίζεσθαι. ὅταν γὰρ ἀκούσωμεν τοὺς σφόδρα ἡμῶν ἐραστὰς, καὶ γνησίους, οὕτω διηγηγερμένους, νήφοντάς τε καὶ ἐγρηγορότας περὶ τὴν τῶν ἐκκλησιῶν C πρόνοιαν, ἐν ὑγιείᾳ διάγειν, πολλὴν καὶ ἐντεῦθεν καρπούμεθα τὴν παράκλησιν. ταῦτ᾽ οὖν εἰδὼς, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, μὴ κατόκνει συνεχῶς ταῦτα ἡμῖν δηλοῦν. οὕτω γὰρ κἂν πρὸς αὐτὰς ἀπενεχθῶμεν τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιὰς, πολλὴν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν, ταύτης συνεχῶς ἀπολαύοντες τῆς παραμυθίας.

Δόμνῳ ἐπισκόπῳ κζʹ.

D Καὶ τοῦ πέμψαι τὸν τιμιώτατον πρεσβύτερον εἰς ἐπίσκεψιν ἡμετέραν, καὶ τοῦ γράψαι πολλὰς ἔχω χάριτας τῇ εὐλαβείᾳ τῇ σῇ δέσποτα τιμιώτατε. ἀμφότερα γὰρ γνησίας ἀγάπης, καὶ θερμῆς διαθέσεως. διὰ τοῦτο καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες, πολλὴν ἐντεῦθεν ἐδεξάμεθα τὴν παράκλησιν. τὸ γὰρ τοιούτους ἄνδρας οὕτω σφόδρα ἐραστὰς ἔχειν, οὐ τὴν τυχοῦσαν φέρει τοῖς ἀγαπωμένοις παραμυθίαν· καὶ ἐβουλόμην μὲν κατ᾽ ὄψιν συντυχεῖν τῇ εὐλαβείᾳ τῇ σῇ, καὶ ἐμ- E φορηθῆναι τῆς ἡδίστης σου διαθέσεως. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔνι· οὔτε γὰρ ἡμῖν δυνατὸν, οὔτε τῇ τιμιότητί σου ῥᾴδιον, διὰ τὴν τῆς ἐκκλησίας τὴν αὐτόθι πρόνοιαν, ἐπὶ τὸν δεύτερον ἀναγκαίως ἤλθομεν πλοῦν· τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων παραψυχὴν ἑαυτοῖς χαριζόμενοι. οὐ γὰρ μικρὸν καὶ ἐπιστολὴ δύναιτ᾽ ἄν, γνησίας ἀγάπης ἀνακεχρωσμένη, εἰς παράκλησιν τῶν τῷ σώματι κεχωρισμένων. ἵν᾽ οὖν ταύτης συνεχῶς ἀπολαύωμεν τῆς παραμυθίας, ὁσάκις ἂν ἐξῇ καὶ δυνατὸν ᾖ, A γράφειν ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς μὴ κατόκνει. καὶ γὰρ θησαυρὸν μέγιστον, καὶ πλοῦτον ἄφατον ἀγαθῶν τὴν σὴν ἡγούμεθα ἡμῖν εἶναι φιλίαν, κἂν συνεχῶς τούτων ἀπολαύωμεν ἀγαθῶν, ἤγουν τῶν γραμμάτων, οὐδὲ τῆς ἐνταῦθα ἐρημίας ληψόμεθα αἴσθησιν, ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν τῶν σῶν πολλὴν καρπούμενοι τὴν εὐφροσύνην.

Βασιλείῳ πρεσβυτέρῳ κηʹ.

Εἰ καὶ τῆς κατ᾽ ὄψιν σου συντυχίας οὐκ ἀπηλαύσαμεν, ἀλλὰ τὴν B ἀρετήν σου τῆς ψυχῆς ἀκούοντες, καὶ τὸν ζῆλον ὃν ἔχεις κατὰ τῶν Ἑλλήνων, καταλύων αὐτῶν τὴν πλάνην, καὶ πρὸς ἀλήθειαν χειραγωγῶν, ὡς παρόντες καὶ συγγενόμενοι, καὶ πολύν σοι συντραφέντες χρόνον, οὕτως σε αἰδούμεθα καὶ τιμῶμεν. διὸ καὶ πρότερον ἐπεπηδήσαμεν τοῖς πρὸς σε γράμμασι, μακαρίζοντές σε ὑπὲρ ὧν κατορθοῖς, καὶ θαυμάζοντες, καὶ αἰτοῦντες καὶ αὐτὸν ἡμῖν ἐπιστέλλειν ἡνίκα ἂν ἐξῇ. καὶ γὰρ εἰ καὶ τῷ σώματί σου κεχωρίσμεθα, ἀλλὰ τῇ ἀγάπῃ σοι C συνδεδέμεθα, ἐννοοῦντες τὴν σὴν εὐλάβειαν. ταῦτ᾽ οὖν εἰδὼς, μὴ κατόκνει συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ τὰ κατορθώματα τὰ σὰ δηλοῦν· ἵνα καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες, πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

Χαλκιδίᾳ καὶ Ἀσυγκριτίᾳ κθʹ.

Μηδὲν ὑμᾶς ταραττέτω τῶν συμβαινόντων, μηδὲ τὰ ἐπάλληλα τῶν πραγμάτων κύματα θορυβείτω ὑμῶν τὴν διάνοιαν. τοιαύτη γὰρ D ἡ στενὴ καὶ τεθλιμμένη ὁδὸς πολλὴν ἔχουσα τὴν δυσκολίαν, πολλοὺς τοὺς ἱδρῶτας καὶ τοὺς πόνους. ἀλλὰ ταῦτα μὲν παροδεύεται, καὶ τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ· κἂν γὰρ στενὴ ἡ ὁδὸς, ἀλλ᾽ ὁδός ἐστι· τὰ δὲ ἐκ τοῦ ταῦτα φέρειν πρᾴως καὶ γενναίως βραβεῖα διηνεκῆ καὶ ἀθάνατα, καὶ πολλῷ μείζονα τῶν ἱδρώτων. ἐννοοῦσαι τοίνυν καὶ τὸ ἐπίκηρον καὶ πρόσκαιρον τῶν θλίψεων, καὶ τὸ διηνεκὲς καὶ ἀθάνατον τῶν ἀμοιβῶν, φέρετε πάντα γενναίως μηδενὶ τῶν συμπιπτόντων δυ- E σχερῶν ταραττόμεναι. ἓν γάρ ἐστι λυπηρὸν ἁμαρτία μόνον· τὰ δὲ ἄλλα πάντα ἐξορίαι, δημεύσεις, ἀπαγωγαὶ, ἐπιβουλαὶ, καὶ ὅσα τοιαῦτα, σκιά τίς ἐστι καὶ καπνὸς καὶ ἀράχνη, καὶ εἴ τι τούτων εὐτελέστερον. ἅ τε οὖν καὶ κατὰ τὸν ἔμπροσθεν χρόνον πολλοὺς μελετήσασαι φέρειν πειρασμοὺς, καὶ νῦν τὴν ἁρμόττουσαν ὑμῖν ἐπιδείκνυσθε ὑπομονήν· αὕτη γὰρ ἐν ἀσφαλείᾳ καὶ ἀδείᾳ καὶ γαλήνῃ πολλῇ καταστῆσαι ὑμᾶς δυνήσεται, καὶ δοκιμωτέρας ποιῆσαι. καὶ γράφετε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας, ἄν τινας εὕρητε δι᾽ ἰδίαν χρείαν παραγινομένους ἐνταῦθα. ἴστε γὰρ ὅπως αὐτῆς ἀντεχόμεθα.

ἀντεχόμεθα, καὶ ὅπως βουλόμεθα πυκνότερον περὶ ταύτης μανθάνειν.

Ἑορτίῳ ἐπισκόπῳ λʹ.

Ἐγὼ μὲν ἐπεθύμουν καὶ γράμματα δέξασθαι τῆς σῆς τιμιότητος περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς ἡμῖν δηλοῦντα. οἶδα γὰρ ὅπως ἀεὶ περὶ τὴν σὴν διατέθημεν εὐλάβειαν, δέσποτα τιμιώτατε. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦτο ἴσως τῶν γραμματηφόρων ὑμᾶς παρεῖλεν ἡ σπάνις· ἡμεῖς ἐπιτυχόντες τῶν πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἀφικνουμένων πρότεροι τοῖς γράμμασιν ἐπεπηδήσαμεν, τοῖς πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα. καί σε παρακαλοῦμεν ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ αὐτὸν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καὶ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς δηλοῦν. οἰκοῦμεν γὰρ χωρίον ἐρημότατον, καὶ πάσης τῆς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένης ἐρημότερον. πολιορκούμεθα καὶ φόβῳ λῃστῶν καὶ πολλὰς ὡς ἐν ἀλλοτρίᾳ καὶ ἐν τοσαύτῃ ἐρημίᾳ θλίψεις ὑπομένομεν· πλὴν ἐὰν ὑμῶν τῶν σφόδρα ἡμᾶς ἀγαπώντων πυκνὰ ἐπιτυγχάνωμεν γραμμάτων τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας δηλούντων, πολλὴν καὶ ἐν τοσαύταις περιστάσεσιν ὄντες καρπωσόμεθα παράκλησιν. οἶδα γὰρ ὅση ἀγάπης δύναμις, καὶ ὡς οὐ παρουσία τῶν φιλούντων μόνον, ἀλλὰ καὶ γράμματα πολλὴν φέρει τὴν παραμυθίαν. ταῦτ᾽ οὖν εἰδὼς ἐπιδαψιλεῦσαι ταύτην ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην, συνεχέστερον τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς δηλῶν, περὶ ἧς μάλιστα περισπούδαστον ἡμῖν μανθάνειν.

Μαρκελλίνῳ λαʹ.

Μακρὰν μὲν ἐσιγήσαμεν ἀμφότεροι σιγὴν πρὸς ἀλλήλους, τῆς δὲ ἀγάπης σου τῆς ἀρχαίας καὶ γνησίας ἡμῖν ἐκείνης οὐκ ἐπιλελήσμεθα, ἀλλ᾽ ἀκμάζουσαν αὐτὴν διατηροῦμεν, καὶ ὅπουπερ ἂν ἀπίωμεν, αὐτὴν περιφερόμεθα, μεγίστην ἐντεῦθεν καρπούμενοι τὴν παράκλησιν. διὸ δὴ καὶ νῦν ἐπιτυχόντες τῶν πρὸς τὴν σὴν εὐγένειαν ἀφικνουμένων, τήν τε ὀφειλομένην ἀποδιδόαμεν πρόσρησιν, καὶ δηλοῦμεν, ὅτι κἂν πρὸς αὐτὰς ἀπενεχθῶμεν τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιάς, ἔχοντές σε ἄπιμεν ἐν διανοίᾳ ἐγκεκολαμμένον ἡμῶν τῷ συνειδότι. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῖς οὕτω διακειμένοις οὐ τὸ γράφειν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ δέχεσθαι γράμματα παρὰ τῶν οὕτω φιλουμένων, πολλὴν φέρει τὴν ἡδονήν, διπλασίασον ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην δέσποτα τιμιώτατε, καὶ ἡνίκα ἂν ἐξῇ, γράφε συνεχῶς ἡμῖν, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς δηλῶν. οἶδα γὰρ ὅπως ἡμῖν περισπούδαστον ταῦτα μανθάνειν, καὶ ὅτι καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

Εὐθαλίᾳ λβʹ.

Κἂν ἐλάττους δέχωμαι ἐπιστολὰς παρὰ τῆς κοσμιότητος τῆς σῆς, ὧν αὐτὸς πέμπω πρὸς τὴν σὴν ἐμμέλειαν, οὐκ ἀποστήσομαι συνεχῶς γράφων. ἐμαυτῷ γὰρ χαρίζομαι τοῦτο ποιῶν, πρὸς ψυχὴν οὕτω γνησίως περὶ ἡμᾶς διακειμένην καὶ θερμῶς, καὶ συνεχῶς ἐπιστέλλων. πλὴν ἀλλ᾽ ἐπειδὴ σφόδρα ἡμῖν περισπούδαστον μανθάνειν ἐν ποίᾳ ὁρμᾷ τὰ σά, συνεχῶς καὶ γραμμάτων ἐπιθυμοῦμεν ἀπολαύειν, ἵνα μανθάνωμεν διηνεκῶς ἅπερ ἐπιθυμοῦμεν, ὅτι ἐν εὐθυμίᾳ καὶ ἀσφαλείᾳ διάγεις πολλῇ. τούτων γὰρ ἀπολαύοντες, ὅτι πολλὴν ποιῇ τῆς ψυχῆς τῆς σῆς ἐπιμέλειαν, καὶ τῶν βιωτικῶν ὑπερορῶσα, τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν ὁδὸν βαδίζεις, οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἀμφιβάλλειν. οἶδα γάρ σου τῆς ψυχῆς τὸ εὐγενές, καὶ ἐλευθέριον, καὶ ἀπραγμοσύνης γέμον, καὶ τῶν βιωτικῶν ἀπηλλαγμένον φροντίδων. ἐννοοῦσα τοίνυν ἡλίκα ἡμῖν χαρίζῃ τοῦτο ποιοῦσα, ἡνίκα ἂν ἐξῇ καὶ δυνατὸν ᾖ, συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, καθάπερ προειρήκαμεν, παρακλήθητι, ὥστε πολλὴν ἡμᾶς καὶ ἐντεῦθεν τῆς ἐρημίας ταύτης, ἐν ᾗ διατρίβομεν, λαβεῖν παραμυθίαν. τὰ γὰρ ὑμῶν τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς γράμματα ὅταν συνεχῶς φέρηται πρὸς ἡμᾶς, τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν δηλοῦντα, οὐ τῆς τυχούσης ἡμᾶς ἐμπίπλησιν εὐφροσύνης, ἀλλὰ τοσαύτην ἡμῖν ἐμποιεῖ τὴν ἡδονήν, ὡς μηδὲ μικρὰν αἴσθησιν τῆς ἐρημίας ταύτης, ἐν ᾗ διατρίβομεν, λαμβάνειν.

Ἀδολίᾳ λγʹ.

Καὶ ταύτῃ σου τὴν ἀγάπην ἔδειξας, τὴν γνησίαν καὶ θερμήν, ὅτι καὶ ἐν ἀῤῥωστίᾳ οὖσα, οὕτω συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλεις. ἡμεῖς δὲ ἐπιθυμοῦμεν τῆς τε ἀῤῥωστίας σε ἀπαλλαγῆναι, καὶ ἐνταῦθα παραγενομένην, ὅταν ἐξῇ, θεάσασθαι. καὶ τοῦτο οἶδα καὶ αὐτή, κυρία μου κοσμιωτάτη καὶ εὐλαβεστάτη. ἐπεὶ οὖν, ὅπερ καὶ ἔμπροσθεν ἐπέσταλκα, νῦν ἐν φροντίδι μείζονι καθεστήκαμεν, [καὶ γὰρ ἀπὸ τῶν γραμμάτων ἐστοχασάμεθά σου τῆς ἀῤῥωστίας τὴν ὑπερβολήν] διά τι τοῦτο ἡνίκα ἂν πρὸς τὸ βέλτιον ἐπιδῷ σοι τὸ σῶμα, διὰ τάχους ὡς βούλει δηλῶσαι ἡμῖν παρακλήθητι τοῦτο αὐτό, ἵνα βαρυτάτης ἡμᾶς ἀνενεχθῆναι ποιήσῃς φροντίδος. ὅτι γὰρ καὶ νῦν οὐκ ἐν μικρᾷ καθεστήκαμεν ἀθυμίᾳ τῆς ἀῤῥωστίας ἕνεκεν τῆς σῆς, οὐδὲ αὐτὴ ἀγνοεῖς. εἰδυῖα τοίνυν τὴν φροντίδα ἐν ᾗ νῦν ἐσμεν, ὅπερ παρεκαλέσαμεν, ποιῆσαι σπούδασον· εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὐδέν σοι εἰς τοῦτο δεῖ παρακλήσεως· ἀλλ᾽ εὖ οἶδ᾽ ὅτι ὅσων ἂν ἐπιτύχῃς γραμματηφόρων, οὐ παύσῃ δι᾽ ἑκάστου ἡμῖν ἐπιστέλλουσα.

A Neque enim vos fugit, quantopere ejus ſtudioſi ſimus, quámque crebrò de ea aliquid audire cupiamus.

Heortio Epiſcopo. 30.

Equidem ipſe literas etiam, quibus me de tua valetudine certiorem faceres, accipere cupiebam. Scis enim, reverendiſſime domine, quo ſemper animo erga te, & qua benevolentia fuerim. Verùm quoniam hunc tabellariorum penuria vobis fortaſſis eripuit, idcirco ipſe homines, qui ad te proficiſcantur, nactus, B literis te laceſſo, téque rogo & obſecro, ut quoties facultas dabitur, ipſe quoq; ad nos quam ſæpiſſimè ſcribas, quáque valetudine ſis, exponas. Quanquam enim in deſertiſſimo loco habitamus, ac prædonum metu obſidemur, multáſque, ut in externa regione, támque vaſta ſolitudine, calamitates perpetimur: tamen ſi frequentes à te, cui chariſſimi ſumus, literas accipiamus, quæ nos de tua valetudine certiores faciant, ingentem hinc, tot licet calamitatibus oppreſſi, conſolationem C capiemus. Quanta enim charitatis vis ſit, exploratum habes: quódque non amicorum duntaxat præſentia, ſed etiam literæ ingens ſolatium afferant. Quæ cùm ita ſint, fac quæſo hanc nobis voluptatem frequentius impertias, de valetudine tua, de qua potiſſimùm aliquid audire cupimus certiores nos faciens.

Marcellino. 31.

Etſi diuturno ſilentio inter nos uterque uſi ſumus: tamen veteris illius ac ſinceræ tuæ charitatis memoriam minimè abjeci- D mus: verùm florentem eam & integram retinemus, eámque, quocumque proficiſcimur, nobiſcum circumferimus, maximóque hinc ſolatio afficimur. Eáque de cauſa homines nunc nacti, qui ad te ſe conferant, debitum ſalutationis munus tibi perſolvimus, illúdque ſignificamus, nos, etiamſi ad extremos uſque orbis terrarum fines abducamur, ſic tamen abire, ut te in animo noſtro penitus inſculptum & inciſum teneamus. Quoniam autem iis, qui hoc animo præditi ſunt, non tantùm ſcri- E bere, ſed etiam ab iis, quos ita ament, literas accipere, perjucundum eſt, hanc nobis voluptatem, domine cumprimis venerande, velim duplices: atque, quoties facultas erit, ſubinde ad nos ſcribas, &, qua valetudine ſis, exponas. Quantæ enim nobis curæ ac ſtudio ſit hæc intelligere, minimè tibi dubium eſt, quantámque, etiam in extera regione degentes, conſolationem ex hac re capiamus.

Euthaliæ. 32.

A Quamvis pauciores abs te epiſtolas accipiam, quàm ad te mittam, non tamen propterea ſcribere deſinam. Mihi enim ipſe gratum facio, dum ad animam tam ſincero atque ardenti erga me benevolentia præditam ſcribo. At quoniam, qui rerum tuarum ſtatus ſit, intelligere vehementer expeto, idcirco epiſtolas etiam ſubinde accipere aveo, quo, id quod cupio, ſubinde intelligam, nempe te in magna animi tranquillitate ac ſe- B curitate verſari. Nam ſi hæc tibi adſint, quin tu ſumma cura & ſtudio animæ tuæ conſulas, contemptiſque hujuſce vitæ rebus iter cœleſte teneas, nullo modo dubitandum puto. Siquidem de animæ tuæ nobilitate atque ingenuitate mihi eſt exploratum, quámque à negotiorum tumultibus atque hujus vitæ curis immunis ac libera ſis. Cùm igitur, quantam à nobis, quando id facis, gratiam ineas, animadvertas, quoties facultas continget, ac fieri poterit, quemadmodum jam dixi, quæſo ad nos ſcribas: C quò nos hinc quoque ſolitudinis hujus, in qua degimus, levationem capiamus. Etenim literæ veſtræ, hoc eſt eorum quibus cordi ſumus, cùm crebrò ad nos afferuntur, ac de veſtra valetudine certiores nos faciunt, non vulgarem nobis voluptatem afferunt, verùm tanto nos gaudio perfundunt, ut ſolitudinem hanc, in qua commoramur, ne tantulum quidem ſentiamus.

Adoliæ. 33.

Tu verò hinc quoque ſinceræ iſtius & ardentis tuæ charitatis D documentum dediſti, quòd cùm adverſa valetudine ſis, literas tamen ad nos dare non intermittas. Nos verò te morbo liberari, atque huc, cùm licuerit, venientem videre cupimus. Idque ipſa ſcis, ornatiſſima mea ac religioſiſſima domina. Quoniam igitur, ut etiam ante hac ſcripſi, nunc in majore cura & ſollicitudine ſumus (ſiquidem ex literis tuis ingentem morbi tui magnitudinem eſſe conjecimus) idcirco, cùm meliore corporis va- E letudine fueris, velim celeriter id nobis ſignifices, quò nos graviſſima cura leves. Nam quòd nunc ob morbum tuum haud levi mœſtitia afficiamur, ne ipſa quidem ignoras. Quapropter, cùm curam eam, qua nunc premimur, exploratam habeas, id, quod abs te petimus, facere ſtude. Quanquam ad hoc præſertim nihil eſt cur te cohorter. Neque enim dubito, quin quoties, quibus des, nacta fueris, toties ad nos ſcriptura ſis.

Carteriæ. 34.

Iſtud quoq; pro cætera tua charitate animiq; ſollicitudine, atque ingenii erga nos benevolentia abs te factum eſt, quòd non ſolùm poliarchium miſiſti, verùm etiam illud ſpectaſti, quonam pacto nobis uſui eſſe poſſit: proindéque ipſi tum nardinum, cum muſteū oleum admiſcuiſti, quod ipſius ſiccitati ex longo itinere contractę mederetur. Quin hoc quoq; nomine tuam erga nos benevolentiam ſummopere admirati ſumus, quòd ipſamet hoc effeciſti, ac non aliis quibuſdam id efficiendum mandaſti, atq; ut probè potius ac ſcitè, quàm ut feſtinanter fieret, operam dediſti. Ob eámq; cauſam gratias tibi agimus, hoc uno duntaxat nomine te accuſantes, quòd, id quod maximè optabamus, per literas minimè miſiſti, hoc eſt jucundum de tua ſanitate nuncium. Quemadmodum autem idcirco anxio animo ſumus, quòd num morbo tuus evulſus ſit, haudquaquam compertum habem⁹: eodem modo, ſi primo quoque tempore nobis literas miſeris, quibus eum profligatum & extinctum eſſe intelligamus, maximo nos beneficio devinxeris. Cum igitur minimè neſcias, quàm vehementer intelligere cupiamus, te ex hac adverſa valetudine jam emerſiſſe, hanc quæſo voluptatem nobis largire: quæ in graviſſima & moleſtiſſima ſolitudine & obſidione non parvam nobis conſolationem allatura eſt.

Alphio. 35.

Velim tibi Deus ſinceræ atq; ardentis ac puræ & ab omni ſimulatione alienæ, firmæq; & conſtantis erga nos charitatis, tum in hac præſenti vita, tum in futuro ævo, præmium tribuat. Nec enim parva tuæ erga nos benevolentiæ documenta, idque tanto à nobis locorum intervallo disjunctus, exhibuiſti, domine mi honoratiſſime ac generoſiſſime; verùm & multa & præclara. Eóq; nomine gratias tibi habemus, & perpetuò ad te ſcribere cupim⁹: verùm, quoties volumus, minimè fit poteſtas. Nec enim te fugit quanta ex hyeme ac prædonum impetu & inſidiis itinerum difficultas oriatur. Quapropter cùm diuturno tempore ſilemus, ne id negligentia noſtra fieri exiſtimes, verùm tabellariorum inopiæ iſtud, non ſocordię noſtræ aſcribas. Nam alioqui, ſi quàm ſæpiſſime ad te ſcribendi facultas offerretur, frequentius ad te literas dare minimè nos piguiſſet. Siquidem nobiſmet gratiſſimum facimus, cùm debito tibi ſalutationis munere perfungimur. Quæ cùm ita ſint, tu quoq; de tua valetudine ad nos ſcribere ne intermitte. Quod autem te nobis miſiſſe ſcribis, hoc nemo huc attulit, verum qui id afferebat, prædonum metu perterritus pedem retulit. Cæterum ſi me amas, ne hoc facias, ut difficultates atq; negotia tibi ipſi exhibeas. Siquidem ingentium donorum ac beneficiorum loco ſinceram atq; ardentem tuam benevolentiam duco: quam cùm ſemper obtineamus, ex charitatis tuæ recordatione mirificam quandam ac perpetuam voluptatem capimus.

Maroni presbytero monacho. 36.

Nos charitatis quidem ac benevolentiæ vinculis tecum adſtringimur, ac te, ut hic præſentem intuemur. Ejuſmodi quippe charitatis oculi ſunt, ut nec ullis viarum ſpatiis interrumpantur, nec temporis diuturnitate debilitentur. Cuperemus autem crebriùs quoq. ad te literas dare. Verùm quoniam id, tum ob itineris difficultatem, tum ob eorum, qui iter faciunt, raritatem haud facile eſt, quoties licet, te ſalutamus, tibiq; illud ſignificamus, nos tui nunquam non meminiſſe, téq; animo noſtro atq; cogitatione, quocumq; tandē in loco ſimus, circumferre. Cura igitur tu quoque, ut de tua valetudine quàm ſæpiſſimè certiores fiamus, quò, licet corpore ſemoti, de tua valetudine ſubinde aliquid audientes, alacriore animo ſimus, ingentémq;, etiam in ſolitudine ſedētes, conſolationem capiamus. Nec enim parva voluptate afficimur, cùm te optimè valere audimus. Ante omnia autem illud te oro, ut pro nobis preces ad Deum adhibeas.

Tranquillino Epiſcopo. 37.

Reverendiſſimum dominum meum Epiſcopum Seleucum, ut relicta domo huc ſe conferret, noſtri deſiderium ad nos excitavit: ut autem hinc rurſus domum rediret, tui amor. Nam hic eum induxit, ut & hyemem, & itineris difficultatem, & graviſſimum morbum contemneret. Collaudato itaq; ipſius amore ac ſtudio, domine mi præſtantiſſime, diuturnæ hujus ærumnæ præmium ipſi repende, hanc nimirum, quam ſoles, charitatem erga eum oſtendens. Quandoquidem nos etiam eum ad tuas manus, velut ad tranquillum quendam portum, tranſmiſimus, quippe qui tuam comitatem, ac ſinceram & ferventem ac firmam atq; conſtantem charitatem compertam habeamus. Ac ſi quiſpiam iſtinc veniat, idq; factu facile ſit, de tua valetudine velim ad nos ſcribas. Eupſychius enim ad nos haud quaquam nūc acceſſit. Ob idque nec quicquam ex iis, quæ, cùm nuper ad nos ſcriberes, dicturum illum ajebas, ſcire potuimus, quòd videlicet ipſe nuſquam appareat. Hæc igitur cùm tibi minimè ignota ſint, tum ea, quæ per eū nuper nobis ſignificanda curaveras, tum ſi quid aliud amplius nos ſcire neceſſe ſit, nunc ſaltem fac intelligam: ac de tua valetudine, quæ nobis ſummę curę eſt, & de qua, cùm perpetua ſollicitudine laborem⁹, perpetuò quoq; audire cupim⁹, aliquid nobis ſignifica.

Καρτερίᾳ λδʹ.

ΟΥ παυσόμεθά σε παρὰ πᾶσι θαυμάζοντες, καὶ ὡς ἄνδρα χρηστόν, καὶ ὡς ἰατρὸν ἄριστον, καὶ ὡς φιλεῖν εἰδότα γνησίως. ὅταν γὰρ ἡμῖν ἐνταῦθα περὶ τῆς ἀρρωστίας ἡμῶν γίνωνται λόγοι, ἐξ ἀνάγκης καὶ αὐτὸς ἐπεισέρχῃ τοῖς διηγήμασι τούτοις, καὶ τῆς πολλῆς σου καὶ ἐπιστήμης καὶ εὐνοίας πεῖραν λαβόντες οὐ δυνάμεθα σιγῇ τὰς εὐεργεσίας κατασχεῖν, ἀλλ᾽ εἰς ἅπαντας ἀνακηρύττομεν, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι. τοσοῦτον γὰρ ἡμῖν φίλτρον ἐνέθηκας, ὅτι καί τι γε ὑγιαίνοντες πολλοῦ ἂν ἐπριάμεθα ἐνταῦθα ἑλκύσαι, ὥστε σε μόνον ἰδεῖν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τοῦτο ἐργῶδες, καὶ διὰ τὴν τῆς ὁδοῦ δυσκολίαν, καὶ διὰ τὸν τῶν Ἰσαύρων φόβον τοῦτο μὲν οὐκ ἐπιχειροῦμεν τέως· ἀξιοῦμεν δὲ συνεχῶς ἐπιστέλλειν. δυνήσῃ γὰρ ἡμῖν τὴν ἐκ τῆς παρουσίας ἡδονὴν χαρίζεσθαι τῇ συνεχείᾳ τῶν γραμμάτων, τῷ μέλιτι σου τῶν τρόπων τὰ γράμματα ἀναχρωννύς.

Κυθηρίῳ πβ.

Η μὲν συνουσία ἡμῖν ἡ αὐτόθι βραχεῖα γέγονε πρὸς ὑμᾶς· ἡ δὲ ἐντεῦθεν τεχθεῖσα ἀγάπη μεγάλη καὶ ὑψηλὴ καὶ γενναία τοῖς γνησίως εἰδόσι φιλεῖν. καὶ οὐ δεῖ εἰς τοῦτο χρόνου μακροῦ· ἀλλὰ καὶ ἐν βραχεῖ δυνατὸν κατορθῶσαι τὸ πᾶν· ὃ δὴ καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν γέγονε· καὶ γεγόναμεν ὑμῶν ἐρασταὶ σφοδροί, ὡς πολλῷ συγγινόμενοι τῷ χρόνῳ. ὅθεν δὴ καὶ ἐπιστέλλομεν τὰ καθ᾽ ἡμᾶς δηλοῦντες, ὅτι τε ὑγιαίνομεν, καὶ ἐν ἡσυχίᾳ καὶ ἀπραγμοσύνῃ διάγομεν, ἴσμεν γὰρ ὅτι χαριούμεθα ταῦτα ὑμῖν ἀπαγγέλλοντες· καὶ τὰ παρ᾽ ὑμῶν αἰτοῦμεν γράμματα τὰ αὐτὰ ἡμῖν εὐαγγέλια κομίζοντα. μὴ δὴ κατοκνεῖτε γράφειν ἡμῖν συνεχῶς, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν εὐαγγελίζεσθαι. οὕτω γὰρ τὰ μέγιστα καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβουσι χαριεῖσθε ταῦτα ἐπιστέλλοντες, ἅπερ συνεχῶς ἐπιθυμοῦμεν μαθεῖν.

Λεοντίῳ πγ.

Τῆς μὲν πόλεως ὑμῶν ἀπηλάθημεν· τῆς δὲ ἀγάπης τῆς σου οὐκ ἀπεληλάμεθα. τὸ μὲν γὰρ ἐφ᾽ ἑτέρων ἔκειτο, τὸ μένειν αὐτόθι ἢ ἐκβάλλεσθαι· τὸ δὲ ἐφ᾽ ἡμῖν. διὸ οὐδεὶς ἡμᾶς αὐτὸ ἀφελέσθαι δυνήσεται· ἀλλ᾽ ὅπουπερ ἂν ἀπίωμεν πανταχοῦ περιφερόμενοί σου τὸ μέλι τῆς ἀγάπης, καὶ ἐντρυφῶμεν τῇ μνήμῃ τῆς εὐγενείας τῆς σῆς, τὸν ἔρωτά σου τὸν περὶ ἡμᾶς, τὴν σπουδήν, τὴν σύνεσιν, τὴν φιλοφροσύνην, τὴν φιλοξενίαν, τὰ ἄλλα πάντα συντιθέντες καὶ τὴν εἰκόνα διαπλάττοντες τῆς σῆς ἀρετῆς. ἐπεὶ οὖν οὕτως ἡμᾶς εἷλες καὶ ἐχειρώσω, ὡς καὶ τῆς παρουσίας σου σφόδρα ἐπιθυμεῖν· τοῦτο δὲ οὐκ ἔνι γενέσθαι νῦν, τὴν ἀπὸ τῶν γραμμάτων πάρεχε παραμυθίαν ἡμῖν. δυνήσῃ γὰρ τῇ πυκνότητι τῶν ἐπιστολῶν σοφίσασθαι τὴν ἐκ παρουσίας ἡδονὴν τοσαύτῃ κεκοσμημένος συνέσει.

A hoc eſt dominum meum reverendiſſimum & religioſiſſimum presbyterum, ipſiuſque comites doce (id quod nobis ipſis perſuaſum eſt) hoc tuum ſilentium à negligentia minimè fluxiſſe. Nam ſi hoc dixeris, ſatis id erit, ut ipſi comiter ac benignè à te excipiantur.

Firmino 80.

Ad congreſſum tuum magno nobis damno morbus tuus fuit: ad charitatem autem ne tantillum quidem detrimenti at- B tulit. Siquidem vel ſemel te conveniſſe, ſatis ſuperque fuit, ad vehementem tui amorem in animis noſtris ciendum. Hujus autem rei cauſam ipſe præbuiſti, qui ab ipſis initiis ingentem ac penè inſanum quendam noſtri amorem præ te tuliſti, nec nos, ut diutiùs tui periculum faceremus, expectare paſſus es, verùm ad primum aſpectum nos cepiſti, arctiſſimiſque vinculis tecum aſtrinxiſti. Ob eamque proinde cauſam ad te ſcribimus, eaque, quæ audire cupis, exponimus. Quænam autem hæc ſunt? C Incolumi valetudine ſumus: iter tutò confecimus: in jucundiſſima quiete atque otio degimus: magnam omnium benevolentiam obtinemus: tantam deniq; conſolationem percipimus, ut eam nemo ullis verbis conſequi poſſit. Nemo hîc eſt, qui nos exagitet, aut nobis negotium faceſſat. Quid autem nobis hoc in urbe uſu veniſſe miraris, cùm etiam iter ipſum tutiſſimè confecerimus? Tu verò de tuis quoque rebus nos fac certiores: ut quemadmodum ex hac commemoratione voluptatem cepiſti, D ſic etiam de tua valetudine certiores facti, magnam lætitiam capiamus. Nec enim te fugit, quantam iis, qui ſincerè amare norunt, voluptatem hoc injiciat, cùm læti aliquid de iis, quos amant, accipiunt.

Hymnetio Archiatro 81.

Nunquam te apud omnes mirificis laudibus efferre deſinemus, tum ut probum virum, tum ut præſtantiſſimum medicum, E tum ut eum, qui ſincerè amare novit. Nam cùm hîc de morbo noſtro ſermones excitantur, in ejuſmodi commemoratione tu quoq; ſubeas neceſſe eſt: cumq; ipſi eximiæ tuæ doctrinæ periculum fecerimus, beneficia abs te accepta ſilentio premere non poſſumus, verùm apud omnes ea prædicamus, maximam à nobis hac in re gratiam ineuntes. Tantum enim tui amorem animis noſtris injeciſti, ut etiamſi bellè valeamus, magno tamen emptum velimus, ut te huc trahere queamus, quò te vel A duntaxat conſpicemur. Verùm quoniam hoc, partim ob itineris difficultatem, partim ob Iſaurorum metum difficile eſt, nunc quidem hoc minimè aggredimur. At illud petimus, ut quàm ſæpiſſimè literas ad nos mittas. Eam enim, quam præſentia ipſa parit, voluptatem frequentibus literis nobis afferre poteris, morum tuorum melle eas illinens.

Cytherio 82.

B Brevius quidem nobis & exigua vobiſcum iſtic fuit conſuetudo: at amor, qui hinc ortus eſt, magnus & ſublimis ac præclarus. Nam iis, qui ſincerè ac verè amare ſciunt, ad eam diuturno tempore minimè opus eſt: verùm brevi totum id perfici poteſt. Quod etiam nobis uſu venit: quippe qui veſtri amore perinde flagremus, ac ſi jampridem mutuam inter nos conſuetudinem habuiſſemus. Ob eamque cauſam ad vos etiam ſcribimus, rerumq; noſtrarum ſtatum exponimus, nempe C nos commoda valetudine eſſe, atque in quiete & otio degere. Nec enim nobis dubium eſt, quin hæc nunciantes, rem vobis gratam facturi ſimus. Veſtras etiam literas viciſſim petimus, quæ lætum eundem nobis nuncium afferant. Vobis igitur quàm ſæpiſſimè ad nos ſcribere ne gravemini, déque valetudinis veſtræ ſtatu læta nunciare. Sic enim nobis, etiam in externa regione degentibus, gratiſſimum facturi eſtis, ea ſcribentes, quæ ſine ulla intermiſſione audire cupimus.

D

Leontio 83.

Civitate quidem veſtra pulſi ſumus: à charitate verò tua non item pulſi. Illud enim, hoc eſt ut iſtic maneremus, aut ejiceremur, in aliorum poteſtate ſitum erat: hoc autem in noſtra. Quocirca nemo id nobis unquam eripere poterit: verum, quocunq; proficiſcamur, charitatis tuæ mel ſemper circumferimus, magnámque ex tui recordatione voluptatem capimus, tuum erga E nos amorem, ſtudium, prudentiam, comitatem, hoſpitalitatem, alia denique omnia in unum cogentes, tuæque virtutis imaginem effingentes. Quoniam igitur nos ita demeruiſti, ac tibi conciliaſti, ut etiam præſentiam tuam imprimis appetamus, id autem nunc minimè licet, conſolationem eam, quæ ex literis percipitur, velim nobis præbeas. Nam cum tanta prudentiæ laude floreas, per frequentes literas id aſſequi poteris ut voluptatem eam, quã præſentia tua ſecum accerſit, nobis effingas.

Fauſtino 84.

Cucuſum incolumes venimus: hinc enim ordiemur, unde nos nuntium ſcribendi facere cupis. Ac locum tumultibus vacuum reperimus, quietiſque atque otii pleniſſimum, nec quenquam habentem, qui nobis moleſtiam exhibeat, atque infeſtus ſit. Quid autem mirum, ſi hoc nobis in urbe contingat, cum etiam deſertiſſimum ac periculoſum & ſuſpectum iter, quod illinc huc ducit, ſine metu ac negotio exegerimus, tutioráque omnia habuerimus, quàm in urbibus, quæ bonis legibus gubernantur? Læti igitur hujus nuncii mercedem nobis hanc pende, ut de tua valetudine quàm creberrimè ad nos ſcribas. Siquidem in magna quiete hîc degentes, animi tui nobilitatem, ingenuitatem, improborum odium, loquendi libertatem, univerſumdenique virtutum tuarum pratum ſine ulla intermiſſione animo & cogitatione nobis effingimus, tuique memoriam ſumma cum voluptate uſurpamus, quemcunque in locum abſcedamus, te circumferentes, atque incredibili quodam tui amore flagrantes. Eaque de cauſa te quoque huc venire, ac cernere cupimus. Quoniam autem id difficile eſt, ad ſecundum, ut dici ſolet, navigationis curſum venimus, eamque, quam literæ pariunt, conſolationem abs te poſtulamus. Maximum quippe ſolatium nobis erit, frequentes epiſtolas accipere, quæ nos de tua valetudine certiores faciant.

Lucio Epiſcopo 85.

Etſi magno itineris intervallo à te ſejuncti ſumus, tamen illud improborum odium, quo animus tuus præditus eſt, minimè nobis obſcurum fuit, dolórque ille, quem propter eos, qui tanta flagitia perpetrarunt, totque ſcandalis orbem univerſum impleverunt, animo concepiſti. Ac propterea tibi gratias agimus, mirificiſque laudibus ſine ulla intermiſſione te afficimus, quòd in tanta malorum colluvie, totque hominibus in præcipitia & ſcopulos ruentibus, tu rectum iter tenere minimè deſtitiſti, ea, quæ facta ſunt, reprehendens, eoſque, à quibus facta ſunt, averſans, quemadmodum etiam te facere par eſt. Eaque de cauſa te hortamur, ut in egregia hac animi alacritate perſtes, majorémq; etiam zelum præ te feras. Scis enim, quæ vobis merces futura ſit, quæ præmia, quæ coronæ, ſi tot alioqui modis turbati & exagitati, contrarium tamen iter tenueritis, maximam præſentibus malis medicinam hinc afferentes. Nam quòd, etiamſi alioqui exiguo numero ſitis, tamen ſi ſtrenuo, ac forti animo in procinctu ſtare volueritis, majores copias ob improbitatem gloriantes ſuperaturi ſitis, nemo inficias ierit. Nec enim quicquam virtute fortius eſt, uſque hominibus, qui ea quærunt, quibus præſidium Eccleſiis comparatur. Cùm igitur animum ad ingentem Dei opem accerſendam idoneum habeatis, quæ veſtrarum partium ſunt, velim expleatis, voſque per hujuſmodi mentem ac voluntatem firmiſſimi cujuſdam muri inſtar omnibus orbis Eccleſiis præbeatis.

Mari Epiſcopo 86.

Et, cùm tempeſtas ea, qua Eccleſia turbata eſt, velut proluderet, animi tui integritatem atque conſtantiam perſpeximus: & nunc item ingraveſcentibus malis pietatem tuã in iiſdem curſus inſtitutis perſeverare cognovimus. Eoque nomine, tam longè licet à te diſſiti, debitum tibi ſalutationis munus perſolvimus, teque mirificis laudibus vehimus, quòd cum plurimi per ea ſcelera, quæ adverſus Eccleſias deſignarunt, ſeſe in exitium præcipites dederint, ipſe tamen viam aliorum viæ adverſam tenueris, nimirum & eorum, qui hæc auſi ſunt, congreſſum atque occurſum defugiens, & eam, quæ te digna erat, libertatem retinens. Cogitans itaque, quanta præclari hujuſce tui facti magnitudo ſit, quantæque laudis, improbis minimè obſecundaſſe, atque illud præterea conſtantem hanc veſtram firmámque ſententiam depellendorum malorum viam ac præludium fore, fac quæſo, ut quemadmodum à te poſtulatur, ſtrenuo animo in procinctu ſtes, atq; alios pro virili tua cohorteris. Sic enim ad auxilium noſtrum hæc occaſio ſuffecerit, Deo nempe mentem veſtram, quæ in tanta rerum confuſione recta eligit, comprobante, ſuamque opem afferente.

Eulogio Epiſcopo 87.

Quamvis ad extremos uſque orbis receſſus venerimus, tamen tuæ charitatis oblíviſci minimè poſſumus, verum eam paſſim circumferimus. Uſque adeò nos, reverendiſſime ac religioſiſſime mi domine, tibi devinxiſti, ac ſubegiſti. Siquidem nunc quoque Cucuſi manentes, hoc eſt in deſertiſſimo noſtri orbis loco, benignitatem tuam, ſuavitatem, morum facilitatem, ſinceram animi propenſionem,

Φαυστίνῳ πδ.

Ἀφικόμεθα εἰς τὴν Κουκουσὸν ὑγιαίνοντες. ἐντεῦθεν γὰρ προοιμιάσομαι, ὅθεν καὶ αὐτὸς ἐπιθυμεῖς ἀκοῦσαι τῆς ἐπιστολῆς· καὶ εὑρήκαμεν χωρίον καθαρὸν, καὶ πολλῆς μὲν ἀπραγμοσύνης, πολλῆς δὲ γέμον ἡσυχίας, καὶ οὐδένα τὸν ἐνοχλοῦντα οὐδὲ ἀπελαύνοντα ἔχον. καὶ τί θαυμαστὸν εἰ ἐν τῇ πόλει τοῦτο, ὅπουγε τὴν ἐρημοτάτην ὁδὸν καὶ ἐπισφαλῆ καὶ ὕποπτον τὴν ἐκεῖθεν ἐνταῦθα φέρουσαν ἀδεῶς καὶ ἀπραγμόνως διήλθομεν, πλείονος ἀπολαύσαντες ἀσφαλείας ἢ ἐν ταῖς εὐνομουμέναις τῶν πόλεων; τούτων τοίνυν ἡμῖν τῶν εὐαγγελίων δίδου τὸν μισθὸν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλων περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. καὶ γὰρ ἐν ἡσυχίᾳ πολλῇ διάγοντες ἐνταῦθα διηνεκῶς ἀναπλαττόμενοι σου τῆς διανοίας τὸ εὐγενὲς, τὸ ἐλευθέριον, τὸ μισοπόνηρον, τὸ πεπαρρησιασμένον, ἅπαντα τῶν ἀρετῶν σου τὸν λειμῶνα· καὶ ἐντρυφῶμεν τῇ μνήμῃ ὅπουπερ ἂν ἀπίωμεν πανταχοῦ σε περιφέροντες, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς ἐκκαιόμενοι τῷ φίλτρῳ τῷ περὶ σέ. διὸ καὶ ἐπιθυμοῦμεν καὶ ἐνταῦθά σε παραγινόμενον ἰδεῖν· ἐπεὶ δὲ τοῦτο ἐργῶδες, ἐπὶ τὸν δεύτερον ἐρχόμεθα πλοῦν, καὶ τὴν διὰ τῶν γραμμάτων αἰτοῦμεν παράκλησιν. καὶ γὰρ μεγίστη παραψυχὴ ἡμῖν ἔσται τὸ συνεχῶς δέξασθαι ἐπιστολὰς εὐαγγελιζομένας ἡμῖν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς.

Λουκίῳ ἐπισκόπῳ πε.

Εἰ καὶ πολλῷ τῷ μέσῳ τῆς ὁδοῦ διεστήκαμεν τῆς εὐλαβείας τῆς σῆς· ἀλλ' ὅμως οὐκ ἔλαθεν ἡμᾶς τὸ μισοπόνηρόν σου τῆς γνώμης, καὶ πῶς ἤλγησας ἐπὶ τοῖς τηλικαῦτα παρανομήσασι, καὶ τοσούτων σκανδάλων ἐμπλήσασι τὴν οἰκουμένην. διὰ τοῦτό σοι χάριτας ὁμολογοῦμεν, καὶ θαυμάζοντες καὶ μακαρίζοντες οὐ παυόμεθα, ὅτι ἐν τοσούτῳ κακῶν φορυτῷ, τοσούτων κατὰ κρημνῶν φερομένων, καὶ σκοπέλων, αὐτὸς τὴν ὀρθὴν ὁδὸν οὐκ ἐπαύσω βαδίζων, αἰτιώμενός τε τὰ γεγενημένα, ἀποστρεφόμενός τε τοὺς ἐργασαμένους, ὥς σοι πρέπον ἐστίν. διὸ δὴ καὶ παρακαλοῦμεν ἐπιμεῖναι τῇ καλῇ ταύτῃ προθυμίᾳ, καὶ μείζονα ἐπιδείξασθαι τὸν ζῆλον. οἶσθα γὰρ ἡλίκος ἔσται ὁ μισθὸς, οἷα τὰ βραβεῖα, πηλίκοι οἱ στέφανοι, ὅταν τοσούτων ὄντων τῶν ταραττόντων αὐτοὶ τὴν ἐναντίαν φέρησθε· μεγίστην τοῖς παροῦσι κακοῖς ἐντεῦθεν διδόντες τὴν διόρθωσιν. οἶδε γὰρ εἰ βουληθείητε στῆναι γενναίως, κἂν ὀλίγοι τὸν ἀριθμὸν ἦτε, περιέσεσθε τῶν πλειόνων τῶν ἐπὶ κακίᾳ καλλωπιζομένων, οὐδεὶς ἀντερεῖ. ἀρετῆς γὰρ ἰσχυρότερον οὐδὲν, καὶ τοῦ ταῦτα ζητεῖν ἃ τειχίζει τὰς ἐκκλησίας. ἔχοντες τοίνυν τὴν γνώμην ἀρκοῦσαν ὑμῖν εἰς τὴν πολλὴν παρὰ θεοῦ ῥοπὴν ἐπισπάσασθαι, τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν παρακλήθητε, τεῖχος μέγιστον ταῖς πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίαις διὰ τῆς γνώμης ταύτης γινόμενοι.

Μάρῃ ἐπισκόπῳ πς.

Καὶ ἡνίκα προοίμια εἶχεν ὁ χειμὼν ὁ τὴν ἐκκλησίαν διασαλεύσας, οὐκ ἔλαθεν ἡμᾶς τὸ ὀρθὸν καὶ ἀπερίτρεπτόν σου τῆς γνώμης· καὶ νῦν ὅτε ηὐξήθη τὰ κακὰ, ἔγνωμεν πάλιν τὴν εὐλάβειαν τὴν σὴν τοῖς αὐτοῖς ἐπιμείνασαν. διὸ καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος καὶ τὴν ὀφειλομένην ἀποδεδώκαμεν πρόσρησιν, καὶ μακαρίζομεν καὶ θαυμάζομεν, ὅτι τῶν πλειόνων ἑαυτοὺς κατακρημνισάντων, οἳ εἰς τὰς ἐκκλησίας παρῳνόμησαν, αὐτὸς τὴν ἐναντίαν τοῖς ἄλλοις ἦλθες ὁδὸν, τούς τε ταῦτα τολμήσαντας ἀποστρεφόμενος, καὶ ἐπὶ τῆς σοὶ πρεπούσης μένων ἐλευθερίας. ἐννοῶν τοίνυν ἡλίκον τοῦ κατορθώματος τὸ μέγεθος, καὶ τὸ μὴ συναπαχθῆναι τοῖς πονηρευομένοις, καὶ ὅτι ὁδὸς ἔσται καὶ προοίμια τῆς τῶν κακῶν διορθώσεως ἡ ἀπερίτρεπτος ὑμῶν αὕτη γνώμη καὶ ἀκλινής· αὐτός τε ὥς σοι πρέπον ἐστὶν στῆναι γενναίως παρακλήθητι, τούς τε ἄλλους ὅσους ἂν οἷός τε ᾖς ἄλειφε. οὕτω γὰρ ἀρκέσει εἰς συμμαχίαν ὑμῖν αὕτη ἡ πρόθεσις, τοῦ θεοῦ τὴν γνώμην ὑμῶν ἀποδεχομένου τὴν ἐν τοσαύτῃ συγχύσει τὰ ὀρθὰ ἑλομένην, καὶ τὴν παρ' ἑαυτοῦ παρέχοντος ῥοπήν.

Εὐλογίῳ ἐπισκόπῳ πζ.

Ἡμεῖς κἂν πρὸς αὐτὰς ἀφικώμεθα τῆς οἰκουμένης τὰς ἐσχατιὰς, ἐπιλαθέσθαι σου τῆς ἀγάπης οὐ δυνάμεθα· ἀλλὰ πανταχοῦ περιφέροντες ἀπίμεν· οὕτως ἡμᾶς εἷλες καὶ ἐχειρώσω, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε. ἐπεὶ καὶ νῦν ἐν Κουκουσῷ καθήμενοι τῷ πάσης τῆς καθ' ἡμᾶς ἐρημοτάτῳ χωρίῳ, οὐ παυόμεθα διηνεκῶς τὴν χρηστότητα, τὴν γλυκύτητα, τὴν τῶν τρόπων ἐπιείκειαν, τὸ γνήσιον τῆς διαθέσεως, τὸ πεπυρωμένον,

τὸ

τὸ σφοδρὸν, τὸν ζῆλον τοῦ φλογὸς σφοδρότερον, τὴν ἄλλην ἅπασάν σου ἀρετὴν ἀναλογιζόμενοι, καὶ τῶν λογισμῶν τούτων τῇ μνήμῃ ἐντρυφῶντες, καὶ πρὸς ἅπαντας ἀνακηρύττοντες τὸ στεῤῥὸν τῆς γνώμης, τὸ ἀπερίτρεπτον, ὅπερ ἐπεδείξω πρὸς τοὺς πολεμήσαντας τὴν ἐκκλησίαν καὶ τοσούτων σκανδάλων τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσαντας· εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὐ τοῦτο δεῖται τῆς ἡμετέρας γλώττης· σάλπιγγος γὰρ λαμπρότερον αὐτὸς πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν καὶ πορρωτάτω οὖσι διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἀνεβόησας. ὑπὲρ τούτων χάριτας ὁμολογοῦμεν, μακαρίζομεν, θαυμάζομεν καὶ παρακαλοῦμεν τὸν αὐτὸν παραμεῖναι ζῆλον ἐπιδεικνύμενον. οὐδὲ γὰρ ἴσον ἐστὶ κατὰ ῥοῦν τῶν πραγμάτων φερομένων ὀρθότητα ἐπιδείκνυσθαι, καὶ πολλῶν ὄντων τῶν ἐπιχειρούντων καταλῦσαι τὰς ἐκκλησίας μηδὲν ἐκεῖθεν παραλογίζεσθαι, ἀλλὰ μένειν ἀκλινῆ τούτους ἀποστρεφόμενον μετὰ τῆς προσηκούσης ἀνδρείας. οὐ γὰρ μικρὰ αὕτη, ἀλλὰ καὶ σφόδρα μεγίστη τῶν κακῶν διόρθωσις. ὅτι δὲ τῆς σῆς εὐλαβείας οὕτω διακειμένης πάντες οἱ κατὰ τὴν Παλαιστίνην κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἕψονταί σου τοῖς ἴχνεσιν, οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἀμφιβάλλειν. οἶδα γὰρ σαφῶς ὅτι ἐν τοῖς τοιούτοις κατορθώμασιν ὥσπερ σῶμα συνεχὲς κεφαλῇ, οὕτως αὐτοὺς τῇ γλυκύτητί σου τῆς ἀγάπης συνῆψας καὶ συνδεδέσθαι παρεσκεύασας. ὅπερ καὶ τοῦτο μέγιστον δεῖγμα τῆς σῆς ἀρετῆς.

Ἰωάννῃ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων. πη.

Ἀπῳκίσθημεν εἰς τὴν Κουκουσὸν, τῆς δὲ ἀγάπης τῆς ὑμετέρας οὐ μετῳκίσθημεν. τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἑτέροις ἔκειτο, τοῦτο δὲ ἐφ' ἡμῖν. διὸ δὴ ἐνταῦθα διατρίβοντες, καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, καὶ ἐπιστέλλομεν, καὶ παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὴν εὐλάβειαν, τὴν ἀνδρείαν ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐπεδείξασθε ἀποστραφέντες τοὺς τὰς ἐκκλησίας τοσούτων θορύβων ἐμπλήσαντας, ταύτην καὶ νῦν διατηρεῖν, καὶ ἄξιον τῶν προοιμίων, μᾶλλον δὲ καὶ πολλῷ λαμπρότερον προσθεῖναι τὸ τέλος. οὐ γὰρ μικρὸς ἐντεῦθεν ὑμῖν κείσεται ὁ μισθὸς, ὅταν τοὺς τοσοῦτον χειμῶνα ἐργασαμένους, καὶ τὴν οἰκουμένην σχεδὸν ἅπασαν τοσούτων ἐμπλήσαντας σκανδάλων ὡς προσῆκόν ἐστιν ἀποστρέφησθε, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχητε πρὸς αὐτούς. τοῦτο ἀσφάλεια τῶν ἐκκλησιῶν, τοῦτο τεῖχος, τοῦτο ὑμέτεροι στέφανοι καὶ βραβεῖα. ταῦτ' οὖν εἰδὼς δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε τάς τε ἐκκλησίας ἀσφαλίζου, τῷ τούτῳ τῷ τρόπῳ μεγίστην ἐντεῦθεν προσδοκῶν ἀντίδοσιν, ἡμῶν τε τῶν σφόδρα ἀγαπώντων τὴν σὴν εὐλάβειαν, καὶ ἐκκρεμαμένων σου τῆς διαθέσεως, διηνεκῶς μέμνησο. ἴσμεν γὰρ ὅσην περὶ ἡμᾶς ἀγάπην ἐπιδείκνυσαι, διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν μαθόντες.

Θεοδοσίῳ ἐπισκόπῳ Σκυθοπόλεως. πθ.

Τῷ μὲν τόπῳ μακρὰν ὑμῶν διεστήκαμεν, τῇ δὲ ἀγάπῃ ἐγγὺς ὑμῶν ἐσμεν καὶ πλησίον, καὶ αὐτῇ συνδεδέμεθα ὑμῶν τῇ ψυχῇ. τοιοῦτον γὰρ τὸ φιλεῖν, οὐ κωλύεται τόπῳ, οὐ διείργεται ὁδοῦ μήκει, ἀλλὰ πᾶσαν ῥᾳδίως περίπταται τὴν οἰκουμένην, καὶ συγγίνεται τοῖς ἀγαπωμένοις. ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς ποιοῦμεν νῦν, ἐν διανοίᾳ ὑμᾶς περιφέροντες, καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς· καθάπερ καὶ ἔμπροσθεν ἐποιήσατε, κοσμοῦντές τε ἑαυτοὺς, καὶ τὰς ἐκκλησίας ἀσφαλιζόμενοι οὕτω καὶ νῦν ποιήσατε, καὶ τοὺς τοσαύτας ταραχὰς ἐμβαλόντας εἰς τὴν οἰκουμένην ἅπασαν, καὶ τὰς ἐκκλησίας διαταράξαντας, ἀποστρέφεσθε μετὰ τῆς προσηκούσης ὑμῖν ἀνδρείας. τοῦτο γὰρ ἀρχὴ τῆς λύσεως τοῦ χειμῶνος, τοῦτο ἀσφάλεια τῆς ἐκκλησίας, τοῦτο ἡ διόρθωσις, ὅταν τοὺς τὰ τοιαῦτα πονηρευσαμένους ὑμεῖς οἱ ὑγιαίνοντες ἀποστρέφησθε, καὶ μηδὲν κοινὸν ἔχητε πρὸς αὐτούς. ἐννοῶν τοίνυν τοῦ πράγματος τὴν ἀντίδοσιν, καὶ τοὺς ἐντεῦθεν κειμένους στεφάνους, τὴν προσήκουσαν ἀνδρείαν ἐπιδείξασθαι παρακλήθητι εἰς τοῦτο αὐτὸ, καὶ ἡμῶν τῶν ἀγαπώντων σε μεμνῆσθαι διηνεκῶς, τὰ μέγιστα ἡμῖν χαριζόμενος.

Μωϋσῇ ἐπισκόπῳ.

Οἶμαι μὲν μηδὲ γραμμάτων σε δεῖσθαι τῶν ἡμετέρων εἰς τὸ, τὴν προσήκουσαν ἀνδρείαν ἐπιδείξασθαι, καὶ ἀποστραφῆναι τοὺς τοσαῦτα κακὰ ἐργασαμένους ταῖς ἐκκλησίαις, καὶ τὴν οἰκουμένην ταραχῶν ἐμπλήσαντας· διὰ γὰρ ὧν ἐποίησας, ἐδήλωσας. ἀλλ' ἐπειδὴ συνεχῶς, καὶ δι' ἑκάστης προφάσεως προσφθέγγεσθαί σου τὴν εὐλάβειαν ἐμοὶ περισπούδαστον, καὶ νῦν τὰ αὐτὰ παρακαλῶ, ὥστε αὐτόν τε τῇ προσηκούσῃ ἀνδρείᾳ χρήσασθαι εἰς τὸ ἀποστρέφεσθαι ἐκείνους, τούς τε ἄλλους ἅπαντας εἰς τοῦτο ἀλείφειν. οὐ γὰρ μικρὸς ὑμῖν κείσεται ὁ μισθὸς, εἰ τοὺς χειμῶνα τοσοῦτον

A acrimoniam, zelum quovis igne ferventiorem, cæteras denique omnes tuas virtutes cum animis noſtris reputare, atque ejuſmodi cogitationum memoriam ſumma cum voluptate uſurpare, mentiſque tuæ firmitatem atque conſtantiam, quam adverſus eos, qui veritati bellum intulerunt, orbémque tot ſcandalis impleverunt apud omnes prædicare minimè deſinimus, etiam ſi alioqui hoc linguæ noſtræ officium minimè requirat, cùm tu, quavis tuba clarius, apud omnes Orientales, atque etiam quàm B longiſſimè diſſitos homines, per res ipſas id promulgaris. Quo quidem nomine gratias tibi agimus, teque beatum prædicamus ac ſuſpicimus, atque hortamur, ut eundem zelum præ te ferre pergas. Neque enim paris laudis eſt, rebus ex animi ſententia fluentibus integritatis ſpecimen exhibere, & cùm multi ſint, qui Eccleſias evertere conentur, haudquaquam tamen decipi ac circumſcribi, verùm firmum atque immotum manere, eos, qua decet, animi magnitudine averſantem. Neque enim parva C & levis, verum perquàm ingens malorum medicina hæc eſt. Quòd autem, pietate tua ad hunc modum ſe gerente, omnes domini mei reverendiſſimi & religioſiſſimi Palæſtinæ Epiſcopi veſtigiis tuis hæſuri ſint, minimè tibi dubium eſſe credo. Illud enim mihi exploratiſſimum eſt fore, ut in præclaris hujuſmodi factis, quemadmodum corpus capiti continens & adjunctum eſt, ſic eos ipſe cum charitatis tuæ ſuavitate connectas ac velut catenis quibuſdam aſtringas. Quod quidem maximum quo- D que tuæ virtutis argumentum eſt.

Joanni Epiſcopo Hieroſolymitano. 88.

Cucuſum relegati ſumus: nec tamen à veſtra charitate ſemoti. Illud etenim in aliorum poteſtate ſitum erat: hoc autem in noſtra. Quamobrem hîc degentes, ac tanto intervallo diſſiti, venerationi veſtræ ſcribimus: voſque hortamur, ut fortitu- E dinem eam, quam ab initio præſtitiſtis, ab eorum nimirum cœtu, qui Eccleſias tot tumultibus impleverunt, vos removentes, nunc quoque retineatis, parémque præludiis, imò etiam longè ſplendidiorem finem imponatis. Neque enim parva hinc vobis merces conſtituta erit, ſi eos, qui tantam tempeſtatem invexerunt, univerſúmque penè terrarum orbem tot ſcandalis impleverunt, ut par eſt, averſemini, nec quicquam cum illis commune habeatis. Hoc Eccleſiarum præſidium eſt, hoc mu- A rus, hoc coronæ veſtræ atque præmia. Hæc igitur cùm tibi perſpecta ſint, domine mi reverendiſſime ac religioſiſſime, da operam, ut Eccleſias hoc modo communias, ampliſſimam hinc mercedem expectans: noſtrique, qui pietatem tuam valdè amamus, atque ex tua benevolentia pendemus, fac perpetuò memineris. Nec enim nobis obſcurum eſt, quantam erga nos charitatem præ te tuleris. Nam hoc res ipſæ nos docuerunt.

Theodoſio Scythopolis Epiſcopo. 89.

B Nos quidem, ſi loci ratio habeatur, procul à vobis diſtamus: ſi autem charitatis, vobiſcum conjungimur, atque animo ipſo conſtringimur. Nam ea amoris natura eſt, ut nec loco prohibeatur, nec viæ longinquitate coërceatur, verùm per univerſum terrarum orbem facilè provolet, atque cum iis, qui amantur, conſuetudinem habeat. Quod etiam nobis contigit, qui nunc vos in animo circumferimus. Ac rogamus, ut quemad- C modum ante hac voſipſi vobis ornamentum, atque Eccleſiis præſidium attuliſtis, ſic etiam nunc faciatis: eoſque, qui tot tumultus in terrarum orbem injecerunt, atque Eccleſias perturbarunt, ea, quam muneris veſtri ratio poſtulat, animi magnitudine averſemini. Hoc enim depellendæ tempeſtatis initium eſt, hoc Eccleſiarum ſecuritas, hoc malorum medicina, cùm nimirum vos, qui incolumi valetudine eſtis, eorum, qui hujuſmodi ſcelera perpetrant, aſpectum defugitis, nihilque D cum eis commercii habetis. Quæ cùm ita ſint, rei hujuſce mercedem, & coronas ob eam cauſam conſtitutas, animo & cogitatione complectens, ad hoc ipſum quæſo, eam, quam par eſt, animi magnitudinem præſta: noſtrique, qui te amamus, meminiſſe ne intermittas. Quòd ſi feceris, rem nobis gratiſſimam feceris.

Moyſi Epiſcopo. 90.

E Etſi, ut eam, quam convenit, animi magnitudinem præſtes, eoſque, qui tot malis Eccleſias affecerunt, ac terrarum orbem tumultibus impleverunt, averſeris, te literis noſtris indigere minimè exiſtimo (nam id rebus ipſis declaraſti:) tamen quoniam te quàm ſæpiſſimè, & quavis oblata occaſione, ſalutare, antiquiſſimo mihi ſtudio eſt, nunc quoque idem à te peto, ut ad eorum cœtus fugiendos, eam, quam par eſt, animi fortitudinem adhibeas, aliosque etiam ad hoc ipſum cohorteris. Neque enim hinc parva vobis merces conſtituta erit, ſi eos, qui tantam tem-

tempeſtatem excitarunt, atque innumeris ſcandalis omnes A impleverunt, quemadmodum decet, averſeris. Nam hac ratione res vel maximè ſanabuntur. Noſtri etiam, qui te chariſſimum habemus, perpetuò memineris velim. Nec enim te fugit quo animo erga te hactenus fuerimus, & ſemper ſimus.

Romano Presbytero. 91.

Id quoque tuum eſt, magnique tui & ſublimis ac philoſophici animi, ne in tanta quidem tempeſtate noſtræ charitatis B oblivisci, verùm firmum atque immotum permanere, amorémque erga nos tuum florentem ac vegetum retinere. Nam hoc ex iis quoque, qui iſtinc veniunt, apertè cognovimus: ac priùs etiam, quàm id ab aliis acciperem, exploratum habebam. Notam enim habeo animi tui firmitatem, atque conſtantiam, fixamque & immotam tuam ſententiam. Eoque etiam nomine ingentes pietati tuæ gratias habeo: teque oro, ac ſummi bene- C ficii loco id abs te peto, ut, quàm ſæpiſſimè licuerit, ad nos ſcribas. Scis enim quanta, etiam in aliena regione degentes, conſolatione afficiamur, cùm literas, quæ nos de tua valetudine certiores faciant, accipimus. Te quippe integra atque incolumi valetudine eſſe vehementer cupimus: quandoquidem ſanitas quoque tua multis ſubſidium & portus ac bacillum eſt, atque innumerorum ſucceſſuum materia.

Moyſi presbytero monacho. 92.

D

Laudum earum, quas nobis literis tuis tribuis, magnitudo tenuitatem noſtram longè ſuperat. Quamobrem his omiſſis, velim, tum pro publicis Eccleſiarum commodis, tum pro me vili atque abjecto homunculo preces ad Deum adhibere ne deſinas, ejuſque benignitatem implorare atque obteſtari, ut ea mala, quæ orbem terrarum invaſerunt, depellat. Nam præſentia negotia preces duntaxat requirunt, ac tuas præſertim, E qui magnam apud Deum fiduciam es conſecutus. Quamobrem obnixè iſtud ac prolixè facere velim ne intermittas: nobiſque etiam, quoties facultas dabitur (neque enim magna itineris longitudo eſt) quàm ſæpiſſimè ſcribere ne graveris. Siquidem de tua valetudine magnopere aliquid intelligere cupimus: quandoquidem valetudo tua multos fulcit, & cohortatur. Nam cùm vita tua magnas ſemper utilitates afferat, tùm præſertim nunc in tanta tempeſtate & caligine, ut puri ſideris inſtar exoriens, iis, qui tempeſtate ac fluctibus jactantur, præluceas. A Quamobrem, ut nos quoque læto atque alacri animo ſimus, crebras ad nos de tua valetudine literas mitte. Nec enim parvam hinc conſolationem capiemus, ſi id de vobis quàm ſæpiſſimè intelligamus.

Aphthonio, Theodoto, Charea, presbyteris & monachis, univerſoque veſtro ſodalitio. 93.

B

Eſt quidem ita, quòd apud eos, qui amant, corporea eorum, quos amant, præſentia plus ad levandum dolorem momenti habet. Nam & beatus Paulus qui ſubinde, vel perpetuò potiùs, univerſum fidelium orbem animo circumferebat, ac ne inter vincula quidem & compedes & in defenſione eos deponere ſuſtinebat (quemadmodum etiam his verbis indicabat, *Propterea quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defenſione, &* C *in confirmatione Evangelii*) corporis quoque præſentiam cupidiſſimè requirebat, his verbis utens, *Nos verò abſentes facti à vobis ad horæ tempus, facie non corde, abundantius ſtuduimus faciem veſtram videre.* Quod etiam nobis nunc uſu venit, qui tum eorum, qui jam nos viderunt, tum eorum, quibus nondum de facie noti ſumus, præſentiam avidè requirimus. Quoniam autem id nunc minimè licet (nam & viæ longitudo, & tempus, & prædonum metus impedimento ſunt, ac præterea ne nobis D quidem domo excedere, ac longas peregrinationes inire facile eſt) quod ſecundum eſt, debitam vobis ſalutationem perſolvimus: atque ante ipſam etiam vos rogamus & obſecramus, atque à vobis ampliſſimi beneficii loco petimus, ut in veſtris precibus perpetuò noſtri memores ſitis, obnixéque, & cum lachrymis, ad benigni Dei pedes vilitatis noſtræ cauſa voſipſos provolvatis. Nam cùm negotiorum hujus vitæ fretum effugeritis, fumóque ac tempeſtate malorum eorum, quæ in medio verſantur, liberati ſitis, animáſque veſtras in præclariſſimum hujuſce philoſo- E phiæ littus, non ſecus atque in tranquillum quendam fluctibuſque vacuum portum appuleritis, noctéſque per ſacras excubias in dies mutaveritis, iniiſque ſplendidiùs, quàm alii interdiu, cernatis, æquum ſanè fuerit vos precum veſtrarum auxilii nobis impertire. Nobis enim etiam è tanto intervallo his frui licet:

Phil. 1, 7. 2. Theſſ. 2, 17.

A ἀνάψαντας, καὶ τὸ πᾶν ἐμπλήσαντας μυρίων σκανδάλων, μέλλοιτε ἀποστρέφεσθαι ὡς προσῆκόν ἐστι· καὶ γὰρ μεγίστην ἐντεῦθεν τὰ πράγματα λήψεται διόρθωσιν. καὶ ἡμῶν δὲ τῶν ἀγαπώντων σε σφόδρα διηνεκῶς μεμνῆσθαι παρακαλοῦμεν. οἶσθα γὰρ ὅπως διετέθημέν τε καὶ διακείμεθα ἀεὶ περὶ τὴν σὴν εὐλάβειαν.

Ῥωμανῷ πρεσβυτέρῳ.

B Καὶ τοῦτο σὸν, καὶ τῆς μεγάλης σου, καὶ ὑψηλῆς, καὶ φιλοσόφου γνώμης, τὸ μηδὲ ἐν χειμῶνι τοσούτων πραγμάτων ἐπιλαθέσθαι τῆς ἡμετέρας ἀγάπης, ἀλλὰ μεῖναι ἀκίνητον καὶ ἀκμάζουσαν διατηροῦντα τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν. τοῦτο γὰρ ἔγνων μὲν καὶ παρὰ τῶν ἐκεῖθεν ἀφικνουμένων σαφῶς, ᾔδειν δὲ καὶ πρὶν ἢ παρ' ἑτέρων μαθεῖν. οἶδα γάρ σου τὸ στεῤῥὸν καὶ ἀπερίτρεπτον τῆς διανοίας, τὸ πεπηγὸς καὶ ἀκίνητον τῆς γνώμης. διὸ καὶ πολλὰς ἔχω χάριτας τῇ θεοσεβείᾳ τῇ σῇ, καὶ παρακαλῶ σου C τὴν εὐλάβειαν, καὶ ἐν μεγίστης αἰτῶ χάριτος μέρει, τὸ συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν ἡνίκα ἂν ἐξῇ. οἶσθα γὰρ ὅσην δεχόμεθα παράκλησιν καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, ὅταν γράμματα δεξώμεθα τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενα· σφόδρα γὰρ ἐπιθυμοῦμεν καὶ ἐῤῥῶσθαι καὶ ὑγιαίνειν τὴν σὴν θεοσέβειαν, ἐπειδήπερ ἡ ὑγεία ἡ σὴ πολλοῖς στηριγμὸς, καὶ λιμὴν, καὶ βακτηρία τυγχάνει, καὶ μυρίων κατορθωμάτων ὑπόθεσις.

D

Μωϋσῇ πρεσβυτέρῳ.

Ἡ μὲν ὑπερβολὴ τῶν ἐγκωμίων τῶν τοῖς γράμμασιν ἐγκειμένων τῆς σῆς τιμιότητος, σφόδρα ἡμῶν ὑπερβαίνει τὴν οὐθένειαν. διὸ τούτων ἀφέμενος μὴ διαλίπῃς εὐχόμενος ὑπέρ τε κοινοῦ τῶν ἐκκλησιῶν, ὑπέρ τε τῆς ταπεινώσεως τῆς ἡμετέρας, καὶ τὸν φιλάνθρωπον παρακαλῶν θεὸν δοῦναι λύσιν τοῖς καταλαβοῦσι τὴν οἰκουμένην κακοῖς. εὐχῶν γὰρ μόνων τὰ παρόντα δεῖται πράγματα, καὶ εὐχῶν μάλιστα τῶν ὑμετέ- E ρων, τῶν πολλὴν πρὸς τὸν θεὸν παῤῥησίαν κεκτημένων. μὴ δὴ διαλίπητε τοῦτο ἐκτενῶς ποιοῦντες· καὶ ἡμῖν δὲ ἡνίκα ἂν ἐξῇ, συνεχῶς ἐπιστέλλειν μὴ κατοκνεῖτε· οὐ γὰρ πολὺ τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος· σφόδρα γὰρ ἐπιθυμοῦμεν μανθάνειν περὶ τῆς ὑμετέρας ὑγείας, ἐπείπερ ὑμῶν ἡ ὑγεία πολλοῖς στηριγμὸς, καὶ παράκλησις γίνεται. ἀεὶ μὲν γὰρ ὑμῶν χρεία τῆς ζωῆς, μάλιστα δὲ νῦν ἐν τοσούτῳ χειμῶνι καὶ ζόφῳ, ἵν' ὥσπερ καθαροὶ φωστῆρες φαινόμενοι, λάμπητε τοῖς χειμαζομένοις καὶ κλυδω- A νιζομένοις. ἵν' οὖν καὶ ἡμεῖς εὐθυμῶμεν, πυκνὰ πέμπετε ἡμῖν γράμματα, περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας εὐαγγελιζόμενα. καὶ οὐ μικρὰν καρπωσόμεθα παράκλησιν, ἂν ταῦτα συνεχῶς μανθάνωμεν περὶ τῆς τιμιότητος τῆς ὑμετέρας.

Ἀφθονίῳ, Θεοδότῳ, Χαιρέᾳ πρεσβυτέροις καὶ μονάζουσι, καὶ πᾶσι τοῖς τῆς συνοικίας ὑμῶν.

B Φέρει μέν τι πλέον εἰς παραμυθίας λόγον τοῖς ἀγαπῶσι καὶ ἡ σωματικὴ παρουσία τῶν ἀγαπωμένων. ἐπεὶ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος συνεχῶς, μᾶλλον δὲ διηνεκῶς, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν τῶν πιστῶν ἐπὶ τῆς αὐτοῦ διανοίας περιφέρει, καὶ οὐδὲ ἐν τῇ ἁλύσει, οὐδὲ ἐν τοῖς δεσμοῖς, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ ἀνεχόμενος αὐτοὺς ἀποθέσθαι· ὃ καὶ δηλῶν, ἔλεγε. Διὰ τὸ ἔχειν με ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμᾶς, ἔν τε τοῖς δεσμοῖς μου, καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ καὶ βεβαιώσει τοῦ εὐαγγελίου· μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς καὶ τὴν C τοῦ σώματος ἐπεζήτει παραμυθίαν, οὕτω λέγων· ἡμεῖς δὲ ἀπορφανισθέντες ἀφ' ὑμῶν πρὸς καιρὸν ὥρας προσώπῳ, οὐ καρδίᾳ, περισσοτέρως ἐσπουδάσαμεν τὸ πρόσωπον ὑμῶν ἰδεῖν· ὃ δὴ καὶ ἡμεῖς πάσχομεν νῦν, τῶν τε ἑωρακότων ἡμᾶς, τῶν τε οὐχ ἑωρακότων μετὰ πολλῆς τῆς σπουδῆς ἐπιζητοῦντες τὴν παρουσίαν. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο τέως οὐκ ἔνι, [κωλύει γὰρ καὶ τῆς ὁδοῦ τὸ μῆκος, καὶ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα, καὶ ὁ τῶν λῃστῶν φόβος, καὶ τὸ μὴ ῥᾴδιον ἡμῖν εἶναι καὶ τούτων χωρὶς κινεῖσθαι οἴκοθεν, D καὶ μακρὰς ἀποδημίας ἀποδημεῖν] ἐπὶ τὸ δεύτερον ἤλθομεν πλοῦν, τήν τε ὀφειλομένην ἀποδιδόντες ὑμῖν πρόσρησιν, καὶ πρὸ ταύτης παρακαλοῦντες, καὶ ἐν μέρει μεγίστης αἰτοῦντες χάριτος, τὸ, διηνεκῶς ἡμῶν εὐχομένους μεμνῆσθαι, καὶ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ προσπίπτειν μετὰ πολλῆς τῆς εὐτονίας, καὶ τῶν δακρύων, ὑπὲρ τῆς ταπεινώσεως τῆς ἡμετέρας. οἱ γὰρ τὸν εὔριπον τῶν βιωτικῶν διαφυγόντες πραγμάτων, καὶ τοῦ καπνοῦ, καὶ τῆς ζάλης τῶν ἐν τῷ μέσῳ κακῶν ἀπαλλαγέντες, καὶ καθάπερ εἰς λιμένα τινὰ εὔδιον καὶ ἀκύμαντον, τῆς καλῆς ταύτης E φιλοσοφίας ὅρμον, τὰς ἑαυτῶν ὁδηγήσαντες ψυχὰς, καὶ τὰς νύκτας ταῖς ἱεραῖς παννυχίσιν ἡμέρας ἐργαζόμενοι, καὶ φανερώτερον ἐν ταύταις ὁρῶντες, ἢ ἐν ταῖς ἡμέραις ἕτεροι, δίκαιοι ἂν εἴητε ἡμῖν τῆς ἀπὸ τῶν εὐχῶν μεταδοῦναι συμμαχίας. δυνατὸν γὰρ καὶ ἐκ τοσούτου καθημένους διαστήματος, ἀπολαύειν ἡμᾶς τούτων,

καὶ

καὶ τόπος οὐδείς ἐστιν, οὐδὲ χρόνος, ὁ τὴν τοιαύτην δυνάμενος διακόψαι βοήθειαν. συμμαχήσατε τοίνυν ἡμῖν, καὶ χεῖρα ὀρέξατε διὰ τῶν εὐχῶν τῶν ὑμετέρων. τοῦτο γὰρ μάλιστα μέγιστον ἀγάπης εἶδός ἐστι. καὶ μετὰ τῶν εὐχῶν τῶν ὑμετέρων, καὶ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας δηλοῦν ἡμῖν μὴ κατοκνεῖτε, ἵνα καὶ ἐντεῦθεν μεγίστην δεχώμεθα τὴν παραμυθίαν, ἐντρυφῶντες ὑμῶν τῇ ἀγάπῃ, καὶ ὡς παρόντας τοὺς ἀπόντας φανταζόμενοι. [δύναται γὰρ καὶ εἰκόνας τοιαύτας ὑπογράψαι τὸ γνησίως φιλεῖν] κἂν ἐν χαλεπωτέρᾳ ταύτης τύχωμεν ὄντες ἐρημίᾳ, πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

Πενταδίᾳ διακόνῳ.

Ἐγὼ σοῦ τὴν ἀγάπην, ἣν περὶ ἡμᾶς ἔχεις, ᾔδειν μὲν καὶ ἔμπροσθεν, δι' αὐτῶν μαθὼν τῶν πραγμάτων, ἔμαθον δὲ σαφέστερον νῦν ἐξ ὧν ἐπέσταλκας ἡμῖν· καὶ διὰ τοῦτο μάλιστά σε θαυμάζομεν, οὐ διὰ τὸ γράψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἀπαγγεῖλαι ἡμῖν πάντα τὰ γεγενημένα. τοῦτο γὰρ καὶ θαρρούσης ἐστὶ καὶ μεριμνώσης τὰ ἡμέτερα. διὰ ταῦτα σκιρτῶμεν, χαίρομεν, εὐφραινόμεθα, μεγίστην παράκλησιν καὶ ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καθήμενοι, τὴν ἀνδρείαν ἔχομεν τὴν σήν, τὴν ἔνστασιν, τὴν ἀπερίτρεπτον γνώμην, τὴν σύνεσιν τὴν πολλήν, τὴν ἐλευθεροστομίαν, τὴν παρρησίαν τὴν ὑψηλήν, δι' ἧς κατῄσχυνας μὲν τοὺς ὑπεναντίους, καιρίαν δὲ δέδωκας τῷ διαβόλῳ πληγήν, ἤλειψας δὲ τοὺς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἀγωνιζομένους, καθάπερ ἀριστεὺς γενναῖος ἐν πολέμῳ τρόπαιον στήσασα λαμπρόν, καὶ νίκην ἀραμένη φαιδράν, καὶ ἡμᾶς δὲ τοσαύτης ἐνέπλησας ἡδονῆς ὡς νομίζειν μήτε ἐν ἀλλοτρίᾳ εἶναι, μήτε ἐν ξένῃ γῇ, μήτε ἐν ἐρημίᾳ, ἀλλ' ἐκεῖσε παρεῖναι, καὶ μεθ' ὑμῶν εἶναι, καὶ ἐντρυφᾶν σου τῇ τῆς ψυχῆς ἀρετῇ. χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου τοιαύτην ἀραμένη νίκην, καὶ τοιούτους οὕτως εὐκόλως ἐπιστομίσασα θῆρας, καὶ τὰς ἀναισχύντους αὐτῶν ἐμφράξασα γλώττας, καὶ λυσσῶντα ἀπορράψασα στόματα. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀλήθεια μεθ' ἧς ἠγωνίσω, καὶ ὑπὲρ ἧς ἐσφάγης πολλάκις, ἐν βραχέσι ῥήμασι κρατεῖ τῶν συκοφαντούντων· ὥσπερ οὖν τὸ ψεῦδος κἂν μυρίους περιβάλληται λόγων διαύλους, διαρρεῖ καὶ καταπίπτει ῥᾳδίως, καὶ ἀράχνης ἐστὶν ἀδρανέστερον. χαῖρε τοίνυν καὶ εὐφραίνου, [οὐ γὰρ παύσομαι συνεχῶς ταῦτα λέγων τὰ ῥήματα] ἀνδρίζου, καὶ κραταιοῦ, καὶ καταγέλα πάσης ἐπαγομένης σοι παρ' αὐτῶν ἐπιβουλῆς. ὅσῳ γὰρ ἂν χαλεπώτερον ἀγριαίνωσι, τοσούτῳ βαθυτέρας καθ' ἑαυτῶν τὰς πληγὰς ἐπιφέρουσι, σὲ δὲ οὐδὲ μικρὸν ἀδικοῦντες, ὥσπερ οὐδὲ τὴν πέτραν τὰ κύματα, ἑαυτοὺς δὲ διαλύοντες, καὶ ἀσθενεστέρους ποιοῦντες, καὶ ὑπερβαλλούσας καθ' ἑαυτῶν σωρεύοντες τὰς τιμωρίας. μηδὲν τοίνυν δέδιθι τῶν ἀπειλουμένων, κἂν τοὺς ὀδόντας βρύχωσι, κἂν θυμῷ πολλῷ μεθύωσι, κἂν φόνιον βλέπωσιν, εἰς ἀγριότητα θηρίων ὑπὸ τῆς πονηρίας ἐκπεσόντες. ὁ γὰρ μέχρι σήμερον ἐξαρπάσας σε τῶν ποικίλων αὐτῶν καὶ διαφόρων ἐπιβουλῶν, οὗτός σε καὶ εἰς τὸ μέλλον ἀνδριζομένην ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσει πολλῇ. καὶ ἐρεῖς καὶ αὐτή· βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ πληγαὶ αὐτῶν, καὶ ἐξησθένησαν ἐπ' αὐτοὺς αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. ὅπερ καὶ γέγονεν, καὶ ἔσται· ὥστε καί σε μείζονα καρπώσασθαι μισθόν, καὶ λαμπροτέρους στεφάνους λαβεῖν, ἐκείνους τε ἀμετανόητα νοσοῦντας μείζονι παραδοθῆναι κολάσει. τί γὰρ ἐνέλιπον ἐπιβουλῆς; ποῖον τρόπον μηχανημάτων οὐκ ἐκίνησαν, ἐπιχειροῦντες ἐπιβουλεύειν τῇ στερρᾷ σου καὶ γενναιοτάτῃ ψυχῇ; κατήγαγον εἰς ἀγοράν, τὴν ἐκκλησίας καὶ θαλάμου πλέον εἰδυῖαν οὐδέν, ἀπ' ἀγορᾶς εἰς δικαστήριον, ἀπὸ δικαστηρίου εἰς δεσμωτήριον, ψευδομαρτύρων ἠκόνησαν γλώσσας, συκοφαντίαν ἔρραψαν ἀναίσχυντον, φόνους εἰργάσαντο, καὶ χειμάρρους αἱμάτων ῥεῦσαι ἐποίησαν, καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ σώματα νέων ἀνάλωσαν, ἄνδρας τοσούτους καὶ τοιούτους πληγαῖς, αἰκισμοῖς, μυρίαις τιμωρίαις περιέβαλον, πάντα ἐκίνησαν, ἵνα δυνηθῶσιν ἀναγκάσαι σε καὶ βιάσασθαι τῷ φόβῳ εἰπεῖν τἀναντία ὧν ᾔδεις. καὶ καθάπερ ἀετὸς ὑψηλὰ πετόμενος, οὕτω διαρρήξασα αὐτῶν τὰ δίκτυα, πρὸς τὸ σοὶ πρέπον τῆς ἐλευθερίας ἀνέβης ὕψος, οὐ παραλογισθεῖσα παρ' αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ συκοφάντας αὐτοὺς ἀποφήνασα ἐπὶ τῷ ἐγκλήματι τούτῳ τοῦ ἐμπρησμοῦ, ἐφ' ᾧ μάλιστα ἐδόκουν μεγαφρονεῖν οἱ ἄθλιοι καὶ ταλαίπωροι. ἐννοοῦσα τοίνυν τὰ παρελθόντα ἅπαντα, πόσα κύματα, καὶ χειμῶνά σοι οὐκ εἰργάσαντο, πόσην ζάλην, καὶ κλυδώνιον οὐκ ἐποίησεν· ἀλλ' ἐν μέσῃ μαινομένῃ θαλάττῃ μετὰ γαλήνης ἔπλευσας· προσδόκα ταχέως καὶ τὸν λιμένα μετὰ πολλῶν τῶν στεφάνων. ἐπειδὴ δὲ καὶ περὶ ἡμῶν βούλει μανθάνειν, ζῶμεν, ὑγιαίνομεν, πάσης ἀπηλλάγμεθα ἀρρωστίας. εἰ δὲ καὶ ἀρρωστοῦμεν, ἱκανὸν ἡμῖν φάρμακον εἰς ὑγείαν τῆς σῆς εὐλαβείας ἡ ἀγάπη, ἡ γνησία, καὶ θερμή, καὶ στερρά, καὶ ἀπερίτρεπτος.

A nec locus ullus eſt, aut tempus ullum, quod hujuſmodi opem intertumpere queat. Quamobrem ſuppetias nobis ferte, ac per veſtras preces manum porrigite. Nam hoc demum maximum charitatis genus eſt. Ac præter orationes, de veſtra quoque valetudine certiores nos facere ne gravemini, quò hinc quoque maxima conſolatione afficiamur, mirificam quandam ex veſtra charitate voluptatem capientes, abſentéſque vos, non ſecus ac præſentes, ob oculos noſtros proponentes. Siquidem B ea ſinceri amoris vis eſt, ut etiam hujuſmodi ſimulachra pingat. Ita fiet, ut etiam ſi in ſolitudine longè hac acerbiore nobis verſari contingat, magnam tamen conſolationem capiamus.

Pentadiæ Diaconiſſæ. 94.

Quanquam mihi tua erga me charitas antehac etiam jam explorata erat, quippe qui re ipſa ejus documentum cepiſſem: tamen eam apertius ex tuis ad me literis cognovi. Ac propterea ſummopere te laudo atque admiror, non eo duntaxat nomine, C quod ad me ſcripſeris, ſed etiam quòd ea omnia, quæ contigerunt, expoſueris. Hoc enim fœminæ eſt, & de meo erga ſe animo minimè dubitantis, & de rerum mearum ſtatu laborantis. Proinde gaudeo & exulto, maximámque, etiam in tam deſerto loco degens, conſolationem mihi poſitam eſſe duco in ea, quam in omnibus rebus adhibes, fortitudine, conſtanti ſententia, ingenti prudentia, linguæ libertate, ac ſublimi fiducia, per quam & adverſarios ignominia perfudiſti, & mortiferam diabolo plagam inflixiſti, & eos, qui pro veritate decertabant, tanquam unguento D delibutos, paratiores ad dimicandum reddidiſti, ac fortiſſimi militis inſtar præclarum in bello tropæum erexiſti, luculentámque victoriam adepta es, meque etiam tanta voluptate complevisti, ut ne in aliena quidem & peregrina regione, nec in ſolitudine, verùm iſtic vobiſcum me eſſe exiſtimem, ſummámque ex animi tui virtute voluptatem capiam. Quamobrem gaude & lætare, quòd hujuſmodi victoriam aſſecuta ſis, atque hujuſ- E modi belluarum ora facili negotio compreſſeris, impudentéſque eorum linguas & rabida ora obſtruxeris. Veritas enim, cum qua pugnaſti, & pro qua jugulata es, hanc vim habet, ut paucis ſæpe verbis de Sycophantis triumphet: quemadmodum contrà mendacium, etiamſi infinitis ſermonum artificiis obvolvatur, facile tamen diffluit & collabitur, araneæque telam imbecillitate ſuperat. Gaude igitur & lætare. Neque enim hæc verba ſubinde repetere deſinam. Viriliter age & confortare, omnéſq; ab A ipſis tibi comparatas inſidias irride. Nam quo atrocius ſæviunt, eo profundiores plagas ſibiipſis inferunt, in eaque cauſa ſunt, ut cùm ne te tantulum quidem lædant (quemadmodum nec fluctus rupem) ſeipſos infringant, imbecillioréſque reddant, atq; horribilia ſibiipſis ſupplicia coacervent. Quæ cùm ita ſint, cave quicquam eorum, quæ minantur, pertimeſcas, quamlibet dentibus rugiant, quamlibet ingenti iracundiæ temulentia æſtuent, quālibet truculentum quendam vultum præſeferant, ac præ impro- B bitate in ferarum immanitatem proruerint. Nam qui te ex multis & variis eorum inſidiis ad hunc uſque diem eripuit, idem te quoque poſthac, ſi fortem animum præſtiteris, in majore ſecuritate conſtituet: ipſaque etiam dictura es. Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum. & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum. Quod quidem & jam contigit, & rurſum continget: adeò ut & tu majorem mercedem referas, illuſtrioréſque coronas ac- C cipias, & illi morbo pœnitentiæ experte laborantes majori ſupplicio addicantur. Ecquod enim inſidiarum genus prætermiſerunt? ecquod machinarum genus non moverunt, dum ſolidæ tuæ, ac Deo fideli, generoſæque & fortiſſimæ animæ inſidias ſtruere conantur? In forum te, quæ præter Eccleſiam & cubiculum nihil noras, pertraxerunt, à foro ad tribunalia, à tribunalibus ad carcerem. Falſorum teſtium linguas acuerunt, impudentem calumniam concinnarunt, cædes perpetrarunt, cruoris torrentes profuderunt, igni ac ferro juvenum corpora conſumpſe- D runt, multis ac præclaris viris innumeras plagas & cruciatus intulerunt, nullum denique lapidem non moverunt, quo te metu perterritam huc adigerent, ut iis, quæ videras, contraria diceres. At tu, inſtar aquilæ ſublimè volantis, eorum retibus fractis ad libertatis faſtigium virtuti tuæ conſentaneum aſcendiſti: ſic videlicet te comparans ut ab ipſis minimè circumſcribereris, imò etiam, quantum ad hujus incendii crimen attinebat, cujus nomine miſeri atq; infelices homines præſertim gloriari videbantur, E eos calumniæ convinceres. Quæ cùm ita ſint, ea, quæ præterierunt, tecum reputans (nempe quot fluctus orti ſint, qui tamen tempeſtatem tibi minimè invexerunt, quot procellæ, quæ tamen naufragium minimè pepererunt, verùm furente mari tranquilla navigaſti) portum etiam unà cum plurimis coronis propediem expecta. Quoniam autem de nobis quoque aliquid audire cupis, vivimus, valemus, morbo omnino liberati ſumus. Quòd ſi etiam ægrotamus, idoneum nobis ad recuperandam ſanitatem remedium eſt ſincera & fervens, ac firma & conſtans tua erga me charitas.

Vis veritatis.

Quo-

Quoniam igitur non vulgari voluptate afficimur, cum de tua valetudine ac plena ſecuritate quàm ſæpiſſime aliquid audimus, te, id quod etiam non rogata facere ſoles, rogamus, ut de tua, domeſticorúmque tuorum omnium ac neceſſariorum valetudine ſæpiùs ad nos ſcribas. Non enim ignoras, quanta tui, totiúſque tuæ benedictæ domus cura teneamur.

A ἐπεὶ οὖν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἡμῖν εὐφροσύνην φέρει τὸ, συνεχῶς μανθάνειν τὰ περὶ τῆς ῥώσεώς σου, καὶ τῆς ἀσφαλείας ἁπάσης, παρακαλοῦμεν ὃ καὶ χωρὶς παρακλήσεως εἴωθας ποιεῖν, συνεχέστερον ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου, καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς, καὶ τῶν προσηκόντων σοι. οἶδα γὰρ ὅπως καὶ σοῦ, καὶ τὸν εὐλογημένον σου οἶκον πάντα μεριμνῶμεν.

Paanio. 95.

Gravia quidem ſunt ea quæ contigerunt: at non ob eos, qui paſſi ſunt, fortitérque in acie ſteterunt, verum ob eos, qui ea perpetrarunt, lugendum eſt. Quemadmodum enim quæ difficilius enecantur, feræ, magno cum furore in haſtarum cuſpides irruentes, in intima viſcera gladios protrudunt: eodem modo ii quoque, qui hæc ſcelera deſignare non dubitant, gravem & acerbum gehennæ ignem adverſus capita ſua colligunt. Quòd ſi etiam ob ea, quæ faciunt, gloriantur, hoc ipſo nomine potiſſimum miſeri ſunt, pluribuſque lacrymis digni, quòd hac quoque ratione graviores ſibiipſis pœnas accerſant. Quamobrem hos perpetuo fletu proſequi par eſt: iis contrà, qui ab ipſis crudeliter mactantur, ob præmia coronáſque in cœlis reconditas gratulari convenit, atque hoc maximum & luculentiſſimum lethalis plagæ diabolo inflictæ argumentum exiſtimare. Nam niſi ille lethale vulnus accepiſſet, haudquaquam per eos, qui ipſi obtemperant, tantos flatus edidiſſet. Hæc igitur omnia tecum reputans, domine mi ſummopere admirande, maximam hinc conſolationem cape, deque tua valetudine quàm ſæpiſſimè ad nos ſcribe. Etenim te quidem cernere, atque iſtud nobis charum caput complecti cupimus: quoniam autem id minimè licet, te oro atque obſecro, ut & ipſe de tua valetudine nos crebrò certiores facias, & iis, qui valde nos amant, ingentem ad eandem rem facultatem afferas.

Παιανίῳ.

B Χαλεπὰ τὰ γεγενημένα· ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν παθόντων καὶ στάντων γενναίως, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ποιησάντων θρηνεῖν ἀναγκαῖον. καθάπερ γὰρ τὰ δυσθάνατα τῶν θηρίων πολλῷ τῷ θυμῷ ταῖς ἀκμαῖς τῶν δοράτων ἐμπίπτοντα, πρὸς τὰ βαθύτερα τῶν σπλάγχνων ὠθοῦσι τὰ ξίφη· οὕτω δὴ καὶ οἱ τὰς παρανομίας ταύτας τολμῶντες, τὸ χαλεπὸν τῆς γεέννης πῦρ κατὰ τῆς ἑαυτῶν συνάγουσι κεφαλῆς. εἰ δὲ C ἐγκαλλωπίζονται οἷς ποιοῦσι, καὶ διὰ τοῦτο μάλιστά εἰσιν ἐλεεινοὶ, καὶ πλειόνων ἄξιοι δακρύων, ὅτι καὶ ταύτῃ χαλεπωτέρας ἑαυτοῖς τὰς εὐθύνας κατασκευάζουσι. τούτους οὖν δεῖ θρηνεῖν διηνεκῶς, τοὺς δὲ πικρῶς οὕτω σφαττομένους ὑπ' αὐτῶν συνήδεσθαι τῶν βραβείων, τῶν στεφάνων τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀποκειμένων, καὶ ταύτην μεγίστην ποιεῖσθαι καὶ σαφεστάτην ἀπόδειξιν τῆς καιρίας τοῦ διαβόλου πληγῆς. εἰ γὰρ μὴ καιρίαν αὐτὸς ἐδέξατο, οὐκ ἂν τοσοῦτον ἔπνευσε D διὰ τῶν πειθομένων αὐτῷ. ταῦτ' οὖν ἐννοῶν, δέσποτά μου θαυμασιώτατε, μεγίστην δέχου παράκλησιν, καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. ἐπιθυμοῦμεν γὰρ ἰδεῖν, καὶ περιπτύξασθαι τὴν φίλην ἡμῖν κεφαλήν· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο νῦν οὐκ ἔνι, παρακαλῶ σου τὴν εὐγένειαν, αὐτόν τε ἡμῖν συνεχῶς ἐπιστέλλειν τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς, καὶ τοῖς σφόδρα ἡμᾶς ἀγαπῶσι πολλὴν εἰς τοῦτο παρασκευάζειν τὴν εὐκολίαν.

Amprucle diaconiſſa atque illis, qua cum ipſa ſunt. 96.

Fluctus rupibus illiſi, eas quidem nec tantillum commovere poſſunt: ipſi autem ſeſe potiùs ob vehementem impetum frangunt ac de medio tollunt. Quod etiam nunc in vobis, & in iis, qui vobis inſidias fruſtrà moliuntur, perſpici poteſt. Etenim hinc vobis & major apud homines gloria comparatur: illis contrà condemnatio & ignominia & probrum. Quandoquidem ea quoque virtutis & improbitatis natura eſt, ut illa tum magis floreat, cùm bello vexatur: hæc contrà, etiam cùm bellum infert, imbecillior reddatur, atque hac maximè ratione opprimatur. Cùm igitur ex iis, quæ fiunt, ingentem conſolationis anſam habeatis, gaudete, ac lætamini, robúrque concipite. Neque enim vos fugit, quibúſnam propoſitis præmiis ad fortitudinis hujuſce certamen vos accinxiſtis, & quænam vos, ſi ea quæ accidunt, fortiter & cum gratiarum actione tuleritis, bona maneant, ea ſcilicet, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt. Atque moleſtiæ quidem fluunt, ac ſimul cum præſenti vita extinguuntur: præmia vero ea, quæ hinc comparantur, à morte aliena ſunt. Quin etiam ante ea præmia, non parvam hinc quoque voluptatem percipitis, quippe quas bonæ conſcientiæ ſpes, ac coronarum illarum expectatio paſcat. Hæc porro, quin tibi ante literas noſtras nota eſſent, minimè me fugit: verùm, ut longiorem epiſtolam efficerem, cohortationem produxi. Illud enim planè ſcio, te ingenti quodam atque incredibili literarum noſtrarum deſiderio teneri. Idque cauſæ eſſe puto, cur nobis eo nomine crebrò ſuccenſeas, quòd minùs ſæpe ad te ſcripſerimus. Neque enim cupiditatem tuam explere poſſumus, quamvis etiam quotidie literas demus: propterea quòd epiſtolarum noſtrarum deſiderio ita duceris, ut ex iis pendere videaris. Deus tibi, tum in hac vita, tum in futuro ævo, hujuſce erga nos charitatis mercedem rependat. Nos quidem certè, quoties, quibus demus, occurrunt, ad te ſcribere minimè intermittimus. Ac ſanè noſipſos ſummo beneficio afficimus, cum id facimus, teque quàm creberrimè per literas ſalutamus. Siquidem charitatem eam, quam nobis primùm injeciſti, perpetuo florentem ac vigentem retinemus. atque ut etiamſi nobis diutius adhuc à vobis abeſſe contingat, ne ſic quidem tamen ipſa obſcurior imbecilliórque effici queat. Etenim ubique vos animo circumferimus, mentis veſtræ conſtantiam, ingentémque fortitudinem ad ſtuporem uſque mirantes. Quamobrem ipſa crebrò ad nos de tua, domeſticorúmque tuorum omnium valetudine ſcribe: quò hinc quoque magnam conſolationem capiamus.

E Ἀμπρούκλῃ διακόνῳ καὶ ταῖς σὺν αὐτῇ.

Τὰ κύματα ταῖς πέτραις προσρηγνύμενα, ἐκείνας μὲν οὐδὲ μικρὸν διασαλεῦσαι δύναται, ἑαυτὰ δὲ μειζόνως τῷ ῥαγδαίῳ τῆς ῥύμης διαλύοντα ἀφανίζει. τοῦτο καὶ ἐφ' ὑμῶν ἐστιν ἰδεῖν νῦν, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ὑμῖν εἰκῇ καὶ μάτην. ὑμῖν μὲν γὰρ καὶ ἡ παρὰ τῷ Θεῷ παῤῥησία, καὶ ἡ παρ' ἀνθρώποις δόξα πλείων ἐντεῦθεν γίνεται, ἐκείνοις δὲ κρίμα, καὶ αἰσχύνη, καὶ ὄνειδος. ἐπεὶ καὶ A τοιοῦτον ἡ ἀρετὴ, καὶ τοιοῦτον ἡ κακία· ἡ μὲν καὶ πολεμουμένη μειζόνως ἀνθεῖ, αὕτη δὲ καὶ πολεμοῦσα ἀσθενεστέρα γίνεται, καὶ ταύτῃ μάλιστα καταλύεται. μεγίστην τοίνυν ἔχουσαι παράκλησιν τῶν γινομένων τὴν ὑπόθεσιν, χαίρετε καὶ εὐφραίνεσθε, καὶ κραταιοῦσθε. ἴστε γὰρ ἐφ' οἷς ἀπεδύσασθε ἐπάθλοις εἰς τὸν τῆς ἀνδρείας ταύτης ἀγῶνα, καὶ ποῖα ὑμᾶς καρτερούσας καὶ εὐχαρίστως φερούσας τὰ συμπίπτοντα ἀναμένει ἀγαθὰ, ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, B οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη· καὶ τὰ μὲν λυπηρὰ τοιαῦτα παροδεύεται, καὶ τῷ παρόντι συγκαταλύεται βίῳ· τὰ δὲ ἐντεῦθεν ἔπαθλα, ἀθάνατα μένει· καὶ πρὸ τῶν ἐπάθλων δὲ ἐκείνων, οὐ μικρὰν καὶ ἐντεῦθεν καρποῦσθε ἡδονὴν, τῇ ἐλπίδι τοῦ χρηστοῦ συνειδότος, καὶ προσδοκίᾳ στεφάνων ἐκείνων τρεφόμεναι. ταῦτα οἶδ' ὅτι καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων οἶσθα γραμμάτων· ἀλλ' ἵνα μακρὰν ποιήσωμεν τὴν ἐπιστολὴν, ἐξέτεινα τὴν παράκλησιν. εὖ γε γὰρ οἶδ' ὅτι σφόδρα C ἡμῶν τῶν γραμμάτων ἐρᾷς, καὶ μεθ' ὑπερβολῆς σφόδρα· καὶ τοῦτο οἶμαι αἴτιον εἶναι τοῦ συνεχῶς ἡμῖν ἐγκαλεῖν, ὅτι μὴ πολλάκις ἐπεστάλκαμεν. οὐ γὰρ δυνάμεθά σου κορέσαι τὴν ἐπιθυμίαν, κἂν καθ' ἑκάστην πέμπωμεν γράμματα, διὰ τὸ σφόδρα ἡμῶν ἐκκρέμασθαι τῶν ἐπιστολῶν· ὁ Θεός σοι τὸν μισθὸν δῴη, καὶ τὴν ἀμοιβὴν τῆς τοσαύτης περὶ ἡμᾶς ἀγάπης, καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· ἡμεῖς μέντοι οὐ διαλιμπάνομεν διὰ τῶν ἐμπι- D πτόντων συνεχῶς ἐπιστέλλοντες, [ἡμῖν γὰρ αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμεθα τοῦτο ποιοῦντες] καὶ τῇ σῇ ψυχῇ συνεχῶς διὰ τῶν γραμμάτων προσαγορεύοντες. καὶ γὰρ τὴν ἀγάπην, ἣν ἐνέθηκας ἡμῖν ἐξ ἀρχῆς, ταύτην διηνεκῶς ἀκμάζουσαν διατηροῦμεν, κἂν πλείονα τούτου πάλιν ἀπολειφθῶμεν ὑμῶν χρόνον, οὐδὲ ἐντεῦθεν αὕτη ἀμαυροτέρα γίνεται. ἐν γὰρ διανοίᾳ πανταχοῦ περιφέρομεν ὑμᾶς, ἐκπληττόμενοι τὸ ἀπερίτρεπτον ὑμῶν τῆς γνώμης, καὶ τὴν πολλὴν ἀν- E δρείαν. γράφε δὴ καὶ αὐτὴ συνεχῶς ἡμῖν, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζομένη, καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς, ἵνα πολλὴν καὶ ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

Hypatio Presbytero. 97.

Ne te quidem fugit, domine mi reverendiſſime, quantam vobis calamitates eæ, quæ Dei cauſa ſubeuntur,

Ὑπατίῳ πρεσβυτέρῳ.

Οἶδας καὶ αὐτὸς, κύριέ μου τιμιώτατε, ὅσον ὑμῖν φέρει μισθὸν τὰ διὰ τὸν Θεὸν παθήματα,

ἡλίκα

Καὶ τοῦτο σὸν, τοῦτο νήφοντος καὶ ἐγρηγορότος κυβερνήτου, τὸ μηδὲ B εἰς τοσοῦτον ἀρθέντος τοῦ χειμῶνος ἀναπεσεῖν, ἀλλ' ἐπιμένειν ἔτι μεριμνῶντα καὶ φροντίζοντα, καὶ κατὰ τὸ ἐγχωροῦν τὰ ἑαυτοῦ πάντα εἰσφέροντα, πανταχοῦ διὰ τῶν γραμμάτων περιτρέχοντα, τοὺς ἐγγὺς, τοὺς πόρρωθεν συγκροτοῦντα, διεγείροντα, παρεγγυῶντα μηδένα τῷ κλυδωνίῳ παρασυρῆναι· ἀλλ' ἑστάναι, καὶ νήφειν, κἂν μυρία τούτων ἐπίῃ χαλεπώτερα κύματα, καὶ ἐν ἑνὶ ἱδρυμένον τόπῳ, πανταχοῦ διὰ τῆς παραινέσεως ἵπτασθαι. οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς ἔλαθε τῶν σῶν, καίτοι ἐκ C τοσούτου καθημένους διαστήματος. διὸ καὶ μακαρίζομεν, καὶ θαυμάζομέν σου τὴν εὐλάβειαν, καὶ τὴν διηγερμένην ψυχὴν, καὶ τὴν ἀπερίτρεπτον γνώμην, καὶ τὴν ἐν τοσούτῳ γήρᾳ νεάζουσαν προθυμίαν· καὶ οὐδὲν ἀπεικός. ὅταν μὲν γὰρ τὰ προκείμενα τῆς τοῦ σώματος δέηται ῥώμης, κώλυμα ἐνταῦθα τὸ γῆρας γίνεται· ὅταν δὲ ψυχῆς ἀπαιτῇ φιλοσοφίαν, οὐδὲν ἡ πολιὰ τοῖς κατορθώμασιν ἐπισκοτεῖν εἴωθεν· οὐ τοίνυν οὐδὲ ἐπεσκότησεν, ἀλλ' ἅπαντα παρὰ τῆς σῆς εὐ-D λαβείας εἰσενήνεκται. ὅτι δὲ καὶ καρπὸν δώσει τὸν προσήκοντα ὁ πόνος οὗτος, καὶ ἡ τοσαύτη ἀγρυπνία, οὐδὲν οἶμαι δεῖν ἀμφιβάλλειν. ἐπειδὴ δὲ μετὰ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης καὶ ἡμετέραν μέριμναν κατεδέξω, διὰ τὴν πολλήν σου καὶ θερμὴν ἀγάπην, καὶ μαθεῖν ἐπιθυμεῖς οὗ διατρίβομεν, καὶ ἐν τίσιν ὁρμᾷ τὰ ἡμέτερα, καὶ τίνες οἱ συνόντες ἡμῖν, καὶ μαθεῖν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὥστε καὶ χάριν αὐτοῖς εἰδέναι, ἡμεῖς μὲν ὑπὲρ τῆς τοσαύτης ἀγάπης οὐ παυσόμεθά σε ἀνακηρύττοντες, E στεφανοῦντες, παρὰ πᾶσιν ἀναγορεύοντες, χάριτας ὁμολογοῦντες παρὰ τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ συγγινομένοις ἡμῖν· αὐτὸς δὲ τὰς μεγίστας ἀμοιβὰς, καὶ μείζους τῶν πόνων ἀνάμενε παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ, τοῦ ταῖς ἀντιδόσεσιν ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος νικῶντος τοὺς ἀγαθόν τι ποιεῖν ἢ λέγειν ἐσπουδακότας. ὥστε δέ σε καὶ ἑτέρωθεν ἡσθῆναι μαθόντα τὰ ἡμέτερα· πρὸς μὲν τὸ ἐρημότατον χωρίον ἀπῳκίσθημεν, τὴν Κουκουσὸν, πλὴν ἐρημίας οὐδεμίαν αἴσθησιν ἔχομεν, τοσαύτης ἀπολαύομεν ἡσυχίας, τοσαύτης ἀδείας, τοσαύτης παρὰ πάντων θεραπείας.

τάτε

τά τε γὰρ λείψανα τῆς ἀῤῥωστίας εὐχαῖς ταῖς σαῖς ἀπεθέμεθα, καὶ ἐν ὑγείᾳ διάγομεν νῦν, οὔτε φόβου τῶν Ἰσαύρων ἀπηλλάγημεν, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ κατέστημεν, ἀπραγμοσύνῃ τε ἐντρυφῶντες πολλῇ. πάρεισι δὲ ἡμῖν καὶ οἱ τιμιώτατοι πρεσβύτεροι Κωνστάντιος, καὶ Εὐήθιος. προσδοκῶνται δὲ καὶ ἕτεροι ταχέως ἀφίξεσθαι, οὓς εἰς τὸ παρὸν τὰ δεσμὰ κατεῖχεν, ἀλλὰ πάντες ἀφείθησαν, καὶ εὖ οἶδ' ὅτι πτήσονται πρὸς ἡμᾶς· μὴ δὴ διαλίπῃς εὐχόμενος ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σφόδρα σε ἀγαπώντων, δέσποτα αἰδεσιμώτατε καὶ θεοφιλέστατε, καὶ συνεχῶς ἐπιστέλλων, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας δηλῶν τῆς σῆς. οἶσθα γὰρ ὅπως ἡμῖν περισπούδαστον καθ' ἑκάστην, εἰ οἷόν τε, ἡμέραν περὶ ταύτης μανθάνειν. τὸν δεσπότην μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον Ἀσύγκρητον, μετὰ τῶν γλυκυτάτων αὐτοῦ παιδίων, καὶ πάντα σου τῆς θεοσεβείας τὸν κλῆρον πολλὰ παρ' ἡμῶν προσειπεῖν παρακλήθητι.

Θεοφίλῳ πρεσβυτέρῳ ριε.

Καὶ τοῦτο τῆς σῆς εὐγνωμοσύνης, καὶ τῆς εὐχαρίστου σου γνώμης, τὸ μηδενὸς ἀπολελαυκότα παρὰ τούτων, οἷς σε παρακατεθέμεθα, τὸ πᾶν ἀπειληφέναι νομίζειν ἀπὸ τῆς ἡμετέρας προθυμίας. ἀλλ' ἡμεῖς οὐκ ἀρκεσθησόμεθα τούτῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ κυρίῳ μου Θεοδώρῳ τῷ ἐπαρχικῷ, τῷ ἀγαγόντι ἡμᾶς εἰς τὴν Κουκουσόν, πολλὰ ταύτης ἕνεκεν διελέχθημεν τῆς ὑποθέσεως, καὶ πολλοῖς ἐπιστέλλοντες, καὶ ταῦτα ἐπεστάλκαμεν. ἄν τε γοῦν γένηταί τι ἀπὸ τῶν γραμμάτων πλέον τῶν ἡμετέρων, ἄν τε γράμματα μένῃ μόνον τὰ γράμματα, μηδὲν ἀνύσαντα παρὰ τοῖς ἀποδεχομένοις αὐτά, διὰ ταχέων ἡμῖν δηλῶσαι σπούδασον. καὶ γὰρ ἐν τούτῳ μάλιστα τὴν ἀγάπην σου θαυμάζομεν, καὶ τοῦ θαῤῥεῖν ἡμῖν οὕτω μέγιστον ποιούμεθα σημεῖον, τὸ καὶ περὶ τούτων ἡμῖν διαλέγεσθαι. δήλωσον τοίνυν ἡμῖν ἄν τε γένηταί τι πλέον, ἄν τε μηδέν, ἵν' ἂν μὲν τὸ πρότερον ᾖ, χάριτας ὁμολογήσωμεν τοῖς τὴν ἑαυτῶν ὠφεληκόσι ψυχήν· ἑαυτοῖς γὰρ μᾶλλον, ἢ σοὶ [ἡμῖν] χαρίζονται τοῦτο ποιοῦντες. ἄν τε τὸ δεύτερον, ἑτέραν τινὰ ὁδὸν σύντομον καὶ εὐκολωτέραν ἐπινοήσωμεν, δι' ἧς πάντως πάσης ἀπολαύσῃ παραμυθίας, ὡς ἐν μηδεμιᾷ εἶναι στενοχωρίᾳ. ἡμῖν γὰρ αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριούμεθα, τῆς εὐγενοῦς σου καὶ ἐλευθέρας οὕτω φροντίζοντες ψυχῆς. καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως εὐαγγελιζόμενος.

Βαλεντίνῳ ρις.

Τί τοῦτο; εἰδὼς ὅπως σου χαίρομεν τοῖς ἀγαθοῖς, καὶ σκιρτῶμεν ἐπὶ ταῖς σαῖς εὐδοκιμήσεσι, καὶ πρὸ πάντων ὀφείλων ἡμῖν δηλῶσαι τῆς τιμῆς τὸ μέγεθος, εἰς ὃ νῦν ἀνέβης, ὑπέμεινας ἡμᾶς πρότερον παρ' ἑτέρων μαθεῖν τοῦτο, καὶ οὐ νομίζεις δεῖσθαί σοι πολλῆς εἰς τοῦτο ἀπολογίας, ὅτι ἠνέσχου, τό γε σὸν μέρος, τοσοῦτον χρόνον ἡμᾶς ζημιῶσαι εὐφροσύνης μέγεθος τηλικοῦτον; τὸ μὲν γὰρ ἀξίωμά σου τὸ ἀληθὲς, καὶ ἡ μεγίστη σου ἀρχὴ τῆς ψυχῆς σου ἐστὶν ἡ ἀρετή. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τούτοις τοῖς βιωτικοῖς εἰς τὴν ἐκείνης ὠφέλειαν κεχρῆσθαι μεμελέτηκας, καὶ ὅσῳ ἂν γένῃ δυνατώτερος, τοσούτῳ λιμὴν εὐρύτερος τοῖς δεομένοις καθίστασαι· διὰ τοῦτο νῦν χαίρομεν, καὶ σκιρτῶμεν, ἀλλ' ὅμως οὐκ ἀφίεμέν σε οὐδὲ τοῦ τῆς σιγῆς ἐγκλήματος. πῶς οὖν ἡμῖν ἀπολογήσῃ καλῶς; τῇ πυκνότητι τῶν ἐπιστολῶν, καὶ τῷ συνεχῶς τὰ περὶ τῆς ὑγείας ἡμῖν δηλοῦν τῆς σῆς, καὶ τοῦ οἴκου σου παντός. ἐπεὶ οὖν σε καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀπολογίας ἐδιδάξαμεν, πρόσθες τὰ παρὰ σαυτοῦ λοιπόν. εἰ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην μένοις σιγῶν, γραψόμεθά σε ῥαθυμίας πολλος, καὶ ἀλγήσομεν. οἶδα δὲ σαφῶς ὅτι πικροτάτην ταύτην ἡγήσῃ διδόναι δίκην, τὸ ἀλγεῖν ἐπὶ τούτοις ἡμᾶς, ἐπειδὴ οἶδα πῶς καὶ φιλεῖν ἡμᾶς γνησίως καὶ θερμῶς ἐσπούδακας.

Θεοδώρᾳ ριζ.

Γράφω μὲν ὀλιγάκις τῇ κοσμιότητί σου, διὰ τὸ μὴ ῥᾳδίως ἐπιτυγχάνειν τῶν κομιζόντων τὰ γράμματα· μέμνημαι δέ σου οὐκ ὀλιγάκις, ἀλλὰ καὶ διηνεκῶς. τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἡμῖν κεῖται, τὸ δὲ οὐκ ἐφ' ἡμῖν· ἀλλὰ τοῦ μὲν μεμνῆσθαι διηνεκῶς, αὐτοὶ κύριοι· τοῦ δὲ κομίζειν τὰς ἐπιστολάς, οὐκ ἔτι. διὰ τοῦτο τὸ μὲν ἀεὶ γίνεται, τὸ δὲ ἡνίκα ἂν ἐξῇ. τὰς μὲν οὖν ἄλλας ἐπιστολὰς πρόσρησιν ἐχούσας ἐπέμπομεν, ταύτην δὲ καὶ χάριτος αἴτησιν. τίς δὲ ἡ χάρις; σοὶ τῇ παρεχούσῃ μᾶλλον, ἢ τῷ δεχομένῳ τὸ κέρδος φέρουσα, καὶ πρὸ τοῦ λαμβάνοντος τὴν διδόντα ὠφελοῦσα.

Nam & morbi reliquiis precum tuarum ope atque auxilio depulſis, belliſſimè nunc valemus, & Iſaurorum metu liberati ſumus, atque in ſecuritate verſamur, ingentique otio noſmet oblectamus. Præſto autem nobis ſunt & Reverendiſſimi Presbyteri Conſtantinus & Euethius, atque item ſpes eſt alios item brevi affuturos eſſe, quos ſcilicet hactenus vincula detinuerunt. Nunc autem omnes iiſdem ſoluti ſunt: nec dubito quin propediem ad nos advolaturi ſint. Tu verò Domine ſummè venerande ac religioſiſſime, pro nobis, quibus es chariſſimus, preces ad Deum adhibere, atque quàm ſæpiſſimè, ſi facultas detur, ad nos ſcribere deque tua valetudine nos certiores facere ne intermitte. Nec enim te fugit, quantæ nobis curæ ſit, ſingulis etiam diebus, ſi fieri poſſit, de ea aliquid audire. Reverendiſſimo ac Religioſiſſimo domino meo Presbytero Aſyncritio, ſuaviſſimiſque ipſius filiis, atque univerſo tuo clero, velim meo nomine multam ſalutem dicas.

Theophilo Presbytero 115.

Hoc quoque tui candoris, gratique animi eſt, quòd cùm ab his, quibus à me commendatus fueras, nihil acceperis, tamen ex noſtro ſtudio animique promptitudine rem æſtimans, nihil non te accepiſſe exiſtimes. At nos hoc minimè ſatis eſſe ducemus: verum cum domino meo Theodoro præfecto, qui Cucuſum nos avexit, multum de hac re ſermonem habuimus: & cum ad multos ſcriberemus, hoc quoque ipſis per literas mandavimus. Quamobrem ſive fructus aliquis ex noſtris literis oriatur; ſive literæ duntaxat literæ maneant, nec apud eos à quibus accipiuntur, quicquam proficiant, cura, ut id quamprimum intelligam. Etenim hoc quoque nomine tuum erga nos amorem inprimis admiramur, teque item de noſtro erga te amore minime dubitare, maximo argumento id eſſe ducimus, quòd de his rebus ad nos verba facias. Quare ſive quid hinc commodi promanet, ſive nihil fructus proficiſcatur, fac ſciam: ut ſi quid profectum ſit, iis gratias habeam, qui de ſeipſis bene meriti fuerint (ſibi enim ipſi magis, quàm tibi, cum hoc faciunt, largiuntur) ſin ſecus, compendiariam quandam ac procliviorem viam & rationem excogitemus, qua conſolationem omninò percipias, nec jam in ulla anguſtia deinceps verſeris. Nam de nobis optime merebimur, eum generoſæ atque ingenuæ animæ tuæ curam ad hunc modum ſuſceperimus. Tu velim ad nos quàm ſæpiſſime ſcribas: noſque de tua valetudine nominiſque tui celebritate certiores facias.

Valentino 116.

Quidnam hoc eſſe dicam? Siccine cum quantam ex tuis bonis voluptatem capiamus, quamque tuis laudibus nominiſque gloria exultemus, minimè te fugeret, cumque etiam ante omnia ex tuo officio eſſet, honoris illius, ad quem nunc evectus es, magnitudinem nobis per literas ſignificare, tu tamen, ut id prius ab aliis intelligeremus, ſuſtinuiſti, neque longa tibi ad eam rem, ut mihi ſatisfacias, oratione opus eſſe putas, quod quantum quidem in te fuit, tanta lætitiæ magnitudine tamdiu nos carere paſſus es? Nam vera quidem tua dignitas & maximum imperium animi virtus eſt: verùm quoniam his quoque mundi honoribus & ornamentis ad illius utilitatem uti didiciſti, quoque majores opes ac potentiam conſequeris, eo etiam latior commodiorque portus egentibus efficeris, ob eam cauſam nunc quoque gaudemus & exilimus, nec tamen ſilentii culpam tibi remittimus. Quanam porrò ratione bellè nobis ſatisfacies? Nimirùm, ſi crebrò ſcribas, atque de tua totiuſque tuæ domus valetudine nos quàm ſæpiſſimè certiores facias. Quoniam igitur rationem, qua te nobis purges, à nobis accepiſti, jam, quæ tuarum ſunt partium, adjunge. Nam ſi hac epiſtola accepta in ſilentio perſtes, ingentis negligentiæ dicã tibi impingemus, ægréq; id feremus. Nec verò dubito, quin acerbiſſimæ pœnæ loco id habiturus ſis, nos hoc nomine in dolore verſari: quandoquidem quàm ſincerè atque ardenter nos ames, haud mihi ignotum eſt.

Theodora 117.

Raró ad te idcircò ſcribo, quòd, quibus literas dem, haud facilè nanciſcar: at non item raró, ſed perpetuò tui ſum memor. Hoc enim in noſtra poteſtate ſitum eſt: illud autem minimè noſtri arbitrii eſt. Ut enim tui memoriam perpetuò colamus, in noſtro arbitrio & voluntate conſiſtit, ut autem epiſtolæ ferantur, non item. Quocirca illud ſemper fit: hoc autem tum denique, cùm facultas datur. Atque aliis quidem epiſtolis, quas ad te mittebamus, te tantummodo ſalutabamus: hac autem beneficium quoque poſtulamus. Quodnam porrò hoc beneficium eſt? Nimirum quod plus tibi, qui dederis, quàm mihi, qui accipiam, lucri afferat, dantique priùs, quam accipienti proſit.

Etenim

Etenim ad nos allatum eſt, Euſtathium animum tuum offendiſſe, ac domo tua ejectum, atque ab oculis tuis ſubmotum eſſe. Quonam autem modo ſe res habeat, & quamobrem tanta in eum iracundia uſa ſis, dicere nequeo. Nam illud duntaxat intellexi. At verò quæ te à nobis, qui tuæ ſalutis ſtudioſiſſimi ſumus, audire convenit, hæc ſunt. Non ignoras præſentem vitam nihil eſſe, verùm flores, atque imbecilles umbras imitari, nec aliud eſſe quàm ſomniorum impoſturam: veras autem & fixas ac ſtabiles res eſſe ea, quæ nos poſt diſceſſum ex hac vita exceptura ſunt. Hæc & à nobis perſæpe audiiſti, & ipſa per te commentari non deſinis. Ob idque ne in longum quidem epiſtolam produço. Illud autem ajo: Si iniquè ac per calumniam id à quibuſdam actum eſt, ut eum ejiceres, juris natura te moveat, ut quod factum eſt. corrigas. Si autem jure ac meritò, humanitatis legibus adducta hoc idem effice. N m hinc quoque plus, quàm ille, commodi feres. Quemadmodum enim is, qui centum denarios à conſervo exigebat, non tam eum læſit, quàm ſibi lethale vulnus inflixit, ut qui ob eam animi rigiditatem, quam in conſervum exercuit. decem millium talentorum condonationem everterit, irritamque reddiderit: eodem modo, qui proximi peccata præterit, hoc aſſequitur, ut mitius ab eo in futuro ævo rationes repoſcantur: atque, quo plura & graviora peccata remiſerit, eo quoque majorem ipſe veniam obtineat. Neque in hoc tantùm diſcrimen poſitum eſt, ſed in eo etiam, quod cùm ſervile munus dederit, herile beneficium accipit. Quare ne mihi illud commemores, hoc ab eo perpetratum eſſe. Nam quo atrociora ea, quæ commiſſa ſunt, eſſe oſtenderis, eò magis neceſſariam ignoſcendi cauſam eſſe demonſtrabis: quòd hac ratione multo majorem humanitatis ac miſericordiæ materiam in futurum tibi præconditura ſis. Quamobrem iram, etiamſi alioqui juſtam, depelle indignationem ſapienter comprime. Hoc Deo ſacrificii loco offer. Nobis etiam, quibus chara es. hoc indulge: quonamque pacto, vel brevi epiſtola, tantam apud te authoritatem ac potentiam habeamus, oſtende. Tibi etiam ipſi magna hæc, quæ dixi, præbe, nempe ut motu ac perturbatione vaces, ut tumultum hinc orientem ex animo tuo ejicias, ut denique ob eam cauſam magna animi fiducia ingreſſum in Regnum à benigno Deo poſtules. Benignitate quippe erga proximum ingentia ſcelera commodiſſimè expiantur. Si enim, inquit Chriſtus, remiſeritis hominibus delicta ſua, remittet & vobis Pater veſter cœleſtis. Hæc igitur omnia cum animo tuo conſideras, ad nos epiſtolam mitte, quæ literas noſtras aliquid profeciſſe ſignificet. Nam quod officii noſtri ratio poſtulabat, abſolvimus, idque, quod in noſtro arbitrio ſitum erat, fecimus. Monuimus, rogavimus. gratiam petiimus, quæ oportebat ſuaſimus. Tua jam cauſa prorſus laboramus. Nam nos quidem, ſive noſtra hæc cohortatio aliquid effecerit, ſive nihil utilitatis attulerit, merces manet: licet enim etiam verborum mercedem referre. Nunc autem omnis noſter labor eò ſpectat, ut per rem ipſam te quoq; lucremur, ac tu per hujus vitæ rectè facta, futura & immortalia bona facillime percipias.

Epiſcopis & Presbyteris in vincula conjectis 118.

Carcerem incolitis, & catena vincti eſtis, & cum ſqualidis & ſordidis incluſi: & quid tandem hoc nomine beatius vobis fingi queat? Quid enim tale habet aurea corona caput cingens, quale catena manum propter Deum circumdans? Quid tale ingentes & ſplendidæ domus. quale carcer, caliginis ac ſordium atque ingentis fœtoris & calamitatis plenus Dei cauſa? Quæ cùm ita ſint, gaudete, exultate, coronis caput cingite, tripudiate: quod moleſtiæ, in quas incidiſtis, magnam vobis commodorum materiam accerſant. Hoc nimirum ſemen eſt, meſſem copioſiſſimam prænuncians. Hoc luctæ, victoriam & palmas afferentes. Hoc navigatio, amplum & uberem quæſtum concilians. Hæc igitur omnia cum animis veſtris reputantes, Reverendiſſimi ac Religioſiſſimi Domini mei, gaudete ac lætamini, nec tempus ullum intermittite. quin Deum in omnibus rebus collaudetis, ac mortiferas diabolo plagas inferatis, ingentemque vobiſipſis in cœlis mercedem recondatis. *Non enim condigna ſunt paſſiones hujus ſeculi ad futuram gloriam, quæ revelabitur in vobis.* Ad nos autem quam ſæpiſſimè ſcribite. A vobis etenim, qui Dei cauſa vincti eſtis, literas, quæ afflictiones veſtras exponant, magnoperè accipere cupimus. Hincque ingentem, etiam in externa terra degentes, conſolationem capiemus.

Rom. 8, 18.

Theophilo Presbytero 119.

Ergo, poſteaquam tibi à me ſcribendi janua patefacta eſt, illud oſtende, te

A καὶ γὰρ ἦλθεν εἰς ἡμᾶς, ὅτι δὴ Εὐστάθιος τῶν προσκεκρουκότων ἐστὶ τῇ
τιμιότητί σου, καὶ τῆς οἰκίας τῆς σῆς ἐξέπεσε, καὶ ἀπὸ ὄψεως γέγονεν. ὅ-
πως μὲν οὖν ἔχει τοῦ πράγματος ἡ φύσις, καὶ τίνος ἕνεκεν τοσαύτην
ὑπέμεινεν ὀργήν, εἰπεῖν οὐκ ἔχω, ἐκεῖνο γὰρ ἔγνων μόνον· ἃ δὲ χρή
σε παρ' ἡμῶν ἀκοῦσαι, τῶν σφόδρα σου τῆς σωτηρίας ἀντεχομένων, ἐστὶ
ταῦτα. οἶσθα ὡς οὐδὲν ὁ παρὼν βίος, ἀλλ' ἢ ἄνθη μιμεῖται ἠρινὰ,
καὶ σκιὰς ἀδρανεῖς, καὶ ὀνειράτων ἐστὶν ἀπάτη· τὰ δὲ ἀληθῆ πρά-
B γματα, καὶ πεπηγότα, καὶ ἀμετακίνητα, τὰ μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδη-
μίαν ἡμᾶς διαδεξόμενά ἐστι. ταῦτα καὶ παρ' ἡμῶν πολλάκις ἤκου-
σας, καὶ οἴκοθεν φιλοσοφοῦσα διατελεῖς. διόπερ οὐδὲ μακρὰν ποιοῦ-
μαι τὴν ἐπιστολὴν, ἀλλ' ἐκεῖνό φαμεν. εἰ μὲν ἀδίκως τινὲς ἐπηρεά-
σαντες ἐξέβαλον, αἰδουμένη τε τοῦ δικαίου τὴν φύσιν, διόρθωσον
τὸ γεγενημένον· εἰ δὲ δικαίως, τοὺς τῆς φιλανθρωπίας τι-
μῶσα νόμους, τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο πάλιν ποίησον, ἔνθα καὶ αὐτὴ τὸ πλέον
C καρπώσῃ μᾶλλον ἢ ἐκεῖνος. ὥσπερ γὰρ ὁ τὸν ὁμόδουλον ἀπαιτῶν τὰ
ἑκατὸν δηνάρια, οὐκ ἐκεῖνον τοσοῦτον ἔβλαψεν, ὅσον ἑαυτῷ και-
ρίαν ἔδωκε τὴν πληγὴν, διὰ τῆς πρὸς τὸν σύνδουλον ἀκριβολογίας
μυρίων ταλάντων συγχώρησιν ἀνατρέψας· οὕτως ὁ παρατρέχων
τὰ τοῦ πλησίον ἁμαρτήματα, ἡμερωτέρας ἑαυτῷ ποιεῖ τὰς ἐν τῷ
μέλλοντι εὐθύνας, καὶ ὅσῳ ἂν μείζονα τὰ ἁμαρτήματα ἀφῇ, τοσούτῳ
καὶ αὐτὸς πλείονος τεύξεται τῆς συγχωρήσεως. οὐ ταύτῃ δὲ μόνον ἐστὶ
D τὸ διάφορον, ἀλλὰ καὶ τῷ δουλικὴν διδόντα χάριν, δεσποτικὴν
λαμβάνειν δωρεάν. μὴ τοίνυν μοι λέγε, ὅτι τὸ, καὶ τὸ αὐτῷ πεπλημ-
μέληται. ὅσῳ γὰρ ἂν δείξῃς χαλεπώτερα τὰ γεγενημένα, τοσούτῳ τῆς
συγχωρήσεως ἀναγκαιοτέραν ἀποφαίνεις τὴν πρόφασιν, ἐπειδήπερ
πολλῷ πλείονα φιλανθρωπίας ἐν τῷ μέλλοντι προαποθήσῃ σαυ-
τῇ τὴν ὑπόθεσιν. λῦσον τοίνυν τὴν ὀργὴν, κἂν δικαία ᾖ, δάμασον λο-
γισμῷ φιλοσόφῳ τὸν θυμόν. ἀνένεγκε τοῦτο θυσίαν τῷ Θεῷ. χάρι-
E σαι καὶ ἡμῖν τοῖς ἀγαπῶσί σε, καὶ δεῖξον πῶς καὶ ἀπὸ βραχείας
ἐπιστολῆς τοσαύτην ἔχομεν δύναμιν· χάρισαι καὶ σαυτῇ τὰ με-
γάλα ταῦτα. ἅπερ εἶπον ἐγὼ, τὸ ἀτάραχον, τὸ ἐξοικίσαι τῆς ψυχῆς
τὸν ἐντεῦθεν θόρυβον, τὸ μετὰ πολλῆς παρρησίας καὶ ἐντεῦθεν αἰτεῖν
παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ τὴν εἰς τὴν βασιλείαν εἴσοδον. καὶ γὰρ μέγα
καθάρσιον ἁμαρτημάτων ἡ εἰς τὸν πλησίον φιλοφροσύνη· ἐὰν γὰρ
ἀφῆτε τοῖς ἀνθρώποις, φησὶ, τὰ παραπτώματα αὐτῶν, ἀφήσει καὶ
A ὑμῖν ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος. ταῦτ' οὖν ἅπαντα λογισαμένη
πέμψον ἡμῖν ἐπιστολὴν, δηλοῦσαν ὅτι ἤνυσαν τὰ γράμματα ἡ-
μῶν. τὸ μὲν γὰρ ἡμέτερον ἀπήρτισαι, καὶ πεποιήκαμεν ὅπερ ἐσμὲν
κύριοι, παρεκαλέσαμεν, ἐδεήθημεν, χάριν ᾐτησάμεθα, συνεβουλεύ-
σαμεν ἅπερ ἐχρῆν. πᾶσα δέ ἐστιν ὑπὲρ σοῦ λοιπὸν ἡ σπουδή. ἡμῖν
μὲν γὰρ ὁ μισθὸς, ἄν τε γένηταί τι πλέον, ἄν τε μὴ γένηται, τῆς παρα-
κλήσεως ταύτης ἀποκείσεται· ἔστι γὰρ καὶ ῥημάτων λαβεῖν ἀμοιβήν· ὁ
δὲ κάματος ἡμῖν ἅπας, ὥστε διὰ τοῦ ἔργου καὶ τὴν σὴν κερδᾶναι κοσμιό-
B τητα, καὶ ἀπὸ τῶν παρόντων κατορθωμάτων τὰ μέλλοντα, καὶ ἀθάνα-
τα ἀγαθὰ μετὰ πολλῆς καρπώσασθαι τῆς εὐκολίας.

Ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις τοῖς ἐν τῇ φυλακῇ ριη.

Δεσμωτήριον οἰκεῖτε, καὶ ἁλύσει περίκεισθε, καὶ μετὰ τῶν αὐχμώντων
καὶ ῥυπώντων ἐστὲ κατακεκλεισμένοι. καὶ τί ἂν γένοιτο μακαριώτερον
C ὑμῶν τούτων ἕνεκεν; τί γὰρ τοιοῦτον στέφανος χρυσοῦς κεφαλῇ περικεί-
μενος, οἷον ἅλυσις δεξιᾷ περιπλεκομένη διὰ τὸν Θεόν; τί δὲ τοιοῦτον
οἰκίαι περιφανεῖς καὶ μεγάλαι, οἷον δεσμωτήριον ζόφου καὶ ῥύπου γέ-
μον, καὶ πολλῆς τῆς ἀηδίας, καὶ τῆς θλίψεως διὰ τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν;
διὰ ταῦτα σκιρτᾶτε, ἀγάλλεσθε, στεφανοῦσθε, χορεύετε, ὅτι πολλῆς
ἐμπορίας ὑμῖν ὑπόθεσις τὰ συμβάντα λυπηρά. τοῦτο σπόρος
ἄμητον προαναφωνῶν ἄφατον· τοῦτο παλαίσματα νίκην ἔχοντα
D καὶ βραβεῖα, τοῦτο πλοῦς ἐμπορίαν πολλὴν προξενῶν. ταῦτ' οὖν ἅ-
παντα ἀναλογισάμενοι, κύριοί μου τιμιώτατοι καὶ εὐλαβέστατοι,
χαίρετε, καὶ εὐφραίνεσθε, μὴ διαλίπητε τὸν Θεὸν ἐπὶ πᾶσι δοξά-
ζοντες, καὶ καιρίας τῷ διαβόλῳ διδόντες πληγὰς, καὶ πολλὴν ἑαυτοῖς
ἐν τοῖς οὐρανοῖς προαποτιθέμενοι τὴν ἀμοιβήν. οὐ γὰρ ἄξια τὰ παθή-
ματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλύπτεσθαι εἰς ὑ-
μᾶς. γράφετε δὲ καὶ ἡμῖν συνεχῶς· σφόδρα γὰρ ἐπιθυμοῦμεν γράμ-
ματα δέχεσθαι παρ' ἀνθρώπων διὰ τὸν Θεὸν δεδεμένων, τὰ παθή-
E ματα ὑμῶν ἀπαγγέλλοντα, καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ
διατρίβοντες καρπωσόμεθα τὴν παράκλησιν.

Θεοφίλῳ πρεσβυτέρῳ ριθ.

Οὐκοῦν ἐπειδή σοι τὴν θύραν ἀνέῳξα τοῦ
γράφειν, δεῖξον ὡς οὐχ ὁ ὄκνος ἐποίει τὴν ἔμπρο-
σθεν

θεν σιγὴν, ἀλλὰ τὸ παρ' ἡμῶν ἀναμένειν λαβεῖν τοῦ γράφειν τὴν παῤῥησίαν, καὶ πέμπε νιφάδας ἡμῖν γραμμάτων, τῶν τὴν ἀπαγγελλόντων ἡμῖν εὐδοκίμησιν· οἶσθα γὰρ ὅπως αὐτῆς ἀντεχόμεθα· μηδὲ ἀφῇς τὴν ἀθυμίας τυραννίδα εἰς σιγήν σε ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ πάσης ἀράχνης εὐκολώτερον αὐτὴν διασπάσας, φαίνου λαμπρὸς ἐπὶ τῆς παρατάξεως, καὶ τῇ πολλῇ παῤῥησίᾳ καὶ ἐλευθερίᾳ συγχέων τοὺς ἐναντίους. νῦν γάρ ἐστι καιρὸς εὐδοκιμήσεως καὶ ἐμπορίας πολλῆς. οὐδὲ γὰρ ἔμπορος ἐν λιμένι καθήμενος, τὰ φορτία συνάγειν δυνήσαιτ' ἄν, ἀλλὰ μακρὰ διαπερῶν πελάγη, καὶ κυμάτων κατατολμῶν, καὶ λιμῷ, καὶ θηρίοις τοῖς ἐν πελάγει πυκτεύων, καὶ πολλὰς ἑτέρας ὑπομένων δυσκολίας. ταῦτ' οὖν καὶ αὐτὸς λογισάμενος, ὡς ὁ τῶν δεινῶν καιρὸς οὗτος, τῆς ἐμπορίας ἐστὶ καιρὸς, καὶ πολλῆς εὐδοκιμήσεως, καὶ μισθῶν ἀφάτων, διανάστησόν σου τὸ πτερὸν τῆς διανοίας, καὶ τὴν κόνιν τῆς ἀθυμίας ἀποτιναξάμενος, μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας πᾶσαν περίτρεχε τὴν φάλαγγα, συγκροτῶν, ἀλείφων, ἅπαντας διεγείρων, νευρῶν, σπουδαιοτέρους ποιῶν· καὶ ταῦτα ἡμῖν δήλου διὰ γραμμάτων τῶν σῶν, μηδὲν ὑφορώμενος, εἰ κατορθώματα μέλλοις αὐτὸς ἀπαγγέλλειν τὰ σὰ, ἀλλ' ὡς ὑπόταγμα ἡμέτερον ἀνύων, χαρίζου ταύτην ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην, ἵνα καὶ πόῤῥωθεν ὄντες, πολλὴν καρπωσώμεθα τὴν ἡδονὴν, ταῦτα ἀκούοντες παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας, ἅπερ ἐπιθυμοῦμεν μανθάνειν.

A ſuperiori tempore non negligentia tacuiſſe, verùm quòd illud expectares, ut tibi à me ſcribendi fiducia præberetur: ac mihi literarum, quæ me de nominis tui claritate (cui quantopere faveam, minimè te fugit) certiorem faciant, ingentem copiam mitte: nec permitte, ut mœroris tyrannis in ſilentium te conjiciat, verum eam quavis araneæ tela faciliùs dirumpe. Lætum atque alacrem te in acie præbe, per ingentem fiduciam ac libertatem adverſarios ſternens. B Nunc adipiſcendæ gloriæ, atque ingentis quæſtus faciendi vobis occaſio ſe offert. Neque enim mercator, dum in portu deſidet, merces colligit: ſed dum ingentia maria trajicit, ac fluctus intrepido animo adit, atque cum fame & feris marinis colluctatur, multaſque alias difficultates ſubit. Hæc igitur ipſe quoque animo complectens, nempe periculorum tempus, lucri etiam magnæque gloriæ ac præmiorum omni ſermone præſtantiorum tempus eſſe, fac C animi tui pennam excites, atque excuſſo mœroris pulvere magna cum facilitate univerſum phalangem obeas, omneſque inſtruas, acuas, excites, corrobores, promptioreſque ac diligentiores reddas. Atque hæc nobis per literas tuas expone: nec eo quòd tuas ipſe laudes narraturus ſis, metue, verùm, ut quod à nobis imperatum eſt faciens, hanc nobis voluptatem dona: quo, etiam procul diſſiti, ingentem lætitiam capiamus, ea abs te, quæ ſcire cupimus, audientes. D

Θεοδώρᾳ ρκ.

Ἀνηλώθημεν, ἐδαπανήθημεν, μυρίους ἀπεθάνομεν θανάτους· καὶ ταῦτα ἴσασιν ἀκριβέστερον ἀπαγγεῖλαι οἱ τὰ γράμματα ἐγχειρίζοντες, καὶ ταῦτα βραχεῖαν ῥοπὴν ἡμῖν συγγενόμενοι· πρὸς οὓς οὐδὲ διαλεχθῆναι μικρὸν ἠδυνήθημεν, ὑπὸ τῶν συνεχῶν πυρετῶν καταβεβλημένοι, οὓς ἔχων καὶ ἐν νυκτὶ καὶ ἐν ἡμέρᾳ ὁδοιπορεῖν ἠναγκαζόμην, καὶ θάλπει πολιορκούμενος, καὶ ὑπὸ ἀγρυπνίας διαφθειρόμενος, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν ἐπιτηδείων ἐρημίας ἀπολλυμένης, καὶ τῆς τῶν προστησομένων ἀπορίας. καὶ γὰρ τῶν τὰ μέταλλα ἐργαζομένων, καὶ τὰ δεσμωτήρια οἰκούντων χαλεπώτερα καὶ πεπόνθαμεν καὶ πάσχομεν. ὀψὲ δέ ποτε καὶ μόλις ἐπέτυχον τῆς Καισαρείας, ὡς ἀπὸ χειμῶνος εἰς γαλήνην καὶ εἰς λιμένα ἐλθών· ἀλλ' οὐδὲ ὁ λιμὴν οὗτος ἴσχυσεν ἀνακτήσασθαι τὰ ἀπὸ τοῦ κλυδωνίου κακὰ, οὕτως καθάπαξ ἡμᾶς ὁ ἔμπροσθεν χρόνος κατειργάσατο. ἀλλ' ὅμως ἐλθὼν εἰς τὴν Καισάρειαν, μικρὸν ἀνέψυξα, ὅτι ὕδατος ἔπιον καθαροῦ, ὅτι ἄρτου οὐκ ὀδωδότος οὐδὲ κατεσκληκότος μετέλαβον, ὅτι οὐκ ἔτι ἐν τοῖς κλάσμασι τῶν πίθων ἐλουόμην, ἀλλ' εὗρον βαλανεῖον οἷον δήποτε, ὅτι συγκεχώρημαι τέως τῇ κλίνῃ προσηλῶσθαι. εἶχον καὶ πλείονα τούτων εἰπεῖν, ἀλλ' ἵνα μὴ συγχέω σου τὴν μάθησιν, μέχρι τούτου ἵστημι τὸν λόγον, ἐκεῖνο προστιθεὶς, ὅτι μὴ παύσῃ ὀνειδίζουσα τοὺς ἀγαπῶσιν ἡμᾶς, ὅτι τοσούτους ἔχοντες ἐραστὰς, καὶ τοσαύτην δύναμιν περιβεβλημένους, οὐκ ἐτύχομεν οὗ τυγχάνουσιν οἱ κατάδικοι, ὥστε εἰς ἡμερώτερον καὶ ἐγγύτερόν που κατοικισθῆναι τόπον, ἀλλὰ καὶ τοῦ σώματος ἡμῖν ἀπαγορεύσαντος, καὶ τοῦ φόβου τῶν Ἰσαύρων πάντα πολιορκοῦντος, τῆς μικρᾶς ταύτης καὶ εὐτελοῦς οὐκ ἐπετύχομεν χάριτος. δόξα τῷ Θεῷ, καὶ διὰ τοῦτο [οὐ παυόμεθα γὰρ αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι δοξάζοντες] εἴη τὸ ὄνομα αὐτοῦ εὐλογημένον εἰς τοὺς αἰῶνας. πολὺ δὲ ἐξεπλάγην καὶ τὸ σὸν, ὅτι τετάρτην ταύτην ἐπιστολὴν ἢ καὶ πέμπτην ἐπεσταλκὼς τῇ διαθέσει σου καὶ τῇ κοσμιότητι, μίαν ἐδεξάμην καὶ μόνην. καίτοι τοῦτο δυσκολίας οὐκ ἦν, τὸ ἐπιστέλλειν συνεχέστερον. καὶ ταῦτα οὐκ ἐγκαλῶν σοι λέγω. τὸ γὰρ τῆς ἀγάπης οὐκ ἔστιν ἀνάγκης, ἀλλὰ προαιρέσεως· ἀλλὰ σφόδρα ἀλγῶ, ὅτι ἀθρόον ἐξέβαλες ἡμᾶς τῆς διανοίας τῆς σῆς, ἐν τοσούτῳ χρόνῳ μακρῷ μίαν ἡμῖν πέμψασα ἐπιστολήν. εἰ τοίνυν μηδὲν φορτικὸν μηδὲ ἐπαχθὲς αἰτοῦμεν, τοῦτο ἡμῖν πάρεχε, οὗ σὺ κυρία εἶ, καὶ ἐπὶ σοὶ κεῖται· τῶν γὰρ ἄλλων ἕνεκεν οὐκ ἐνοχλοῦμεν, ἵνα μὴ πρὸς τῷ μηδὲν ἀνύειν, καὶ φορτικοί τινες δόξωμεν καὶ ἐπαχθεῖς εἶναί σοι.

Theodoræ 120.

Confecti atque conſumpti ſumus: ſexcenta mortis genera oppetiimus, idque accuratius ac certius narrare poterunt, qui has literas tibi reddent: quamvis alioqui perexiguo temporis puncto mecum fuerint. Quibuſcum etiam ne tantillum quidem colloqui potui, continuis nimirum febribus dejectus & conſternatus: quibus cùm tenerer, dies noctesque iter facere E cogebar, ſic videlicet, ut & æſtu opprimerer, & vigiliis conficerer, & rerum neceſſariarum penuria, eorumque, qui mei curam gerere poſſent, inopia, perditè conflictarer. Siquidem iis, qui ad metalla damnati ſunt, & in vinculis tenentur, graviora & atrociora pertulimus, atque etiamnum perferimus. Tandem autem aliquando & ægrè Cæſaream perveni, perinde atque tempeſtate ad tranquillitatem & littus appulſus. Verùm ne hic quidem portus eam vim habuit, ut me ex iis malis, A quæ ex tempeſtate contraxeram, recrearet. Uſque adeò me, ut jam dixi, priùs tempus confecerat. Sed tamen Cæſaream ingreſſus, animum aliquantum reſumpſi; quoniam puram aquam bibi, panemque minimè fœtidum ac prædurum comedi; quoniam in doliorum fragmentis minimè corpus lavi, verum balneum, qualecumque tandem illud, nactus ſum: quoniam denique poteſtas interim mihi lecto inhærendi facta eſt. Plura dicere licebat: verùm ne animum tuum conturbem, hic ſermoni finem impono. Illud addam, ut tecum agam, ne eos, à B quibus amamur, probris unquam inſectari deſiſtas, quòd cùm tot amicos tantiſque opibus & potentia præditos habeamus, haud tamen illud conſecuti ſumus, quod etiam ſcelerati homines impetrant, nempe ut in mitiore ac propinquiore aliquo loco collocaremur, verùm, corpore etiam nobis jam fracto atque confecto, & Iſaurorum terrore omnia obſidente, exigua quoque & vilis hæc gratia nobis negata eſt. Hoc quoque nomine Dei gloria prædicetur. Neque enim ei pro-C pter omnia gloriam adhibere deſinimus. Sit nomen ejus benedictum in ſecula. De te verò illud vehementer ſum miratus, quòd, cùm quartam jam hanc, aut etiam quintam epiſtolam ad te miſerim, unicam tamen duntaxat accepi. Atqui ſæpiùs ſcribere minimè difficile erat. Hæc porrò non accuſandi animo dico. Charitatis enim officia voluntatis ſunt, non neceſſitatis. Verùm illud me malè habet, quòd me ex animo tuo confeſtim ejeciſti: ut quæ tam longo tempore unam duntaxat epiſtolam D ad me miſeris. Quocirca, ſi nihil grave ac moleſtum abs te petimus, hoc nobis præbe, quod tui arbitrii eſt, tuæque poteſtatis. Nam de cæteris rebus nihil tibi negoci faceſſo: ne præterquam quòd nihil proficiam, etiam gravis & importunus tibi eſſe videar.

Charitatis officia non ſunt neceſſitatis.

Ἀραβίῳ ρκα.

Τὴν μὲν κάμινον τῆς ἀθυμίας, ἣν ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιφέρεις ὑπὲρ τῶν εἰς ἡμᾶς γεγενημένων, σαφέστατα ἔδειξεν ἡμῖν τὸ γράμμα τὸ σὸν, καὶ πρὸ τούτου μὲν ἐπισταμένοις. οὐ γὰρ δυνησόμεθα ἐπιλαθέσθαι τῆς πηγῆς τῶν δακρύων, ἣν ἐν ἀρχῇ τῶν κακῶν τούτων ὑφαινομένων ἠφίεις. πλὴν ἀλλὰ καὶ ἡ ἐπιστολὴ τῶν δακρύων οὐκ ἔλαττον, καὶ τῶν ὀδυρμῶν ἐκείνων ἀπεκάλυψε τὴν φλόγα τῆς λύπης ἡμῖν, τῆς ἐν τῇ καρδίᾳ τῇ σῇ· τούτων προσδόκα τὰς ἀμοιβὰς παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ. ἔστι γὰρ καὶ λύπης μισθὸς καὶ μέγας καὶ πολύς·

Arabio 121.

Mœroris fornacem, quam ob ea, quæ adverſum nos perpe-E trata ſunt, animo circumfers, ex tuis literis apertiſſimè cognovi. Et quidem antè jam eum cognitum & exploratum habebam. Neque enim vim eam lacrymarum, quam, cum primùm hæc mala texerentur, profundebas, unquam oblivisci poterimus. Cæterum epiſtola quoque tua minùs quàm illæ lacrymæ ac gemitus, mœroris flammam, quæ in cor tuum irrepſit, nobis patefecit. Horum tu mercedem non mihi dubium eſt quin à benigno Deo conſequaris. Eſt enim etiam ſua mœrori conſtituta merces, & quidem magna atque ampla.

Mœrori ſua merces eſt.

 Nam-

Nam & eo tempore, quo apud Judæos vitia flagrabant, nonnulli erant, qui cùm ea, quæ ab illis perpetrabantur, corrigere minimè poſſent, luctu duntaxat & lachrymis ea proſequebantur, ac propterea ejusmodi mercedem conſecuti ſunt, ut cùm cæteri omnes perirent atque internecione delerentur, ipſi iram effugerent. Pone etenim ſignum, inquit Scriptura, *ſuper vultus ge-*
Ezech. 9. 4. *mentium & dolentium.* Atqui ea, quæ ſiebant, minimè impediebant: verùm quoniam, quod in ipſorum arbitrio ſitum erat, faciebant, hoc eſt, ob ea, quæ fiebant, in luctu ac gemitu verſabantur, maximum hinc ſibi præſidium comparârunt. Quamobrem vos quoque Domini mei, ſine ulla intermiſſione hæc lugete, benignumque Deum orate atque obſecrate, ut commune orbis naufragium comprimat. Scitis enim perſpicuè inquã ſcitis, omnia tumultibus ac perturbatione plena eſſe, nec pro Conſtantinopolitana tantum urbe, ſed pro univerſo terrarum orbe preces fundendas eſſe: quandoquidem malum, initio hinc ducto, peſtiferi cujusdam profluvii inſtar effuſum, per univerſum terrarum orbem Eccleſias pervaſtat. Quod autem à nobis contendis, hoc etiam ipſe, quamdiu corpore inter nos disjuncti erimus (nam animo ſemper, & tecum, & cum univerſa tua familia conſtricti ſumus) ut facias quæſo, hoc eſt quàm ſæpiſſimè ad nos ſcribere, noſque de tua valetudine certiores facere ne pigreris. Neque enim tibi dubium eſt, quàm gratum id nobis futurum ſit. Quoniã autem nos ut in domum tuam diverteremus, imperaſti, (quemadmodum cùm exceſſiſſem intellexi) hoc habeto, inimicis noſtris non jam placuiſſe ut Sebaſtiam abduceremur, verùm in deſertiſſimum locum Armeniæ Cucuſum atque ob Iſaurorum incurſionem & impetum, periculoſiſſimum. Tibi tamen gratiam habemus, honoremque accepimus, quòd, etiam cùm abeſſemus, tanta te noſtri cura tenuit, ut hoſpitium quoque nobis parares, atque, ut domi tuæ diverſaremur, obſecrares. Verùm ſi quos Cucuſi amicos habes, ad eos literas mittas, velim.

Mariano 122.

Beatus es, ac ter beatus, idque ſæpius, ut qui tam gravi tempeſtate, tantiſque rerum procellis, tantæ erga pauperes liberalitatis ſpecimen edideris. Neque enim nobis ingens tua benignitas incognita atque obſcura fuit: quodque communis omnibus portus extiteris, pupillorum patrocinium ſuſcipiens, viduarum mœrorem omni ratione leniens, earum inopiam ſuſtentans, paupertatem levans, ac ne hujuſce quidem anguſtiæ ſenſu eos affici ſinens, verùm quidvis ipſis te præbens, plebemque univerſam frumento & vino, aliiſque omnibus rebus alens. Deus tibi, & hîc, & in futuro ævo, largitionis hujus munificentiæ, ſtudii, zeli, amoris erga pauperes, & ſinceræ charitatis mercedem pendat, ſiquidem omnibus his virtutibus abundas ac flores, maxima tibi præmia in futuro ævo recondens. Hæc nos de te audientes, licet alioqui in tanta ſolitudine verſemur, ac multis incommodis undique vexemur (nam & Iſaurici metus obſidio, & loci ſolitudo, & hyemis aſperitas nos vehementer premit) tamen ne moleſtiarum quidem ſenſu afficimur, verum ingentem conſolationum copiam accipimus, ob tantas virtutes, ac divitias omnem orationi facultatem excedentes, quas in cœlo tibi ipſi cumulas. mirifica quadam lætitia exultantes. Ut igitur alio quoque nomine lætemur, ne quæſo quàm ſæpiſſimè ad nos ſcribere, deque tua valetudine læta nobis nunciare graveris. Nam de ea aliquid audire majorem in modum cupimus. Idque ipſe etiam noſti: quandoquidem illud quoque tibi compertum eſt, quanto tui amore teneamur.

Phœniciæ Presbyteris & Monachis, Gentiles in Chriſtiana Religione inſtituentibus 123.

Gubernatores, cùm mare furore percitum & excitatum, atq; ingentem tempeſtatem ac turbinem cernunt, non modò navim non deſerunt, ſed etiam tunc majore ſtudio atque animi promptitudine utuntur, tum ipſi vigilantes, tum alios excitantes. Medicique rurſus, cùm febrim excitatam eſſe ac vehementer ſævire perſpiciunt, ægrotum non modò non relinquunt, verùm etiam tum denique, & per ſe, & per ſe, & per aliorum operam ad profligandum morbum plus ſtudii atque operæ adhibent. Quorſum hæc commemoro? Nimirum ut ne quis vos ob exortum tumultum in fraudem impellat, adducatque, ut Phœniciam relinquatis, ex eaque ſecedatis: quin potius, quò plures difficultates vobis objiciuntur, graviorefque fluctus ac major perturbatio, eo quoque conſtantiùs laboretis, excubetis, majorem animi promptitudinem adhibeatis, ut ne præclariſſima veſtra ſubſtructio corruat, nec tantus veſter labor fructu careat, ſuſceptaque in animorum cultu opera deleatur. Poteſt enim Deus, & hunc tumultum ſedare,

A ἐπεὶ καὶ ἐπὶ Ἰουδαϊκῶν κακῶν ἦσάν τινες, οἳ τὰ γινόμενα παρ' αὐτῶν διορθῶσαι μὲν οὐκ ἠδύναντο, ἔστενον δὲ μόνον καὶ ἐθρήνουν, καὶ τοιαύτην ἐκαρπώσαντο τὴν ἀμοιβήν, ὡς τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀπολλυμένων, καὶ πανωλεθρίᾳ παραδιδομένων, ἐκείνους διαφυγεῖν τὴν ὀργήν. δὸς γάρ, φησι, τὸ σημεῖον ἐπὶ τὰ πρόσωπα τῶν στεναζόντων καὶ ὀδυρομένων· καίτοι γε οὐκ ἐκώλυον τὰ γινόμενα, ἀλλ' ἐπειδὴ ὅπερ κύριοι ἦσαν ἐποίουν, ἔστενον, ἐθρήνουν τὰ γινόμενα, μεγίστην ἐντεῦθεν τὴν ἀσφάλειαν ἐκτήσαντο. B μὴ οὖν διαλίπητε καὶ ὑμεῖς δέσποταί μου στένοντες ταῦτα, καὶ τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν παρακαλοῦντες δοῦναι λύσιν τῷ κοινῷ τῆς οἰκουμένης ναυαγίῳ. ἴστε γὰρ ἴστε σαφῶς, ὡς πάντα θορύβων καὶ ταραχῆς πεπλήρωται· καὶ οὐχ ὑπὲρ Κωνσταντινουπόλεως χρὴ μόνον παρακαλεῖν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς οἰκουμένης ἁπάσης· ἐπειδήπερ ἐντεῦθεν ἀρξάμενον τὸ κακόν, καθάπερ ῥεῦμα πονηρὸν ἐκχυθὲν πανταχοῦ τῆς γῆς τὰς ἐκκλησίας λυμαίνεται. C ὅπερ δὲ ἡμᾶς παρεκάλεσας, τοῦτο καὶ αὐτὸς παρ' ἡμῶν παρακλήθητι, ἕως ἂν ὑμῶν ὦμεν κεχωρισμένοι τῷ σώματι. τῇ γὰρ ψυχῇ ἀεὶ καὶ τῇ εὐγενείᾳ, καὶ τῷ οἴκῳ σου συνδεδέμεθα. συνεχῶς ἡμῖν ἐπίστελλε, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου εὐαγγελίζεσθαι μὴ κατόκνει. οἶδα γὰρ ἡλίκην δώσεις τὴν χάριν· ἐπειδὴ δὲ ἐκέλευσας ἡμᾶς ἐν τοῖς σοῖς καταχθῆναι, καθὼς ἔμαθον ἐξελθών, οὐκ ἔτι ἔδοξεν ἡμᾶς εἰς Σεβάστειαν ἀπενεχθῆναι, ἀλλ' εἰς ἐρημότατον χωρίον τῆς Ἀρμενίας, Κουκουσόν, καὶ σφαλερώτατον τὸ τῆς τῶν Ἰσαύρων ἐπιδρομῆς ἕνεκεν. D χάριν μέντοι ἴσμεν τῇ εὐγενείᾳ τῇ σῇ, καὶ δεδέγμεθα τὴν τιμήν, ὅτι καὶ ἀπόντων οὕτως ἐφρόντισας, ὥστε εὐτρεπίσαι τὸ καταγώγιον ἡμῖν, καὶ παρακαλέσαι ἐν τοῖς ἡμᾶς καταχθῆναι· ἀλλ' εἴ τινες εἶέν σοι φίλοι κατὰ τὴν Κουκουσόν, ἐκείνοις ἐπιστεῖλαι παρακλήθητι.

Μαρκιανῷ ρκβ'.

E Μακάριος εἶ, καὶ τρισμακάριος, καὶ πολλάκις τοῦτο, ἐν οὕτω χειμῶνι χαλεπῷ, καὶ τοσαύτῃ τῶν πραγμάτων ζάλῃ, τοσαύτην ἐπιδεικνύμενος περὶ τοὺς δεομένους μεγαλοψυχίαν. οὐ γὰρ ἔλαθεν ἡμᾶς τῆς φιλανθρωπίας σου τὸ μέγεθος, καὶ ὅτι κοινὸς ἅπασι γέγονας λιμήν, ὀρφανοῖς παριστάμενος, χήρας παντὶ τρόπῳ παραμυθούμενος, ἀνέχων αὐτῶν τὴν πενίαν, διορθούμενος τὴν πτωχείαν, οὐδὲ αἴσθησιν ἀφιεὶς λαμβάνειν τῆς στενοχωρίας ταύτης, ἀλλ' ἀντὶ A πάντων αὐτοῖς γινόμενος, καὶ δῆμον ὁλόκληρον διατρέφων σίτῳ καὶ οἴνῳ, καὶ ἐλαίῳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν. ὁ Θεός σοι τὸν μισθὸν ἀποδῴη καὶ ἐν τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι τῆς μεγαλοψυχίας ταύτης, τῆς δαψιλείας, τῆς προθυμίας, τοῦ ζήλου, τῆς φιλοπτωχείας, τῆς γνησίας ἀγάπης· καὶ γὰρ ἐν ἅπασι τούτοις βρύεις καὶ κομᾷς, μέγιστα σεαυτῷ ἀποτιθέμενος βραβεῖα ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι. ταῦτα καὶ ἡμεῖς μανθάνοντες ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ καθήμενοι, καὶ πολλαῖς κυκλούμενοι περιστάσεσι, [καὶ γὰρ Ἰσαυρικοῦ φόβου πολιορκία, καὶ χωρίου ἐρημία B καὶ χειμῶνος σφοδρότης ἡμᾶς θλίβει] ἀλλ' ὅμως ταῦτα ἀκούοντες περὶ τῆς σῆς τιμιότητος, οὐδὲ αἴσθησιν τούτων λαμβάνομεν τῶν λυπηρῶν, ἀλλὰ καὶ πολλὴν καρπούμεθα τὴν παράκλησιν, σκιρτῶντες, εὐφραινόμενοι, χαίροντες ἐπὶ τοῖς τοσούτοις κατορθώμασιν, ἐπὶ τῷ πλούτῳ τῷ ἀφάτῳ, ὃν ἐν οὐρανοῖς συνάγεις σεαυτῷ. ἵν' οὖν καὶ ἐν ἑτέρῳ εὐφραινώμεθα, γράφειν ἡμῖν συνεχῶς μὴ κατόκνει, τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς εὐαγγελιζόμενος. σφόδρα γὰρ ἐπιθυμοῦμεν ἀκούειν τὰ περὶ C τῆς ῥώσεως τῆς σῆς· καὶ τοῦτο οἶσθα καὶ αὐτός, ἐπειδήπερ κἀκεῖνο οἶσθα, ὅπως ἀεὶ τῆς ἀγάπης τῆς σῆς ἀντεχόμεθα.

Πρὸς τοὺς ἐν Φοινίκῃ πρεσβυτέρους, καὶ μονάζοντας, τοὺς κατηχοῦντας τοὺς Ἕλληνας ρκγ'.

Οἱ κυβερνῆται ἐπειδὰν ἴδωσι τὴν θάλατταν μαινομένην, καὶ ἐγειρομένην, καὶ πολὺν τὸν χειμῶνα, καὶ τὴν ζάλην, οὐ μόνον οὐκ ἀφιᾶσι τὸ πλοῖον, ἀλλὰ καὶ τότε πλείονι κέχρηνται τῇ σπουδῇ, καὶ μείζονι τῇ D προθυμίᾳ, καὶ αὐτοὶ νήφοντες, καὶ τοὺς ἄλλους διεγείροντες. καὶ ἰατροὶ πάλιν ὅταν ἴδωσι τὸν πυρετὸν ἐγερθέντα, καὶ σφοδρὸν γινόμενον, οὐ μόνον οὐ καταλιμπάνουσι τὸν νοσοῦντα, ἀλλὰ καὶ τότε καὶ αὐτοὶ πάντα ποιοῦσι, καὶ δι' ἑαυτῶν, καὶ δι' ἑτέρων μείζονι κεχρημένοι τῇ σπουδῇ καὶ τῇ προθυμίᾳ, ὥστε λῦσαι τὸ κακόν. τίνος ἕνεκεν ταῦτα λέγω; ἵνα μή τις ὑμᾶς ἀπατήσῃ διὰ τὴν ταραχὴν τὴν γεγενημένην καταλιπεῖν τὴν Φοινίκην, καὶ ἀναχωρῆσαι ἐκεῖθεν, ἀλλὰ ὅσῳ E πλείους αἱ δυσκολίαι, καὶ χαλεπώτερα τὰ κύματα, καὶ μείζων ἡ ταραχή, τοσούτῳ μᾶλλον ἐμμένετε σπουδάζοντες, νήφοντες, ἀγρυπνοῦντες, πλείονα προθυμίαν ἐπιδεικνύμενοι, ὥστε μὴ τὴν οἰκοδομὴν ὑμῶν τὴν καλλίστην καταλυθῆναι, μηδὲ τὸν τοσοῦτον πόνον ἀνωφελῆ γενέσθαι, μηδὲ τὴν γεωργίαν ὑμῶν ἀφανισθῆναι. ἱκανὸς γὰρ ὁ Θεὸς καὶ τὴν ταραχὴν λῦσαι;

καὶ

καὶ τῆς ὑπομονῆς ὑμῶν δοῦναι τὸν μισθόν. οὐδὲ γὰρ τοσοῦτος ὑμῖν ὁ μισθὸς, ὅτε μετ' εὐκολίας τὰ πράγματα ἠνύετο, ὅσος ἐστὶν ὑμῖν νῦν, ὅτε πολλὴ ἡ δυσκολία, πολλὴ ἡ ταραχὴ, πολλοὶ οἱ σκανδαλίζοντες. ἐννοοῦντες τοίνυν καὶ τὸν κάματον ὃν ἐκάμετε, καὶ τὸν πόνον ὃν ὑπεμείνατε, καὶ τὰ κατορθώματα, ἃ κατωρθώσατε, καὶ ὅτι χάριτι Θεοῦ τοσοῦτον κατελύσατε τῆς ἀσεβείας τὸ μέρος, καὶ εἰς προκοπὴν τὰ πράγματα τῆς Φοινίκης ἦλθε, καὶ ὅτι πλείων ὁ μισθὸς νῦν ὑμῖν καὶ μείζων ἡ ἀμοιβὴ, καὶ ὅτι ταχέως ὁ Θεὸς καὶ τὰ κωλύματα καταλύσει, καὶ πολλὰς ὑμῖν τῆς ὑπομονῆς δώσει τὰς ἀντιδόσεις, παραμένετε, ἐνίστασθε, οὐδὲν γὰρ ὑμῖν ἔχει λεῖψαι οὐδὲ νῦν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς ἀφθονίας καὶ δαψιλείας ἀπολαύειν ὑμᾶς ἐκέλευσα, εἴτε ἐν ἐνδύμασιν, εἴτε ἐν ὑποδήμασι, εἴτε ἐν διατροφαῖς τῶν ἀδελφῶν. εἰ δὲ ἡμεῖς ἐν τοσαύτῃ θλίψει ὄντες, καὶ περιστάσει, καὶ ἐρημίαν οἰκοῦντες τὴν Κουκουσοῦ, τοσαύτην ποιούμεθα φροντίδα τῶν κατορθωμάτων τῶν ὑμετέρων, πολλῷ μᾶλλον καὶ ὑμᾶς δεῖ πολλῆς εὐπορίας ἀπολαύοντας, κατὰ τὴν χρείαν λέγω τῶν ἀναγκαίων, τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισφέρειν. παρακαλῶ τοίνυν, μηδεὶς ὑμᾶς φοβήσῃ· καὶ γὰρ καὶ τὰ πράγματα χρηστοτέρας ἔχει ἐλπίδας, καὶ δυνήσεσθε τοῦτο μαθεῖν ἀπὸ τῶν ἀντιγράφων τῶν ἀποσταλέντων παρὰ τοῦ κυρίου μου τοῦ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου Κωνσταντίου· καὶ ἐὰν παραμείνητε, κἂν μυρία ᾖ τὰ κωλύματα, πάντων περιέσεσθε. οὐδὲν γὰρ ὑπομονῆς ἴσον καὶ καρτερίας. πέτρᾳ γὰρ ἔοικεν· αἱ δὲ ταραχαὶ αὗται, καὶ αἱ ἐπιβουλαὶ, αἱ κατὰ τῆς ἐκκλησίας γινόμεναι, κύμασιν ἐοίκασι προσρηγνυμένοις τῇ πέτρᾳ, καὶ διαλυομένοις εἰς οἰκεῖον ἀφρόν. ἐννοήσατε ὅσα οἱ μακάριοι ἀπόστολοι ἔπαθον καὶ παρὰ οἰκείων, καὶ παρὰ ἀλλοτρίων, καὶ ὅτι πάντα τὸν χρόνον τοῦ κηρύγματος διὰ πειρασμῶν, διὰ κινδύνων, δι' ἐπιβουλῶν διήνυσαν, εἰς δεσμωτήρια, καὶ ἀλύσεις, καὶ ἀπαγωγὰς, καὶ μάστιγας, καὶ λιμοὺς, καὶ γυμνότητας δαπανώμενοι. ἀλλ' ὅμως καὶ ἐν αὐτοῖς τοῖς δεσμωτηρίοις οἰκοῦντες, τῆς ἐγχειρισθείσης αὐτοῖς οἰκονομίας οὐκ ἀφίσταντο. ἀλλ' ὁ μακάριος Παῦλος καὶ δεσμωτήριον οἰκῶν, καὶ μεμαστιγωμένος, καὶ αἵματι περιῤῥεόμενος, καὶ ξύλῳ προσδεδεμένος, καὶ τοσαῦτα πάσχων, καὶ ἐμυσταγώγει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ τὸν δεσμοφύλακα ἐβάπτιζε, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ πάντα ἐποίει. ταῦτ' οὖν ἅπαντα καὶ τὰ τοιαῦτα λογιζόμενοι, καθάπερ ὑμῶν παρεκάλεσα τὴν ἀγάπην, στήκετε ἑδραῖοι, ἀμετακίνητοι, ἀνεξαπάτητοι, τὴν τοῦ Θεοῦ ἐλπίδα ἀναμένοντες, καὶ τὴν ἐκεῖθεν συμμαχίαν, ἧς ἴσον οὐδὲν, καὶ ἀντιγράψαι ἡμῖν περὶ πάντων σπουδάσατε ἐξ αὐτῆς. διὰ γὰρ τοῦτο καὶ Ἰωάννην τὸν εὐλαβέστατον πρεσβύτερον εἰς τοῦτο ἀπεστείλαμεν, ὥστε παρακαλέσαι ὑμῶν τὴν διάνοιαν, καὶ μὴ ἀφεῖναι ὑπὸ μηδενὸς παρασαλευθῆναι. ἐγὼ τὸ ἐμαυτοῦ πεποίηκα, καὶ λόγοις παρακαλῶν, καὶ συμβουλαῖς ἀνορθῶν, καὶ τὴν χρειῶν τὴν ἀφθονίαν παρέχων, ὥστε ἐν μηδενὶ ὑμᾶς ὑστερηθῆναι. εἰ δὲ μὴ βουληθείητέ μου ἀνέχεσθαι, ἀλλ' αὐτοῖς ἀπατῶσιν ὑμᾶς καὶ ἀναπτεροῦσι πεισθῆναι, ἐγὼ ἀνεύθυνός εἰμι· ἴστε δὲ καὶ ἡ καταγνῶσις αὕτη καὶ ἡ ζημία ἐπὶ τίνα ἔρχεται. ἵν' οὖν μηδὲν τοιοῦτον γένηται, παρακαλῶ ἀνέχεσθαί μου, τοῦ σφόδρα ὑμᾶς ἀγαπῶντος. καὶ περὶ ὧν ἂν δέησθε, ἢ ἐπιστείλατε ἡμῖν· ἢ, εἰ βούλεσθε, ἕνα τινὰ πέμψατε πρὸς ἡμᾶς, καὶ οὐδὲν ὑμῖν ὑστερήσει καθόλου.

& patientiæ mercedem vobis numerare. Neque enim tanta vobis merces conſtituta erat, cùm negotia ſine ulla difficultate ac moleſtia conficiebantur, quanta nunc eſt, cùm magna difficultas proponitur ingens perturbatio, multique ſunt, qui offenſionem afferant. Quocirca laborem eum, quem pertuliſtis, & ærumnam quam ſuſtinuiſtis, & ea, quæ præclarè atque cum laude geſſiſtis, cũ animis veſtris reputantes, illudq; item, divino numine favente tantam jam impietatis partem à vobis extinctam eſſe, Phœniciæque res ingentem progreſſum feciſſe, atq; illud inſuper majorem nunc vobis mercedẽ amplioremq; remunerationem vobis fore, ac deniq; Deum impedimenta quoq; brevi ſublaturum, & multa vobis patientiæ præmia perſoluturum eſſe, illic quæſo permanete atque conſiſtite. Nam ne nunc quidem vobis quicquam deeſſe poteſt. Ego enim, ut omnia, tam in indumentis, quàm in calceamentis, ac fratrum alimentis, eadem, qua priùs, copia & affluentia vobis ſuppeditentur, imperavi. Quòd ſi nos, cùm in tanta calamitate atque acerbitate verſemur, ac Cucuſi ſolitudinem incolamus, tantam virtutum laudumque veſtrarum curam gerimus, multo ſanè magis vos etiam; cùm, quæ opus ſunt, abundè vobis prolixèque ſuppetant, quæ veſtrarum partium ſunt, præſtare convenit. Quamobrem date operam, quæſo, ne quis vos terreat. Nam & negocia meliorem jam ſpem oſtendunt: idque ipſi ex literarum, quæ à Reverendiſſimo Domino meo Presbytero Conſtantio miſſæ ſunt, exemplis facilè intelligetis. Ac ſi permaneatis, ut etiam ſexcenta impedimenta oboriantur, omnia tamen frangetis. Neque enim quicquam patientiam ac tolerantiam robore adæquare poteſt. Rupi enim ſimilis eſt: contra motus ii omnes, cæquæ inſidiæ, quæ adverſus Eccleſiam ſtruuntur, fluctibus non diſſimiles ſunt, qui rupi illiduntur, atque in ſpumam ſuam dilabuntur. In mentem vobis veniat, quanta Apoſtoli, tum à ſuis, tum ab exteris pertulerint: & quemadmodum omne prædicationis tempus per tentationes, per pericula, per inſidias confecerint, nunc carcere & vinculis, nunc exiliis, nunc flagris, nunc fame & nuditate conſumpti. Et tamen, etiam cum carcere incluſi tenerentur, à munere ſibi commiſſo minimè abſiſtebant: verùm B. Paulus, etiam cùm in vincula conjectus ac flagris conciſus eſſet, & totus cruore difflueret, & ligno alligatus eſſet, & tot malis premeretur, nihilominus tamen in ipſo quoque carcere antiſtitis ſacri munere fungebatur, & carceris cuſtodem baptiſmo donabat, eaque omnia, quæ ſui muneris erant, exequebatur. Hæc igitur omnia, aliaque id genus, animo volventes, quemadmodum vos jam hortatus ſum, firmi atque immobiles ſtate, voſque ita comparate, ut nullius fraudibus pateatis. Dei ſpem, ipſiusque opem atque auxilium, cui nihil par eſſe poteſt, expectantes. Ac de omnibus his rebus, ut reſponſum à vobis feramus, curate. Hac enim de cauſa etiam Joannẽ religioſiſſimum Presbyterum miſimus, ut vos cohortetur, nec animos veſtros à quoquam labefactari atque commoveri ſinat. Equidem ipſe, quod mei muneris erat, præſtiti, tum vos ſermonibus cohortans, tum conſiliis erigens, tum ea, quæ opus erant, prolixè ſubminiſtrans: quò nihil omninò vobis deeſſet. Quòd ſi me perferre minimè volueritis, verùm iis potiùs, qui vobis impoſturam faciunt, ac velut pennas vobis addunt, fidem adhibeatis, extra culpam ipſe ſum. Vos autem haud fugit, in cujus caput hæc condemnatio atque jactura cadat. Ne igitur quicquam hujuſmodi contingat, vos etiam atque etiam rogo, ut me, qui vos impensè amo, perferatis. De iis autem rebus, quibus vobis opus fuerit, vel ad nos ſcribite, vel, ſi ita lubet, hominem mittite: nec vobis quicquam omninò defuturum eſt.

Patientia rupi ſimilis eſt.

Γεμέλλῳ ρκδ΄.

Ἄλλοι μὲν τῇ θαυμασιότητί σου συνήδονται τῆς ἀρχῆς, ἐγὼ δὲ τῇ πόλει, καὶ τῇ μεγαλοπρεπείᾳ δὲ τῇ σῇ, οὐ διὰ τὴν ἐντεῦθεν τιμήν. [ὑψηλότερος γὰρ τῶν τοιούτων μεμελέτηκας εἶναι] ἀλλὰ διὰ τὸ λαβεῖν ἀφορμὴν τὴν παρέχουσάν σοι μετὰ πολλῆς τῆς ἀδείας, καὶ τοῖς πολλοῖς δεῖξαι τὴν σύνεσίν σου, καὶ τὴν ἡμερότητα, καὶ τὸ ἐντεῦθεν κέρδος συναγαγεῖν. εὖ γὰρ οἶδα ὅτι καὶ τοὺς σφόδρα τῇ γῇ προσηλωμένους, καὶ πρὸς τὰ ὀνείρατα ταῦτα κεχηνότας, [λέγω δὴ τὴν παρὰ τῶν πολλῶν δόξαν] παιδεῦσαι δυνήσῃ, ὅτι οὐκ ἐν τῇ χλανίδι, καὶ τῇ ζώνῃ, οὐδὲ ἐν τῇ φωνῇ τοῦ κήρυκος ὁ ἄρχων, ἀλλ' ἐν τῷ τὰ πεπονηκότα ἀνακτᾶσθαι, καὶ τὰ κακῶς ἔχοντα διορθοῦν, καὶ κολάζειν μὲν ἀδικίαν, μὴ συγχωρεῖν δὲ ὑπὸ δυναστείας τὸ δίκαιον ἀπελαύνεσθαι. καὶ γὰρ οἶδά σου τὴν παῤῥησίαν, τὴν ἐλευθεροστομίαν, τῆς διανοίας τὸ ὕψος, τὴν τῶν βιωτικῶν ὑπεροψίαν, τὸ μισοπόνηρον, τὸ ἥμερον, τὸ φιλάνθρωπον, οὗ μάλιστα ἄρχοντι δεῖ. διὸ κἀκεῖνο οἶδα σαφῶς, ὅτι λιμὴν ἔσῃ τῶν ναυαγούντων, βακτηρία τῶν ἐπιγονυκλιθέντων, πύργος τῶν ὑπὸ δυναστείας ἀδίκως πολεμουμένων. καὶ ἔσται ταῦτα ῥᾳδίως. οὐδὲ γὰρ πόνου σοι δεῖ, οὐδὲ ἱδρῶτος, οὐδὲ χρόνου μακροῦ εἰς τὸ κατορθοῦν ταῦτα. ἀλλ' ὥσπερ ὁ ἥλιος ὁμοῦ τε φαίνεται, καὶ πάντα λύει ζόφον·

Gemello 124.

Alii quidem ob magiſtratum tibi gratulantur: ego autem urbi ac tibi, non ob hunc honorem, quo auctus ornatusq; es (ſublimior enim his rebus eſſe didiciſti) ſed quod occaſionem nactus ſis, qua prudentiæ ac lenitatis tuæ ſpecimen quamplurimis hominibus facilè præbeas, lucrumque, quod hinc oritur, colligere queas. Neque enim mihi dubium eſt, quin eos, qui terræ nimiũ affixi ſunt, atq; his inſomniis, id eſt humanæ gloriæ, inhiant, hoc edocere poſſis, prætorem non in veſte ac cingulo, nec in præconis voce ſitum eſſe, verùm in hoc demum, ut, quæ labefactatá ſunt, in integrum reſtituat, & quæ malo ſtatu ſunt, corrigat, atque injuſtitiam coërceat, nec jus ab opibus & potentia in fugam verti patiatur. Mihi enim explorata eſt animi tui fiducia, loquendi libertas, mentis ſublimitas, rerum hujus vitæ contemptio, improborum odium, lenitas, humanitas, qua potiſſimum is, qui aliis præeſt, opus habet. Ac proinde illud quoque perſpectiſſimum habeo, fore, ut & iis, qui per injuriam à potentibus premuntur, turris ſis. Et quidem nullo negocio hæc futurus es. Non enim labor, non ſudor, non longum tempus ad hæc perficienda requiritur: verùm quemadmodum Sol, ſimulatque lucet, ſtatim caliginem omnem fugat: ſic

ſic etiam te, ſimulatque in ſolio conſpectus es, primo etiam die, tum eos, qui injuriam aliis inferre conabantur, repreſſiſſe, tum eos, quibus injuria fiebat, etiam antequam ad tribunal accederes, omni vexatione liberaſſe confido. Atque ad hæc perficienda ſatis ſuperque virium ea opinio habuit, quam homines de tua ſapientia conceptam animis habebant. Ob eamque cauſam, etſi alioqui in ſolitudine degens, ac multis incommodis affectus, ingenti tamen lætitia perfundor, nimirum ex ea, quàm iis, qui læduntur, affers, ope propriam mihi voluptatem fingens.

Cyriaco Epiſcopo exulanti 125.

Age, mœſtitiæ tuæ ulcus velut fomentis quibuſdam adhibitis rurſus leniam, atque cogitationes eas, quæ hanc nubem collegerunt, diſcutiam. Ecquid enim eſt, frater, quòd mœres atque animum dejicis? An quia gravis eſt tempeſtas, ac ſævum naufragium, quod Eccleſiam occupavit? Hoc ipſe quoque ſcio, nec ullus eſt, qui inficias ire poſſit. Imò verò, ſi ita lubet, eorum quæ fiunt, imaginem tibi adumbrabo. Mare videmus ab imis uſque gurgitibus revulſum, nautas gubernaculorum ac remorum loco manus genibus implicitas habentes, præque tempeſtatis magnitudine tanta conſilii inopia laborantes, ut nec cœlum, nec mare, nec terram cernant, verùm flentes ac lamentantes in tabulatis jaceant. Atque in mari quidem ita evenire ſolet: nunc autem in noſtro quoque mari gravior procella gravioreſque fluctus excitantur. Verùm fac Domino noſtro ſupplex ſis, qui non arte tempeſtatem ſuperat, ſed nutu ſolo eam diſcutit. Quòd ſi precibus ad eum adhibitis nondum tamen exauditus es, ne propterea elangueſcas, animumque deſpondeas. hujuſmodi namque benigni illius numinis mos eſt. Quid enim? An non tres illos pueros à periculo ſubducere poterat, ac, ne in ignis fornacem inciderent, prohibere? At poſtquam captivi abducti, atque in barbarorum regionem abjecti, paternaque hæreditate everſi, atque ab omnibus deſperati ſunt, nec jam ullum mali genus deerat, tum denique Chriſtus, verus Deus noſter, repente miraculum edidit,
Dan.1, 37. ignemque diſſipavit. Ignis enim juſtorum virtutem minimè ferens, è *fornace exiliit, atque Chaldæos, quos circum fornacem nactus eſt, exuſſit.* Ac tum fornax, Eccleſiæ inſtar ipſis erat: atque res omnes conditas, tam quæ oculis cernuntur, quàm quæ ab oculorum ſenſu remotæ ſunt, hoc eſt Angelos & Virtutes, acerſebant, ſicque omnia in unum complectentes, his verbis utebantur, Benedicite omnia opera Domini Domino. Videſne quemadmodum juſtorum patientia ignem in rorem commutavit, tyrannique animum ita inflexit, ut per univerſum orbem litteras mitteret, ad hunc modum loquens: Magnus Deus Sidrâc, Miſâch, & Abdenago? Ac vide quàm atrox ſupplicium conſtituit, ſi quis adverſus ipſos aliquid contumelioſè dixiſſet: nempe ut domus ipſius ac facultates omnes diriperentur. Quæ cùm ita ſint, ne animum demittas, ac deſperatione frangaris. Nam nec ego, cum civitate pellerer, quicquam horum curabam, verum
Pſal.23,3. mecum ipſe ita loquebar: Si imperatrix me exilio mulctare vult, exulem ſanè: *Domini eſt terra & plenitudo ejus.* Si ſerra de me ſupplicium capere cupit, diſſecer, Eſaiam pro exemplo habens.
Jonæ 1. Si me in mare præcipitem dare vult, Jonam mihi in memoriam
Dan. 3. redigo. Si in fornacem conjicere vult, tres pueros habeo, qui eodem ſupplicio affecti ſunt. Si feris objicere, Danielem, qui leonibus objectus eſt, habeo, eumque mihi animo propono. Si la-
Ibid. 6. pidibus obruere vult, obruat: Stephanum habeo primum mar-
Act. 7. tyrem. Si caput meum accipere vult, accipiat: Joannem habeo. *Si facultates meas ſumere, ſumat: nudus egreſſus ſum de ventre*
Marc. 6. *matris meæ, nudus etiam hinc abſcedam.* Monet me his verbis A-
Job.1,21. poſtolus: *Deus hominis perſonam non accepit.* Atque his rurſum:
Gal.2,6. *Si adhuc hominibus placerem, Dei ſervus non eſſem.* Mihi etiam
Papæ, quanta res eſt generoſus & fortis animus, qui voluptaA tem ac ſecuritatem non aliunde uſquam, verùm domi atq; à ſeipſo percipit: quódq; mirabile eſt, ab iis rebus, quæ multorum opinione horrendæ ac periculoſæ ſunt. Nam non modò non perturbari ac diſcruciari, cum quibuſdam odio ſis, verum etiam hoc nomine gloriari, neque gloriari ſolùm, ſed etiam eos qui te oderint, miſerari, atque ut meliorem mentem induant, probiq; efficiantur, expetere, cujus tandem prudentiæ, cujuſq; philoſoB phiæ eſt? Ac propterea te, cumprimis admirande & magnifice domine, laudibus afficimus ac ſuſpicimus: propterea, inquam, nos quoq; magnopere exultamus, ob tuam amicitiam, tanquam ob ſplendidam coronam gloriantes. Quoniam autem preces quoque à nobis per literas expoſcis, velim intelligas, nos ne ante has quidem literas vota facere deſtitiſſe, ut animam uſq; adeo magnam & philoſophicam ſacris initiari, ac ſancroſanctis illis tremendiſq; myſteriis donari conſpiceremus. Ac ſi nobis lætum C hujuſmodi nuncium accipere liceat, jam & hoc exilio liberati erimus, & ſolitudinis memoriam deponemus, & corporis imbecillitate, cum qua nunc nobis certamen eſt, ſolutos nos eſſe ducemus. Nec verò illud nobis dubium eſt, quin noſtra opera arcana hæc bona conſequi ſtudeas & concupiſcas. Quod etiam, ut ipſe noſti, nobis quoque ſtudio atque cupiditati eſt. Verùm, ſi à nobis mora aliqua interveniat, huic tamen rei ne mora afferatur, cura. Omnino enim, etiam ſi ipſi abſfuerimus, homines noD bis amiciſſimi non defuturi ſunt, qui te ad hanc ſacerdotii dignitatem provehere queant. Quod ſi contingat, eadem voluptate afficiemur, qua afficeremur, ſi cœleſtis hujus beneficii largitioni adminiſtrandi ipſimet operam præbuiſſemus, quandoquidem etiam eadem eſt gratia.

Adoliæ 133.

Quid ais? Rurſum inſidias luges, gravibúſque calamitatiE bus affectam te eſſe inquis? Quid autem obſtat (velim dicas) quin in tranquillum portum te conferas, atque his omnibus fluctibus libereris? An non hæc tibi ſemper occinebam, nec tamen unquam mihi obtemperandum duxiſti? Quin potius ipſa quoque tibi ab hujuſmodi negotiorum luto ſexcenta mala accerſis, in cœnum perpetuò illabens: ac nobis, dum hæc pateris, crebros ac perpetuos mœrores affers. Quid enim? An me levi mœrore affici cenſes, cùm ea audivi, quæ ad me ſcripſiſti, nimirum te à propinquis, vel potius alienis,

(ipſis enim tuis verbis utar) proditam eſſe, graveſque tragœdias pertuliſſe? Quouſque fumo aſſides, & clarum animi oculum turbas? Nunquámne te ab hac acerbiſſima ſervitute in libertatem vindicabis? Quid autem impediebat, quo minus huc venires, nóſque de his rebus conſilium unà caperemus? ſiquidem ſcribis te nunquam horum ſenſum ullum capturam fuiſſe, ſi id contigiſſet. Magna ſi ita eſt, magna admiratione ac ſtupore teneor, neque ullam aliam cauſam tam diuturnæ tuæ à nobis abſentiæ reperio, quàm negligentiam ac pigritiam. Nam & exiguo itineris intervallo divellimur, & anni pars ad peregrinandum perquam idonea eſt, ut quæ nec frigore, nec æſtu moleſta ſit. Verum rurſus fortaſſe, quæ tibi omnium malorum parens exſtitit, hoc eſt rerum hujuſce vitæ cura, eadem nunc quoque tibi impedimentum affert. Ego verò, ut, ſi venias, ingentem gratiam habiturus ſum, ita, niſi venias, minimè propterea te accuſabo, ac moleſtè feram: verùm eam quidem charitatem, quam ſemper tibi præſtiti, integram ac florentem retineo, illud autem iniquo atque acerbo animo fero, cum te innumeris negotiis implicitam teneri, ac ſexcentas curarum hujuſce vitæ ſarcinas circumferre audio. Ac niſi me exilii neceſſitas tanquam compedibus quibuſdam adſtrictum teneret, tibi negotium haudquaquam faceſſerem, verùm, etiamſi graviore adhuc, quàm qua nunc ſum, corporis imbecillitate laborarem, ipſe ſanè ad te excurriſſem, neque priùs quidvis agere ac moliri deſtitiſſem, quàm te ex hac tempeſtate atque innumerorum malorum cœno & colluvie extraxiſſem. Quoniam autem id minimè licet, cuperem ſanè te huc venire, ac de his rebus ad nos referre. Quod ſi nec iſtud proclive eſt, verum moleſtum ac difficile, per literas te monere atque hortari non deſinam, ut tu funes ac nexus præcidas animæque compedes effringas, magnáque cum facilitate & libertate gradiaris. Hac enim ratione non modò hujus vitæ lætitiam conſequeris, ſed etiam cœlum perfacili negotio accipies. Quamobrem da operam, ut quæ aliquanto poſt, cùm hinc migrandum erit, invita relictura es, ea ultro ac ſponte in æraria ab omni latronum injuria libera & immunia præmittas, ac per ea immortales, nec unquam marceſcentes coronas tibi præcondas.

Diogeni 134.

Permagno, domine mi ſummopere admirande, iſtud emiſſem, ut mihi ſuavitatem tuam videre liceret. Idque etiam ipſe ante literas noſtras compertum & exploratum habes: quandoquidem tibi quoque meus erga te amor perſpectus eſt. Quoniam autem id minimè licet (nam & longum inter nos iter interjectum eſt, nec noſtri quidem arbitrii eſt, quo libeat, nos conferre: ac denique Iſauricarum incurſionum quotidie metus ingraveſcit) abs te peto, ut, quod maximum nobis tum hujuſce ſolitudinis, tum ærumnarum omnium & calamitatum, ſolatium eſt, quàm ſæpiſſimè à te literas accipiam, quibus de tua, totiúſque domus tuæ, valetudine certior fiam. Id velim, ſi facultas detur, quàm ſæpiſſimè nobis concedas. Neque enim facile eſt nos iſtud largè & copioſè obtinere, propterea quòd haud facilè quiſquam iſthinc ad nos veniat. Cæterùm, etſi arduum eſt quod petimus, tamen quo ad ejus fieri poterit, velim des operam, ut crebras ad nos literas mittas, quæ nobis valetudinis tuæ ſtatum exponant. Ut autem, quid ipſi quoque geramus, intelligere queas, otio atque ingenti quiete fruimur, magna tranquillitate, ac mediocri corporis ſanitate. Hoc unum animum noſtrum conturbat, quòd à vobis, à quibus amamur, ſejuncti ſumus. Verùm poteſt tua prudentia, ea ratione, quam diximus, huic quoque malo ſolatium adhibere. Quocirca hoc nobis quæſo beneficium da: quò, licet tanto abs te intervallo ſemoti, tamen dulcem ac ferventem & ſinceram tuam charitatem pro deliciis habeamus.

Theodoto Diacono 135.

Nec me quidem hoc fugit, te pridem ad nos venturum fuiſſe, niſi Iſaurorum metus vias tibi præcluſiſſet. Nam cùm frigore omnia durante, atque in tanta nivium vi, huc accurrere minimè dubitaris, multo ſanè minus exorto Vere, ac cœlo ingenti tranquillitate prædito, iſtic manere ſuſtinuiſſes. Siquidem animi tui ſuavitatem & comitatem, ardorémque ac ſinceritatem, eámque, quæ in te ſumma eſt, ingenuitatem novi. Eáque de cauſa non vulgari mœrore afficior, te in tam ſuavi & amœna anni parte non parvam nobis mœſtitiæ tempeſtatem accerſere, dum tamdiu à nobis abes. Idque non eo commemoro, ut te huc, etiamſi millies id velis, pertraham, (multis enim bellis omnia hîc flagrant: idque ex iis, qui ex his locis iſtuc ſe conferunt, ſcire poteris) verum ut intelligas, nos, etſi alioqui magna quiete atque otio fruimur, hic tamen ſine mœrore eſſe non poſſe, dum à te disjuncti ſumus: hócque ipſe intelligens, quàm ſæpiſſimè ad nos ſcribas, non modò per eos, qui hinc ad vos proficiſcuntur, ſed etiam per eos, qui iſtinc ad nos veniunt.

A [αὐτοῖς γάρ σου χρήσομαι τοῖς ῥήμασι] προδοσίας ὑπομεμένηκας, καὶ τραγῳδίας χαλεπάς; μέχρι τίνος τῷ καπνῷ προσεδρεύεις, τὸ διειδὲς σου τὸ κατὰ ψυχὴν ὄμματος ἐπιθολοῦσα; μέχρι τίνος οὐκ ἐλευθεροῖς σαυτὴν πικροτάτης δουλείας; τί δὲ καὶ τὸ κωλῦον ἐνταῦθα παραγενέσθαι, καὶ περὶ τούτων ἡμᾶς κοινῇ βουλεύσασθαι; καὶ γὰρ ἔφης μηδὲ ἂν αἴσθησιν τούτων λαβεῖν, εἰ οὕτω γέγονεν. ἐγὼ σφόδρα ἐκπλήττομαι καὶ θαυμάζω, καὶ αἰτίαν οὐδεμίαν εὑρίσκω τοῦ σε ἐπὶ τοσοῦτον B ἡμῶν ἀπολειφθῆναι, ἢ ῥαθυμίαν καὶ ὄκνον μόνον. καὶ γὰρ τὸ τῆς ὁδοῦ τὸ μέσον ὀλίγον, καὶ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα πρὸς ἀποδημίαν σφόδρα ἐπιτηδεία, οὔτε κρυμῷ, οὔτε θάλπει λυποῦσα. ἀλλὰ πάλιν ἴσως ἡ πάντων σοι μήτηρ ἀεὶ τῶν κακῶν γινομένη, λέγω δὴ τῶν βιωτικῶν ἡ φροντὶς, αὕτη καὶ νῦν κώλυμα γίνεται. ἐγὼ μὲν οὖν καὶ παραγενομένῃ χάριν ἔχω πολλὴν, καὶ μὴ παραγενομένῃ οὐκ ἐγκαλῶ, οὔτε δυσχεραίνω, ἀλλ' ἔχω μὲν τὴν ἀγάπην, ἣν ἀεὶ περὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν ἐπεδειξάμην ἀκμά- C ζουσαν. ἀλγῶ δὲ καὶ σφόδρα ὀδυνῶμαι, ἀκούων ἔτι μυρίοις σε ἐμπεπλέχθαι πράγμασι, καὶ μυρία περιφέρειν τῶν βιωτικῶν φροντίδων φορτία. καὶ εἰ μὴ ἡμᾶς ἡ τῆς ἐξορίας ἀνάγκη πεδήσασα ἐνταῦθα κατεῖχεν, οὐκ ἂν ἔσκυλά σου τὴν εὐλάβειαν, ἀλλ' εἰ καὶ τῆς ἀσθενείας ταύτης, ἧς ἔχω νῦν, ἀσθενέστερον εἶχον, αὐτὸς ἂν ἐξέδραμον, καὶ οὐκ ἂν ἀπέστην πρότερον πάντα ποιῶν καὶ πραγματευόμενος, ἕως ἄν σε τῆς ζάλης ταύτης, καὶ τοῦ βορβόρου, καὶ τοῦ φορυτοῦ τῶν μυρίων ἀπήλλαξα κακῶν. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐκ ἔνι, ἐβουλόμην παραγενομένην περὶ τούτων D ἡμῖν κοινώσασθαι. εἰ δὲ μὴ τοῦτο εὔκολον, ἀλλ' ἐργῶδες, οὐ παυσόμεθα διὰ γραμμάτων παραινοῦντες καὶ συμβουλεύοντες, ὥστε διακόψαι τὰ σχοινία, διατεμεῖν τὰς πλεκτάνας, διακλάσαι τὰς πέδας τῆς ψυχῆς, καὶ μετ' εὐκολίας καὶ ἐλευθερίας βαδίζειν πολλῆς. οὕτω γὰρ οὐ μόνον τὴν ἐνταῦθα εὐφροσύνην καρπώσῃ, ἀλλὰ καὶ τὸν οὐρανὸν μετὰ πολλῆς λήψῃ τῆς εὐκολίας. ἃ οὖν μέλλεις μικρὸν ὕστερον ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐντεῦθεν ἀποδημίας ἄκουσα ἀφίστασθαι, ταῦτα ἑκοῦσα πρόπεμ- E ψον εἰς τοὺς ἀσυλήτους θησαυροὺς, καὶ διὰ τούτων σοι τοὺς ἀκηράτους ἐκείνους, καὶ μηδέποτε μαραινομένους προαποθεμένη στεφάνους.

Διογένει ρλδ'.

Πολλοῦ ἂν ἐπριάμην ἰδεῖν σου τὴν ἐμμέλειαν, δέσποτά μου θαυμασιώτατε, καὶ τοῦτο οἶσθα καὶ πρὸ τῶν γραμμάτων αὐτὸς, ἐπειδὴ καὶ τὸ φίλτρον οἶσθα σαφῶς, ὃ περὶ τὴν σὴν ἔχομεν θαυμασιότητα. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔνι, [καὶ γὰρ τῆς ὁδοῦ πολὺ τὸ μέσον, καὶ οὐδὲ A κύριοι κινεῖσθαι, ὅπουπερ ἂν ἐθέλωμεν, ἐσμὲν, καὶ τῶν Ἰσαυρικῶν ἐφόδων καθ' ἑκάστην ἡμέραν ὁ φόβος ἀκμάζει] παρακαλῶ σου τὴν εὐγένειαν, ὅπερ μέγιστον ἡμῖν εἰς παραμυθίαν ἐστὶ καὶ τῆς ἐρημίας τῆς ἐνταῦθα, καὶ τῆς ταλαιπωρίας, καὶ τῆς ἄλλης πάσης θλίψεως, τὸ συνεχῶς γράμματα δέχεσθαι, εὐαγγελιζόμενα τὴν ὑγείαν τὴν σὴν, καὶ τοῦ οἴκου σου παντὸς, τοῦτο χαρίζεσθαι ἡμῖν συνεχέστερον κατὰ τὸ ἐγχωροῦν. οὐδὲ γὰρ τοῦτο ῥᾴδιον μετὰ πολλῆς ἡμᾶς ἔχειν τῆς B δαψιλείας, διὰ τὸ μηδένα ταχέως ἐκεῖθεν ἐνταῦθα ἀφικνεῖσθαι. ἀλλ' ὅμως εἰ καὶ ἐργῶδες ὅπερ ᾐτήσαμεν, ἀλλ' ὡς ἂν οἷόν τε ᾖ σπουδὴν ποιήσασθαι παρακλήθητι, καὶ συνεχῶς πέμπειν ἐπιστολὰς ἀπαγγελλούσας ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ῥώσεως τῆς σῆς. ἵνα δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα εἰδέναι ἔχῃς, ἀπραγμοσύνης ἀπολαύομεν, ἡσυχίας πολλῆς, λευκῆς τῆς γαλήνης, ὑγείας συμμέτρου, τούτῳ θορυβούμενοι μό- C νον, τῷ κεχωρίσθαι ὑμῶν τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς. ἀλλ' ἱκανὴ σύνεσις σου καὶ τοῦτον παραμυθήσασθαι τὸν πόνον, ὃν εἶπον. δίδου δὴ ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν, ὥστε καὶ ἐκ τοσούτου ἡμᾶς καθημένους διαστήματος δύνασθαι ἐντρυφᾶν καὶ ταύτης τῆς γλυκείας σου καὶ θερμῆς καὶ γνησίας ἀγάπης.

Θεοδότῳ διακόνῳ ρλε'.

Οὐδὲ αὐτὸς ἀγνοῶ, ὅτι πάλαι μεθ' ἡμῶν ἔμελλες εἶναι, εἰ μὴ τῶν Ἰσαύρων ὁ φόβος διετείχιζεν· ὁ γὰρ ἐν κρυμῷ πάντα πηγνύντι, καὶ D χιόνι τοσαύτῃ δραμεῖν ἐνταῦθα ἀνασχόμενος, πολλῷ μᾶλλον τοῦ ἦρος φανέντος, καὶ πολλῆς τῆς κατὰ τὸν ἀέρα γαλήνης οὔσης, οὐκ ἂν ἠνέσχου μένειν αὐτόθι. οἶδα γὰρ τὸ γλυκὺ, καὶ προσηνὲς, καὶ θερμόν σου τῆς διαθέσεως, τὸ εἰλικρινὲς, τὴν πολλὴν γέμουσαν ἐλευθερίας ψυχήν. διὸ καὶ αὐτὸς οὐχ ὡς ἔτυχεν ἀθυμῶ, ὅτι ἐν τῇ οὕτως ἡμερωτάτῃ τοῦ ἔτους ὥρᾳ, χειμῶνα οὐ τὸν τυχόντα ἡμῖν ἐπάγεις ἀθυμίας, τοσοῦτον ἡμῶν χωριζόμενος χρόνον. καὶ ταῦτα λέγω οὐχ ἕλκων σε ἐνταῦ- E θα κἂν μυριάκις αὐτὸς θέλῃς· πολλῶν γὰρ ἅπαντα πολέμων ἐμπέπλησται, καὶ τοῦτο εἴσῃ διὰ τῶν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἀφικνουμένων· ἀλλ' ἵνα μάθῃς ὅτι οὐδὲ ἡμεῖς, καί τοι γε ἡσυχίας καὶ ἀπραγμοσύνης πολλῆς ἀπολαύοντες, ἀλύπως δυνάμεθα εἶναι ἐνταῦθα τῆς σῆς κεχωρισμένοι τιμιότητος, καὶ τοῦτο μαθὼν συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλῃς, μὴ μόνον διὰ τῶν παρ' ἡμῶν ἐκεῖσε ἐρχομένων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἐκεῖθεν ἀπιόντων τῆς ὁδοῦ, καὶ τῆς ἐνταῦθα ἀφίξεως.

πολλῆς

πολλὴν δέ σοι χάριν ἴσμεν, δέσποτά μου τιμιώτατε, καὶ τῆς φροντίδος, καὶ τῆς μερίμνης, ἣν ἔχεις ὑπὲρ τῶν ἐνταῦθα θορύβων. καὶ γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιτείνεται τὰ τῆς πολιορκίας τῆς ἐνταῦθα, καὶ ὡς ἐν παγίδι, τῷ φρουρίῳ τούτῳ καθήμεθα. ἤδη γοῦν καὶ μέσων νυκτῶν παρ' ἐλπίδα πᾶσαν καὶ προσδοκίαν, σμῆνος Ἰσαύρων τριακοσίων τὴν πόλιν κατέδραμεν, καὶ μικροῦ ἂν καὶ ἡμᾶς εἷλον. ἀλλ' ἡ τοῦ Θεοῦ χεὶρ ταχέως αὐτοὺς καὶ μὴ αἰσθομένων ἡμῶν, ἀπέστρεψεν, ὡς μὴ μόνον τῶν κινδύνων, ἀλλὰ καὶ τοῦ φόβου ἐκτὸς γενέσθαι, καὶ ἡμέρας γενομένης, τότε μαθεῖν τὰ συμβάντα. διὰ ταῦτα χαῖρε καὶ εὐφραίνου, καὶ μὴ παύσῃ τὸν Θεὸν παρακαλῶν, ὥστε ἐν ἀσφαλείᾳ ἡμᾶς καταστῆσαι πάσῃ, καὶ ἀπαλλάξαι καὶ τῆς ἐπικειμένης ἡμῖν ἀρρωστίας. εἰ γὰρ καὶ τοῦ σφαλερῶς ἔχειν ἠλευθερώμεθα, ἀλλ' ὅμως μένει ἔτι λείψανα τῆς ἀρρωστίας ἡμῖν, συνεχῶς τῆς ἀρρωστίας ἀναμιμνήσκοντα. ταῦτα δὲ ἐπεστάλκαμεν, οὐχ ἵνα λυπήσωμεν, ἀλλ' ἵνα σε σπουδαιότερον πρὸς τὰς ὑπὲρ ἡμῶν διεγείρωμεν εὐχάς. τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον τὸν ἀναγνώστην Θεόδοτον παρακατατίθεμαί σου τῇ εὐλαβείᾳ, ὥστε κατὰ τὸ δυνατὸν ἐν ἅπασιν αὐτῷ γενέσθαι λιμένα. πολλὰ γάρ ἐστιν ὡς ἔγνωμεν αὐτὸν τὰ λυποῦντα.

Θεοδότῳ ἀναγνώστῃ ρλϛ'.

Μὴ κάμνε ζητῶν ἀπολογίαν τοῦ ταχέως ἐντεῦθεν ἀποδημῆσαι, καὶ ἐπὶ τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἀσθένειαν, καὶ ἐπὶ τὸν κρυμὸν καταφεύγων, καὶ τούτοις λογιζόμενός σου τὴν ἀποδημίαν· ἡμεῖς γάρ σε καὶ παρεῖναι, καὶ μεθ' ἡμῶν εἶναι οὐκ ἔλαττον ἢ καὶ ἔμπροσθεν λογιζόμεθα κατὰ τὸν τῆς ἀγάπης λόγον, καὶ προσδοκῶμεν καὶ τῆς καθ' ὄψιν ἀπολαύσεσθαί ποτε συντυχίας. μηδὲν οὖν σε τούτων θορυβείτω. εἰ γὰρ καὶ τῆς Ἀρμενίας ἀπήγαγέ σε ὁ χειμὼν, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς οὐκ ἐξέβαλεν, ἀλλ' ἐπὶ διανοίας σε περιφέρομεν διηνεκῶς. καὶ εἰ μὴ ὁ τῶν Ἰσαύρων πόλεμος πᾶσαν ἀποτειχίσας ὁδὸν, ἐν σπάνει κατέστησεν ἡμᾶς τῶν γράμματα διακομιζόντων, κἂν νιφάδας σοι πολλάκις ἐπέμψαμεν ἐπιστολῶν· νῦν μέν τοι τῇ γλώττῃ τὸν παρελθόντα σεσιγήκαμεν χρόνον, τῇ γνώμῃ δὲ οὐδαμῶς· ἀλλ' ἀεί σε, καὶ τὰ σὰ μεμνήμεθα, καὶ τό γε ἡμέτερον μέρος, συνεχῶς ἐπεστάλκαμεν. ταῦτ' οὖν εἰδὼς, μεθ' ἡμῶν τε εἶναι νόμιζε, καὶ σὺν ἡμῖν ἐν Ἀρμενίᾳ διατρίβειν. κἂν τις ἐπιβουλεύειν ἐπιχειρῇ καὶ κακῶς ποιεῖν, ὑψηλότερος γίνου τῶν ἐντεῦθεν βελῶν, ἐπειδήπερ οὐ τὸ πάσχειν κακῶς, ἀλλὰ τὸ ποιεῖν κακῶς τοῦτ' ἔστι τὸ πάσχειν κακῶς· ἡμεῖς γάρ σε καὶ διὰ τοῦτο μειζόνως θαυμάζομεν, καὶ τὴν στερρότητά σου καὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπαινοῦμεν, ὅτι καὶ τοσαύτης σε ζάλης περιαντλούσης, ἕστηκας ἀνώτερος τῶν ἐντεῦθεν θορύβων γενόμενος. μένε δὴ μετὰ πολλῆς τῆς ἡδονῆς τὸ γαληνὸν τοῦτο καὶ ἀκύμαντον πλέων πέλαγος· καὶ μὴ θαυμάσῃς, εἰ τοσούτων ἐπιβουλῶν ἐγὼ τὸ πέλαγος ἀκύμαντον καλῶ. οὐ γὰρ ἀπὸ τῆς τῶν ταραττόντων γνώμης, ἀλλ' ἀπὸ τῆς κατ' ἀρετὴν ἡσυχίας ταύτην φέρω τὴν ψῆφον. τί δέ ἐστιν ὃ φημι; ὁ μέγας οὗτος καὶ ὑψηλὸς βίος, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν τεταμένος, τῇ μὲν φύσει τῶν πραγμάτων δυσχερής τις εἶναι δοκεῖ, τῇ δὲ ἀνδρείᾳ τῶν μετιόντων καὶ τῇ προθυμίᾳ, εὔκολος σφόδρα γίνεται. καὶ τὸ θαυμαστὸν τῆς φιλοσοφίας ταύτης τοῦτο μάλιστά ἐστιν, ὅτι τῆς θαλάττης μαινομένης, ἐξ οὐρίας πλεῖ, καὶ μετὰ πολλῆς τῆς γαλήνης ὁ γνησίως αὐτὴν μετιὼν καὶ θερμῶς, καὶ ὅτι πολλῶν πανταχόθεν θορύβων ἐγειρομένων, ἡσυχίαν καρποῦται καθαρὰν, καὶ μυρίων πανταχόθεν πεμπομένων βελῶν, ἕστηκεν ἄτρωτος, δεχόμενος μὲν τὰ ἀκόντια, πάσχων δὲ ἐντεῦθεν οὐδέν. ταῦτ' οὖν εἰδὼς, καὶ διηνεκῶς ἐν τούτοις φιλοσοφῶν, καρποῦ τὴν ἀμάραντον ἡδονὴν, ἀναμένων τοὺς ὑπὲρ τῶν καλῶν πόνων τούτων κειμένους σοι παρὰ τῷ Θεῷ στεφάνους. καὶ γράφε συνεχῶς ἡμῖν, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, τὰ περὶ τῆς ὑγείας σου δηλῶν καὶ τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν, καὶ τῆς κατὰ τὸ σῶμα, καὶ τὴν σχολὴν ἅπασαν εἰς τὴν τῶν θείων ἀνάλισκε γραφῶν ἀνάγνωσιν, τοσοῦτον αὐταῖς ὁμιλῶν, ὅσον καὶ ἡ τῶν ὀφθαλμῶν ἀσθένεια ἐπιτρέπει, ἵν' εἴ ποτε γένηται καιρὸς ἡμῖν καὶ τὰ νοήματα αὐτῶν ἐνθεῖναι τῇ εὐγενεστάτῃ σου ψυχῇ, μετὰ πολλῆς τοῦτο ποιήσωμεν τῆς εὐκολίας. οὐ γὰρ μικρὸν εἰς τοῦτο δυνήσεταί σε συντελέσαι τὸ μαθεῖν τὰ ἐγκείμενα γράμματα, ἡνίκα ἂν μέλλῃς τὰ ἐν τούτοις νοήματα ὑποδέχεσθαι.

Θεοδότῳ διακόνῳ ρλζ'.

Παῦσαι κατηγορῶν ἡμῶν βραδυτῆτα, μὴ σαυτὸν πρότερον ἕλῃς τῷ ἐγκλήματι. τοσαύτας γὰρ ἐπιστολὰς δεξάμενος παρ' ἡμῶν, ὅσας ἐπέσταλκας, πλὴν μιᾶς, ὥσπερ νιφάδας πέμπων γραμμάτων, οὕτως ἔφης, τῇ γοῦν συνεχείᾳ ἀναστήσειν ἡμᾶς πρὸς τὸ γράφειν οἰόμενος. ἔστι μὲν οὖν καὶ μὴ γράφοντα φιλεῖν, πλὴν ἀλλ' ἐγὼ καὶ γράφων οὐ διέλιπον, καὶ φιλῶν οὐ παύομαι. ἀλλὰ κἂν χρόνος γένηται μακρότερος ὁ μεταξὺ τοῦ χωρισμοῦ τοῦ ἡμετέρου, κἂν εἰς ἐρημότερον ἀπενεχθῶμεν χωρίον,

A Magnam autem tibi, reverendiſſime mi domine, ob eam curam & ſolicitudinem, in qua propter hujuſce regionis tumultus verſaris, gratiam habemus. Etenim obſidio noſtra in dies ingraveſcit, atq; in hac arce, tanquam in laqueo, deſidemus. Quippe jam etiam intempeſta nocte præter ſpem omnem & expectationem trecentorum Iſaurorum agmen oppidum percurſavit, penéque nos cepit. Verùm Dei manus confeſtim eos, nobis etiam nihil tale ſentientibus, hinc avertit: ait ut non modò B periculo, ſed etiam periculi metu vacui eſſemus, ortóque die tum denique, quod contigerat, reſciverimus. Quæ cum ita ſint, gaude ac lætare, Deúmque indeſinenter ora, ut nos in omni ſecuritate conſtituat, atq; urgente morbo liberet. Quamvis enim jam extra periculum ſimus, tamen morbi reliquiæ adhuc hærent, morbi memoriam mihi perpetuò refricantes. Hæc autem non eo animo ſcripſimus, ut tibi mœrorem afferamus, ſed ut te ad preces ſtudioſiùs pro nobis ad Deum adhibendas excitemus. Domi- C num meum honoratiſſimum Lectorem Theodotum pietati tuæ commendamus: atque abs te petimus, ut pro virili tua omnibus in rebus ei portus loco ſis. Multa enim eſſe animadverti, quæ eum mœrore afficiant.

Theodoto Lectori 136.

Nihil eſt, quamobrem hoc nomine, quòd maturius hinc abſceſſeris, excuſationem quæras, ac partim ad oculorum infirmitatem, partim ad vim frigoris confugias, iiſque diſceſſum tuum D aſcribas. Nos enim te, non minùs quàm antehac, adeſſe ac nobiſcum verſari cenſemus, ex charitate videlicet id perpendentes. Quinetiam ſpem habemus fore, ut aliquando congreſſu tuo fruamur. Quocirca nihil te horum conturbet. Quamvis enim hyems te ab Armenia abduxerit: minimè tamen ex animo noſtro ejecit, utpote quem animo ſemper nobiſcum circumferamus. Ac niſi Iſaurorum bellum interclusis omnibus itineribus in tabellariorum penuriam nos adduxiſſet, frequentiſſimas ad E te literas miſiſſemus. Nunc autem, lingua quidem ſuperiori tempore tacuimus: animo autem, non item: verum te ſemper tuáſque res ſedulò curamus. Atque etiam, quantum in nobis fuit, ſæpiſſimè ſcripſimus. Quæ cum ita ſint, velim ita exiſtimes, te nobiſcum eſſe, unáque in Armenia commorari. Quòd ſi quis tibi inſidias ſtruere, téque incommodo aliquo afficere conetur, da operam, ut hujuſmodi omnia tela ſuperes: quandoquidem non injuria affici, ſed injuriam inferre, miſerum ac pernicioſum A eſt. Nos quippe hoc etiā nomine impenſiùs te admiramur, animíq; tui firmitatem ac fortitudinem laudamus, quòd tanta tempeſtate circumfuſus, tumultibus tamen iis, qui hinc exorti ſunt, ſuperiorem te præbuiſti. Quamobrem magna cum voluptate tranquillum hoc fluctuúmq; expers pelagus navigare perge. Nec verò tibi mirum videatur, quòd, cùm multis inſidiis appetaris, ego tamen tranquillum pelagus appellem. Neq; enim à perturbantium animo & ſtudio, ſed ab ea quiete, quā tibi virtus parit, B hanc ſententiam fero. Quorſum autem hæc oratio pertinet? Magna hæc & ſublimis vita, atq; ad cœlum porrecta ſi rerum natura ſpectetur, moleſta quodamodo eſſe videtur: ſi autem eorum, qui eam ſequuntur, fortitudinem animíque alacritatem ſpectes, perquàm facilis ac prona efficitur. Quódq; in hac philoſophia mirabile eſt, iſtud demū eſt, quod, furente mari, proſperè magnáq; cum tranquillitate navigat, qui ſincero ac ferventi animo eam conſectatur: multiſq; undiq; tumultibus excitatis puC ram quietem capit, atq; innumeris omni ex parte conjectis telis illæſus ſtat: tela nimirum excipiens, nihil autem hinc detrimenti ferens. Hæc igitur cum tibi explorata ſint, at tu hæc commentari non intermittas, perpetuam voluptatem percipe, conſtitutas tibi pro præclaris hiſce laboribus apud Deum coronas expectans. Atq; quàm ſæpiſſimè licuerit, de animi corporiſq; tui valetudine nos fac certiores: idq; omne otium, quod tibi ſuppetit, in divinarum Scripturarum lectione conſume: tantum D ipſis temporis impertiens, quantum oculorum imbecillitas permittit: quò videlicet, ſi quando occaſio ſeſe offerat, ut earum quoque ſenſa nobiliſſimo animo tuo inſerere commodè poſſimus, magna cum facilitate id faciamus. Neq; enim ad eam rem tibi parum adjumenti afferre poterit ipſæ literæ cortex, cùm ſenſa, quæ ſub eo deliteſcunt, ſuſcipere parabis.

Theodoto Diacono 137.

E Tarditatis ac negligentiæ nos accuſare deſine: ne alioqui teipſum priùs ejuſdem criminis reum peragas. Nam cùm tot epiſtolas, quot ſcripſiſti, à nobis acceperis, unā duntaxat exceptā, tamen perinde ac ſi plurimas à te literas accepiſſemus, his verbis uſus es, te frequentibus literis nos ad ſcribendum excitaturum. Quanquam autē fieri poteſt, ut quiſpiam amet, etiamſi non ſcribat: ego tamen nec ſcribere deſtiti, nec amare deſino. Atq; ut etiam tempus illud, quod à digreſſu noſtro fluxit, longiùs adhuc protrahatur, atque in deſertiorem adhuc locum deportemur,

tamen nec te ex animo noſtro ejicere poſſumus, nec efficere, A quin noſtram erga te benevolentiam perpetuò florentem conſervemus. Quæ cùm ita eſſe perſpectum habeas, de tua valetudine quàm ſæpiſſimè ad nos ſcribe. Id enim tibi factu facilius eſt, quàm nobis. Quòd ſi anni tempus, atque Iſauricorum malorum acerbitas id prohibeat, cum nobis tuus erga nos animus exploratus ſit, abundè amplam diuturni ſilentii conſolationem habituri ſumus.

Elpidio Epiſcopo 138.

B Non ſum neſcius, me rarò ad te ſcripſiſſe: at non id lubenti animo, verùm quòd rerum anguſtiis prohiberer. Nam & anni tempus, & loci, in quo graviùs quàm in ullo carcere, concluſi tenemur, ſolitudo, & eorum, qui huc veniunt, infrequentia, quódque item hos paucos non omnes ſinceros ac fidos nanciſcimur, ac denique corporis morbus, qui nos vehementer attrivit, & penè confecit, ac per totam hyemem lecto affixit, longum hoc ſilentium mihi attulit: at illud duntaxat ſilentium, quòd in lin- C gua non in animo conſiſtit. Nec verò exiſtimes te tot ſolùm epiſtolas, quot miſimus, accepiſſe, verùm multo plures. Id autem eſſe exiſtimabis, ſi non eas duntaxat, quas chartæ atque atramenti ope ſcripſimus, ſed eas etiam, quæ ab animo & voluntate proficiſcuntur, numeres. Siquidem animo nunquam ad te ſcribere deſtitimus, ſemperque tecum verſamur: ac nec viæ longitudo, nec temporis diuturnitas, nec rerum difficultates, noſtræ erga te benevolentiæ obſcuritatis D aliquid attulerunt, verùm florentem eam perpetuò retinemus, téque, qui noſtri amore ardes, etiamſi in deſertiorem adhuc locum abeamus, in animo noſtro inſculptum paſſim circumferemus. Ea enim ſinceri amoris natura eſt, ut nec tempore, nec loco, nec viæ longinquitate, nec rebus adverſis obliteretur. Idq; ipſe quoque noſti: quandoquidem etiam ſincerè amare noſti.

Theodoro Syriæ Conſulari. 139.

E Tu quidem iſtud maximo argumento tibi fore ais, res tuas nobis curæ eſſe, ſi poſt ſuperiorem epiſtolam alteram rurſus à nobis acceperis. Nos autem ſi homines, qui ad eandem rem nobis operam navarent, præſto haberemus, ad te, hoc eſt ad hominem tanta probitate ac morum facilitate præditum, noſtrique amore flagrantem, tantáq; cum cupiditate epiſtolas noſtras accipientem, ſexcenties ſcripſiſſemus. Quoniam autem id minimè licet, abs te poſtulamus, ne charitatem noſtram epiſtolarum numero metiaris: verùm ſive taceamus, ſive ſcribamus, quod de A ea priùs habebas, idem conſtanter judicium retineas: illud tecum reputans, longioris noſtri ſilentii cauſam, non pigritiam, ſed loci ſolitudinem eſſe.

Theodoto Diacono 140.

Non parvum in tanta ſolitudine ſolatium nobis hoc erat, quòd ad tuam ſuavitatem quàm creberrimè ſcribere poteramus: verùm Iſaurica mala hoc quoq; nobis abſtulerunt. Exorto enim B Vere illorum quoq; impetus florere cœpit, ac per omnes vias effuſi ſunt, eas omnibus prorſus infeſtas & invias reddentes. Sanè jam & ingenuæ matronæ captæ ſunt, & viri obtruncati. Quare velim mihi ignoſcas, quòd perpetuò ad te minimè ſcripſerim. Quoniam autem non dubito quin de valetudine noſtra certior fieri cupias, hoc habeto, nos ſuperiori hyeme graviorem in modum ægrotaſſe, nunc autem paulùm recreatos eſſe. Quinetiam aëris inconſtantia rurſus perturbati (nam nunc quoque C hyems hîc viget) tamen ſperamus fore, ut cùm æſtas planè effulſerit, morbi reliquias deponamus. Neque enim corpus noſtrum ulla re æquè labefactatur, ut frigore: nec rurſus ulla re æquè juvatur, ut æſtate, & caloris ſolatio.

Theodoto ex Conſularibus 141.

Multa tibi bona eveniant, qui tam honorificè filium exceperis. Id enim ipſe nobis expoſuit, nec occultavit: tum ut ſuum D erga patrem candorem animique probitatem oſtenderet, tum ut nos ingenti lætitia cumularet. Siquidem hac in re duplici nos honore affici cenſemus, tum quia, quicquid ille beneficii acceperit, idem nobis impenſum ferimus, tum etiam quia ipſi à pleriſq; eorum, qui nominis celebritate apud nos præſtant, hujuſmodi benevolentiæ incrementum accepiſſe contigit. Tu verò, domine mi cumprimis venerande ac generoſe, pulchram hanc ſtirpem colere perge. Quænam autem ipſius colendæ ratio erit? E Nimirum ſi pulcherrimæ hujuſce philoſophiæ, quam nunc conſectatur, ſtudium atque amorem perpetuò ipſo alas & vegetes. Sic enim celeres fructus nobis feret. Siquidem generoſi animi, ſtirpium harum, quæ terræ gremio mandantur, tarditatem haudquaquam imitari ſolent: verùm ſimulátque in præclariſſima hujus virtutis cupiditate conſeruntur, ad ipſum quoque cœlum evehuntur, tantóſque fructus edunt, ut & copia, & natura, divitias omnes ſuperent. Neq; enim unà cum præſenti vita extinguuntur: verùm ad futurum ævum nobiſcum excedunt.

Fructus generoſæ animæ tardi non ſunt.

A οὔτε ἐκβαλεῖν σε τῆς ψυχῆς δυνάμεθα, οὔτε μὴ διηνεκῶς ἀκμάζουσαν διατηρεῖν τὴν περὶ σὲ διάθεσιν. ταῦτ' οὖν εἰδὼς, φράζε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς. πλείων γὰρ ὑμῖν ἡ εὐκολία τούτου, ἢ ἡμῖν. εἰ δὲ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα διακωλύει, καὶ τῶν Ἰσαυρικῶν κακῶν ἡ σφοδρότης, εἰδότες σου τὴν γνώμην τὴν περὶ ἡμᾶς ἔχεις, ἀρκοῦσαν τῆς μακρᾶς σιγῆς ἕξομεν παραμυθίαν.

Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ ρλη'.

B Οἶδα ὅτι ὀλιγάκις ἐπέσταλκα τῇ τιμιότητί σου, ἀλλ' οὐχ ἑκὼν, ἀλλ' ὑπὸ τῆς τῶν πραγμάτων ἀνάγκης κατεχόμενος. καὶ γὰρ ἡ τοῦ ἔτους ὥρα, καὶ ἡ τοῦ χωρίου ἐρημία ἐν ᾧ καθείργμεθα δεσμωτηρίου χαλεπώτερον, καὶ ἡ τῶν ἐνταῦθα παραγινομένων σπάνις, καὶ τὸ μηδὲ αὐτῶν τῶν ὀλίγων πάντων γνησίων ἐπιτυγχάνειν, ἔτι δὲ καὶ ἡ τοῦ σώματος ἀῤῥωστία σφόδρα ἡμᾶς κατεργασαμένη, καὶ πάντα τὸν χειμῶνα τῇ κλίνῃ προσηλώσασα, τὴν μακρὰν ταύτην σιγὴν C ἐποίησεν, ἀλλ' οὐ τὴν ἀπὸ γνώμης, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ γλώττης. μηδὲ νόμιζε τοσαύτας δέχεσθαι ἐπιστολὰς, ὅσας διεπεμψάμεθα, ἀλλὰ πολλῷ πλείους. ἡγήσῃ δὲ οὕτω, ἂν μὴ τὰς διὰ χάρτου καὶ μέλανος μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀπὸ διαθέσεως ἀριθμῇς. καὶ γὰρ τῇ διανοίᾳ συνεχῶς ἐπεστάλκαμεν, καὶ ἀεί σοι συγγινόμεθα, καὶ οὐδὲν οὐδὲ τὸ ὁδοῦ τὸ μῆκος, οὐ τοῦ χρόνου τὸ πλῆθος, οὔτε αἱ τῶν πραγμάτων περιστάσεις τὴν περὶ τὴν σὴν τιμιότητα διάθεσιν ἡμῶν ἀμαυροτέραν ἐποίησαν· ἀλ- D λὰ μένομεν ἀκμάζουσαν αὐτὴν διατηροῦντες, καὶ τὸν σφοδρὸν ἡμῶν καὶ θερμὸν ἐραστὴν, κἂν εἰς ἐρημότερον τούτου χωρίον ἀπέλθωμεν, πανταχοῦ περιφέροντες ἄπιμεν, ἐγκολάψαντες ἡμῶν τῇ διανοίᾳ. τοιοῦτον γὰρ τὸ γνησίως φιλεῖν, οὐ χρόνῳ, οὐ τόπῳ, οὐχ ὁδοῦ μήκει, οὐ πραγμάτων περιστάσει ἐξίτηλον γίνεται. καὶ τοῦτο οἶσθα καὶ αὐτὸς, ἐπειδὴ καὶ γνησίως οἶσθα φιλεῖν.

Θεοδώρῳ Κονσουλαρίῳ Συρίας ρλθ'.

E Αὐτὸς μὲν ἔφης σημεῖον ποιεῖσθαι μέγιστον τοῦ μέλειν ἡμῖν τῶν σῶν, εἰ δευτέρα μετὰ τὴν προτέραν ἐπιστολὴ ἔλθοι πρὸς τὴν σὴν λαμπρότητα παρ' ἡμῶν. ἡμεῖς δὲ εἰ τῶν εἰς τοῦτο διακονησομένων ἡμῖν εὐπορῶμεν, μυριάδας ἂν ἐπέμψαμεν γραμμάτων πρὸς ἄνδρα οὕτω χρηστὸν, καὶ ἐπιεικῆ, καὶ σφοδρὸν ἡμῶν ἐραστὴν, καὶ μετὰ τοσαύτης ἐπιθυμίας δεχόμενον ἡμῶν τὰς ἐπιστολάς. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔνι, παρακαλοῦμέν σου τὴν λαμπρότητα, μὴ τῷ τῶν ἐπιστολῶν ἀριθμῷ μετρεῖν ἡμῶν τὴν A ἀγάπην, ἀλλὰ καὶ σιγώντων καὶ γραφόντων, ἥνπερ καὶ ἔμπροσθεν εἶχες περὶ αὐτοῦ ψῆφον, ταύτην ἀκίνητον διατηρεῖν, λογιζόμενον ὡς τὴν σιγὴν ἡμῖν μακροτέραν, οὐχ ἡ τοῦ τρόπου ῥαθυμία, ἀλλ' ἡ τοῦ τόπου κατασκευάζει ἐρημία.

Θεοδότῳ διακόνῳ ρμ'.

Οὐ μικρὰν εἴχομεν παραμυθίαν ἐν ἐρημίᾳ τοσαύτῃ, τὸ συνεχῶς δύνασθαι ἐπιστέλλειν σου τῇ γλυκύτητι. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἡμᾶς παρείλετο τῶν Ἰσαυρικῶν κακῶν ἡ περίστασις. ἐπιστάντος γὰρ τοῦ ἔαρος B ἤνθησε καὶ τὰ τῶν ἐκείνων ἐφόδου, καὶ πανταχοῦ τῶν ὁδῶν εἰσιν ἐκκεχυμένοι, πᾶσιν ἀβάτους ποιοῦντες τὰς λεωφόρους. ἤδη γοῦν καὶ γυναῖκες ἐλεύθεραι ἑάλωσαν, καὶ ἄνδρες ἐσφάγησαν. διὸ παρακαλῶ συγγινώσκειν ἡμῖν μὴ συνεχῶς γεγραφηκόσιν. ἐπειδὴ δὲ εὖ οἶδα, ὅτι περισπούδαστόν σοι μανθάνειν τὰ περὶ τῆς ὑγιείας ἡμῶν, δεινοπαθήσαντες χαλεπῶς κατὰ τὸν παρελθόντα χειμῶνα, ὀλίγον ἀνενηνέγκαμεν νῦν, C καὶ διαταραχθέντες πάλιν τῇ ἀνωμαλίᾳ τοῦ ἀέρος· [καὶ γὰρ καὶ νῦν χειμὼν ἐνταῦθα ἀκμάζων] ὅμως προσδοκῶμεν τὰ λείψανα τῆς ἀῤῥωστίας ἀποθέσθαι, καθαρῶς φανέντος τοῦ θέρους. οὐδὲν γὰρ ἡμῶν τὸ σῶμα οὕτως λυμαίνεται, ὡς κρυμὸς, οὔτε ὀνίνησιν, ὡς θέρος, καὶ ἡ τοῦ θάλπεσθαι παραμυθία.

Θεοδότῳ ἀπὸ Κονσουλαρίων ρμα'.

Πολλά σοι τὰ ἀγαθὰ γένοιτο, ὅτι τὸν υἱὸν μετὰ τοσαύτης ὑπεδέξω D τιμῆς. τοῦτο γὰρ αὐτὸς ἡμῖν ἐδήλωσε, καὶ οὐκ ἔκρυψεν, ὁμοῦ τε τὴν περὶ τὸν πατέρα εὐγνωμοσύνην ἐπιδεικνύμενος, καὶ ἡμᾶς πολλῆς ἐμπλῆσαι βουλόμενος ἡδονῆς. ἐπεὶ καὶ ἡμετέραν διπλῆν ἡγούμεθα εἶναι τὴν τιμὴν, τῷ τε ἡμᾶς αὐτοὺς εὖ πεπονθέναι νομίζειν, ἅπερ ἂν ἐκεῖνος εὖ πάθῃ, τῷ τε καὶ ἀπὸ τῶν γνωριμωτέρων τῶν ἡμετέρων πολλὴν αὐτῷ γεγενῆσθαι τὴν προσθήκην ταύτης σοι τῆς εὐνοίας. μένε δὴ δέσποτά μου αἰδεσιμώτατε καὶ εὐγενέστατε θεραπεύων τὸ καλὸν τοῦτο φυτόν. τίς δὲ ἔσται E τῆς θεραπείας ὁ τρόπος; ἐὰν τὸν ἔρωτα τῆς καλλίστης ταύτης φιλοσοφίας ἣν μετέρχεται νῦν, τρέφῃς ἐν αὐτῷ διηνεκῶς, καὶ ἀκμάζειν παρασκευάζῃς· οὕτω γὰρ καὶ ταχέως ἡμῖν οἴσει τοὺς καρπούς· αἱ γὰρ γενναῖαι ψυχαὶ οὐ μιμοῦνται τὴν βραδυτῆτα τουτωνὶ τῶν φυτῶν, τῶν τοῖς κόλποις τῆς γῆς παρακατατιθεμένων, ἀλλ' ὁμοῦ τε φυτεύονται ἐν τῇ καλλίστῃ τῆς ἀρετῆς ταύτης ἐπιθυμίᾳ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνατείνονται τὸν οὐρανὸν, καὶ τοσαύτην ἐπιδείκνυνται τῶν καρπῶν τὴν φορὰν, ὡς ἅπαντα ἀποκρύπτειν πλοῦτον καὶ τῇ δαψιλείᾳ, καὶ τῇ φύσει. οὐ γὰρ τῷ παρόντι συγκαταλύονται βίῳ, ἀλλὰ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἡμῖν συναποδημοῦσι ζωήν.

Ἐλπι-

Ἐλπιδίῳ ἐπισκόπῳ ρμβ'.

Γλώττῃ μὲν ὀλιγάκις, γνώμῃ δὲ πολλάκις ἐπεστάλκαμέν σου τῇ θεοσεβείᾳ, καὶ καθ' ἑκάστην συγγινόμεθα τὴν ἡμέραν, καὶ ταύτης οὐκ ἴσχυσε τῆς συνουσίας ἡμᾶς ἀποστερῆσαι οὐ χρόνου πλῆθος, οὐχ ὁδοῦ μῆκος, οὐ πραγμάτων περίστασις. τοιαύτη γὰρ τῆς ἀγάπης ἡ φύσις, οὐδενὶ τούτων εἴκει, οὐδὲ παραχωρεῖ, ἀλλ' ἕστηκε πάντων ὑψηλοτέρα γινομένη. μὴ τοίνυν τῷ τῶν ἐπιστολῶν ἀριθμῷ, δέσποτά μου τιμιώτατε καὶ εὐλαβέστατε, μέτρει τὸ φίλτρον, ὃ περὶ τὴν σὴν ἔχομεν ἐμμέλειαν, ἀλλ' εἰδὼς ἡμῶν τὴν γνώμην καὶ τὴν διάθεσιν, ἣν ἀεὶ περὶ τὴν εὐλάβειαν ἐπεδειξάμεθα τὴν σὴν, μηδὲν ἀπὸ τῆς μακρᾶς ταύτης σιγῆς ὑπόπτευε. ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς ὀλιγάκις δεξάμενοι γράμματα παρὰ τῆς σῆς διαθέσεως, οὐδὲ ἐντεῦθεν ῥαθυμότερόν σε περὶ ἡμᾶς γεγενῆσθαι νομίζομεν, ἀλλ' ἴσμεν σαφῶς καὶ πεπιστεύκαμεν, ὅτι μένεις ἀνθοῦσαν διατηρῶν τὴν περὶ ἡμᾶς διάθεσιν, οὐ μόνον οὐκ ἀναπίπτων ἐκ τῆς συνεχείας τῶν ἐπαγομένων δεινῶν, ἀλλὰ καὶ σφοδρότερος γινόμενος περὶ ἡμᾶς, καὶ τούτου σοι χάριν ἴσμεν πολλήν. ἐπειδὴ δὲ εὖ οἶδ' ὅτι καὶ τὰ ἡμέτερα βούλει μανθάνειν, ὑγείας ἀπολαύομεν καὶ ἀπραγμοσύνης πολλῆς, καὶ ἡσυχίας, καὶ ἐν ἀσφαλείᾳ διάγομεν, τῶν Ἰσαυρικῶν τέως ἀπηλλαγμένοι θορύβων. τὸν γὰρ χειμῶνα λοιπὸν τῆς Ἀρμενίας φέρειν ἐμελέτησα, βλαπτόμενος μὲν ἠρέμα βλάβην, ἔστι δὲ εἰκὸς οὕτως ἀσθενεῖ σώματι κεχρημένον· περιγινόμενος δὲ τῷ διηνεκῶς οἴκοι κατακεκλεῖσθαι, ὅταν ἀφόρητος ὁ κρυμὸς ᾖ, καὶ ὀλιγάκις τῶν προθύρων προκύπτειν. ὡς τῶν γε ἄλλων ὡρῶν τοῦ ἔτους σφόδρα ἡδίστων ἀπολελαύκαμεν, ὡς δυνηθῆναι εὐκόλως καὶ τὴν ἐκ τοῦ χειμῶνος ἐγγινομένην ἡμῖν διορθώσασθαι ἀρρωστίαν.

Πολυβίῳ ρμγ'.

Τοῦ μὲν ἐδάφους καὶ τῶν τοίχων τῆς πόλεως ἐκβεβλήμεθα, τῆς δὲ κυρίως πόλεως οὐ μετῳκίσθημεν. εἰ γὰρ ὑμεῖς ἡ πόλις, μεθ' ὑμῶν δὲ ἡμεῖς ἀεὶ καὶ ἐν ὑμῖν, εὔδηλον ὅτι καὶ ἐνταῦθα διάγοντες, τὴν πόλιν οἰκοῦμεν ἐκείνην. καὶ γὰρ ἐνδιαιτώμεθα ὑμῶν ταῖς ψυχαῖς εὖ οἶδ' ὅτι, καὶ ὅπουπερ ἂν ἀπίωμεν, καὶ πάντας ὑμᾶς τοὺς σφοδροὺς ἡμῶν ἐραστὰς ἐπὶ διανοίας περιφέροντες ἄπιμεν. οὔτε ἡμᾶς οὔτε τὴν ἐρημίαν τοῦ χωρίου τούτου, [καὶ γὰρ πάσης τῆς οἰκουμένης ἐστὶν ἐρημότερον] οὔτε τὴν πολιορκίαν τῶν λῃστῶν, [καὶ γὰρ καθ' ἑκάστην πολιορκεῖται τὴν ἡμέραν] οὔτε τὸν ἐντεῦθεν τικτόμενον λιμὸν ἀφίησιν ὁρᾶν· ἐπειδὴ τὸ μὲν σῶμα ἡμῖν ἐνταῦθα ἵδρυται, ἡ δὲ ψυχὴ παρ' ὑμῖν διηνεκῶς. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς οὕτω διακειμένοις ποθεινὴ σφόδρα καὶ περισπούδαστος καὶ ἡ σωματικὴ παρουσία, καὶ λυπεῖ μὴ γινομένη, τοῦτο δὲ τέως γενέσθαι οὐκ ἔνι, ἔνι δὲ αὐτῆς φάρμακον μέγιστον ἡ διὰ τῶν γραμμάτων συνουσία, πάρεχε ταύτην ἡμῖν μετὰ δαψιλείας πολλῆς, καὶ ταύτης ἀπηλλάγμεθα τῆς ἀθυμίας. ἱκανὸς γὰρ σὺ δέσποτά μου θαυμασιώτατε, καὶ διὰ γραμμάτων σοφίζεσθαι παρουσίας ἡδονήν.

Διογένει ρμδ'.

Ἔρημον μὲν ἡ Κουκουσὸς χωρίον, καὶ ἄλλως εἰς οἴκησιν σφαλερὸν, διηνεκεῖ φόβῳ τῶν λῃστῶν πολιορκούμενον· σὺ δὲ αὐτὴν καὶ ἀπὼν παράδεισον εἶναι πεποίηκας. ὅταν γάρ σου τὸν ζῆλον ἀκούσωμεν τὸν πολὺν, τὴν ἀγάπην τὴν περὶ ἡμᾶς, τὴν γνησίαν καὶ θερμὴν, [οὐδὲν γὰρ ἡμᾶς λανθάνει καὶ ἐκ τοσούτου καθημένους διαστήματος] ὡς θησαυρὸν μέγιστον ἔχοντες, καὶ πλοῦτον ἄφατον, τὴν διάθεσίν σου τῆς ἐμμελείας, καὶ ἐν ἀσφαλεστάτῃ πόλει διατρίβειν ἡγούμεθα, ὑπὸ τῆς τοσαύτης εὐφροσύνης πτερούμενοι, καὶ μεγίστην παράκλησιν ἐντεῦθεν καρπούμενοι. ἵν' οὖν καὶ ἑτέρα προσθήκη γένηται ἡμῖν ἡδονῆς, παρακαλῶ καὶ γράμματα ἡμῖν χαρίζου, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας δηλοῦντα τῆς σῆς. εἰ γὰρ καὶ ἐργῶδες τοῦτο, διὰ τὸ τῆς ὁδοῦ μῆκος, καὶ τὸ σφόδρα ἀπῳκίσθαι τῆς δημοσίας τουτὶ τὸ χωρίον ὁδοῦ, ἀλλὰ τῷ οὕτως φιλοῦντι, ὡς αὐτὸς οἶσθα φιλεῖν, καὶ τὰ δύσκολα εὔκολα γίνεται. ἐννοήσας τοίνυν ἡλίκην ἡμῖν χαριῇ χάριν τῇ πυκνότητι τῶν τοιούτων γραμμάτων, πάρεχε καὶ ταύτην ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην· καὶ γὰρ σφόδρα ἀλγοῦμεν, ὅτι δεύτερον ἐπεσταλκότες ἤδη, οὐδὲ ἅπαξ ἐδεξάμεθα γράμματα τῆς σῆς ἐμμελείας.

Νικολάῳ πρεσβυτέρῳ αμε'.

Ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς, καὶ σφόδρα ἐπεθύμουν ἰδεῖν σου τὴν ἐμμέλειαν, καὶ περιπτύξασθαι, καὶ τοῦτο οἶσθα καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων. φιλεῖν γὰρ εἰδὼς γνησίως, καὶ τοὺς γνησίως φιλοῦντας διαγινώσκειν ἐπίστασαι· ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔνι, ὅπερ ἔνι, ποιῶ, τέως γράφω, προσαγορεύω, γράμματα ἀπαιτῶ, τὰ περὶ τῆς ὑγιείας τῆς σῆς ἡμῖν πυκνότερον δηλοῦντα· χαρίζου δὴ ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν· εἰ γὰρ καὶ μὴ δεῖ σοι παρακλήσεως εἰς τοῦτο,

Elpidio Epiſcopo. 142

Lingua quidem rarò, animo autem ac voluntate ad te perſæpe ſcripſimus, quotidiéque tecum verſamur. Atque hunc congreſſum nobis, nec temporis diuturnitas, nec itineris longinquitas, nec rerum adverſitas eripere poteſt. Nam ea charitatis natura eſt, ut nulli hujuſmodi rei cedat, verùm ſtet, omniáque ſuperet. Quamobrem, reverendiſſime ac religioſiſſime mi domine, noli epiſtolarum numero meum erga te amorem ponderare: verùm, cùm tibi animus meus ac benevolentia, quam pietati tuæ ſemper præſtiti, tibi comperta & explorata ſit, nihil ob diuturnum ſilentium ſiniſtri ſuſpiceris. Quandoquidem ne nos quidem, etſi literas abs te rarò acceperimus, propterea ſegniorem te erga nos redditum fuiſſe exiſtimamus: verùm illud pro certo habemus, nobíſque perſuademus, te benevolentiam eam, qua nos hactenus complexus es, incolumem ac florentem retinere, atque ob calamitates, quæ nobis aſſiduè inferuntur, non modò non conſternari, ſed etiam vehementiore erga nos amore affici: atque hoc nomine ingentem tibi gratiam habemus. Quoniam autem minimè mihi dubium eſt, quin tu quoque de rebus noſtris certior fieri cupias, commoda valetudine ſumus, ingentíque otio & quiete fruimur, atque in ſecuritate degimus, Iſauricis nimirum tumultibus liberati. Nam quod ad Armeniæ hyemem attinet, eam jam uſu ipſo ferre didici. Quanquam enim frigore nonnihil offendor, ut veriſimile eſt eum, qui tam imbecilli corpore præditus ſit: ſuperior tamen exiſto, dum domi me perpetuò, cum frigus ſævit, includo, raróque è limine pedem effero. Nam cæteras quidem anni partes ita jucundas ac ſuaves ſentio, ut eum etiam morbum, quem ex hyemis aſperitate contraxi, perfacilè depellere queam.

Polybio. 143.

Urbis quidem ſolo, ac muris & parietibus ejecti ſumus: verùm ex urbe, ſi propriè hoc nomine uſurpetur, minimè migravimus. Nam ſi vos urbs eſtis, ſanè, cùm vobiſcum atque in vobis perpetuò ſimus, illud perſpicuum eſt, nos, etiam hîc commorantes, urbem illam habitare. Neque enim, quin in animis veſtris habitemus, ullo modo dubito: ac viciſſim, quocunque abierimus, vos omnes, qui noſtri ſtudio atque amore flagratis, animo circumferimus. Hoc porro nos, nec hujus loci ſolitudinem (eſt autem totius orbis terræ deſertiſſimus) nec prædonum obſidionem (nam quotidie obſidetur) nec denique famem, quæ hinc ortum trahit, perſpicere ſinit. Quandoquidem corpus ita hic defixum eſt, ut interim animus apud vos verſari non deſinat. At quoniam iis, qui hoc animo præditi ſunt, corporis quoque præſentia magnopere chara & expetenda eſt, mœrórque exiſtit, cùm ea negatur, id porro minimè fieri poteſt, huic rei maximum remediũ affert congreſſus ille, qui mutuis epiſtolis comparatur: quo ſi nobis per vos copioſè frui contingat, hac quoque mœſtitia liberatos nos ſentiemus. Potes enim ipſe, domine mi cum primis admirãde, præſentiæ voluptatem per literas adumbrare.

Diogeni. 144.

Deſertus quidem locus eſt Cucuſus, atque etiam alioqui ad habitandum periculoſus, ut qui perpetuo latronum metu infeſtus ſit. Tu verò, etiam abſens, eum nobis in amœniſſimum locum commutaſti. Nam cùm ingentem tuum zelum, ſinceráu*que ac ferventem erga nos charitatem audimus (nihil enim nobis, quamvis tam longè diſſitis, obſcurum atque incognitum eſt) benevolentiam tuam, tanquam ampliſſimi cujuſdã theſauri, ac divitiarum omni verborum facultate præſtantiorum inſtar habentes, ita afficimur, ut nobis ipſi in ſumma ſecuritate verſari videamur, tanta videlicet lætitia erecti, maximúmque hinc ſolatium capientes. Quò igitur alter inſuper nobis voluptatis cumulus accedat, velim literis quoque nos dones, quibus de tua valetudine certiores efficiamur. Nam etſi difficile iſtud eſt, tum ob viæ longinquitatem, tum quòd hic locus à publica via valde ſemotus ſit, tamen homini ita amanti, ut ipſe amare noſti, etiam quæ ardua ſunt, prona ac facilia redduntur. Cùm igitur animadvertas, quantam hujuſmodi literarum frequentiâ gratiam à nobis initurus ſis, hanc quoque lætitiam nobis præbe. Siquidem illud permoleſtè ferimus, quòd cùm iterum jam ad te ſcripſerimus, tamen ne ſemel quidem literas à te accepimus.

Nicolao Presbytero. 145.

Cuperem quidem ipſe quoque, & quidem vehementer cuperem te videre atque complecti: idque ipſe etiam ante noſtras literas minimè ignoras. Nam cùm ſincero animo amare noris, eos quoque, qui ſincero animo amant, agnoſcere noſti. Verùm quoniam id minimè licet, interim, quod licet, facio: ſcribo, ſaluto, literas, quæ nobis valetudinis tuæ ſtatum crebrò exponant, poſtulo, atque expoſco. Quamobrem hanc nobis gratiam concede. Nam quanquam ad eam rem hortatore nihil indiges,

tamen de hac re te ſubmonere minimè deſiſtemus. Neque enim exiguam animi levationem, atque tum ſolitudinis, tum quotidianorum terrorum, qui ex prædonum incurſione nobis oriuntur, tum morbi corporis, adverſarúmque aliarum rerum conſolationem illud nobis allaturum eſt, ſi ex vobis, quibus chari ſumus, hoc intelligamus, vos incolumi ac firma valetudine eſſe, omniáque vobis ex animi ſententia evenire, etiamſi alioqui ſexcentas nobis tempeſtates commemores. Qui tandem iſtud? Quoniam nihil impedit, quo minùs, qui generoſi & experrecti atque attenti animi eſt, etiam in commoto ac perturbato negotiorum mari feliciter naviget: quemadmodum contrà, qui ignavi ac diſſoluti, & conſternati ſupinéque jacentis animi eſt, tranquillo quoque mari perturbetur, atque in tumultu verſetur.

Theodoto, Nicolao, Charea, Presbyteris & monachis. 146.

Vos quidem Iſaurorum incurſionem atque impetum abſentiæ veſtræ cauſam eſſe dicitis: at ego vos & adeſſe, & nobiſcum verſari dico: neque hujuſmodi rem, quin ad nos veneritis, impedimento vobis fuiſſe. Nam ex charitatis pennæ ſunt, ut etiamſi ſexcenta impedimenta ſe objiciant, repente tamen ac magna cum facilitate ubique adſit. Quòd ſi corporea veſtra præſentia caremus, precari ne intermittite: ac Deus eam pro ſua benignitate dabit. Quandoquidem ipſe quoque animo vos aſſiduè gerens, congreſſum veſtrum haud vulgarem in modum deſidero: neque dubito, quin iſtud mihi contingat, dummodo eum, qui tempeſtatem omnem diſcutere, cunctáque in magnam tranquillitatem adducere poteſt, obnixè oretis & obſecretis. Ut autem rerum quoque noſtrarum ſtatu cognito, lætitiam concipiatis, ingenti quiete atque otio fruimur, corpúſque noſtrum, etſi alioqui multa ſint, quæ ipſius valetudinem labefactent, ſatis commodè ſe habet. Quanquam enim & medicorum inopia, & rerum neceſſariarum penuria (nihil enim hîc vænale eſt, nec medicamenta ulla ſuppetunt) & cœli intemperies (neque enim æſtas nobis minus, quàm frigus, moleſta eſt, ut quæ frigoris acrimoniam in contrarium imitetur) & gravis ac perpetua obſidio, crebríque Iſauricarum incurſionum metus, hæc inquam omnia, & alia plura ſint quæ valetudinem noſtram labefactent: nunc tamen gravi periculo, atque hujuſmodi morbo liberati ſumus, ac mediocrem quandam ſanitatem obtinuimus. Vos verò operam etiam date, ut ad nos quàm ſæpiſſimè ſcribatis, ac de veſtra valetudine ſine ulla intermiſſione certiores nos faciatis. Siquidem maximæ levationis, maximique ſolatii, atque ampliſſimorum theſaurorum inſtar, veſtram charitatem eſſe ducimus: ac, cùm ſinceræ veſtræ benevolentiæ, animíque conſtantiæ, ac firmæ charitatis nobis in mentem venit (nunquam autem non venit) tanquam in latum quendam atque tranquillum portum ex multis calamitatibus appellimur.

Anthemio. 147.

Alii tibi Conſulatus atque Præfecturæ nomine gratulantur: ego autem magnificentiæ tuæ cauſa ipſis quoque magiſtratibus imperiiſque gratulor. Neque enim te ornarunt: verùm abs te ornata ſunt. Quandoquidem etiam ea virtutis natura eſt, ut honores non aliunde mutuetur, verùm ipſa eos in ſeſe circumferat, nimirum hiſce dignitatibus honorem præbens, non autem ipſa ab illis accipiens. Eáque de cauſa ne amori quidem erga te noſtro quicquam nunc adjunximus. Nihil enim tibi amplius acceſſit. Nec nos Præfectum atque Conſulem amamus: ſed dominum meum ſuaviſſimum Anthemium, cùm magna prudentia atque ingenii acumine, tum etiam ingenti philoſophia refertum. Ac proinde te quoque beatum prædicamus, non quòd ad hunc thronum evectus ſis, ſed quia uberiorem prudentiæ tuæ atque humanitatis demonſtrandæ materiam accepiſti. Atque iis omnibus, quibus injuria fit, gratulamur, latum ſcilicet animæ tuæ portum intuentes, eam vim habentem, ut innumera naufragia depellere queas, atque efficere, ut ii, qui in atrociſſimam tempeſtatem inciderunt, ex animi ſententia navigent. Ac propterea exultamus & lætitia diffundimur, imperium tuum commune eorum, qui injuria afficiuntur, feſtum eſſe exiſtimantes. Quo etiam nunc ipſi fruimur: ut qui ex virtutum tuarum magnitudine propriam nobis voluptatem fingamus.

Cyriaco, Demetrio, Palladio, Eclyſio, Epiſcopis. 148.

Beati vos, ac ter beati, ſæpiúſque beati, ob præclaros hos ſudores, certamina, & ærumnas, ac labores & pericula, quæ pro omnibus orbis terræ eccleſiis ſubiiſtis, hincque, tum in terra, tum in mari, tum in cœlis gloriam & ſplendorem conſecuti eſtis. Siquidem homines omnes, qui quidem mentis compotes ſunt, vos prædicant, ac coronis cingunt, animi veſtri robur, fortitudinem, tolerantiam, atque conſtantiam ad ſtuporem uſque mirantes. Benignus autem Deus, qui laboribus longè ampliora præmia ſemper conſtituit,

A οὐ παυσόμεθα ἀναμιμνήσκοντες ὑπὲρ τούτου· οὐ γὰρ μικρὰ παράκλησις ἡμῖν καὶ παραμυθία καὶ τῆς ἐρημίας, καὶ τῶν φόβων τῶν καθημερινῶν τῶν ἀπὸ τῆς ἐφόδου γινομένων τῆς λῃστρικῆς, καὶ τῆς τοῦ σώματος ἀῤῥωστίας, καὶ τῶν ἄλλων περιστάσεων, τὸ μανθάνειν περὶ τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς ὑμῶν, ὅτι τε ἔῤῥωσθε, καὶ ὑγιαίνετε, καὶ κατὰ ῥοῦν ὑμῖν ἅπαντα φέρεται, κἂν μυρίους ἡμῖν λέγῃς χειμῶνας. πῶς καὶ τίνι τρόπῳ; ὅτι ἔνι τὴν γενναίαν, καὶ ἐγρηγορυῖαν, καὶ νήφουσαν καὶ ἐν ταραττομένῳ πραγμάτων
B πελάγει ἐξ οὐρίας πλεῖν, ὥσπερ καὶ τὴν χαῦνον, καὶ ἀναπεπτωκυῖαν, καὶ κειμένην ὑπτίαν, καὶ ἐν γαλήνῃ διαταράττεσθαι καὶ θορυβεῖσθαι.

Θεοδότῳ, Νικολάῳ, Χαιρέᾳ, πρεσβυτέροις καὶ μονάζουσιν ρμϛʹ.

Ὑμεῖς μὲν τῶν Ἰσαύρων αἰτιᾶσθε τὴν καταδρομὴν τῆς ἀπουσίας τῆς ὑμετέρας. ἐγὼ δὲ ὑμᾶς καὶ παρεῖναι φημὶ, καὶ σὺν ἡμῖν εἶναι, καὶ οὐδὲν
C δὲ ἐντεῦθεν γενέσθαι κώλυμα πρὸς τὴν ἄφιξιν ὑμῶν. τοιαῦτα γὰρ τῆς ἀγάπης τὰ πτερὰ, ἀθρόον καὶ μετὰ πολλῆς τῆς εὐκολίας πανταχοῦ παραγίνεται, κἂν μυρία τὰ κωλύματα ᾖ. εἰ δὲ τῆς σωματικῆς ὑμῶν ἀπεστερήμεθα παρουσίας, μὴ διαλίπητε εὐχόμενοι, καὶ δώσει ταύτην ὁ φιλάνθρωπος Θεός. ἐπεὶ καὶ αὐτὸς διηνεκῶς ὑμᾶς ἐν διανοίᾳ περιφέρων, οὐχ ὡς ἔτυχε καὶ τῆς κατ᾽ ὄψιν ἐρῶ συντυχίας, καὶ εὖ οἶδα ὅτι καὶ αὕτη ἔσται, μετὰ ἐκτενείας ὑμῶν παρακαλούντων τὸν δυνάμενον πάν-
D τα λῦσαι χειμῶνα, καὶ εἰς γαλήνην λευκὴν ἅπαντα ἀγαγεῖν. ἵνα δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα μαθόντες εὐφραίνησθε, πολλῆς ἀπολαυόμεθα ἡσυχίας καὶ ἀπραγμοσύνης, τὸ σῶμα ἡμῖν, καίτοι πολλῶν ὄντων τῶν λυμαινομένων αὐτοῦ τὴν ὑγείαν, [καὶ γὰρ ἰατρῶν σπάνις, καὶ ἀναγκαίων ἀπορία· οὐδὲν γάρ ἐστιν ὤνιον ἐνταῦθα, οὐ φαρμάκων εὐπορία, καὶ ἀέρος δυσκρασία· τοῦ κρυμοῦ γὰρ οὐκ ἔλαττον ἡμᾶς τὸ θέρος λυπεῖ, ἀπεναντίας τοῦ κρυμοῦ μιμούμενον τὴν σφοδρότητα, καὶ πολιορκία χα-
E λεπὴ καὶ διηνεκὴς, καὶ συνεχεῖς καὶ ἐπάλληλοι φόβοι τῶν Ἰσαυρικῶν ἐφόδων] τούτων τοίνυν καὶ ἑτέρων πλειόνων ὄντων τῶν διαφθειρόντων τὴν ῥῶσιν ἡμῶν, τέως τοῦ μὲν κινδύνου τοῦ χαλεποῦ, καὶ τῆς τοιαύτης ἀπηλλάγμεθα ἀῤῥωστίας· ὑγιαίνομεν δέ τινα ὑγείαν σύμμετρον. μὴ δὴ διαλίπητε καὶ αὐτοὶ συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλοντες, καὶ τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας εὐαγγελιζόμενοι. καὶ γὰρ παράκλησιν μεγίστην, καὶ παραμυθίαν, καὶ θησαυρὸν πολλῶν γέμοντα ἀγαθῶν, τὴν ὑμετέραν
A ἀγάπην εἶναι νομίζομεν· καὶ ὅταν τὴν διάθεσιν ὑμῶν τὴν γνησίαν, καὶ τὸ ἀπερίτρεπτον τῆς γνώμης, καὶ τὴν ἀκλινῆ καὶ στεῤῥὰν ὑμῶν ἐννοήσωμεν ἀγάπην, [ἀεὶ δὲ αὐτὴν ἐννοοῦντες οὐ παυόμεθα] ὥσπερ εἴς τινα λιμένα εὐρὺν καὶ ἀκύμαντον ἀπὸ τῶν πολλῶν καταπλέομεν θλίψεων.

Ἀνθεμίῳ ρμζʹ.

B Ἄλλοι μέν σου τῇ θαυμασιότητι καὶ τῆς ὑπατείας, καὶ τῆς ἐπαρχότητος συνήδονται· ἐγὼ δὲ αὐταῖς ταῖς ἀρχαῖς τῆς σῆς ἕνεκεν μεγαλοπρεπείας. οὐ γάρ σε κατεκόσμησαν, ἀλλ᾽ ἐκοσμήθησαν παρὰ σοῦ. ἐπειδὴ καὶ τοιοῦτον ἀρετὴ, οὐκ ἔξωθεν δανείζεται τὰς τιμὰς, ἀλλ᾽ αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ περιφέρει ταύτας, τιμὴν τοῖς ἀξιώμασι τούτοις παρέχουσα, οὐκ αὐτὴ παρ᾽ ἐκείνων λαμβάνουσα· διὰ δὴ τοῦτο οὐδὲ προσεθήκαμεν τῷ φίλτρῳ νῦν τῷ περὶ σέ. οὐδὲ γάρ σοι προσγέγονε πλέον, οὐδὲ τὸν
C ὕπαρχον καὶ ὕπατον ἡμεῖς φιλοῦμεν, ἀλλὰ τὸν δεσπότην μου τὸν ἡμερώτατον Ἀνθέμιον, τὸν πολλῆς μὲν συνέσεως, πολλῆς δὲ γέμοντα φιλοσοφίας. διό σε καὶ μακαρίζομεν, οὐκ ἐπειδὴ πρὸς τὸν θρόνον ἀνέβης τοῦτον, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ δαψιλεστέραν ἔλαβες ὕλην, εἰς τὸ τὴν σύνεσίν σου καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἐπιδείξασθαι. καὶ τοῖς ἀδικουμένοις πᾶσι συνηδόμεθα, τὸν πλατύν σου λιμένα τῆς ψυχῆς ὁρῶντες, μυρία δυνάμενον λῦσαι ναυάγια, καὶ τοὺς εἰς ἔσχατον κλυδώνιον κατενεχθέντας
D παρασκευάσαι ἐξ οὐρίας πλεῖν. διὰ ταῦτα σκιρτῶμεν. διὰ ταῦτα χαίρομεν, τὴν σὴν ἀρχὴν κοινὴν ἑορτὴν τῶν ἐπηρεαζομένων εἶναι νομίζοντες, ἧς καὶ αὐτοὶ νῦν ἀπολαύομεν, οἰκείαν ἡδονὴν εἶναι τιθέμενοι τῶν σῶν κατορθωμάτων τὸ μέγεθος.

Κυριακῷ, Δημητρίῳ, Παλλαδίῳ, Εὐλυσίῳ, ἐπισκόποις ρμηʹ.

Μακάριοι καὶ τρισμακάριοι, καὶ πολλάκις τοῦτο ὑμεῖς τῶν καλῶν
E τούτων ἱδρώτων καὶ ἀγώνων, τῶν μόχθων, καὶ πόνων, καὶ τῶν κινδύνων, οὓς ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην κειμένων ὑπομεμενήκατε λαμπροὶ μὲν ἐν γῇ, λαμπροὶ δὲ ἐν οὐρανοῖς διὰ τούτων γενόμενοι. καὶ γὰρ ἄνθρωποι πάντες οἱ νοῦν ἔχοντες ἀνακηρύττουσιν ὑμᾶς, στεφανοῦσιν, ἐκπληττόμενοι τὴν εὐτονίαν ὑμῶν, τὴν ἀνδρείαν, τὴν καρτερίαν, τὴν προσεδρείαν· ὅ, τε φιλάνθρωπος Θεὸς, ὁ μείζονας ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος τιθεὶς ἀεὶ τῶν πόνων τὰς ἀμοιβὰς, τοσούτοις

τοσούτοις ἀμείψεται ἀγαθοῖς, ὅσοις ἀμείβεσθαι θεῷ πρέπον τοὺς οὕτω γενναίως ἀγωνιζομένους ὑπὲρ τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἁπάσαν εἰρήνης. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς οὐ παυόμεθα μακαρίζοντες ὑμᾶς, ἐντρυφῶντες ὑμῶν τῇ μνήμῃ διηνεκῶς, ἐπὶ διανοίας περιφέροντες, εἰ καὶ πολλῷ διῳκίσμεθα τῷ τῆς ὁδοῦ μήκει. ὁ μὲν οὖν τιμιώτατος Κυριακὸς ὁ διάκονος οὐκ ἠδυνήθη νῦν ἐκπλεῦσαι, διὰ τὸ πολλῷ κατειργάσθαι πόνῳ. οἱ μέντοι κύριοί μου ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Ἰωάννης, καὶ ὁ τιμιώτατος Παῦλος ὁ διάκονος ἐλαυνόμενοι πανταχόθεν, καὶ μηδαμοῦ στῆναι, μηδὲ λαθεῖν ἔχοντες, ἀναγκαῖον ἐνόμισαν καταλαβεῖν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, καὶ αὐτόθι μεθ' ὑμῶν εἶναι. δεξάμενοι τοίνυν αὐτοὺς μετὰ ἀγάπης, τὴν πρέπουσαν ὑμῖν εὔνοιαν περὶ αὐτοὺς ἐπιδείξασθε.

Αὐρηλίῳ ἐπισκόπῳ Καρθαγένης. ρμθʹ.

Βαβαὶ ἡλίκον ἐστὶ γενναία ψυχὴ, καὶ πολλῷ βρύουσα τῷ τῆς ἀγάπης, καὶ τῷ τῆς εὐλαβείας καρπῷ, ὅπου γε καὶ αὐτὸς τοσοῦτον ἡμῶν ἀπῳκισμένος ὁδοῦ μῆκος, ὡς παρὼν καὶ μεθ' ἡμῶν ὢν, οὕτως ἡμᾶς εἷλες, καὶ ἐχειρώσω. τῆς γὰρ ἀγάπης σου τὸ θερμὸν, καὶ τῆς παῤῥησίας, καὶ τῆς εὐλαβείας ἡ εὐωδία, μέχρι καὶ ἡμῶν τῶν ἐν ἐσχατιᾷ τῆς οἰκουμένης καθημένων ἔφθασεν. διὰ ταῦτά σοι χάριτας πολλὰς ἴσμεν, διὰ ταῦτά σου μακαρίζομεν τὴν εὐλάβειαν, ὅτι πόνον πολὺν καὶ ἱδρῶτα ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησιῶν ἀναδεχόμενος, μεγίστους ἑαυτῷ παρὰ τῷ φιλανθρώπῳ θεῷ προαπέθου τοὺς στεφάνους. καί σε παρακαλοῦμεν ἐμμεῖναι τὸν καλὸν τοῦτον ἀγῶνα ἀγωνιζόμενον. οἶσθα γὰρ τὰ ἐντεῦθεν βραβεῖα. εἰ γὰρ ἕνα τις ἀδικούμενον καὶ παρανομούμενον ἀνέχων, ἄφατον ἔχει παρὰ τοῦ θεοῦ τὸν μισθὸν, ἐννόησον ὅσην αὐτὸς λήψῃ τὴν ἀμοιβὴν, ἐκκλησίας τοσαύτας ταραττομένας, διὰ τῆς καλῆς ταύτης σπουδῆς ἀπαλλάττων μὲν θορύβων καὶ ταραχῆς, εἰς δὲ γαληνὸν λιμένα εἰρήνης ὁρμίσαι ἐσπουδακώς.

Μαξίμῳ ἐπισκόπῳ ρνʹ.

Ὅταν ἐννοήσω τοὺς πόνους ὑμῶν, καὶ τοὺς ἱδρῶτας, τοὺς ἐπὶ μακρῷ χρόνῳ γεγυμνασμένους, οὐ τὴν τυχοῦσαν, ἀλλὰ καὶ μεγίστην καρποῦμαι παράκλησιν, ἐφ' οἷς αὐτὸς πέπονθα παρανόμως, τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὴν οὕτω θερμὴν καὶ γνησίαν, τὴν πρόνοιαν τὴν εἰλικρινῆ, τὴν ἀγρυπνίαν τὴν ὑπὲρ τῆς διορθώσεως τῶν γεγενημένων, τὴν ἐπιτεταμένην, μεγίστην ἔχων παραμυθίαν. καὶ γὰρ οὐχ ἡ τυχοῦσα γέγονέ μοι παραψυχὴ, τὸ λογίζεσθαι ὅτι ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, οὐχ ἑωρακότες ἡμᾶς ποτε, οὐκ ὀφθέντες παρ' ἡμῶν, οὐ λόγων ἡμῖν κοινωνήσαντες, ἀθρόον ὑπὸ τῆς παρανομίας τῶν τολμηθέντων κινηθέντες, τοσαύτην ἐπεδείξασθε περὶ ἡμᾶς ἀγάπην, ὅσην πατέρες περὶ παῖδας, μᾶλλον δὲ καὶ πατέρας ἀπεκρύψατε τῇ τοσαύτῃ κηδεμονίᾳ. διὰ ταῦτα χάριτας ὑμῶν ἴσμεν τῇ εὐλαβείᾳ, θαυμάζομεν, μακαρίζομεν, παρακαλοῦμεν ὑμᾶς αὐτοὺς τὰ ἑαυτῶν μιμήσασθαι, καὶ ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐπεδείξασθε προθυμίαν, ταύτην εἰς τέλος ἀγαγεῖν. κἂν γὰρ μηδὲν γένηται πλεῖον εἰς διόρθωσιν τῶν γεγενημένων, οὐ μικρὰ παράκλησις ἡμῖν, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, τοσαύτης ἀπολελαυκόσι καὶ ἀπολαύουσι παρὰ τῆς τιμιότητος τῆς ὑμετέρας ἀγάπης.

Ἀσέλλῳ ἐπισκόπῳ ρναʹ.

Οἶδα μὲν, ὅτι οὐδὲν ὑμῖν δεῖ γραμμάτων εἰς τὸ διαναστῆναι, καὶ ἀντιλαβέσθαι τῆς διορθώσεως τῶν τὰς ἐκκλησίας τῆς ἀνατολῆς κατειληφότων κακῶν· καὶ τοῦτο δι' ὧν πεποιήκατε, ἐπεδείξασθε, αὐτοπαράκλητοι τοσαύτην παρασχόντες σπουδήν. ἀλλ' ἐπειδὴ τὰ κακὰ ἔτι μένει ἀδιόρθωτα, διὰ τὴν ἄνοιαν τῶν τοσαῦτα παρανομησάντων, ἀναγκαῖον εἶναι ἐνομίσαμεν παρακαλέσαι ὑμῶν τὴν εὐλάβειαν, ὥστε μὴ ἀποκαμεῖν, μηδὲ προεκκακῆσαι, ἀλλ' ἀκμαζούσῃ χρήσασθαι τῇ προθυμίᾳ, καὶ παρ' ἑαυτῶν πάλιν ἅπαντα εἰσενεγκεῖν. ὅσῳ γὰρ ἀνίατα νοσοῦσιν οἱ πρὸς τὴν τῶν ἐκκλησιῶν κατάστασιν στασιάζοντες, τοσούτῳ κἀκείνων πλέον ἔσται τὸ κρίμα, καὶ ὑμῖν τοῖς μὴ ἀποκάμνουσι λαμπρότερος ὁ μισθὸς, καὶ μείζους οἱ στέφανοι.

Ἐπισκόποις ρνβʹ.

Καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ, καὶ κοινῇ πᾶσιν ὑμῖν ὀφείλομεν χάριτας, οὐχ ἡμεῖς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐπίσκοποι, κληρικοὶ διαφόρων πόλεων, λαοὶ ποικίλως ἐλαυνόμενοι· ὅτι πατρικὰ σπλάγχνα ἐπιδειξάμενοι, συνηλγήσατε, ἔστητε γενναίως, τὰ παρ' ὑμῶν αὐτῶν πάντα εἰσηνέγκατε. διὰ ταῦτα πάντες ὑμᾶς ἀνακηρύττουσι, στεφανοῦσιν, ἐπὶ στόματος φέρουσιν ὑμῶν τὰ κατορθώματα. εἰ δὲ παρὰ ἀνθρώπων τοιαῦται αἱ τιμαὶ, ἐννόησον παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ πόσαι ὑμῖν αἱ ἀντιδόσεις· ταῦτ' οὖν εἰδότες τιμιώτατοι δεσπόται μου καὶ εὐλαβέστατοι, κἂν οἱ θορυβοῦντες τὰς ἐκκλησίας ἀνίατα νοσῶσι, μὴ παύσησθε τὴν παρ' ὑμῶν αὐτῶν εἰσφέροντες θεραπείαν.

tot tantáque bona vobis rependet, quot quantáque iis à Deo rependi par eſt, qui pro univerſi orbis pace tam ſtrenuè ac fortiter dimicant. Ac propterea nos quoq; beatos vos prædicare non deſinimus, incredibilem quandam voluptatem ex veſtri recordatione perpetuò capientes, vóſque, etiam ſi alioqui longo itineris intervallo à vobis disjuncti ſimus, animo circumferentes. Ac Cyricus quidem reverendiſſimus Diaconus, nunc navigare minimè potuit, propterea quòd multo labore confectus erat. At verò domini mei, religioſiſſimus Presbyter Joannes, & reverendiſſimus Diaconus Paulus, cùm undique exagitarentur ac vexarentur, nec uſquam conſiſtendi ac deliteſcendi poteſtas eſſet, hoc ſibi neceſſariò faciendum exiſtimarunt, ut ad charitatem veſtram ſeſe conferrent, iſticque vobiſcum eſſent. Quamobrem ipſos cum charitate excipite, eámque, quam par eſt, benevolentiam ipſis exhibete.

Aurelio, Carthaginis Epiſcopo. 149.

Papæ, quanta res eſt, generoſus animus, atque charitatis ac pietatis fructibus abundans: quippe cùm ipſe tanto itineris intervallo à nobis diſſitus, tanquam præſens, ac nobiſcum degens, nos ceperis, tibíque devinxeris. Siquidem charitatis tuæ ardor, eáque odoris ſuavitas, quæ ex tua loquendi libertate ac pietate manat, ad nos uſque, qui in extremo orbis receſſu collocati ſumus, penetravit. Ac propterea ingentes tibi gratias agimus, propterea inquam, te beatum prædicamus, quòd cùm magnum laborem ac ſudorem pro omnibus orbis terræ Eccleſiis ſuſceperis, maximas tibi apud benignum Deum coronas condidiſti. Téque hortamur atque obſecramus, ut in hoc præclaro certamine perſeveres. Neque enim te fugit, quænam hinc præmia oriantur. Nam ſi quiſpiam unum aliquem injuria affectum ac præter jus læſum ſublevans, mercedem omni ſermone præſtantiorem à Deo obtinet, cogites velim, quantum ipſe præmium accepturus ſis, qui tot Eccleſias perturbatas, per egregium hujuſmodi ſtudium ac diligentiam, tumultibus ac perturbatione liberes, atque in tranquillum pacis portum appellere ſtudeas.

Maximo Epiſcopo. 150.

Cum labores eos ac ſudores, quos diuturno tempore ſubiiſtis, animo contemplor, non vulgarem, ſed ampliſſimam quandam injuriarum earum, quibus per ſummum ſcelus affectus ſum, conſolationem capio, veſtram nimirum uſqueadeo ardentem ac germanam charitatem, ſinceram curam, acerrimámque in iis malis, quæ contigerunt, corrigendis vigilantiam, maximi ſolatii loco ducens. Siquidem id non mediocri mihi conſolationi fuit, cùm illud mecum reputarem, vos tanto intervallo à me disjunctos, cùm nec me unquam vidiſſetis, nec à me viſi eſſetis, nec ullum unquam ſermonem mecum habuiſſetis, perpetratorum facinorum iniquitate repente commotos, quantam patres erga liberos, tantam erga me charitatem oſtendiſſe, imò etiam curæ ac ſolicitudinis magnitudine paternum amorem ſuperaſſe. Ac propterea pietati veſtræ gratiam habeo, vóſque mirificis laudibus in cœlum fero, petoque à vobis, ut ipſi vosmet imitemini, quámque ante hac ſemper animi promptitudinem exhibuiſtis, eam ad extremum perducatis. Ut enim ad ea, quæ acciderunt, ſarcienda nihil hinc utilitatis progrediatur, non parva tamen, ut jam dixi, nobis hæc conſolatio futura eſt, quòd tantam à vobis charitatem obtinuerim, atque etiamnum obtineam.

Aſello Epiſcopo. 151.

Non me fugit, vos literis nihil indigere, quibus excitemini, atque ea mala, quæ Orientales Eccleſias invaſerunt, ſarcienda ſuſcipiatis. Idque per ea, quæ à vobis geſta ſunt, planum feciſtis: quippe qui veſtra ipſimet ſponte tantum ſtudii ac diligentiæ præbeatis. Verùm quoniam hujuſmodi mala, propter eorum, qui ea perpetrarunt, amentiam ac ſtoliditatem adhuc à correctione aliena manent, idcirco neceſſarium duximus vos hortari, ut ne animis defatigemini, verùm florentem animi alacritatem adhibeatis, atque à vobis ipſis rurſus omnia conferatis. Nam quo periculoſiore ac incurabiliore morbo laborant, qui adverſus Eccleſiarum ſtatum ſeditiones agitant, eo quoque gravius ipſorum judicium erit: ac vobis contra, quorum animi minimè franguntur ac debilitantur, luculentior merces & majores coronæ.

Epiſcopis. 152.

Et privatim ſingulis, & univerſim omnibus vobis gratias referre debemus, non nos duntaxat, ſed etiam omnes Orientales Epiſcopi, diverſarum urbium clerici ac laïci, vario & multiplici modo exagitati, quòd paterna viſcera exhibentes, vicem noſtram doluiſtis, fortitérque ſtetiſtis. Nam, quicquid veſtrarum partium erat, præſtitiſtis. Ac propterea cuncti vos deprædicant, corona donant, veſtráque egregia facinora in ore habent. Quòd ſi tanti honores vobis ab hominibus habentur, cogitate quæſo quanta vobis à benigno Deo præmia expectanda ſint. Quæ cùm ipſi minimè ignoretis, reverendiſſimi ac religioſiſſimi domini mei, etiamſi ii, qui Eccleſias perturbant, incurabili morbo teneantur, ne tamen, quod poteſtis, remedium afferre deſinatis.

Nam

Nam quo plura impedimenta, ac major difficultas fuerit, eo A quoque major vobis merces erit. *Nam ſi cuipiam poculo duntaxat aquæ frigidæ dato, hujuſce exiguæ humanitatis præmium minimè futurum eſt*, perpendite quæſo, quantam vos, qui pro perturbatis Eccleſiis tot ac tanta & facere, & perpeti, in animum induxiſtis, mercedem accepturi ſitis, quantáque vos egregiorum laborum præmia maneant.

Iiſdem. 153.

Nunquam vobis gratias habere intermittimus. Etſi enim B multis ab hoſtibus injurias accepimus, tamen plurimum auxilii à vobis, ingentem charitatem, ſinceram humanitatem, ferventiſſimúmque ſtudium ſenſimus: ex iiſque rebus non exiguum, tum graviſſimi exilii, quo detinemur, tum aliorum malorum, quæ nobis illata ſunt, ſolatium habemus. Ac propterea vos rogamus & obſecramus, ut eandem nobis benevolentiam idemque ſtudium exhibere pergatis. Neque enim hujuſmodi opera in nobis gradum figet, verùm etiam ad communem Eccleſia- C rum utilitatem dimanabit. Non enim una, aut altera, aut tres urbes, verùm integræ gentes ubique terrarum perturbantur. Ac proinde tantum à vobis ſtudium adhiberi convenit, quantum ab iis adhiberi par eſt, qui pro tot animarum ſalute ſtudium laborémque ſuſcipiunt. Quod ſi voſipſos multos jam labores pertuliſſe, veſtriſque partibus functos eſſe dicatis, nos quoque id exploratum habemus, eóque nomine ſine ulla intermiſſione vobis gratias agimus. Petimus autem à vobis, ne hoc facere de- D ſinatis. Siquidem tolerantia ac patientia veſtra, eos etiam, qui pervicaciſſimo animo ſunt, ac penè incurabili morbo tenentur, ab ea, qua nunc laborant, dementia abducere poterit. Atque ut etiam nulla eorum morbo afferri medicina queat, at vobis certè plena & cumulata merces erit, bonorúmque horum corona integra atque perfecta.

Iiſdem. 154.

Nos quidem corporis etiam oculis vos videre cuperemus, E quoniam autem id minimè licet, propterea quòd exilii vinculis conſtricti tenemur, charitatis oculis vos quotidie cernimus atque amplectimur, plauſuque & admiratione proſequi non deſinimus, quòd tantam animi alacritatem ac ſtudium pro Orientis Eccleſiis ab initio ad hoc uſque tempus conſtanter exhibuiſtis. Vóſque rogamus & obteſtamur, ut parem initiis finem præſtetis. Nam cùm ii, qui omnia perturbarunt ac tumultibus A impleverunt, tanta contentione ac pervicacia uſi ſint, multo utique majorem vos, qui incommodis acceptis mederi ſtudetis, patientiam ac tolerantiam in hujuſmodi conatu adhiberi convenit. Hac enim ratione major nobis merces majúſque præmium erit, ſi, licet impedimenta multa ſeſe vobis objiciant, vos tamen pedem minimè referatis, verùm rerum difficultatem vigilantia veſtra & ſtudio conſtanter intercludatis.

Chromatio Aquileiæ Epiſcopo. 155. B

Clariſſima ferventis tuæ ac ſinceræ charitatis tuba ad nos uſque ſonum ſuum diffudit, magnum quiddam ac diutiſſimè durans ex tanto itineris intervallo ſpirans, atque ad extremos uſque terræ fines pertingens. Nec nos, licet alioqui tam longè disjuncti, minus, quàm ii qui adſunt, vehementiſſimam atq; igne plenam charitatem, ſinceràmque & ingenti libertate ac fiducia perfuſam linguam, atque adamantinam contentionem exploratam habemus. Eóque nomine veſtro etiam conſpectu atque C congreſſu frui magnopere nobis in votis eſſet. Quoniam autem id quoque nobis ea ſolitudo, qua nunc tanquam compedibus reſtricti ſumus, eripuit, idcirco dominum meum reverendiſſimum ac religioſiſſimum Presbyterum nacti, cupiditatem noſtram, ut licet, explemus, ſcribentes & ſalutantes, vobíſque pro eo ſtudio, quod toto hoc tam diuturno tempore magna cum animi contentione præſtitiſtis, ampliſſimas gratias agentes. Ac vos rogamus & obſecramus, ut cùm ipſe revertetur, inſupérque etiam, ſi D tabellarii occurrant, qui ad hanc ſolitudinem veniant, de veſtra valetudine ad nos ſcribatis. Scis enim quantam hinc voluptatem percepturi ſimus, cùm de hominum tam ardenter nos amantium proſpera valetudine crebriùs ad nos afferetur.

Epiſcopis. 156.

Clamat quidem ubique ipſa quoque rerum natura, quavis tuba luculentiorem vocem emittens, præclariſſimum ve- E ſtrum zelum, animíque pro veritatis defenſione alacritatem, quam non itineris longitudo, non temporis diuturnitas, non hominum inſanabili morbo laborantium væſana contentio, non denique aliud quicquam hujuſmodi oppreſſit, aut etiam debilitavit. Ac nos item magnas vobis gratias agere, atque coronarum earum nomine, quæ vobis ob præclara hæc certamina à benigno Deo reconduntur, gratulari non deſinimus. Et quidem coràm etiam vos cernere cuperemus.

Ὅσῳ γὰρ ἂν πλείονα τὰ κωλύματα ᾖ, καὶ πλείων ἡ δυσκολία, τοσούτῳ καὶ μείζων ὑμῖν ὁ μισθός. εἰ γάρ ποτέ τις ψυχρὸν ἐπιδοὺς, οὐκ ἄμισθον ἕξει τὴν βραχεῖαν φιλοφροσύνην· οἱ τοσαῦτα καὶ ποιῆσαι καὶ παθεῖν ἑλόμενοι ὑπὲρ ἐκκλησιῶν ταραττομένων, ἐννοήσατε ἡλίκην λήψεσθε τὴν ἀμοιβὴν, καὶ πόσα ὑμῖν ἀναμένει τῶν καλῶν πόνων τὰ βραβεῖα.

Τοῖς αὐτοῖς ρνγ΄.

Οὐ διαλιμπάνομεν χάριν ὑμῖν ὁμολογοῦντες διηνεκῶς. εἰ γὰρ καὶ πολλὰ παρενενεμήμεθα παρὰ τῶν ἐχθρῶν, ἀλλ᾽ ὅμως πολλῆς παρ᾽ ὑμῶν ἀπηλαύσαμεν τῆς συμμαχίας, δαψιλοῦς τῆς ἀγάπης, γνησίας φιλοφροσύνης, θερμοτάτης σπουδῆς. καὶ ταῦτα οὐ μικρὰν παράκλησιν καὶ τῆς χαλεπωτάτης ἐξορίας, ἐν ᾗ κατεχόμεθα, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπενεχθέντων ἡμῖν δεινῶν, ἔχομεν. διὸ παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὴν εὐλάβειαν ἐπιμεῖναι τὴν αὐτὴν περὶ ἡμᾶς ἐπιδεικνυμένους διάθεσίν τε καὶ σπουδήν. οὐδὲ γὰρ εἰς ἡμᾶς στήσεται τὸ γινόμενον μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ κοινὸν τῶν ἐκκλησιῶν διαβήσεται. οὐ γὰρ μία, καὶ δύο, καὶ τρεῖς πόλεις, ἀλλ᾽ ὁλόκληρα ἔθνη πανταχοῦ τῆς γῆς ταράττεται. καὶ τοσαύτην παρ᾽ ὑμῶν ἐπιδειχθῆναι δίκαιον σπουδὴν, ὅσην εἰκὸς ὑπὲρ τοσούτων ψυχῶν ἐσπουδακότας, καὶ κάμνοντας ἐπιδείξασθαι. εἰ δὲ πολλὰ πεποιήκατε, καὶ τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν εἰσηνέγκατε, ἴσμεν τοῦτο καὶ ἡμεῖς, καὶ εὐχαριστοῦντες ὑμῖν οὐ παυόμεθα, ἀξιοῦμεν δὲ μὴ διαλιπεῖν τοῦτο ποιοῦντας. ἡ γὰρ καρτερία ὑμῶν, καὶ ἡ ὑπομονὴ, καὶ ἡ εὔτονος γνώμη δυνήσεται καὶ τοὺς σφόδρα φιλονείκως διακειμένους, καὶ ἀνίατα νοσοῦντας ἀποστῆσαι τῆς κατεχούσης αὐτοὺς νῦν παραφροσύνης. εἰ δὲ ἐπιμένοιεν καὶ οὕτως ἀνιάτως ἔχοντες, ἀλλ᾽ ὑμῖν ἀπηρτισμένος ὁ μισθὸς ἔσται, καὶ πλήρης ἡ τῆς ἀμοιβῆς, καὶ ὁλόκληρος τῶν καλῶν τούτων ὁ στέφανος.

Τοῖς αὐτοῖς ρνδ΄.

Ἡμεῖς μὲν ἐποθοῦμεν καὶ τοῖς τοῦ σώματος ὄψεσιν ὑμᾶς θεάσασθαι· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐκ ἔνι, τῷ τῆς ἐξορίας δεσμῷ κατεχομένων ἡμῶν, τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς ἀγάπης ὑμᾶς καθ᾽ ἑκάστην φανταζόμεθα τὴν ἡμέραν, καὶ περιπτυσσόμεθα, καὶ κροτοῦντες, καὶ θαυμάζοντες οὐ διαλιμπάνομεν, ὅτι τοσαύτην προθυμίαν καὶ σπουδὴν ἐξ ἀρχῆς μέχρι νῦν μεμενήκατε ἐπιδεικνύμενοι ὑπὲρ τῶν τῆς ἀνατολῆς ἐκκλησιῶν· καὶ παρακαλοῦμεν ἄξιον τῶν προοιμίων ἐπιδείξασθαι τὸ τέλος. εἰ γὰρ οἱ τὸ πᾶν ταράξαντες, καὶ θορύβων ἐμπλήσαντες, τοσαύτῃ κέχρηνται τῇ φιλονεικίᾳ, πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς τοὺς τὰ κακῶς γεγενημένα διορθοῦν ἐσπουδακότας, πολλῇ δίκαιον κεχρῆσθαι τῇ ὑπομονῇ, καὶ καρτερίᾳ τῇ περὶ τὴν τοιαύτην σπουδήν. οὕτω γὰρ πλείων ὑμῖν ἔσται ὁ μισθὸς, καὶ μείζων ἡ ἀμοιβὴ, ὅταν καὶ πολλῶν κωλυμάτων γινομένων, μὴ ἀνακρούσησθε, ἀλλὰ μένητε τὴν τῶν πραγμάτων δυσκολίαν τῇ παρ᾽ ἑαυτῶν ἀποτειχίζοντες ἀγρυπνίᾳ τε καὶ σπουδῇ.

Χρωματίῳ ἐπισκόπῳ Ἀκυληΐας ρνε΄.

Ἤχησε καὶ μέχρις ἡμῶν ἡ μεγαλόφωνος τῆς θερμῆς σου καὶ γνησίας ἀγάπης σάλπιγξ, μέγα τι καὶ διωλύγιον ἐκ τοσούτου πνεύσασα τοῦ διαστήματος, καὶ πρὸς αὐτὰ ἀφικομένη τῆς γῆς τὰ πέρατα. καὶ τῶν παρόντων οὐκ ἔλαττον ἴσμεν ἡμεῖς, οἱ τοσοῦτον ἀπῳκισμένοι μῆκος ὁδοῦ, τὴν σφοδροτάτην σου καὶ πυρὸς γέμουσαν ἀγάπην, τὴν εἰλικρινῆ καὶ ἐλευθερίας πολλῆς καὶ παῤῥησίας ἐμπεπλησμένην γλῶτταν, τὴν ἔνστασιν τὴν ἀδάμαντα μιμουμένην. διὸ καὶ σφόδρα ἐπιθυμοῦμεν καὶ τῆς κατὰ πρόσωπον ἀπολαῦσαι συντυχίας. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ καὶ τοῦτο ἡμᾶς ἡ ἐρημία αὕτη παρείλετο, ἐν ᾗ νῦν ἐσμεν πεπεδημένοι, εὑρόντες τὸν κύριόν μου τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καθὼς ἔνι, τὴν ἐπιθυμίαν πληροῦμεν τὴν ἑαυτῶν, γράφοντες καὶ προσαγορεύοντες, χάριτας ὁμολογοῦντες ὑμῖν πολλὰς ὑπὲρ τῆς σπουδῆς, ἣν διὰ παντὸς τοῦ μακροῦ τούτου χρόνου, μετὰ πολλῆς ἐπεδείξασθε τῆς εὐτονίας· καὶ παρακαλοῦμεν ἡνίκα ἂν ἐπανίῃ, καὶ τούτου χωρὶς, διὰ τῶν ἐμπιπτόντων γραμματηφόρων, εἴ γέ τινες εὑρεθεῖεν οἱ πρὸς τὴν ἐρημίαν ταύτην ἀφικνούμενοι, τὰ περὶ τῆς ὑγείας ἡμῖν ἐπιστέλλειν τῆς ὑμετέρας. οἶσθα γὰρ ὅσην ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν ἡδονὴν, τῶν οὕτω θερμῶς περὶ ἡμᾶς διακειμένων τὴν ὑγείαν πυκνοτέρως εὐαγγελιζόμενοι.

Ἐπισκόποις ρνς΄.

Βοᾷ μὲν πανταχοῦ καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις, σάλπιγγος λαμπροτέραν ἀφιεῖσα φωνὴν, τὸν κάλλιστον ὑμῶν ζῆλον, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας προθυμίαν, ἣν οὐχ ὁδοῦ μῆκος, οὐ χρόνου πλῆθος, οὐ τῶν ἀνίατα νοσούντων ἡ παράλογος φιλονεικία, οὐκ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν κατέλυσεν, οὐδὲ ἀμαυροτέραν ἐποίησεν· καὶ ἡμεῖς δὲ οὐ διαλιμπάνομεν πολλὰς ὑμῖν ἔχοντες χάριτας, καὶ μακαρίζοντες ὑμᾶς οὐ παυόμεθα, τῶν ἐπὶ τοῖς καλοῖς τούτοις ἀγῶσιν ἀποκειμένων ὑμῖν στεφάνων παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ. καὶ ἐπιθυμοῦμεν ὑμᾶς καὶ κατ᾽ ὄψιν ἰδεῖν,

ἐπειδὴ

ἐπειδὴ δὲ τοῦτο οὐκ ἔνι δυνατὸν τῷ τῆς ἐξορίας δεσμῷ πεπεδημένοις, ἐπιλαβόμενοι τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, δι' αὐτοῦ γράφομεν, καὶ τὴν ὀφειλομένην πρόσρησιν ἀποδίδομεν, ὑμῖν δηλοῦντες ὡς ἅπασαν ἀνηρτήσασθε τῷ πόθῳ τὴν ἀνατολήν, καὶ σφοδροὺς ὑμῶν κατεστήσατε ἐραστάς, καὶ μυρίους ἔχετε τοὺς συναγανακτοῦντας ὑμῖν τὴν δικαίαν ταύτην ἀγανάκτησιν ἐπὶ ταῖς γεγενημέναις παρανομίαις, καὶ παρακαλοῦμεν τὴν αὐτὴν ἐπιδείξασθαι μέχρι τέλους προθυμίαν. ἴστε γὰρ ὅσους καρπώσεσθε στεφάνους ἀπὸ τῶν προσκαίρων τούτων, τὰς ἀθανάτους ὑμῖν μετὰ πολλῆς δαψιλείας προαποτιθέμενοι παρὰ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ ἀμοιβάς.

Ἐπισκόποις ἐλθοῦσιν ἀπὸ τῆς δύσεως ρνζʹ.

Καὶ ἔμπροσθεν μὲν ἐξεπληττόμεθα ὑμῶν τὴν σπουδήν, τὴν προθυμίαν τὴν ὑπὲρ τῆς διορθώσεως τῶν ἐκκλησιῶν γεγενημένην, τὴν στεῤῥὰν καὶ γνησίαν διάθεσιν, τὴν ἀνδρίαν καὶ ἀπερίτρεπτον γνώμην, τὴν καρτερίαν, ἣν τοσοῦτον ἐπεδείξασθε χρόνον· μάλιστα δὲ ἐξεπλάγημεν νῦν τὸν πολὺν ὑμῶν τόνον, οὕτω μακρὰν καὶ διαπόντιον ἀποδημίαν ἑλομένων, καὶ πόνων καὶ ἱδρώτων γέμουσαν, ὑπὲρ τῶν ταῖς ἐκκλησίαις συμφερόντων. καὶ ἐβουλόμεθα μὲν καὶ ἐπιστέλλειν συνεχῶς, καὶ τὴν ὀφειλομένην τῇ εὐλαβείᾳ ὑμῶν ἀποδιδόναι πρόσρησιν. ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐκ ἔνι, [σχεδὸν γὰρ ἄβατον τοῖς πολλοῖς οἰκοῦμεν χωρίον, ἐρημίᾳ πάντοθεν τετειχισμένον] νῦν ἐπιλαβόμενοι τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, προσαγορεύομεν ὑμῶν τὴν ἀγάπην, καὶ παρακαλοῦμεν τοῖς προοιμίοις συμβαῖνον ἐπιθεῖναι τέλος. ἴστε γὰρ ὅσος ὑμῖν ἔσται τῆς ὑπομονῆς ὁ μισθός, καὶ ὅσαι παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ αἱ ἀντιδόσεις ὑπὲρ τῆς κοινῆς εἰρήνης πονουμένοις, καὶ τοσοῦτον ἀναδεχομένοις ἀγῶνα.

Τοῖς αὐτοῖς ρνηʹ.

Οὐ μικρὰν ὑμῖν αὐτοῖς στεφάνων ὑπόθεσιν, καὶ ἡμῖν παρακλήσεως ἀφορμὴν ἀπὸ τῆς καλλίστης ὑμῶν ταύτης σπουδῆς, καὶ τῶν πόνων, καὶ τῶν ἱδρώτων κατεσκευάσατε. διὸ καὶ ἐκ τοσούτου καθήμενοι διαστήματος, ἀνακηρύττομεν ὑμᾶς, χάριτας ὁμολογοῦμεν, καὶ στεφανοῦμεν, καὶ μακαρίζομεν. καὶ ἐβουλόμεθα μὲν καὶ συνεχέστερον ἐπιστέλλειν, [καὶ γὰρ μεγίστην ἐντεῦθεν ἂν ἐκαρπωσάμεθα τὴν παραμυθίαν] εἴ γε τῶν τὰ γράμματα διακομιζόντων ἐπετυγχάνομεν. ἐπειδὴ δὲ οὐ ῥᾴδιόν ἐστι τοῦτο πρὸς αὐτὰς τὰς ἐσχατιὰς τῆς οἰκουμένης ἀπῳκισμένοις, καὶ οὐδενὸς ἡμῖν ταχέως ἐπιχωριάζειν δυναμένου, νῦν ὅτε ἐπετύχομεν τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, τὴν ὀφειλομένην ἀποδεδώκαμεν πρόσρησιν. καὶ παρακαλοῦμεν ὑμῶν τὴν εὐλάβειαν, ἐννοοῦντας τοῦ κατορθώματος τὸ μέγεθος, εἰ καὶ πολὺς ὁ παρελθὼν ἀνηλώθη χρόνος, καὶ ἐπὶ τὸ χεῖρον τῶν ἐναντιουμένων αὔξεται ἡ φιλονεικία, καὶ μένουσι νοσοῦντες ἀνίατα, τὰ γοῦν παρ' ὑμῶν μὴ διαλιπεῖν εἰς διόρθωσιν τῶν γεγενημένων εἰσφέροντας. ὅσῳ γὰρ πλείων ἡ δυσκολία, τοσούτῳ μείζων καὶ δαψιλεστέρα ἔσται τῶν καλῶν τούτων ἀγώνων ἡ ἀμοιβὴ παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ.

Τοῖς αὐτοῖς ρνθʹ.

Οὐ μικρὰν ἔχομεν παραμυθίαν τῶν κατειληφότων τὰ ἐνταῦθα κακῶν, τῆς ὑμετέρας σπουδῆς τὸ μέγεθος. ἱκανὰ μὲν γὰρ καὶ τὰ ἔμπροσθεν παρ' ὑμῶν γεγενημένα, ἡ ἀγρυπνία, καὶ ἡ σπουδή, καὶ ἡ τοσαύτη φροντίς, πολλὴν ἡμῖν παρασχεῖν τὴν παράκλησιν. ὃ δὲ νῦν προστεθείκατε, τὸ μακρὰν οὕτως ἀποδημίαν στείλασθαι, ὑπὲρ τῶν ταῖς ἐκκλησίαις συμφερόντων, σφόδρα πάντας ἡμᾶς ἀναπνεῦσαι πεποίηκε. καὶ κοινῇ πάντες ὑμῖν χάριτας ὁμολογοῦμεν πολλάς, ὑπὲρ τῶν τοσούτων πόνων, καὶ τῶν ἱδρώτων, καὶ τῶν καλῶν τούτων ἀγώνων, καὶ μακαρίζοντες ὑμᾶς οὐ διαλιμπάνομεν τῆς καλῆς ταύτης προθυμίας τε καὶ σπουδῆς. διὸ καὶ τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον παρεκαλέσαμεν δραμεῖν ἕως ὑμῶν. δεξάμενοι τοίνυν αὐτὸν μετὰ τῆς ὑμῖν πρεπούσης φιλοφροσύνης, ἄξιον τοῖς προοιμίοις τὸ τέλος ἐπιθεῖναι παρακλήθητε. εἰ γὰρ καὶ ἀνίατα νοσοῦσι τέως οἱ τοσούτους χειμῶνας, καὶ πολέμους ταῖς ἐκκλησίαις ἐργασάμενοι, τοσοῦτον ταλανίζειν μὲν ἐκείνους καὶ δακρύειν χρή, ὑμᾶς δὲ ἐκπλήττεσθαι καὶ ἀνακηρύττειν, ὅτι καὶ τῶν κακῶν αὐξομένων, μείζονα ἀεὶ προϊόντες τὴν ὑπὲρ τοῦ τὰ τοιαῦτα διορθῶσαι σπουδὴν ἐπιδείκνυσθε.

Ἐπισκόπῳ ἐλθόντι ἀπὸ δύσεως ρξʹ.

Ὅταν ἐννοήσω τοὺς ἱδρῶτας, οὓς ἵδρωσας, καὶ οἴκοι καθήμενος, καὶ μακρὰν οὕτω καὶ διαπόντιον ἀποδημίαν στειλάμενος, ὑπὲρ τῶν ταῖς ἐκκλησίαις συμφερόντων πραγμάτων, καὶ πρὸ τοῦ τέλους στεφανῶν καὶ ἀνακηρύττων, καὶ μακαρίζων οὐ παύομαι. ἄν τε γὰρ γένηταί τι πλέον ἀπὸ τῆς ὑμετέρας σπουδῆς, δέσποτά μου τιμιώτατε, ἄν τε ἐπὶ τῆς αὐτῆς μένωσι φιλονεικίας οἱ τὰς ταραχὰς παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐμβαλόντες, ἀνίατα νοσοῦντες,

Quoniam autem id minimè fieri poteſt, quòd exilii vinculis aſtricti teneamur, idcirco dominum meum reverendiſſimum ac religioſiſſimum Presbyterum nacti, per eum ſcribimus, vobiſq; debitum ſalutationis munus perſolvimus: illud vobis ſignificantes, vos univerſum Orientem veſtri deſiderio inflammaſſe, ingentémq; veſtri amorem ipſis attuliſſe, atque innumeros homines juſtæ hujuſce, ob ea flagitia, quæ perpetrata ſunt, indignationis atque iracundiæ ſocios habere. Vos itaque hortamur, ut eandem animorum promptitudinem ad extremum uſque præſtetis. Non enim vos fugit, quantas ob breves hos labores coronas accepturi ſitis, nimirum immortalia vobis atque copioſa præmia apud benignum Deum recondentes.

Epiſcopis qui ab Occidente venerant 157.

Et quidem priùs quoq; ſtudium veſtrum, animiq; promptitudinem, quam ad Eccleſiarum detrimenta ſarcienda præſtitiſtis, firmam etiam ac ſinceram benevolentiam, fortitudinem, animi conſtantiam ac tolerantiam, quam tandiu præ vobis tuliſtis, majorem in modum admirabar. Nunc autem ex ingenti animi veſtri vigore ac nervis maximo ſtupore affectus ſum: quippe qui tam longam ac marinam, laborúmq; & ſudorum plenam peregrinationem vobis, ut Eccleſiæ commodis conſuleretis, ſuſcipiendam duxeritis. Ac vellem quidem mihi quoq; quàm ſæpiſſimè ſcribere, debitámque vobis ſalutationem perſolvere liceret. Quoniam autem id minimè licet (quòd in eo loco habitem, qui penè omni aditu caret, & ſolitudine undique, tanquam muro quodam, interceptus eſt) idcirco nunc reverendiſſimum ac religioſiſſimum dominum meum Presbyterum nactus, charitatem veſtram ſaluto: vóſque moneo ac rogo, ut finem principiis conſentaneum atque congruentem imponatis. Scitis enim quanta vobis patientiæ merces futura ſit, quantáque iis à benigno Deo præmia conſtituta, qui pro publica pace labores ſubeunt, ac tantum certamen ſuſcipiunt.

Iiſdem 158.

Non parvam & vobis ipſis coronarum ſegetem, & nobis conſolationum materiam, præclariſſimo hoc veſtro ſtudio laboribúſque comparaſtis. Eóque nomine, tanto etiam itineris intervallo à vobis diſſiti, laudes veſtras prædicamus, vobis gratias agimus, vos denique corona donamus, ac beatos cenſemus. Ac vellemus quidem frequentius etiam ad vos ſcribere nobis liceret (nam hinc quoque maximum ſolatium caperemus) ſi quidem qui literas ferrent, nanciſci poſſemus: quoniam autem nobis, qui ad extremos uſque orbis fines relegati ſumus, id minimè facile eſt, cùm præſertim haud facilè quiſquam ad nos accedere queat, idcirco nunc, cùm reverendiſſimum ac religioſiſſimum dominum meum Presbyterum nacti ſimus, debitam ſalutationem vobis pendimus: vóſque rogamus, ut rei, ſi ſuccedat, magnitudinem animo intuentes, etiamſi alioqui plurimum jam temporis in ea re conſumptum eſt, atque adverſariorum pervicacia ingraveſcit, nec curationem ullam etiámnum admittit, tamen, quæ veſtrarum partium ſunt, ad contracta detrimenta ſarcienda conferre ne deſiſtatis. Quo enim major difficultas eſt, eo quoque major & uberior egregiorum horum certaminum merces à benigno Deo vobis conſtituetur.

Iiſdem 159.

Non exiguam malorum eorum, quæ has regiones invaſerunt, conſolationem ex ſtudii veſtri ac diligentiæ magnitudine capimus. Ac profectò ea quoque quæ priùs à vobis facta ſunt, veſtráque vigilantia & ſtudium, tantáque cura ac ſolicitudo, ad ingens ſolatium nobis afferendum abundè ſufficiebat. Quod autem nunc adjeciſtis, ut pro Eccleſiæ commodis tam longum iter ſuſciperetis, nos omnes majorem quendam in modum recreavit. Itaq; communibus animis ingentes pro tot laboribus ac ſudoribus, præclariſq; his certaminibus, gratias vobis agimus, nec pro egregia hac animi promptitudine ac ſtudio beatos vos prædicare deſinimus. Eóque etiam nomine dominum meum reverendiſſimum & religioſum Presbyterum, ut ad vos uſque excurreret, obſecravimus. Eo igitur ita, ut comitas veſtra poſcit, excepto, velim operam detis, ut finem principiis dignum imponatis. Nam cùm perdita & profligata valetudine adhuc ſint, qui tot tempeſtates ac bella Eccleſiis attulerunt, eos quidem hoc nomine miſeros exiſtimare, lachrymiſque proſequi par eſt, vos autem admirari ac prædicare, quòd etiam ingraveſcentibus malis, majus ſemper ad eá depellenda ſtudium, majorémque diligentiam progreſſu temporis adhibetis.

Epiſcopo, qui ab Occidente venerat 160.

Cum ſudores eos, quos & domi, & in tam longa ac marina peregrinatione, quam pro Eccleſiæ commodis ſubiiſti, mecum perpendo, etiam ante finem laudes tuas prædicare, téque corona redimire, ac beatum exiſtimare non deſino. Nam ſive tuo ſtudio ac diligentia aliquid perficiatur, domine mi reverendiſſime, ſive in eadem animi pertinacia illi hæreant, ac medicinam omnem aſpernentur, qui hos motus primùm injecerunt,

tibi certè ob hunc animum, & quòd ea omnia quæ tui muneris erant, contuleris, plena & cumulata merces erit. Ac propterea ſine ulla intermiſſione te beatum prædico ac ſuſpicio, gratiáſque tibi ago. Atque etiam vellem crebriùs mihi ſcribere liceret: quoniam autem hujus loci, quo concluſus teneor, ſolitudo mihi hoc ademit, idcirco nunc, cùm mihi reverendiſſimi ac religioſiſſimi domini mei Presbyteri poteſtas facta eſt, & ſcribo, &, quam debeo, ſalutationem tibi perſolvo. Nam animo quidem ac voluntate perſæpe ſcripſi: chartæ autem atque atramenti opera nunc primùm: quoniam ſcilicet nunc etiam primùm hominem, qui ad vos proficiſceretur, nactus ſum. Cùm igitur hunc, ut humanitas tua poſcit, exceperis, eámque, quàm convenit, erga eum charitatem demonſtraveris, hoc ei des, quæſo, ut ex tua benevolentia ingenti voluptate afficiatur. Non enim magnæ hujus ærumnæ, quam in itinere ſubiturus eſt, exiguam conſolationem habebit, ſi ei tua benevolentia frui contingat. Nam quòd nihil neceſſe ſit admoneri vos à nobis, ut ad Eccleſiarum utilitatem promovendam ſummum ſtudium ac diligentiam adhibeatis, rebus ipſis planum feciſtis.

Romanis Presbyteris, qui cum Epiſcopis venerant 161.

Plurimum laboris ac ſudoris ſubiiſtis, tam longa & marina peregrinatione ſuſcepta: verùm non pro caducis ac fragilibus hujuſce vitæ rebus, ſed pro Eccleſiarum utilitate, pro qua præmia quoque à benigno Deo laboribus multo majora atque ampliora refertis. Quamobrem, & vobis & nobis veſter hic labor, veſtrúmque ſtudium non parvæ conſolationi eſt: vobis nimirum, quòd pro tot Eccleſiarum pace præclarum hoc certamen ſuſcepiſtis, multóque majores coronas accepturi eſtis: nobis autem, quòd tantam à vobis charitatem conſecuti ſumus, ingénſque tot & tantorum virorum ſtudium obtinuimus: nóſque, etſi, quantum ad corpus attinet, tanto itineris intervallo à vobis disjunctos, arctiſſimis charitatis vinculis vobiſcum obſtrinxiſtis. Quapropter ingentes vobis gratias habemus, veſtrámque erga nos benevolentiam prædicare non deſinimus. Quamquam enim ea ipſa quoque rerum vox clamat: tamen nos item lingua noſtra idem efficere non intermittimus. Quòd ſi nunc primùm ad vos ſcripſimus, hoc non ſocordia, ſed loci ſolitudine factum eſt. Nunc quippe, poſteaquam reverendiſſimum ac religioſiſſimum dominum meum Presbyterum, eò, ubi degitis, proficiſcentem nacti ſumus, tum eam, quam vobis debemus, ſalutationem perſolvimus, tum vos oramus, ut ea charitate, quæ vobis digna eſt, ipſum excipiatis: cúmque ipſe revertetur, de veſtra valetudine, de qua aliquid intelligere ſummopere cupimus, certiores nos faciatis. Ut autem eam, quam convenit, induſtriam ac diligentiam ad eam rem, ob quam veniſtis, adhibeatis, nullius ſubmonitione vobis opus eſſe exiſtimo: idque per id ſtudium, quod perpetuò præ vobis tuliſtis, perſpicuè declaraſtis.

Anyſio Theſſalonicenſi Epiſcopo 162.

Serò quidem ac tardè ad te ſcripſimus: at non ſponte noſtra diuturno hoc ſilentio uſi ſumus, verùm ob loci, quo incluſi tenemur, ſolitudinem non autem ob ſocordiam in te ullam ac negligentiam. Nunc quippe reverendiſſimum ac religioſiſſimum dominum meum Presbyterum nacti, quam jampridem debemus ſalutationem tibi perſolvimus, ingentéſque pro ea contentione ac fortitudine, quam Eccleſiarum cauſa præſtitiſti, gratias agimus. Cùm igitur eum, reverendiſſime mi domine, ut humanitas tua poſcit, exceperis, eámque, quam convenit, comitatem & humanitatem erga eum oſtenderis, ne labore te frangi ac debilitari ſinas, atque quominus ea, quæ ad communem Eccleſiarum correctionem attinent, efficias ac moliaris, impediri. Nec enim te fallit, quanta hujuſce rei, ſi ſuccedat, magnitudo ſit, quámque multarum Eccleſiarum cauſa præclarum hoc certamen à te ſuſceptum ſit; ac denique quantæ pro laboribus publicæ pacis cauſa ſubitis coronæ tibi à benigno Deo recondantur.

Anyſio, Numerio, Theodoſio, Eutropio, Euſtathio, Marcello, Euſebio, Maximiano, Eugenio, Gerontio, & Thyrſo, atque omnibus Macedoniæ orthodoxis Epiſcopis 163.

Ingens certè priſtinum quoque veſtræ charitatis ſtudium extitit. Eóque nomine gratias vobis habemus, quòd tam diuturno tempore, cùm ea, quæ à vobis poſtulabatur, fortitudine ſtetiſtis, nemini eorum, qui vos ad ſe arripere conabantur, cedentes ac ſuccumbentes. Itaque vos hortamur, ut eum etiam, quem par eſt, finem imponatis. Nam quo plures veſtri labores fuerint, eo etiam major merces atque ampliora præmia à benigno Deo ferentur. Ac vellem quidem nobis veſtro quoq; conſpectu frui daretur. Quoniam autem exilii vincula hoc nobis abſtulerunt,

ὑμῖν ὁ μισθός ἐστιν ἀπηρτισμένος ἀπὸ τῆς γνώμης, καὶ τοῦ τὰ παρ' ἑαυτῶν ἅπαντα εἰσενεγκεῖν. διὰ τοῦτο ὑμᾶς μακαρίζομεν, θαυμάζομεν, χάριτας ὑμῖν ὁμολογοῦντες οὐ διαλιμπάνομεν· καὶ ἐβουλόμεθα μὲν καὶ συνεχέστερον ἐπιστέλλειν· ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἡμᾶς παρείλετο ἡ τοῦ χωρίου τούτου, ἐν ᾧ καθείργμεθα ἐρημία, νῦν ὅτε ἐπετύχομεν τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, καὶ γράφομεν, καὶ τὴν ὀφειλομένην ὑμῖν ἀποδιδόαμεν προσρῆσιν. γνώμῃ γὰρ καὶ διαθέσει πολλάκις ἐπεστάλκαμεν, χάρτῃ δὲ καὶ μέλανι πρῶτον νῦν, ἐπειδὴ καὶ νῦν πρῶτον τὸν πρὸς ὑμᾶς ἀφικνούμενον εὑρήκαμεν. δεξάμενοι τοίνυν αὐτὸν ὡς ὑμῖν πρέπον ἐστὶ, καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτὸν ἐπιδειξάμενοι ἀγάπην, δότε ἐντρυφῆσαι ὑμῶν τῇ διαθέσει. οὐ γὰρ μικρὰν ἕξει τῆς τοσαύτης ταλαιπωρίας, τῆς κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν, παραμυθίαν καὶ παράκλησιν, τὸ τῆς εὐνοίας ἀπολαῦσαι τῆς ὑμετέρας. ὅτι γὰρ ὑπὲρ τοῦ ἐρρωμενεστάτῃ χρήσασθαι τῇ σπουδῇ τῶν ταῖς ἐκκλησίαις ἐπικοινῇ συμφερόντων, οὐδὲν δέησεσθε τῆς ἑτέρων ὑπομνήσεως, ἐδείξατε διὰ τῶν πραγμάτων αὐτῶν.

Πρεσβυτέροις Ῥωμαίοις ἐλθοῦσι μετὰ τῶν ἐπισκόπων ρξα'.

Πολὺν ὑπομεμενήκατε πόνον, μακρὰν οὕτω καὶ διαπόντιον ἀποδημίαν στειλάμενοι, πολὺν τὸν ἱδρῶτα, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ταῖς ἐκκλησίαις συμφερόντων, ὑπὲρ ὧν καὶ πολλῷ μείζονα τῶν πόνων λήψεσθε τὰ βραβεῖα παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ. οὐ μικρὰ τοίνυν καὶ ἡμῖν, καὶ ὑμῖν ἐστιν παράκλησις ὁ πόνος ὑμῶν καὶ ἡ σπουδή· ὑμῖν μὲν, ὅτι ὑπὲρ εἰρήνης τοσούτων ἐκκλησιῶν ὁ καλὸς οὗτος ὑμῖν ἀγὼν, καὶ ἐπὶ πολλῷ μείζοσι στεφάνοις ἡ ἀντίδοσις· ἡμῖν δὲ, ὅτι τοσαύτης παρ' ὑμῶν ἀπηλαύσαμεν ἀγάπης, καὶ παρὰ τῶν τοσούτων καὶ τηλικούτων ἀνδρῶν πολλῆς τετυχήκαμεν τῆς σπουδῆς, καὶ τῷ σώματι τοσοῦτον διῳκισμένους ὁδοῦ μῆκος, τῇ τῆς ἀγάπης ἁλύσει ὑμῖν συνεδήσατε μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας. διὰ ταῦτα χάριτας ὑμῖν ἴσμεν πολλὰς, καὶ ἀνακηρύττοντες ὑμῶν τὴν πολλὴν εὔνοιαν οὐ παυόμεθα. βοᾷ μὲν γὰρ αὐτὴν καὶ αὐτὴ τῶν πραγμάτων ἡ φωνὴ, οὐ διαλιμπάνομεν δὲ καὶ ἡμεῖς διὰ τῆς ἡμετέρας τοῦτο ἐργαζόμενοι γλώττης. εἰ δὲ νῦν πρῶτον ὑμῖν ἐπεστάλκαμεν, οὐκ ἀπὸ τῆς ῥᾳθυμίας, ἀλλ' ἀπὸ τῆς τοῦ τόπου ἐρημίας τοῦτο πεπόνθαμεν. νῦν γοῦν ἐπιλαβόμενοι τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, διαβαίνοντος οἱ διάγετε, τήν τε ὀφειλομένην ὑμῖν ἀποδιδόαμεν προσρῆσιν, καὶ παρακαλοῦμεν ὑμᾶς μετὰ τῆς πρεπούσης ὑμῖν ἀγάπης αὐτὸν ὑποδέξασθαι, καὶ ἐπανιόντος, τὰ περὶ τῆς ὑγείας ἡμῖν δηλῶσαι τῆς ὑμετέρας, περὶ ἧς σφόδρα περισπούδαστον ἡμῖν μανθάνειν. ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν προσήκουσαν σπουδὴν ἐπιδείξασθαι εἰς τὴν τοῦ πράγματος ὑπόθεσιν, εἰς ἣν ἐστε ἀφιγμένοι, οὐδὲ οἶμαι δεῖσθαι τὴν εὐλάβειαν ὑμῶν τῆς ἑτέρωθεν ὑπομνήσεως. καὶ τοῦτο δῆλον πεποιήκατε διὰ τῆς σπουδῆς, ἣν διὰ παντὸς ἐπεδείξασθε τοῦ χρόνου.

Ἀνυσίῳ ἐπισκόπῳ Θεσσαλονίκης ρξβ'.

Οψὲ μὲν καὶ βραδέως ἐπεστάλκαμεν σου τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' οὐχ ἑκουσίως ἡμῶν ἡ μακρὰ αὕτη σιγὴ γέγονεν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ χωρίου ἐρημίαν, ἐν ᾧ καθείργμεθα, οὐ διὰ τὴν ῥᾳθυμίαν, τὴν περὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην. νῦν γοῦν ἐπιλαβόμενοι τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, τὴν πάλαι ὀφειλομένην ἀποδιδόαμεν προσρῆσιν τῇ τιμιότητί σου, χάριτας πολλὰς ὁμολογοῦντές σου τῇ εὐλαβείᾳ ὑπὲρ τῆς ἐνστάσεως, καὶ τῆς ἀνδρείας τῆς ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν. δεξάμενος τοίνυν αὐτὸν, δέσποτα μου τιμιώτατε, ὡς σοι πρέπον ἐστὶ, καὶ τὴν προσήκουσαν περὶ αὐτὸν φιλοφροσύνην ἐπιδειξάμενος, μὴ ἀποκάμῃς τὰ συντελοῦντα τῇ κοινῇ διορθώσει τῶν ἐκκλησιῶν ποιῶν καὶ πραγματευόμενος. οἶσθα γὰρ τοῦ κατορθώματος τὸ μέγεθος, καὶ ὑπὲρ ὅσων ἐκκλησιῶν τὸν καλὸν τοῦτον ἀγῶνα ἀνεδέξασθε, καὶ ὅσοι ὑπὲρ τῆς κοινῆς εἰρήνης πονησαμένοις ὑμῖν ἀπόκεινται παρὰ τῷ φιλανθρώπῳ Θεῷ οἱ στέφανοι.

Ἀνυσίῳ, Νουμερίῳ, Θεοδοσίῳ, Εὐτροπίῳ, Εὐσταθίῳ, Μαρκέλλῳ, Εὐσεβίῳ, Μαξιμιανῷ, Εὐγενίῳ, Γεροντίῳ, καὶ Θύρσῳ, καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ Μακεδονίαν ὀρθοδόξοις ἐπισκόποις. ρξγ'.

Πολλὴ μὲν ὑμῶν τῆς ἀγάπης καὶ ἡ ἔμπροσθεν σπουδὴ, καὶ χάριτας ὑπὲρ τούτων ὁμολογοῦμεν, ὅτι ἐν οὕτω χρόνῳ μακρῷ ἔστητε μετὰ τῆς προσηκούσης ὑμῖν ἀνδρείας, μηδενὶ εἴκοντες τῶν συναρπάζειν ἐπιχειρούντων· παρακαλοῦμεν δὲ καὶ τὸ τέλος ἐπιθεῖναι οἷον προσῆκόν ἐστιν. ὅσῳ γὰρ πλείονα τὰ τῶν καμάτων ὑμῖν, μείζονα καὶ τὰ τῶν ἀντιδόσεων ἔσται, καὶ τῶν ἀμοιβῶν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ. καὶ ἐπεθυμοῦμεν κατὰ πρόσωπον ὑμῶν θεάσασθαι τὴν τιμιότητα. ἐπειδὴ δὲ τὰ τῆς ἐξορίας δεσμὰ τοῦτο ἡμᾶς παρείλετο,

καὶ

καὶ ἐν ἑνὶ καθεῖρξε χωρίῳ, τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον ἀπεστάλκαμεν, καὶ δι' αὐτοῦ τήν τε ὀφειλομένην πρόσρησιν ἀποδίδοαμεν, καὶ δηλοῦμεν, ὅτι χάριτας πολλὰς καὶ μεγάλας ὁμολογοῦντες ὑμῶν τῇ θεοσεβείᾳ οὐ διαλιμπάνομεν, καὶ ἀξιοῦντες ὑπὲρ τῆς μακρᾶς σιγῆς τῆς ἔμπροσθεν συγγνώμην ἡμῖν νεῖμαι. οὐ γὰρ δὴ ῥᾳθυμοῦντες, οὐδὲ καταλιγωροῦντες ὑμῶν, τοσοῦτον ἐσιγήσαμεν χρόνον· ἀλλ' ἐπειδὴ νῦν πρῶτον εὕρομεν τὸν δυνάμενον ἐκεῖσε διαβῆναι, ἔνθα διατρίβετε νῦν, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν διακομίσαι γράμματα, γράφομεν ὑμῖν δηλοῦντες, ἐν οἷς ἐσμεν. δεξάμενοι τοίνυν αὐτὸν μετ' εὐνοίας καὶ διαθέσεως γνησίας, τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν δηλοῦν ἡμῖν παρακλήθητε. μεγίστην γὰρ ἀπὸ τῶν τοιούτων γραμμάτων, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμενοι, ἕξομεν παραμυθίαν.

Ἀλεξάνδρῳ ἐπισκόπῳ Κορίνθου ρξδʹ.

Οἶσθα τὴν ἀγάπην, ἣν ἐπεδειξάμεθα περὶ τὴν σὴν τιμιότητα, καὶ πῶς ὀλίγα σοι συγγινόμενοι, συνεδέθημέν σου τῷ πόθῳ. διὸ καὶ σφόδρα ἐθαυμάσαμεν, ὅτι ἐν οὕτω χρόνῳ μακρῷ οὐδὲ ἅπαξ ἡμῖν ἐπιστεῖλαι κατεδέξω. καὶ οἶδα μὲν ὅτι γραμματηφόρων προφασίσῃ σπάνιν, καὶ οὐδὲν ἀπεικός. εἰ γὰρ καὶ πολλοὶ οἱ ἐκεῖθεν ἀφικνούμενοι, ἀλλ' ἔνθα καθήμεθα νῦν οὐδεὶς ἂν ταχέως παραγένοιτο τῶν ἐκεῖθεν ἐρχομένων. πλὴν ἀλλ' οὐκ ἀρκεῖ τοῦτο ἡμῖν εἰς τὸ μηδὲ ἅπαξ δέξασθαι γράμματα· ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς εἰς ταύτην ἔχοντες ἀναχωρῆσαι τὴν πρόφασιν, οὐδὲ οὕτως ἐσιγήσαμεν· ἀλλὰ τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον ἀναστήσαντες, ἐντεῦθεν ἐπέμψαμεν, ὥστε καὶ τῇ σῇ συντυχεῖν τιμιότητι, καὶ ταύτην ἡμῶν τὴν προσηγορίαν ἀποκομίσαι, καὶ μαθεῖν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς, περὶ ἧς σφόδρα περισπούδαστον ἡμῖν μανθάνειν. ἰδὼν τοίνυν αὐτὸν μετ' εὐνοίας, καὶ ἀγάπης, καὶ τῆς προσηκούσης φιλοφροσύνης, ὡς μέλος ἡμέτερον, ἡνίκα ἂν ἐπανίῃ, τὰ περὶ τῆς ῥώσεως σου δηλῶσαι ἡμῖν μὴ κατοκνήσῃς. μεγίστην γὰρ ἡμῖν ἀπὸ τῶν γραμμάτων, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθεζομένοις, παρέξεις τὴν παράκλησιν.

Ἐπισκόποις ἐλθοῦσι μετὰ τῶν ἀπὸ τῆς δύσεως ἐλθόντων ἐπισκόπων. ρξεʹ.

Ἐθαυμάσαμεν ὑμῶν καὶ τὴν ἔμπροσθεν προθυμίαν τε καὶ σπουδὴν, ἣν ὑπὲρ τῶν ταῖς ἐκκλησίαις συμφερόντων ἐπεδείξασθε. ἐπεὶ δὲ καὶ μακρὰν οὕτως ἀποδημίαν προσεθήκατε, καὶ πάντα ὄκνον ἐκβαλόντες, μετὰ τῆς προσηκούσης ὑμῖν ἀνδρείας τοσαύτην ὁδὸν ἐστείλασθε, οὐχ ὡς ἔτυχε καὶ διὰ τοῦτο ὑμᾶς ἐκπεπλήγμεθα, καὶ εὐχαριστοῦντες οὐ διαλιμπάνομεν, καὶ διὰ γραμμάτων νῦν, καὶ χωρὶς γραμμάτων. οὐχ ἡμεῖς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν ἀνατολὴν θαυμάζονται, καὶ κήρυκες ὑμῶν γίνονται διαπαντὸς τῆς στερρότητος τῆς ἀκλινοῦς, καὶ θερμῆς ἀγάπης, καὶ τῆς ἀπεριτρέπτου γνώμης, καὶ οὔτε ὁδοῦ μῆκος, οὔτε ταλαιπωρίαν ἀποδημίας ἡγοῦνταί τι βαρὺ λοιπὸν καὶ ἐπαχθὲς, ὑπὲρ τοῦ δραμεῖν, καὶ ἰδεῖν ὑμῶν τὰ τοσαῦτα κατορθώματα. διὸ δὴ καὶ ὁ κύριός μου ὁ τιμιώτατος καὶ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος, καίτοι γε ἀσθενεῖ κεχρημένος σώματι, πάντα εἵλετο παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ παραγενόμενος καὶ τῆς κατ' ὄψιν ἀπολαῦσαι συνουσίας ὑμῶν. δεξάμενοι τοίνυν αὐτὸν μετὰ τῆς πρεπούσης ὑμῖν ἀγάπης, κἂν ἐπὶ μεῖζον αἴρηται τὰ δεινὰ, παρακαλοῦμεν μὴ κατοκνῆσαι διορθουμένους αὐτὰ, ἀλλ' ἄξιον τοῦ προοιμίου ἐπιθεῖναι τὸ τέλος. ἴστε γὰρ ἡλίκος ὑμῖν ἔσται μισθὸς παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ, ὑπὲρ τοσούτων ἐκκλησιῶν ταραττομένων πονουμένοις, καὶ πάντα ποιουμένοις, ὥστε εἰς εὔδιον αὐτὰς ὁρμίσαι λιμένα.

Ἐπισκόποις ἐλθοῦσι μετὰ τῶν ἀπὸ τῆς δύσεως ἐπισκόπων. ρξϛʹ.

Καὶ τὰ ἔμπροσθεν παρὰ τῆς τιμιότητος ὑμῶν γεγενημένα μεγάλα, τὸ δικαίαν καὶ πρέπουσαν ὑμῖν ἀγανάκτησιν ὑπὲρ τῶν τοσαύτας ἐκκλησίας κατειληφότων κακῶν ἀγανακτῆσαι, τὸ συναλγῆσαι, τὸ μὴ μέχρι τούτου στῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ παρ' ἑαυτῶν εἰσενεγκεῖν. πολὺ δὲ μέγιστον καὶ τὸ νῦν γεγενημένον παρὰ τῆς ἀγάπης ὑμῶν, τὸ ἀναστῆναι ἕκαστον ὑμῶν οἴκοθεν, τὸ μακρὰν οὕτως ἀποδημίαν στείλασθαι, τὸ διατρίβειν ἐπ' ἀλλοτρίας, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς μακρᾶς ἀποδημίας ὑπομένειν καμάτους, ὑπὲρ τῶν ταῖς ἐκκλησίαις συμφερόντων. διὰ ταῦτα ὑμῖν εὐχαριστοῦντες οὐ παυόμεθα, θαυμάζοντες, μακαρίζοντες, ὅσους ἑαυτοῖς ὑπὲρ τούτων παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ προαποτίθεσθε τοὺς μισθούς. καὶ ἐπειδὴ οὔτε συγγενέσθαι ὑμῖν δυνατὸν νῦν ὑπὸ ἐξορίας κατεχομένους, οὔτε συνεχῶς ἐπιστέλλειν, τῷ μὴ ταχέως εὐπορεῖν γραμματηφόρων, [ἦ γὰρ ἂν νιφάδας ἐπέμψαμεν γραμμάτων] τὸν κύριόν μου τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον πρεσβύτερον, καὶ αὐτὸν οἴκοθεν ὁρμώμενον ἐλθεῖν, καὶ θεάσασθαι τὴν εὐλάβειαν τὴν ὑμετέραν, παρεκαλέσαμεν,

atque in uno loco concluſerunt, reverendiſſimum ac pientiſſimum dominum meum Presbyterum miſimus, ac per ipſum, quam debemus ſalutationem vobis perſolvimus: illúdque vobis ſignificamus, nos plurimas atque ingentes ſine ulla intermiſſione vobis gratias agere: atque à vobis petere, ut pro diuturno ſilentio, quo antehac uſi ſumus, veniam nobis tribuatis. Neque enim veſtri contemptu atque ſocordia tamdiu ſiluimus: ſed quia nunc primùm hominem, qui eo, ubi nunc vobis ſedes eſt, proficiſceretur, noſtráſque literas ferre poſſet, nacti ſumus, idcirco nunc denique ad vos ſcribimus, quidque rerum geramus, exponimus. Poſteaquam igitur eum ſincero animi affectu ac benevolentia exceperitis, velim de valetudine veſtra nos certiores faciatis. Siquidem ex hujuſmodi literis, etiam in hac ſolitudine conſtituti, maximam conſolationem habituri ſumus.

Alexandro Corinthi Epiſcopo 164.

Non te fallit, quam erga te charitatem præ me tulerim, quonámque pacto, etiamſi alioqui mihi exigua tecum conſuetudo fuerit, tui tamen amore, tanquam vinculis quibuſdam aſtrictus ſim. Eáque de cauſa permirum mihi viſum eſt, te tam longo tempore ne ſemel quidem ad me ſcribere ſuſtinuiſſe. Ac tu quidem, ſat ſcio, tabellariorum penuriam cauſaberis, neque id alienum eſt. Nam etſi multi iſtinc veniunt, nemo tamen eorum huc, ubi nunc degimus, facilè accedere poteſt. Cæterum, cùm ne ſemel quidem literas abs te acceperim, hac excuſatione minimè ſum contentus. Neque enim ipſe, cùm ad eandem excuſationem mihi confugere liceret, tacui, verùm reverendiſſimum ac religionis laude præſtantem virum, dominum meum Presbyterum excitavi, & ad te miſi, ut te conveniret, atque hanc noſtram ſalutationem perferret, valetudiniſque tuæ, de qua aliquid intelligere ſummopere cupio, ſtatum cognoſceret. Poſteaquam igitur eum amico ac benevolo animo, eáque, qua convenit, humanitate, tanquam membrum meum conſpexeris, cùm ad me ſe referet, de tua valetudine certiorem me facere ne quæſo graveris. Siquidem literæ tuæ maximam mihi, etiam in ſolitudine conſtituto, conſolationem allaturæ ſunt.

Epiſcopis qui cum Occidentalibus venerant 165.

Priſtinam quidem veſtram animi promptitudinem, atque ſtudium, quod pro eccleſiarum commodis præ vobis tuliſtis, admirati ſumus. Poſteaquam autem tam longam peregrinationem inſuper adjeciſtis, omnique cunctatione abjecta, forti, ut vos decebat, animo tam longum iter ſuſcepiſtis, non vulgariter hoc quoque nomine vos ſuſpicimus: nec vobis, tum nunc per literas, gratias agere deſinimus. Nec verò nos duntaxat, ſed etiam Orientales omnes admiratione afficiuntur, veſtræque firmitatis atque conſtantiæ ferventiſque charitatis & immotæ ſententiæ præcones ſe præbent. Ac jam, nec itineris longinquitatem, nec peregrinationis ærumnam, ullo modo gravem & moleſtam eſſe ducunt, ut ad vos excurrant, ac tot veſtra præclara facta conſpiciant. Eóque etiam nomine reverendiſſimus, & inſigni pietate præditus dominus meus Presbyter, etiamſi alioqui parum firmo corpore præditus, nihil non ſibi perferendum putavit, ut ad vos ſe conferret, veſtróque conſpectu atque congreſſu frueretur. Poſteaquam igitur ipſum, ut veſtra charitas poſtulat, exceperitis, illud à vobis petimus, ut etiamſi mala ingraveſcant, vos tamen iis medicinam afferre ne gravemini, verùm parem initiis finem imponatis. Scitis enim quantam vobis Deus pro ſua benignitate mercedem relaturus ſit, ſi pro tot Eccleſiis perturbatis laboretis, nihilque omittatis, quò eas ad tranquillum portum appellatis.

Epiſcopis, qui cum Occidentalibus Epiſcopis venerant 166.

Magna quidem ac præclara ea quoque ſunt, quæ prius feciſtis, nempe quòd juſtam, virtutique veſtræ conſentaneam, ob ea mala, quæ tot Eccleſias occuparunt, indignationem concepiſtis, earúmque vicem doluiſtis: neque hic gradum fixiſtis, verùm etiam, quæ muneris veſtri ratio poſtulabat, ipſi præſtitiſtis. Illud autem longè maximum ac præclariſſimum, quod nunc à vobis factum eſt, nimirum quòd unuſquiſque veſtrum domeſticis ſedibus relictis tam longam peregrinationem iniit, atque in extera regione commoratur, ac pro Eccleſiarum utilitate diuturnæ peregrinationis labores ſuffert. Ac propterea vobis gratias agere, vóſque ob tot ac tanta præmia, quæ hoc nomine Deus vobis pro ſua benignitate recondit, admirari ac beatos prædicare non deſinimus. Ac quoniam nos nec ob exilium, quo nunc coërcemur, vobiſcum verſari, nec item, quòd, cui literas demus, haud facilè nanciſcimur, aſſiduè ad vos ſcribere poſſumus: (nam alioqui literarum frequentia vos obruiſſemus) idcirco reverendiſſimum ac religioſiſſimum dominum meum Presbyterum (qui etiam ipſe ſponte ſua proficiſci ac vos videre cupiebat) obſecravimus,

ut literas à vobis ad nos obtineret, atque ipſe charitate veſtra coram frueretur. Poſteaquam igitur eum, pro eo atque vos decet, exceperitis, de veſtra valetudine, cùm licuerit, certiores nos facere quæſo ne gravemini. Siquidem nobis id ſcire ſummo ſtudio eſt: neque parvam ſolitudinis hujus, in qua verſamur, conſolationem hinc accepturi ſumus.

Iiſdem 167.

Ampliſſimas vobis ob tantam animi firmitatem, ac ſtudium, & curam, laboréſque & ſudores, ac denique ob longam hanc peregrinationem, quam utilitatis Eccleſiarum cauſa ſuſcepiſtis, gratias agimus. Etenim quanto gravius eos, qui omnia perturbant, judicium manet, tanto quoque majus uberiúſque vobis præmium expectandum eſt, qui ad ea, quæ ab aliis ſcelestè ac nefariè admiſſa ſunt, corrigenda, tantum patientiæ ſtudiique adhibuiſtis. Atque utinam coràm quoque vobiſcum congredi poſſemus. Quod quoniam nobis exilii neceſſitas ademit, tandem aliquando atque ægrè ornatiſſimum ac religioſiſſimum dominum meum Presbyterum ad vos proficiſcentem nacti, has literas miſimus, quibus debitum vobis ſalutationis munus pendimus, ac, tum pro præſentibus veſtris officiis, tum pro eo, quo flagratis, ſarciendorum incommodorum zelo, gratias agimus. Nam etſi nihilo meliore ſtatu res eſt: tamen ipſi, quod muneris veſtri erat, præſtitiſtis. Eóque nomine plena numeríſque omnibus abſoluta merces à benigno Deo vobis conſtituta eſt, ut qui ad medicinam admiſſis ſceleribus afferendam tanto ſtudio tantáque animi alacritate perpetuò uſi ſitis.

Probæ matronæ Romanæ. 168.

Etſi longo itineris ſpatio abs te disjunctus ſum: tamen ſinceram ac ferventem tuam charitatem, non ſecus ac ſi coràm eſſem, tuáque omnia cernerem, certò expertus ſum, iis nimirum, qui iſtinc ad nos veniunt, ea de te afferentibus, quæ audire cupiebam. Eáque de cauſa multas atque ingentes tibi gratias habeo, atque ob iſtum tuum animum glorior, méque effero: viróſque mihi chariſſimos, religioſiſſimum Presbyterum Joannem, & ornatiſſimum Diaconum Paulum tibi commendo, atque ad tuas manus velut ad portum tranſmitto. Abs te igitur, cumprimis veneranda & nobiliſſima domina mea, peto, ut quemadmodum humanitas tua poſcit, ipſos videas. Nec enim te fallit, quantam hujuſce comitatis mercedem relatura ſis. Ac, quàm ſæpiſſimè licebit, de tua valetudine, de qua, nobis vehementer chara, aliquid intelligere vehementer aveo, fac me certiorem.

Julianæ & iis, quæ cum ipſa ſunt. 169.

Quo graviore pœna mulctati ſunt, qui tot ſcelera perpetrarunt, eo quoque vobis, qui tot ſcelera tollere ac delere ſtuduiſtis, tantúmque laboris & ærumnæ ſuſcipitis, amplior merces futura eſt. Neque enim nobis obſcura fuit ea beneficentia, idque ſtudium, quod & in negotio, de quo agitur, & in excipiendis benignéque complectendis iis, quos iſtuc miſimus, præſtitiſtis. Eóque nomine gratias vobis habemus, vóſque rogamus & obſecramus, ut in eodem ſtudio & alacritate permaneatis, ac firmius etiam & valentius animi robur & fortitudinem adhibeatis. Neque enim vos fugit, quanta hujuſce præclari facti magnitudo ſit, quantámque mercedem percepturæ ſitis, tantos motus, ac tam ſævos fluctus, quantum in vobis eſt, compeſcentes, eámque, quam par eſt, acceptis incommodis medicinam afferentes.

Italicæ 170.

In externis negotiis, ut natura, ita etiam actione atque adminiſtratione, diſtincti ſunt hi ſexus, nimirum vir & mulier. Sic enim moribus comparatum eſt, ut mulier domi ſe teneat, vir autem publica & forenſia negotia ſuſcipiat. At in divinis certaminibus, iiſque laboribus, qui Eccleſiæ cauſa ſubeuntur, locum haudquaquam hoc habet: verùm fieri poteſt, ut fœmina in præclaris his certaminibus laboribúſque capeſſendis virum quoque fortitudine animique firmitate ſuperet. Quod etiam indicans Paulus, in ea epiſtola, quam ad patriam veſtram ſcripſit, complures fœminas ampliſſimis laudibus effert, ipſas nimirum haud parum in eo elaboraſſe aſſerens, ut viros etiam corrigerent, atque ad officium revocarent. Quorſum autem hæc commemoro? Nempe ne alienum vobis exiſtimetis ſtudium illud, ac labores eos attingere, quæ ad Eccleſiaſticarum rerum emendationem conducunt: verùm &, quod primum eſt, per vos ipſos, & per alios, quorum opera uti licebit, ad ſedandam communem tempeſtatem ac perturbationem, in quam Orientis Eccleſiæ inciderunt, eam, quam convenit, curam ac diligentiam adhibeatis. Nam quo atrocior tempeſtas & graviores procellæ extiterunt, eo quoque major copioſiorque merces vobis referetur, ſi, ut turbatam pacem reducatis, nihil non agere ac perpeti in animum inducatis, omniaque ea, quæ commota & perturbata ſunt, in congruenti ſtatu collocare ſtudeatis.

Rom. ult.

ὥστε καὶ πρὸς ἡμᾶς γραμμάτων ἐπιτυχεῖν, καὶ αὐτὸν καὶ κατὰ πρόσωπον ἀπολαῦσαι τῆς ἀγάπης τῆς ὑμετέρας. δεξάμενοι τοίνυν αὐτὸν ὡς ὑμῖν πρέπον ἐστὶν, ἡνίκα ἂν ἐξῇ, καὶ ἡμῖν δηλοῦν μὴ κατοκνεῖτε τὰ περὶ τῆς ὑγείας τῆς ὑμετέρας. σφόδρα γὰρ ἡμῖν περισπούδαστον τοῦτο μανθάνειν, καὶ οὐ μικρὰ τῆς ἐρημίας, ἐν ᾗ καθήμεθα, τοῦτο ἡμῖν ἔσται παράκλησις.

Τοῖς αὐτοῖς. ρξζʹ.

Χάριν ὑμῖν ἴσμεν πολλὴν τῆς τοσαύτης εὐτονίας, καὶ σπουδῆς, καὶ φροντίδος, καὶ τῶν πόνων, καὶ τῶν ἱδρώτων, καὶ τῆς μακρᾶς ταύτης ἀποδημίας, ἣν ὑπὲρ τῶν συμφερόντων τῇ ἐκκλησίᾳ πεποίησθε. ὅσῳ γὰρ τοῖς ταράττουσιν ἅπαντα μεῖζον τὸ κρίμα, τοσούτῳ καὶ ὑμῖν πλείων ὁ μισθὸς, τοσαύτῃ κεχρημένοις ὑπομονῇ καὶ σπουδῇ, εἰς διόρθωσιν τῶν κακῶς παρ᾽ ἑτέρων γεγενημένων. καὶ ἐβουλόμεθα μὲν καὶ παρόντες κατὰ πρόσωπον συντυχεῖν ὑμῶν τῇ εὐλαβείᾳ. ἐπειδὴ δὲ τοῦτο ἀφῃρήμεθα ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν ἐξορίαν ἀνάγκης, ὀψέ ποτε καὶ μόλις ἐπιτυχόντες τοῦ πρὸς ὑμᾶς ἀφικνουμένου, τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου καὶ εὐλαβεστάτου πρεσβυτέρου, διεπεμψάμεθα ταῦτα τὰ γράμματα, τήν τε ὀφειλομένην ἀποδιδόντες πρόσρησιν, καὶ εὐχαριστοῦντες ὑπέρ τε τῶν παρελθόντων, ὑπέρ τε τῶν νῦν, ὑπέρ τε ὁλοκλήρου τῆς διορθώσεως τῶν κακῶν. κἂν γὰρ μηδὲν γένηται πλέον, ὑμεῖς τὸ ὑμέτερον πεποιήκατε. διὸ καὶ ἀπηρτισμένον ἔχετε παρὰ τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ τὸν μισθὸν, τοσαύτῃ καὶ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ πρὸς τὸ τὰ κακῶς γεγενημένα ἰάσασθαι, διαπαντὸς χρησάμενοι τοῦ χρόνου.

Πρόβῃ ἐλευθέρᾳ, ἐν Ῥώμῃ. ρξηʹ.

D συνεχῶς ἡμῖν ταῦτα ἐπιστέλλειν. ἐπεὶ καὶ νῦν οὐχ ὡς ἔτυχεν ἠλγήσαμεν, ὅτι ἀνδρὸς πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, γνωρίμου, καὶ ἡμῖν ἀγαπητοῦ, μέλλοντος ἐνταῦθα παραγίνεσθαι, τοῦ κυρίου μου τοῦ τιμιωτάτου Λιβανίου, οὐκ ἐπέσταλκας ἡμῖν. ἀγνοήσασα μὲν ἴσως· πλὴν ἀλλὰ καὶ δι᾽ αὐτὸ τοῦτο ἀλγοῦμεν, ὅτι ἀγνοεῖς τοὺς ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς ἐρχομένους. ἡμεῖς γὰρ οὐ παυόμεθα περιεργαζόμενοι καὶ πολυπραγμονοῦντες τοὺς ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς παραγινομένους, ἡνίκα ἂν
E ἐξῇ, δι᾽ ἐκείνων ἡμῖν τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἑαυτῶν πληροῦντες. αὕτη δέ ἐστι τὸ, συνεχῶς ἐπιστέλλειν πρὸς τὴν σὴν ἐμμέλειαν.

Καρτερίᾳ. σλβ'.

Εἰ σαφῶς ᾔδεις ὅσην ἡμῖν δίδως χάριν, καὶ γράφουσα, καὶ συνεχῶς γράφουσα, καὶ τοῦ μέλιτος σου τῆς ἀγάπης ἀναχρωννῦσα τὰ γράμματα, πάντα ἂν ἐποίησας, ὥστε δυνηθῆναι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν πέμπειν ἐπιστολὰς ἡμῖν. οὐκ ἔτι γὰρ Κουκουσὸν οἰκεῖν νομίζομεν,
οὐδὲ

ὥσθ᾽ ἐν ἐρημίᾳ διάγειν, τοσαύτην ἀπὸ τῶν γραμμάτων σου καὶ τῆς γνησίας ἀγάπης καρπούμενοι τὴν εὐφροσύνην. τὸ δὲ μὴ μόνον ἐπιστολὰς πέμψαι, ἀλλὰ καὶ τὸν κύριόν μου τὸν ποθεινότατον ἀδελφὸν ἡμῶν Λιβάνιον πεῖσαί τε ἀναστῆναι ἐκεῖθεν, καὶ τὴν ἀποδημίαν στείλασθαι ταύτην, πόσης διαθέσεώς ἐστι; πόσης κηδεμονίας; διὰ ταῦτα σκιρτῶμεν καὶ εὐφραινόμεθα. ἀγάπης γὰρ γνησίας ἴσον οὐδέν. καὶ αὐτὴ μὲν ἀξιοῖς τὴν αὐτὴν ἡμᾶς διασώζειν διάθεσιν, ἣν ἐξ ἀρχῆς ἐπεδειξάμεθα περὶ τὴν σὴν ἐμμέλειαν. ἡμεῖς δὲ οὐκ ἀνεχόμεθα ἐπὶ τοῦ μέτρου μένειν τούτου, ἀλλὰ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν προσθήκας ἐπιζητοῦμεν τῆς περὶ σὲ διαθέσεως, ἡμῖν αὐτοῖς τὰ μέγιστα χαριζόμενοι. οὐ γὰρ διαλιμπάνομεν συνεχῶς παρ᾽ ἑαυτοῖς στρέφοντες τὸ εὐγενές σου τῆς ψυχῆς, τὸ ἄπλαστον, τὸ ἐλευθέριον, τὸ φιλικόν, τὸ γνήσιον, τὸ ἀνυπόκριτον, καὶ μεγίστην ἀπὸ τῆς μνήμης τῶν λογισμῶν τούτων καρπούμεθα τὴν εὐφροσύνην. διὸ παρακαλοῦμεν θαῤῥήσασαν ἡμῶν τῇ ἀγάπῃ, μὴ ἀλγῆσαι ὑπὲρ τῶν ἀποσταλέντων παρὰ τῆς σῆς κοσμιότητος, ὅτι δὴ ταῦτα ἀνεπέμψαμεν. τῇ μὲν γὰρ διαθέσει καὶ ἐδεξάμεθα, καὶ ἀπελαύσαμεν αὐτῶν· ἐπειδὴ δὲ ἐν χρείᾳ οὐ καθεστήκαμεν, ἐδηλώσαμεν αὐτὰ τηρεῖσθαι παρὰ τῇ σῇ εὐγενείᾳ, κἄν ποτε καταστῶμεν ἐν χρείᾳ, ὄψει μεθ᾽ ὅσης παῤῥησίας καὶ τοῦ θαῤῥεῖν γράψομεν, ὥστε ἡμῖν ἀποσταλῆναι, κἀν τούτῳ τὸ σὸν φυλάττοντες ῥῆμα. πρὸς γὰρ τὸ τέλος τῆς ἐπιστολῆς ἔφης· δεῖξον ὅτι καταξιοῖ σου ἡ θεοσέβεια θαῤῥεῖν ἡμῖν, καὶ τοῖς ἡμετέροις ὡς ἰδίοις κεχρῆσθαι. εἰ τοίνυν οὕτω βούλει διακεῖσθαι ἡμᾶς, ὥσπερ οὖν καὶ βούλει, καὶ τοῖς σοῖς ὡς ἰδίοις κεχρῆσθαι· ἡνίκα ἂν ἐπιστείλω, τότε πέμπε. τοῦ γὰρ ἴδια αὐτὰ νομίζειν, οὗτος μέγιστόν ἐστι σημεῖον τό, ἡνίκα ἂν ἐγὼ βουληθῶ, τότε πέμπεσθαι, ἀλλὰ μὴ τότε, ὅτε οὐ δέομαι. δεῖξον τοίνυν κἀν τούτῳ τὴν γνησίαν σου φιλίαν, καὶ τὴν αἰδῶ τὴν περὶ ἡμᾶς, τῷ καὶ ἐν τούτῳ ἡμῶν ἀνασχέσθαι· καὶ πέμψον ταχέως ἐπιστολὴν ἀπαγγέλλουσαν ἡμῖν ὡς οὐκ ἤλγησας. ἂν γὰρ μὴ οὕτω ποιήσῃς, ἐν διηνεκεῖ φροντίδι καθιστᾶν ἡμᾶς μέλλεις. οὐ γὰρ παυσόμεθα μεριμνῶντες, μή ποτε ἐλυπήσαμεν. πολὺ γάρ σου τῆς ἀγάπης ἀντεχόμεθα, καὶ τοῦ ἀναπαύειν σου τὴν εὐγένειαν. ἐπεὶ οὖν ἱκανῶς ἀπελογησάμεθα, δήλωσον ἡμῖν ὡς ἐδέξω τὴν ἀπολογίαν ἡμῶν. καὶ γὰρ ἔξεστί σου μαθεῖν τὴν ἐμμέλειαν, ὅτι πρὸς μὲν ἄλλους τὸ αὐτὸ δὴ οὕτω πεποιηκότας, καὶ σφόδρα γνησίους ἡμῖν, οὐκ ἐδέησεν ἡμῖν ἀπολογίας, ἀλλ᾽ ἤρκεσε τὸ διακρούσασθαι τὰ πεμφθέντα. ἐπὶ δὲ τῆς σῆς κοσμιότητος καὶ ἀπολογούμεθα, καὶ παρακαλοῦμεν μηδὲν ἀλγῆσαι, καὶ οὐ πρότερον ἀποστησόμεθα συνεχῶς ταῦτα λέγοντες, ἕως ἂν ἡμῖν δηλοποιήσῃς, ὅτι οὐκ ἤλγησας. ἂν γὰρ τοιούτων ἐπιτύχωμεν γραμμάτων, διπλασίονα, καὶ τριπλασίονα, καὶ πολλαπλασίονα τῶν ἀποσταλέντων ἡγούμεθα δεδέχθαι. ἱκανὸν γὰρ μάλιστα οὕτω δεῖξαι καὶ τὴν αἰδῶ, καὶ τὴν τιμήν, ἣν ἔχεις πρὸς ἡμᾶς.

neque in ſolitudine degere, tantam ex literis tuis ac tua ſincera charitate voluptatem haurimus. Quod autem non literas tantum miſeris, ſed etiam Domino meo, dilectiſſimo fratri noſtro Libanio perſuaſeris, ut iſtinc ſolveret, & peregrinationem iſtam ſuſciperet, quantæ iſtud eſt benevolentiæ? quantæ ſollicitudinis? Hac de cauſa lætamur & exultamus. Nihil enim eſt, quod cum charitate conferri poſſit. Atque à nobis quidem ipſa poſtulas, ut eandem conſervemus benevolentiam, quam à principio erga te præ nobis tulimus: at nos eadem illa menſura contenti eſſe non poſſumus, ſed quotidie conamur affectum illum & amicitiam erga te nova quapiam acceſſione cumulare, quod dum agimus beneficio nos ipſos afficimus maximo. Non enim deſinimus mente verſare, quæ ſit nobilitas animæ tuæ, quæ ſinceritas, ingenuitas amicitiæ, & candor ab omni diſſimulatione alienus, & cogitationum iſtarum memoria maxima lætitia nos perfundit. Quocirca te obſecramus, ut de noſtra charitate ſecura, minimè doleas propter ea, quæ à tua veneratione tranſmiſſa ſunt, quod ea nimirum remiſerimus: ſiquidem affectu ipſo & accepimus, & illis potiti ſumus. Sed quoniam nulla egeſtate premimur, ſignificavimus, ut nobilitas tua illa conſervet: quod ſi fortè premamur egeſtate, videbis quanta libertate fiduciáque ſcribemus, ut ad nos mittantur, & in hoc quoque tuis dictis parebimus. Sic enim ſub finem epiſtolæ dixiſti, oſtende tuam pietatem nobis confidere, ac rebus noſtris tanquam propriis uti. Quando igitur ſic animo nos affectos eſſe vis, ut proculdubio vis, & tuis rebus tanquam propriis uti, cum ad te ſcripſero, tum tranſmitte. Hoc enim maximum eſt indicium me illa propria cenſere, ſi cum voluero, tum illa mittantur, non cum illis non indigeo. In hoc ergo quoque ſinceram tuam oſtende charitatem, & qua reverentia nos obſerves, quod in hac te nos toleraveris, & quamprimum litteras mitte, quæ te minimè ægrè tuliſſe ſignificent. Niſi enim hoc feceris, in perpetuam anxietatem & ſollicitudinem nos conjicies. Non enim ſolliciti eſſe deſinemus, num fortè moleſti fuerimus: ſiquidem multo ſtudio charitatis tuæ tenemur; & tuam nobilitatem recreandi. Poſtquam igitur excuſatione uſi ſumus, quo pacto illam acceperis, nobis ſignifica. Nam ut intelligere poteſt ſuavitas tua, nobis apud alios qui idipſum præſtiterant, nobiſque admodum cari erant, nulla nobis utendum excuſatione fuit, ſed ſatis fuit repudiare tranſmiſſa: verum apud tuam venerationem & excuſatione utimur, & ne ægrè feras obſecramus, neque prius hæc identidem dicere intermittemus, donec te nobis minimè ſuccenſuiſſe ſignificaveris. Quod ſi hujuſmodi litteras obtinuerimus, duplo ac triplo ac multoties majora, quam quæ miſſa ſunt, nos accepiſſe arbitrabimur. Id enim maximè poteſt argumeno eſſe, quanta reverentia & honore nos colas.

Πρὸς τὸν Ἀντιοχείας. σλγʹ.

Ἔδει μὲν τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν μὴ τοῖς ῥήμασι τῶν εἰρηκότων παρατρέπεσθαι τὴν διάνοιαν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ πλήθει τοῦ ψεύδους μετὰ πολλῆς τῆς σκέψεως ἀνιχνεύεσθαι τὴν ἀλήθειαν. εἰ γὰρ ἅπαντα τὰ θρυλλούμενα ἀλήθειαν ὑπολάβοις, κινδυνεύσειαν ἂν ἅπαντες. εἰ δὲ κρίσει καὶ νόμοις ἀνιχνεύεται τὰ λανθάνοντα, κριτήριον ἂν ἔγωγε παρ᾽ ὑμῶν ἐπεζήτησα, εἰ μή τις ἕτερα αὖθις ὅπλα συκοφαντίας μοι ἐπιτεύ„σει. δέδοικα γάρ, δέδοικα λοιπὸν τὰς σκιάς, καὶ τὰ φαντάσματα „ἐπειδὴ αὐτοὶ ἐδικαιώσατε οὕτως· οἱ φίλοι τὴν φιλίαν ἠρνήσαντο, οἱ πλησίον ὄντες πόῤῥωθεν ἔστησαν, καὶ πόῤῥωθεν ὄντες, τὰ βέλη τῆς συκοφαντίας ἀποτοξεύουσιν· ἐν μέσῳ δὲ τοῦ λιμένος ὄντα με ναυάγιον ὑπομεῖναι ἐποιήσατε. ἀλλ᾽ εἰ καὶ τῆς πόλεως ἐκβάλλομαι, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἀπείργομαι, πείθομαι πρὸς πᾶσαν ἀποδύσασθαι τιμωρίαν. κέκριται γάρ μοι φιλοσοφεῖν, καὶ φέρειν γενναίως τὰ δυσχερῆ. οἶδα γάρ, οἶδα σαφῶς τὴν ἐρημίαν εὐτονωτέραν εἶναι τῆς πόλεως, καὶ τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ τῶν φίλων ἡμερώτερα. ἔῤῥωσο.

Ad Epiſcopum Antiochenum. 233.

Oportebat quidem pietatem veſtram non verbis eorum, qui loquuti ſunt, mente ſubverti, ſed in tanta mendaciorum copia multa cum attentione veritatem inveſtigare. Si enim omnia quæ vulgo jactantur, vera cenſeas, in periculum venient omnes: ſin autem judicio & legibus ea quæ latent, perveſtigentur, judicium à vobis ego libens poſtularem, niſi quis alia rurſus in me calumniæ tela jaculetur. Timeo namque, timeo jam umbras & ſimulachra, poſtquam vos ita judicaſtis. *Pſal. 37, 12.* Amici amicitiæ nuntium remiſerunt, qui juxta erant a longe ſteterunt, calumniarum jacula contorſerunt. Effeciſtis ut in medio portu naufragium paterer: ſed quamvis ejiciar ex urbe, atque ab Eccleſia ſejungar, ad quodvis ſupplicium ferendum me ſtatui comparare, philoſophari mihi ac patienter adverſa ferre decretum eſt: ſcio enim, ſcio certiſſimè, civitate firmiorem eſſe ſolitudinem, & beſtias agri manſuetiores amicis. Vale.

Βρίσωνι. σλδʹ.

Ἑβδομήκοντα σχεδὸν ἡμέρας ἀναλώσαντες κατὰ τὴν ὁδόν, [ὅθεν λογίζεσθαι ἔξεστι τῇ θαυμασιότητί σου, ὅσα τε καὶ ἡλίκα πεπόνθαμεν κακά, φόβῳ τε Ἰσαυρικῷ πολιορκούμενοι πολλαχοῦ, καὶ πυρετοῖς ἀφορήτοις παλαίοντες] ὀψέ ποτε ἀπηντήσαμεν εἰς τὴν Κουκουσόν, τὸ πάσης τῆς οἰκουμένης ἐρημότατον χωρίον. καὶ ταῦτα λέγω οὐκ ἀξιῶν ἐνοχλῆσαί τινα, ὥστε ἡμᾶς μεταστῆσαι ἐντεῦθεν. τὸ γὰρ χαλεπώτατον διηνύσαμεν, τὸ ὁδοῦ τὴν ταλαιπωρίαν. ἀλλ᾽ ὑμᾶς χάριν αἰτῶ, τὸ συνεχῶς ἡμῖν ἐπιστέλλειν, μηδὲ ἐπειδὴ πορρωτέρω μετῳκίσθημεν ὑμῶν, καὶ ταύτης ἡμᾶς ἀποστερῆσαι τῆς παραμυθίας. ἴστε γὰρ ὅση παράκλησις ἡμῖν γίνεται, εἰ καὶ τὰ ἡμέτερα ἐν θλίψει καὶ περιστάσει, ὅταν ἀκούωμεν τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν τῶν ἀγαπώντων ἡμᾶς,

Briſoni. 234.

Septuaginta ferme conſumptis in itinera diebus, (unde poteſt amplitudo tua colligere, quot & quanta mala paſſi fuerimus, cum & Iſaurorum metus nos undique premeret, & cum intolerandis febribus colluctaremur) Cucuſum totius orbis terrarum deſertiſſimum locum tandem aliquando pervenimus. *Vide Niceph. lib. 13, c. 37.* Et hæc dico non rogans, ut moleſti ulli ſitis, acpetatis, ut hinc nos transferat: quod enim erat graviſſimum jam pertulimus, nempe viæ moleſtiam: ſed hanc à vobis peto gratiam, ut ad nos aſſiduè ſcribatis, neque propterea quod longius à vobis relegati ſumus, idcirco nos iſta conſolatione privetis. Scitis enim quanto nos iſtud ſolatio levet, quantumvis afflicti ſimus & ærumnis obſeſſi, cum de valetudine veſtra amicorum noſtrorum certiores fieri poſſumus

ac vos hilares & incolumes eſſe, ac planè ſecuros. Ut igitur hinc non mediocrem poſſimus carpere voluptatem de his ad nos aſſiduè ſcribe: non enim leviter nos recreabis, ſed & ingenti ſolatio tædium noſtrum lenies, cum non ignores, quantum tuis commodis gaudere ſoleamus.

Porphyrio Epiſcopo Roſenſi. 235.

Quam firma, quam conſtanti, quam immota charitate ſis, non me fugit, nec ullam negotiorum difficultatem illam B poſſe labefactare. Id vero tu rebus ipſis oſtendiſti: quam ob cauſam nos quoque, licet morbo correpti, atque in locum totius hujus noſtri orbis deſertiſſimum delati Cucuſum, & Iſaurorum incurſionibus circumſeſſi, ac multis ærumnis vexati, & ſcribimus, & debitam ſalutationem tuæ pietati perſolvimus, corpore quidem ſejuncti, ſed animo copulati, magnámque inde conſolationem percipimus. Licet enim non levibus hæc commutatio difficultatibus ſit obſeſſa, maximum tamen inde C ſolatium haurimus, quod non longè à vobis abſumus, ac frequentes poſſumus, modico interjecto itineris hujus intervallo, & ad vos literas dare & à vobis accipere. Nam ſi hac feſtivitate perfruamur (feſtivitatem enim hoc ego cenſeo, ac ſolennitatem, & ingentis voluptatis occaſionem) ne minimum quidem ſenſum hujus ſolitudinis, metus, & anxietatis capiemus.

Carterio Præſidi. 236.

Deſertiſſimus quidem mirum in modum locus eſt Cucuſus: verumtamen haud ita nos ſolitudine ſua contriſtat, ac quiete exhilarat, quódque nulla ex parte nobis negotium faceſſit. Quocirca tanquam ad portum quendam ad ſolitudinem hanc delati ſedemus, & à malis quæ in via pertulimus reſpiramus, & morbi reliquorumque malorum quæ ſuſtinuimus reliquias hac quiete depellimus. Atque hoc apud amplitudinem E tuam ſermone idcirco utor, quod intelligam mirificè te noſtra quiete lætari, quandoquidem nulla nos capere poteſt eorum oblivio, quæ iſtic à te ſunt geſta, dum præpoſteros illos & importunos tumultus ſedares, & omnem lapidem moveres, ut in ſecuritate verſaremur, & quæ tuarum erant partium, omnino præſtares. Hæc nos apud omnes, quocumque gentium deferamur, prædicamus, tibique gratiam non mediocrem A habemus, Domine mi plurimum ſuſpiciende, ob tantam hanc ſollicitudinem: verum ut non ſolum ex eo, quod amemur à te, ſed etiam quod literis tuis fruamur, quæ nobis valetudinis tuæ ſtatum exponant, lætitia afficiamur, hanc nobis concede gratiam. Non enim vulgari ſolatio quantumvis in extera regione degentes reficiemur, ſi ab excellentia tua miſſas ejuſmodi literas acceperimus.

Conſtantio Presbytero ad matrem. 237.

B Hoc demum eſt veram eſſe matrem, ac liberos adamare, nempe cum defuerit quippiam eorum quæ neceſſaria ſunt, filium monere, domóque exigere, atque ejus diſceſſum æquo animo ferre, ac magnam illi ob ſuſceptam peregrinationem gratiam habere. Subegiſti vim affectúmque naturæ, dum juſſiſti, ut civitatem ſolitudine, ſecuritatem metu Iſaurico, & conſortium veſtrum ſeparatione mutaremus, ne quid fortè ſe- C cus, ac convenit, agere cogeremur. Quas ob res magnam tibi gratiam habemus, non quod pepereris, ſed quod ita educaveris, & in hoc quoque talem, qualem oportet, matrem te præbueris. Siquidem illæ quæ affectu franguntur, & antequam expediat, filiorum præſentiam expetunt, non jam matres ſed filiorum parricidæ ſunt appellandæ. Sed quemadmodum fortis in hoc fuiſti, ac ferro firmior, tibique mercedem à benigno Deo copioſam promeruiſti, ſic te oramus & obſecramus, ut D in cæteris omnibus eandem philoſophiam & conſtantiam præ te feras, & intelligas unam calamitatem eſſe, peccatum ſolum, reliqua verò cuncta fabulam, principatus, præconia, honores ab hominibus delatos: hanc autem per medias tribulationes

Act. 14.22. eſſe viam quæ ducit ad cœlum. *Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* Et verò ſancti omnes, & qui in novo teſtamento memorantur, hanc tenuerunt viam, inſidias paſſi ſunt, perpetuo vexati, in fugam acti, in exilium pul- E ſi, urbe, domóque exacti, prematura morte ſublati, atque ab illis à quibus minimè omnium oportebat. Quid enim quæſo luctuoſius aut quid acerbius quam à dextera fraterna mactari, & poſt coronas tantámque commendationem ac laudem prematura ac violenta morte vitam finire? Quid verò acerbiùs quæſo, quam unicum filium & in extrema ſenectute datum à paterna manu jubere mactari,

A οἷς ἐν εὐθυμίᾳ καὶ ὑγείᾳ ἐστὶ, καὶ ἀδείᾳ πολλῇ. ἵν᾽ οὖν ἐντεῦθεν πολλῆς ἀπολαύωμεν τῆς εὐφροσύνης, γράφε ταῦτα συνεχῶς ἡμῖν. οὐ γὰρ ὡς ἔτυχεν ἀνακτήσῃ, ἀλλὰ πολλῆς ἡμᾶς παρασκευάσεις ἀπολαῦσαι τῆς παραμυθίας. καὶ γὰρ οὐκ ἀγνοεῖς, ὅπως χαίρομεν τοῖς σοῖς ἀγαθοῖς.

Πορφυρίῳ ἐπισκόπῳ Ῥωσοῦ. σλε.

Οἶδά σου τῆς ἀγάπης τὸ στῤῥὸν, τὸ ἀπερίτρεπτον, τὸ ἀκλινὲς, B καὶ ὡς οὐδεμία πραγμάτων δυσκολία αὐτὴν παρασαλεῦσαι δύναιτ᾽ ἄν. τοῦτο διὰ τῶν ἔργων ἔδειξας. διὰ τοῦτο καὶ ἡμεῖς, καίτοι ἐν ἀῤῥωστίᾳ καθεστῶτες, καὶ εἰς τὸ πάσης τῆς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένης ἐρημότατον χωρίον ἀπενεχθέντες, τὸν Κουκουσὸν, καὶ ὑπὸ τῆς τῶν Ἰσαύρων ἐφόδου πολιορκούμενοι, καὶ ἐν πολλαῖς ὄντες περιστάσεσι, καὶ γράφομεν, καὶ τὴν ὀφειλομένην ἀποδίδομεν πρόσρησιν τῇ εὐλαβείᾳ τῇ σῇ, τῷ σώματι μὲν διεστηκότες, τῇ ψυχῇ δὲ συνδεδεμένοι, καὶ C μεγίστην ἐντεῦθεν καρπούμεθα τὴν παράκλησιν. εἰ γὰρ καὶ πολλὴ τῆς ἐντεῦθεν διαδοχῆς ἡ δυσκολία· ἀλλ᾽ οὖν τοῦτο μέγιστον ἐντεῦθεν καρπούμεθα, τὸ, ἐκ γειτόνων ὑμῖν εἶναι, καὶ συνεχῶς δύνασθαι ὀλίγου τοῦ μέσου τῆς ὁδοῦ ταύτης ὄντος, καὶ ἐπιστέλλειν πρὸς τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν, καὶ δέχεσθαι παρ᾽ ὑμῶν γράμματα. καὶ γὰρ ταύτης ἀπολαύοντες τῆς ἑορτῆς, [ἑορτὴν γὰρ ἐγὼ τοῦτο τίθεμαι, καὶ πολλῆς ἡδονῆς ὑπόθεσιν] οὐδὲ μικρὰν αἴσθησιν τῆς ἐρημίας, καὶ τοῦ φόβου, καὶ D ἀγωνίας ληψόμεθα.

Καρτερίῳ ἡγεμόνι. σλς´.

Ἐρημότατον μὲν χωρίον μεθ᾽ ὑπερβολῆς ἡ Κουκουσός· πλὴν ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ἡμᾶς τῇ ἐρημίᾳ λυπεῖ, ὡς εὐφραίνει τῇ ἡσυχίᾳ καὶ τῷ μηδαμόθεν ἡμῖν πράγματα παρέχειν. διὸ καθάπερ εἰς λιμένα τινὰ τὴν ἐρημίαν ταύτην ἀπελυτηκότες, οὕτω καθήμεθα ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν κακῶν ἀναπνέοντες, καὶ τῇ ἡσυχίᾳ ταύτῃ τῆς ἀῤῥωστίας καὶ E τῶν ἄλλων κακῶν, ὧν ὑπεμείναμεν, τὰ λείψανα διορθοῦντες. καὶ ταῦτα εἰρήκαμεν πρὸς τὴν σὴν λαμπρότητα, ἐπειδὴ σφόδρα ἴσμεν χαίροντά σε τῇ ἀνέσει τῇ ἡμετέρᾳ. ἐπεὶ καὶ ὧν αὐτόθι πεποίηκας, οὐδέποτε ἐπιλαθέσθαι σου δυνάμεθα, τοὺς προπετεῖς ἐκείνους καὶ ἀλογίστους ἀναστέλλων θορύβους, καὶ πάντα ποιῶν, ὥστε ἡμᾶς ἐν ἀδείᾳ καταστῆσαι καὶ σαυτοῦ πληρῶν. καὶ ταῦτα πρὸς ἅπαντας ὅπουπερ ἂν ἀφικώμεθα ἀνακηρύττομεν, πολλάς σοι χάριτας εἰ- A δότες, δέσποτά μου θαυμασιώτατε, τῆς τοσαύτης κηδεμονίας. ἵνα δὲ μὴ μόνον ἐκ τοῦ φιλεῖσθαι παρά σοῦ, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ γραμμάτων ἀπολαύειν τῶν σῶν περὶ τῆς ὑγείας τῆς σῆς σημαινόντων καρπωσώμεθα τὴν εὐφροσύνην, δίδου ταύτην ἡμῖν τὴν χάριν. οὐ γὰρ τὴν τυχοῦσαν δεξόμεθα καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ γῇ διατρίβοντες παράκλησιν, εἰ τοιαῦτα γράμματα δεξαίμεθα παρὰ τῆς θαυμασιότητός σου.

Κωνσταντίῳ πρεσβυτέρῳ πρὸς τὴν μητέρα. σλζ´.

B Τοῦτο μήτηρ φιλόστοργος καὶ φιλόπαις, τὸ, ἡνίκα ἂν δέῃ τι τῶν δεόντων παραινεῖν τῷ παιδὶ, καὶ ἐλαύνειν αὐτὸν οἴκοθεν, καὶ πρᾴως φέρειν τὸν χωρισμὸν, καὶ χάριτας αὐτῷ πολλὰς εἰδέναι τῆς ἀποδημίας. κατέλυσας αὐτὴν τῆς φύσεως τὴν τυραννίδα, κελεύσασα ἡμᾶς ἔρημον ἀνταλλάξασθαι πόλεως, καὶ φόβον Ἰσαυρικὸν ἀδείας, καὶ τὸν χωρισμὸν ἡμῶν τῆς συνουσίας τῆς μεθ᾽ ὑμῶν, ὥστε μηδὲν ἀναγκασθῆναι πρᾶξαι τῶν μὴ προσηκόντων. διὰ ταῦτά C σοι πολλὰς χάριτας ἴσμεν, οὐχ ὅτι ἔτικες, ἀλλ᾽ ὅτι οὕτως ἀνέθρεψας, κἂν τούτῳ γινομένη μήτηρ οἵαν γίνεσθαι χρή. αἳ γε τῷ πάθει καταμαλακιζόμεναι, καὶ πρὸ τοῦ συμφέροντος τὴν παίδων τὴν παρουσίαν αὐτῶν ἐπιζητοῦσαι, οὐ μητέρες, ἀλλὰ παιδοκτόνοι δικαίως ἂν κληθεῖεν. ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐνταῦθα ἀνδρεία γέγονας, καὶ σιδήρου στῤῥοτέρα, ἄφατον παρὰ τοῦ φιλανθρώπου Θεοῦ διὰ τῆς γνώμης ταύτης προαποθεμένη σοι μισθὸν, οὕτω παρακαλοῦμεν, καὶ D σου δεόμεθα καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι τὴν αὐτὴν ἐπιδείξασθαι φιλοσοφίαν, καὶ εἰδέναι ὅτι μία ἐστὶ συμφορὰ ἁμαρτία μόνον, τὰ δὲ ἄλλα πάντα μῦθος, δυναστεῖαι, καὶ δόξαι, καὶ τιμαὶ αἱ παρὰ ἀνθρώπων, καὶ ἡ πρὸς τὸν οὐρανὸν ἄγουσα ὁδὸς, αὕτη μάλιστα ἡ διὰ τῶν θλίψεών ἐστι. διὰ γὰρ πολλῶν θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰσελθεῖν, "φησιν, εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. καὶ πάντες δὲ οἱ ἅγιοι εἴτε ἐν τῇ" παλαιᾷ, εἴτε ἐν τῇ καινῇ, ταύτην ὥδευσαν τὴν ὁδὸν, ἐπιβουλευό- E μενοι συνεχῶς, ἐλαυνόμενοι, φυγάδες, καὶ μετανάσται γινόμενοι, ἀπόλιδες, ἄοικοι, θανάτους ἀώρους ὑπομένοντες, καὶ παρ᾽ ὧν μάλιστα οὐδαμῶς ἐχρῆν. τί γὰρ ὀδυνηρότερον, εἰπέ μοι, ἢ χαλεπώτερον τοῦ παρὰ δεξιᾶς ἀδελφικῆς κατενεχθῆναι, καὶ ἄωρον καὶ βίαιον ὑπομεῖναι τελευτὴν, μετὰ στεφάνους καὶ εὐδοκίμησιν τοσαύτην; τί δὲ ὀδυνηρότερον καὶ μόνον, καὶ ἐν ἐσχάτῳ δοθέντα γήρᾳ κελευσθῆναι σφάττεσθαι ὑπὸ πατρικῆς χειρὸς,

καὶ

καὶ τὸν γεννησάμενον διάκονον γενέσθαι τῆς τοιαύτης σφαγῆς; μὴ γάρ μοι τοῦτο λέγε, ὅτι μετὰ ταῦτα ἀπέλαβεν αὐτὸν ὑγιῆ καὶ σῶον· οὐδὲν γὰρ τούτων εἰδὼς ὁ δίκαιος ἐκεῖνος, ἀλλ' ὅτι πάντως αὐτὸν ἀναιρήσει, οὕτω καὶ ἀνήγαγεν εἰς τὸ ὄρος, καὶ τὸ θυσιαστήριον ᾠκοδόμησε, καὶ τὰ ξύλα ἐπέθηκε, καὶ τὴν μάχαιραν ἥρπασε, καὶ τὸ ξίφος διήλασε. καὶ γὰρ καὶ διήλασε, τό γε εἰς τὴν αὐτοῦ γνώμην ἧκον. διὸ καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ᾄδεται. ἂν δὲ τὸν ἔκγονον εἴπω τὸν ἐκείνου, καὶ αὐτὸν ὄψει ὑπὸ ἀδελφικῆς βασκανίας πάλιν φυγάδα, καὶ ἄπολιν γινόμενον, καὶ δοῦλον, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ θητεύοντα, καὶ τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων δεδοικότα φόβον. ἂν δὲ τὸν Ἰωσὴφ τὸν πραθέντα ἔτη τοσαῦτα, τὸν μυρία παθόντα δεινά· ἂν δὲ τὸν Μωϋσέα, τὸν τοσαῦτα παρὰ τῶν Ἰουδαίων παθόντα κακά. τὰ γὰρ τῶν ἀποστόλων οὐδὲ παραστῆσαι ἔνι τῷ λόγῳ. ταῦτ' οὖν ἅπαντα συναγαγοῦσα, καὶ λογιζομένη τὸν τῆς ὑπομονῆς τὸν μισθὸν, θυσίαν ἀνένεγκε τῷ Θεῷ, τὸ, γενναίως ἐνεγκεῖν τὰ συμπίπτοντα. καὶ διὰ πάντων αὐτὸν δόξαζε. ἐπεὶ καὶ ὁ Ἰὼβ ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐστεφανώθη ῥημάτων· ἀνάμενε δὴ καὶ τὴν ἐπὶ τὸ χρηστότερον μεταβολὴν, καὶ μὴ διαλίπῃς τὸν Θεὸν ὑπὲρ τούτου παρακαλοῦσα, καὶ γράψαι ἡμῖν σπούδασον, ὅτι γέγονέ τι πλέον ἀπὸ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων εἰ εὐθυμίας σοι λόγον, εἴγε μὴ βούλει θολοῦν ἡμῶν τὴν εὐφροσύνην. ἡμεῖς γὰρ ἐνταῦθα πολλῆς ἀπολαύομεν ἡδονῆς, ἐντρυφῶντες τῇ συνουσίᾳ τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου, καὶ τῇ ἡσυχίᾳ τοῦ χωρίου τούτου, καὶ τῇ πολλῇ ἀπραγμοσύνῃ. καὶ γὰρ ὁ τῶν Ἰσαύρων πέπαυται φόβος, καὶ χειμῶνος αὐτοὺς συνελαύνοντος εἰς τὴν αὐτῶν. μὴ δὴ τοσαύτην θολώσῃς ἡμῖν ἡδονήν. εἰ γὰρ ἔλθοι γράμματα παρὰ τῆς σῆς τιμιότητος δηλοῦντα ἡμῖν, ὅτι ὥς σοι πρέπον ἐστὶ, καὶ ἀξίως τῆς ὑψηλῆς σου γνώμης τὰ συμπίπτοντα φέρεις, καὶ ἐντεῦθεν πολλὴν καρπωσόμεθα εὐθυμίας προσθήκην. οὐχ ὡς ἔτυχε γὰρ ἡμᾶς ἀνεκτήσατο ἡ ἐπωφελὴς συνουσία τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου· ὡς ἄλλους ἀντ' ἄλλων σχεδὸν ἐργάσασθαι, καὶ μὴ συγχωρῆσαι μηδὲ αἴσθησιν τῆς ξένης λαβεῖν. τοσαύτη ἡμᾶς περιστοιχίζεται ἀγαθῶν εὐφροσύνη, καὶ πλοῦτος ἡμᾶς περιρρεῖ πνευματικὸς, καὶ τὸν Θεὸν διὰ ταῦτα διηνεκῶς δοξάζοντες οὐ παυόμεθα.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ. σλη΄.

Συνάγει μὲν ἡμᾶς εἰς ἀγάπην καὶ φύσεως νόμος, καὶ τὸ λῦσαι τὰς αὐτὰς ὠδῖνας· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἐντεῦθεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρωθεν, καὶ ὅθεν μάλιστα χρὴ, καὶ αἰδούμεθα καὶ φιλοῦμέν σου τὴν τιμιότητα, ὅτι σοι τῶν παρόντων λόγος οὐδεὶς, ὅτι τὸν καπνὸν ἤλασας, καὶ τὴν κόνιν ἔσβεσας, καὶ τὸν πηλὸν κατεπάτησας, καὶ κοῦφόν σοι γέγονε τὸ πτερὸν πρὸς τὴν ὁδὸν τὴν εἰς τὸν οὐρανὸν φέρουσαν, καὶ οὔτε ἀνδρὸς μέριμνα, οὔτε παιδοτροφίας φροντὶς, οὔτε οἰκίας ἐπιμέλεια, οὔτε ὁ ἐντεῦθεν τικτόμενος θόρυβος ἴσχυσεν ὑποσκελίσαι σοι τὸν δρόμον καὶ βραδύτερον ἐργάσασθαι, ἀλλ' αὐτοῖς δὴ τούτοις τοῖς δοκοῦσιν εἶναι κωλύμασιν εἰς πλεῖον τάχος πτήσεως κέχρησαι· καὶ οὐδὲ ἡ τοὺς γυναῖκας ταπεινοῦσα ἄνδρας, [πενία γάρ, φησιν, ἄνδρα ταπεινοῖ] ἴσχυσέ σε κατενεγκεῖν, ἀλλὰ καὶ ὑψηλοτέραν εἰργάσατο. τοιοῦτον γὰρ ἡ ἀρετὴ, οὐδενὶ τῶν ἀραχνίων τούτων ἐμποδίζεται, ἀλλὰ καὶ διασπάσασα αὐτὰ εὐκολώτερον ἢ τὰς ἀράχνας ταύτας, κέρδος ἐντεῦθεν συνάγει πολύ. ταῦτα οὐχ ἁπλῶς ἐπεστάλκαμέν σου τῇ τιμιότητι, ἀλλ' ἐπειδὴ στοχαζόμεθα καὶ τῇ ἀποδημίᾳ τῇ ἡμετέρᾳ, τῷ τε θορύβῳ τῶν αὐτόθι πραγμάτων σφόδρα σε ταράττεσθαι, καὶ ἀλύειν, τούτου χάριν γεγράφαμέν σου τῇ εὐλαβείᾳ, ἵνα ἐννοήσασα ὅτι ὁδὸς τὰ πράγματα, στενὴ μὲν ἡ τῆς ἀρετῆς, πλατεῖα δὲ ἡ τῆς κακίας, μήτε τοὺς μετὰ ἁμαρτημάτων εὐημεροῦντας ζηλώσῃς, ἀλλὰ δακρύσῃς μειζόνως, ἐφόδιον γὰρ αὐτοῖς τῆς τιμωρίας ἡ εὐημερία γίνεται· μήτε τοὺς τὴν στενὴν ὁδεύοντας ταλανίσῃς, ἀλλὰ καὶ μακαρίσῃς μειζόνως, ἂν μετ' ἀρετῆς ὁδεύσωσι. καὶ γὰρ καὶ τούτοις ἐφόδιον, καὶ προσθήκη τιμῶν καὶ στεφάνων, μετὰ τῆς ἀρετῆς καὶ ἡ στενοχωρία γίνεται τῶν παρόντων· ἐπεὶ καὶ ὁ πλούσιος ἐκεῖνος οὐ διὰ τοῦτο μόνον ἀπετηγανίζετο, ὅτι ὠμὸς καὶ ἀπάνθρωπος ἦν, ἀλλὰ ὅτι καὶ ἐν πλούτῳ πολλῷ μείζονι, καὶ δαψιλῆ παρατιθέμενος τράπεζαν. ὁ δὲ Λάζαρος διὰ τοῦτο ἐστεφανοῦτο, ὅτι μετὰ πολλῆς τῆς καρτερίας τὸν χαλεπὸν τῶν ἑλκῶν ἤνεγκε πόλεμον, τὴν πενίαν, τὴν ἐρημίαν τῶν προστησομένων, τὸ ἀπερρῖφθαι, τὸ καταφρονεῖσθαι, τὸ προκεῖσθαι τράπεζα ταῖς τῶν κυνῶν γλώσσαις. ταῦτα γὰρ πάντα εἰ καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων ἐπίστασαι γραμμάτων, ἀλλ' ἀναγκαῖον εἶναι νομίσαντες καὶ παρ' ἡμῶν σε ἀναμιμνήσκεσθαι, ἐπεστάλκαμεν, ὥστε μὴ τῇ τυραννίδι τῆς ἀθυμίας θολοῦσθαι. εἰ γὰρ καὶ μὴ βούλομαι πάντα ἐνθεῖναι τοῖς γράμμασιν, οἶδα σαφῶς, ὅσα ὑμᾶς περιέστηκε λυπηρά. καὶ διὰ τοῦτο προσέθηκα τὴν ἐπιστολήν. ἵν' οὖν καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ διατρίβοντες, πολλῆς ἀπολαύωμεν τῆς ἡδονῆς,

& patrem ipſum ejuſmodi cædis fieri adminiſtrum? Noli enim hoc mihi dicere, ſalvum illum & incolumem poſtea receptum fuiſſe. Nam cum nihil horum ſciret juſtus ille, ſed omnino ſe illum jugulaturum, illum in montem deduxit, altare conſtruxit, ligna impoſuit, gladium arripuit, & jugulum enſe tranſegit, nam & tranſegit, ſi animum ejus ac voluntatem ſpectes: quam ob cauſam & ubivis gentium in toto terrarum orbe celebratur. Quod ſi iſtius nepotem commemorem, & ipſum videbis fraterna vexatum invidia rurſus in exilium relegatum, extorrem, ac civitate pulſum, ſervum in extera regione mercede operam ſuam locantem, ac capitis ſui periculum reformidantem. Gen. 29, 14 Quod ſi Joſephum, qui tot annis venditus fuit: quod ſi Moſem, qui tot à Judæis paſſus eſt mala. Nam Apoſtolorum afflictiones oratione complecti nemo poteſt. Hæc ergo colligens, & apud te perpendens, quanta ſit merces patientiæ, ſacrificium offer Deo, generosè ferendo quæcumque accidunt, & in omnibus illum glorifica. Etenim Job propter ejuſmodi verba coronam obtinuit. Tum vero expecta mutationem in melius, neque precari Deum hujus rei gratia deſine, atque ad nos ſcribere ſtude, nos aliquid literis noſtris profeciſſe, ut animi tui tranquillitatem foveremus, niſi fortè lætitiam noſtram turbare malis. Nos enim hic multa voluptate perfundimur, dum ſanctiſſimi Epiſcopi conſuetudine, ac loci hujus quiete, otióque ſummo oblectamur. Nam & Iſaurorum metus conquievit, dum cogente hyeme ſua regione ſe continent. Ne igitur noſtram hanc lætitiam conturbes. Quod ſi ad nos literæ perferantur, quæ nobis ſignificent, te, prout te decet, ſublimique tuæ menti convenit, ea, quæ contigerint ferre, hac occaſione lætitia noſtra non mediocri acceſſione cumulabitur. Enimverò mirificè nos recreavit fructuoſa cum ſanctiſſimo Epiſcopo conſuetudo, ſic ut nos propemodum in alios viros mutaverit, nec ullo permiſerit peregrinæ regionis ſenſu affici: tanta bonorum jucunditate redundamus, tot ſpiritualibus opibus circumfluimus, & eam ob cauſam Deum continuè glorificare non ceſſamus.

Ejuſdem ad ſororem ſuam. 238.

Nos quidem charitate conjungit cùm naturæ lex, tum quod eodem partu editi fuerimus: at nos non eam tantum ob cauſam, ſed aliam & quæ maximè locum habere debet, venerationem tuam reveremur & amamus, quod nimirum res hujus ſeculi pro nihilo habeas, quod fumum abegeris, pulverem oppreſſeris, lutum conculcaris, levéſque tibi alas ad emetiendam viam, quæ tendit ad cœlum, comparaveris, & neque mariti cura, neque liberorum educandorum ſollicitudo, neq; domus adminiſtratio, neque tumultus, quem iſta pariunt, curſum tuum interrumpere, aut retardare potuerunt, ſed his ipſis quibus impediri poſſe videbaris, ad majorem uſa es volatus celeritatem, & neque illa quæ viros humiliat (ſiquidem paupertas, inquit ſcriptura, virum humiliat) dejicere te potuit, ſed & ſublimiorem effecit. Ea namque virtutis eſt vis, ut nequaquam ab his, quæ ſimilia ſunt aranearum telis præpediatur, ſed ea multo facilius, quam ipſas aranearum telas diſſipans, multum inde lucrum decerpit. Hæc non ſine cauſa tuæ ſcripſimus venerationi, ſed quoniam cum noſtro diſceſſu, tum perturbatione rerum iſtic exorta non mediocriter conturbari te conjicimus, & anxiam eſſe, propterea ſcribendum ad pietatem tuam duximus, ut cogitans, viam quandam eſſe res humanas, & anguſtam quidem eam quæ virtutis eſt, ſpatioſam autem quæ vitii, neque illos, quibus cum peccatis feliciter cuncta ſuccedunt, æmuleris, ſed potius deplores, quandoquidem ſupplicium illis proſperitas hæc accerſit, neque qui viam auguſtam ſectantur, miſeros arbitreris, ſed beatos potius prædices, ſi cum virtute viam peragant. Nam & iſtis majorem occaſionem affert & incrementum honorum & coronarum iſtius vitæ afflictio, ſi cum virtutis auxilio toleretur: ſiquidem & dives ille non idcirco tantum cruciabatur, quod crudelis & inhumanus eſſet, ſed quod pluribus opibus abundaret, & opipara menſa frueretur. Lazarus vero propterea corona donabatur, quod multa cum patientia gravem ulcerum cruciatum ferret, egeſtatem, ſolitudinem eorum qui ſubvenirent, quod abjectus eſſet, quod contemneretur, quod canum linguis in prædam jaceret expoſitus. Hæc enim omnia licet antequam noſtras literas acciperes, non ignorares, faciendum nobis tamen exiſtimavimus, ut in memoriam ea tibi ſcribendo revocaremus, ne fortè triſtitia turbari te ſineres. Quamvis enim literis nolim omnia conſignare, probè tamen novi quibus malis obſideamini, quam ob cauſam & epiſtolam adjeci. Ut igitur etiam dum peregrè vivimus, multa voluptate perfundamur,

ad nos

ad nos literas mitte, quibus ſignifices tantum apud te noſtram hanc valuiſſe cohortationem, quantum voluimus, & optavimus. Sic enim fiet, ut licet longè ſejuncti à vobis multam hinc lætitiam hauriamus: ſiquidem nos tametſi tam multa paſſi nihil eorum ſentimus, dum mercedem mente complectimur conſtitutam ob ea, quæ paſſi ſumus, & expectamus fore, ut aliquam in melius mutationem negotia ſortiantur, ut & ipſa exordia præ ſe ferunt. Hæc igitur cum animo tuo & ipſa reputans, dum ejuſmodi patientiæ ſudores toleras, noli animum deſpondere, ſed cùm omnium aliorũ curam gere liberorum tuorum, (ſiquidem major te nunc merces manet) tũ pulchram Epiphanium, prout placitum Deo fuerit, educare ſtude. Non enim ignoras, quanta ſit à Deo liberorum educationi merces conſtituta. Ita cum aliis Abraham nominis celebritatẽ adeptus eſt, ita Job coronam promeruit, & aſſiduè beatus Paulus hoc parentibus præcipit dicens, *Educate filios veſtros in diſciplina & correptione Domini*: vacationem nacta es, quæ tibi à ſupervacuis & importunis curis, & inutili anxietate poteſt immunitatem acquirere: vacationem, quæ multum quæſtum parit, unde tibi multi poſſunt virtutis fructus pullulare, ſi quidem huic rei omnem operam volueris adhibere. Nam de domina mea matre nihil opus eſſe arbitror ad te ſcribere, cum ſatis ſciam inter cætera præclara facinora hoc à te editum, atque copioſum inde te fructum decerpſiſſe, cum tuis in illam officiis & obſequiis quamvis ancillam ſuperaveris. Quia tamen hoc quoque à me non omitti par eſt, audi beatum Paulum dicentem, *Honora parentes, & addentem, Quod eſt primum mandatum in promiſſione*. Si ita te geſſeris, cùm multas tibi coronas acquires, tum multa nos voluptate perfundes, neque quicquam noſeſſe paſſos arbitrabimur eorum, quæ paſſi ſuimus, hac de cauſa; ſed magnitudine lætitiæ recreati, quam ex bonorum tuorum conſideratione capiemus, domi eſſe nos, vobiſcúmque verſari arbitrabimur, & ex animi ſententia nobis cuncta ſuccedere.

Ephes. 6, 4.

Ibid.

Ejuſdem ad Valerium & Diophantum Presbyteros. 239.

Sanè quidem licet non ſcripſiſſem, vos oportuit ſcribere: hoc enim exigit lex charitatis, quæ neque ſuperari ſe ſinit, & amoris exceſſu amicos ſuos vincere perpetuò contendit: cum verò jam & ſemel & bis ſcripſerim, ne ſic quidem ad nos literas mittere dignati eſtis, ſed tam diuturno ſilentio uſi eſtis apud hominem, qui frequentia literarum veſtrarum obrpui cuiebat. Atq; hæc à me dicuntur non ut vos accuſem, (non enim meo me pede metiri neſcio,) ſed ut animi mei mœſtitiam dolorémque teſtificer. Quanto enim majori cupiditate teneor literarum, tanto major mihi, dum illis privor, animi dolor inuritur. An verò nos exigua conſolatione putatis indigere, qui & matre & ſorore careamus, patria exciderimus & tot amicorum conſpectu privemur, ſolitudinem omnium aſperrimam incolamus, & Iſaurorum metu ſimus obſeſſi? Porrò una cum meis negotiis audio mala communia quæ ubique terrarum quotidie pullulant, atque indies incrementum accipiunt, & gravia quædam minantur naufragia. Utinam ingentem vim doloris poſſem oratione complecti, tum vero licet nihil ipſi loqueremur, veſtri tamen ſilentii pœniteret. Auget præterea dolorem meum, quod cum nec ad tabellariorum raritatem confugere poſſitis, id agatis. Quod argumento eſt: Sed nolo quicquam moleſtum efferre, vobis id expendendum relinquo, num hoc aliquem noſtri contemptum deſpectumq; redoleat. Nihil tamen curo, ſive contemnatis, ſive deſpiciatis tenuitatem noſtram: unum id requiro, quocumque tandem modo affecti ſitis, ut literis veſtris fruar, quæ non mediocrem nobis conſolationem pariunt. Nam unus atque alter ſæpe ad nos profectus eſt, & nunc Dominus meus reverendiſſimus frater Libanius, nec tamen veſtris nos literis dignati eſtis. Nolite quæſo mœrori meo alterum mœrorem addere. Si enim neque accepta hac epiſtola ſcribere ad nos velitis, ſive pigritiæ ſive inertiæ dediti, nos tamen ſcribere non deſinemus, & ſcribendo propter hoc veſtrum ſilentium lugebimus & ingemiſcemus. Hoc enim eſt in poteſtate noſtra ſitum. Non tamen medioctiter nobis ad conſolationem valet, immo vero hoc etiam omiſſo maximum nobis ſolatium parit, quòd ad ipſam uſque ſolitudinem & ad terræ fines (ſiquidem in ipſis propemodum finibus jam verſamur) celebris veſtra fama penetret, & præclara facinora veſtra divulget: omnes enim vos prædicant, laudant, corona donant, beatos cenſent ob fortitudinem, conſtantiam, quam rebus ipſis teſtatam eſſe voluiſtis: ut illud ſcripturæ mandatum impleretis: *Uſque ad mortem certa pro veritate, & Deus pro te pugnabit.* En igitur tot fluctibus impetum facientibus, tanta inſurgente tempeſtate, neque conturbare vos ullus potuit, nec in ulla re lædere,

Eccl. 4, 33.

πέμψον ἡμῖν γράμματα, δηλοῦντα ἡμῖν, ὅτι ἴσχυσεν ἡμῶν αὕτη ἡ παραίνεσις, ὅσον ἐβουλόμεθα καὶ ἐπεθυμοῦμεν. οὕτω γὰρ καὶ πόῤῥω καθήμενοι, πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσόμεθα τὴν εὐφροσύνην. ἡμεῖς γὰρ καί τοι τοσαῦτα πεπονθότες, οὐδενὸς αἰσθανόμεθα, τόν τε μισθὸν ἐννοοῦντες ὧν ἐπάθομεν, καὶ ταχίστην ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταβολὴν τὰ πράγματα προσδοκῶντες λήψεσθαι, ὡς καὶ αὐτὰ τὰ προοίμια δείκνυσιν. ταῦτ᾽ οὖν καὶ αὐτὴ λογιζομένη, μηδὲν καταμαλακισθῇς πρὸς τοὺς τῆς ὑπομονῆς ἱδρῶτας, ἀλλὰ τῆς τε ἄλλων σου παιδίων ἐπιμελοῦ, [πλείων γάρ σοι νῦν ὁ μισθὸς] καὶ τὸν καλὸν Ἐπιφάνιον κατὰ τὸ τῷ Θεῷ δοκοῦν ἀνατρέφειν σπούδαζε. οἶσθα γὰρ ὅσος παιδοτροφίας μισθός· οὕτως ὁ Ἀβραὰμ ηὐδοκίμησε μετὰ τῶν ἄλλων· καὶ ἐντεῦθεν ὁ Ἰὼβ ἐστεφανοῦτο, καὶ τοῖς γονεῦσι τοῦτο συνεχῶς ὁ μακάριος Παῦλος ἐπιτάττει λέγων, ἐκτρέφετε τὰ τέκνα ὑμῶν ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου. ἔχεις σχολὴν ἱκανὴν ἀπαγαγεῖν σε τῶν περιττῶν καὶ ἀκαίρων φροντίδων, καὶ τῆς ἀνοήτου λύπης. σχολὴν πολὺ φέρουσαν κέρδος, μεγάλων τῶν τῆς ἀρετῆς δυναμένην βρύειν καρπῶν, εἴγε βουληθείης ἔργον τοῦτο ποιήσασθαι. περὶ γὰρ τῆς δεσποίνης μου τῆς μητρὸς οὐδὲν οἶμαι δεῖν οὐδὲ ἐπιστέλλειν. ἐπειδήπερ σοι σύνοιδα μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο τὸ κατόρθωμα, καὶ τὸν ἄφατον ἐντεῦθεν καρπὸν, καὶ ὅτι παιδίσκην ἅπασαν ὑπερηκόντισας ἐν τῇ ἐπ᾽ αὐτὴν θεραπείᾳ. ἀλλ᾽ ὅμως ἐπειδὴ πρέπον ἐμοὶ καὶ περὶ τούτου διαλεχθῆναι, ἄκουσον τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος, τίμα τοὺς γονέας. καὶ προστιθέντος, ἥ τις ἐστὶν ἐντολὴ πρώτη ἐν ἐπαγγελίαις. ἂν οὕτω σαυτὴν ἄγῃς πολλοὺς μὲν σαυτῇ προαποθήσῃ τοὺς στεφάνους, πολλὴν δὲ ἡμῖν ἐργάσῃ τὴν ἡδονὴν, καὶ οὐδὲ πεπονθέναι τί τούτων ἡγησόμεθα, ὧν πεπόνθαμεν, καὶ διὰ τοῦτο ἀλλὰ τῷ ὄγκῳ τῆς εὐφροσύνης τῆς σῶν ἀγαθῶν περιεσόμενοι, καὶ εἰς τὰ οἰκεῖα εἶναι, καὶ μεθ᾽ ὑμῶν διάγειν, καὶ κατὰ ῥοῦν ἡμῖν ἅπαντα φέρεσθαι ἡγησόμεθα.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Οὐαλέριον Διόφαντον πρεσβυτέρους. σλθ'.

Μάλιστα μὲν καὶ μὴ γράψαντι γράψαι ἐχρῆν· τοιοῦτος γὰρ τῆς ἀγάπης ὁ νόμος· οὐκ ἀνέχεται ἐλαττοῦσθαι, καὶ ἀεὶ φιλονεικεῖ νικᾷν τοὺς ἀγαπωμένους τῇ περιουσίᾳ τοῦ φιλεῖν· καὶ γράψαντα δὲ καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, οὐδὲ οὕτως ἠξιώσατε τῶν ὑμετέρων γραμμάτων, ἀλλ᾽ ἐσιγήσατε σιγὴν οὕτω μακρὰν, πρὸς ἄνθρωπον ἐπιθυμοῦντα δέχεσθαι νιφάδας γραμμάτων. καὶ ταῦτα οὐκ ἐγκαλῶν λέγω, οὐχ οὕτως ἀγνοῶ μου τὰ μέτρα, ἀλλ᾽ ἀθυμῶν καὶ ὀδυνώμενος. ὅσῳ γὰρ μετὰ πολλῆς τῆς ὑπερβολῆς ἐπιθυμῶ τῶν γραμμάτων, τοσούτῳ καὶ πλείονα τὴν ὀδύνην ἀποστερούμενος αὐτῶν ὑπομένω. μικρᾶς οἴεσθε παρακλήσεως ἡμᾶς δεῖσθαι, μητρὸς καὶ ἀδελφῆς κεχωρισμένους, πατρίδος ἐκπεπτωκότας, χορὸν τοσοῦτον γνησίων οὐ δυναμένους βλέπειν, ἐρημίαν οἰκοῦντας πάσης ἐρημίας χαλεπωτέραν, Ἰσαύρων φόβῳ πολιορκουμένους; μετὰ τῶν ἐμῶν, καὶ τὰ κοινὰ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν ἀκούω τὰ κακὰ, καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης βλαστάνοντα, καὶ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν μετὰ προσθήκης αὐξανόμενα, καὶ χαλεπά τινα ὠδίνοντα ναυάγια. εἴθε μοι δυνατὸν ἦν παραστῆσαι τῷ λόγῳ τὴν ἀθυμίας τὴν τυραννίδα· τότε ἂν καὶ μὴ λεγόντων ἡμῶν, αὐτοὶ ἂν μετέγνωτε ἐπὶ τῇ σιγῇ. λυπεῖ δέ με πρὸς τούτοις τὸ, μήτε εἰς γραμματηφόρων σπάνιν ἔχοντας καταφυγεῖν, τοῦτο ποιῆσαι. ὅπερ σημεῖόν ἐστιν· ἀλλ᾽ ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἂν εἴποιμι δυσχερὲς, ὑμῖν δὲ καταλιμπάνω εἰδέναι, εἰ μὴ πολλῆς ταῦτα ὀλιγωρίας, καὶ τῆς καθ᾽ ἡμῶν ὑπεροψίας. ἀλλ᾽ οὐδέν μοι τοῦτο μέλει, κἂν καταφρονῆτε, κἂν ὑπερορᾶτε τῆς ἡμετέρας σμικρότητος. ἓν ἐπιζητῶ μόνον, ὅπως ἂν διακέησθε, τὰ γράμματα τῆς θεοσεβείας ὑμῶν, τὰ πολλὴν ἔχοντα παράκλησιν. καὶ γὰρ καὶ εἷς, καὶ δεύτερος πολλάκις ἀφίκοντο πρὸς ἡμᾶς, καὶ νῦν ὁ κύριός μου ὁ τιμιώτατος ἀδελφὸς Λιβάνιος, καὶ οὐκ ἠξιώσατε ἡμᾶς τῶν ὑμετέρων γραμμάτων. μὴ δὴ προσθῆτε, παρακαλῶ, τῇ ἀθυμίᾳ μου ἀθυμίαν ἑτέραν. εἰ γὰρ μηδὲ μετὰ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην βουληθείητε ἡμῖν ἐπιστεῖλαι, ἢ ὄκνῳ, ἢ ῥαθυμίᾳ ἐκδόντες, ἡμεῖς οὐ παυσόμεθα καὶ γράφοντες, καὶ μετὰ τοῦ γράφειν καὶ ὀλοφυρόμενοι, καὶ θρηνοῦντες, διὰ τὴν σιγὴν τὴν ὑμετέραν. τούτου γάρ ἐσμεν κύριοι. οὐ μικρὸν δὲ καὶ τοῦτο ἡμῖν εἰς παράκλησιν, μᾶλλον δὲ καὶ τούτου χωρὶς, ἡ μεγίστη ἡμῶν παραμυθία, τὸ, μέχρι τῆς ἐρημίας αὐτῆς, καὶ τῶν περάτων τῆς γῆς· πρὸς γὰρ αὐτὰ τὰ πέρατα σχεδόν ἐσμεν νῦν. φήμην ὑμῶν διαδίδοσθαι λαμπρὰν, κομίζουσαν ὑμῶν τὰ κατορθώματα. πάντες γὰρ ὑμᾶς ἀνακηρύττουσι, θαυμάζουσι, στεφανοῦσι, μακαρίζουσι τῆς ἀνδρείας, τῆς στεῤῥότητος ἣν διὰ τῶν ἔργων ἐπεδείξασθε, τὸ γραφικὸν ἐκεῖνο πληροῦντες, ἕως θανάτου ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ κύριος πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ. ἰδοὺ γοῦν τοσούτων κυμάτων ἐπενεχθέντων, τοσαύτης ζάλης διαναστάσης, οὔτε θορυβῆσαί τις ὑμᾶς ἴσχυσεν, οὔτε εἰς ὁτιοῦν παραβλάψαι,

ἀλλ᾽

ἀλλὰ καὶ μειζόνων ὑμῖν ἐγκωμίων ἄκοντες γεγόνασιν, οἱ κακῶς ὑμᾶς ποιῆσαι βουλόμενοι, αἴτιοι. διὰ ταῦτα χαίρετε, παρακαλῶ, καὶ εὐφραίνεσθε, καὶ τὸν Θεὸν ἱκετεύοντες μὴ διαλίπητε, τὸν ποιοῦντα, καὶ μετασκευάζοντα. ποιήσει γὰρ ταχέως ὑπὲρ ἐκ περισσοῦ ὧν αἰτούμεθα ἢ νοοῦμεν, διὰ τὴν οἰκείαν ἀγαθότητα.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κάστον πρεσβύτερον. σμ΄.

Πῶς διαλάμπει (σαφῶς καὶ λαθεῖν οὐ δύναται) ἡ ψυχὴ θερμὴν ἀγάπην ἔχουσα; ὅπερ ἐπὶ τῆς σῆς γέγονε τιμιότητος. οὐδὲ γὰρ εἰδὼς ὅτι ἐπεστάλκαμέν σου τῇ εὐλαβείᾳ, καί τοιγε ἐπεστάλκαμεν, ὅμως αὐτὸς τὰ παρὰ σαυτοῦ πεποίηκας, γράψας τε ἡμῖν, καὶ τὴν διάθεσίν σου τὴν γνησίαν καὶ ἐν τούτῳ ἐπιδειξάμενος, καὶ πολλῆς ἡμᾶς ἐμπλήσας τῆς εὐφροσύνης, καὶ τῆς παρακλήσεως. ἵν᾽ οὖν συνεχῶς ταύτης ἀπολαύωμεν τῆς ἡδονῆς καὶ εὐφραινώμεθα, συνεχῶς τοῦτο ποιεῖν παρακέκλησο, ἡνίκα ἂν ἐξῇ. οἴδαμεν γὰρ ὅτι τὸ πρᾶγμα δύσκολον, τῷ μὴ ῥᾳδίως τινὰς ἐνταῦθα παραγίνεσθαι. καὶ γὰρ τὸ τῆς οἰκουμένης ἐρημότατον χωρίον τοῦτό ἐστιν. ἀλλ᾽ ὅμως τοῖς ἀγαπῶσι καὶ τὰ δύσκολα, εὔκολα γίνεται. εἰ γὰρ βουληθείης περιεργάζεσθαι καὶ πολυπραγμονεῖν τοὺς ἐκεῖθεν κατὰ χρείας ἰδίας ἀφικνουμένους, εὑρήσεις. καὶ ὅλως οὐδὲν ἐπιλείψει τῷ ζητεῖν καθ᾽ ἑδρῶν. ταῦτ᾽ οὖν εἰδὼς δέσποτά μου τιμιώτατε, συνεχεῖς ἡμῖν πέμπε ἐπιστολάς. τό τε γὰρ πρᾶγμα δυσκολίαν οὐδεμίαν ἔχει, οὔτε πόνον, ἡ δὲ ἐξ αὐτοῦ εὐφροσύνη περιεῖναι ἡμᾶς ποιεῖ, καὶ πολλῆς παραμυθίας ὑπόθεσις γίνεται.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Κυριακὸν πρεσβύτερον. σμά.

Καὶ ἐν τούτῳ ἐθαύμασά σου τὴν ἀγάπην, τὴν θερμὴν, καὶ γνησίαν, καὶ ἀκλινῆ, δι᾽ ἧς ἔδειξας, ὅτι οὐ παρόντων ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἀπόντων πολὺν ποιῇ λόγον. αὐτὸς μὲν γὰρ ἔφης μηδὲ ἐπεσταλκέναι ἡμᾶς τῇ τιμιότητί σου, καὶ οὐκ ἤρκεσε τοῦτο ἱκανὸν ἐμποιῆσαί σοι σιγὴν, ἀλλά καί τοι νομίσας ἡμᾶς σεσιγηκέναι, τρεῖς ἐπιστολὰς ἐπέμψας πρὸς ἡμᾶς. ἡμεῖς δὲ καὶ ἅπαξ, καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πολλάκις ἐπεστάλκαμεν. καὶ ἀμφότερα ἐδείχθη καλῶς, ἥ τε ἀγάπη ἡ σὴ, μὴ δεηθεῖσα τῶν γραμμάτων ἡμῶν, ἥ τε εὐγνωμοσύνη ἡ ἡμετέρα. ἐπεὶ οὖν οἶσθα, ὅπως διακείμεθα περὶ τὴν τιμιότητά σου, ὅτι τῷ κεφαλαίῳ τῶν ἀγαθῶν βρύεις, τῷ συνδέσμῳ τῆς τελειότητος, ἐπιδαψίλευε ταύτην ἡμῖν τὴν εὐφροσύνην. ὅσας γὰρ ἂν λάβωμεν ἐπιστολὰς, κἂν πολλαὶ ὦσι τῷ ἀριθμῷ, οὐ λαμβάνομεν κόρον, διὰ τὸ σφόδρα διακεῖσθαί σου περὶ τὴν τιμιότητα.

Χαλκιδίᾳ, καὶ Ἀσυγκριτίᾳ. σμϐ΄.

Οὐδὲν ὑμῖν ἀπολογίας δεῖ πρὸς τὸ μὴ παραβαλεῖν. ἐμοὶ γὰρ ἀπὸ τῆς γνώμης παραγεγόνατε, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔχετε παρ᾽ ἡμῖν τῶν ἀφικομένων ἐνταῦθα. διὸ καὶ χάριν ὑμῖν ἔχω πολλὴν, τῆς γνησίου ὑμῶν εἰδὼς διαθέσεως, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀπουσίας πολλὴν ἔχω συγγνώμην, διά τε τὴν τοῦ σώματος ἀρρωστίαν καὶ τὴν τοῦ ἔτους ὥραν καὶ τὸν τῶν λῃστῶν φόβον. γράφειν δὴ μὴ κατοκνεῖτε συνεχῶς ἡμῖν τὰ περὶ τῆς ὑγείας ὑμῶν εὐαγγελιζόμεναι. καὶ γὰρ καὶ πόῤῥω καθήμενοι μεριμνῶμεν τὰ ὑμέτερα. κἂν μάθωμεν, ὅτι θορύβων ἐκτός ἐστε καὶ ταραχῆς, καὶ τὰ περὶ τῆς ῥώσεως ὑμῶν, οὐ τὴν τυχοῦσαν καρπούμεθα εὐφροσύνην. ταῦτ᾽ οὖν εἰδυῖαι, συνεχῶς ἡμᾶς εὐαγγελίζεσθε ταῦτα, ἅπερ ἐπιθυμοῦμεν μανθάνειν, ἵνα καὶ ἐν ἐρημίᾳ διατρίβοντες πολλὴν ἐντεῦθεν καρπωσώμεθα τὴν παράκλησιν.

Sed & illi qui vobis injuriam inferre conabantur, nec opinantes majorum vobis laudum auctores fuerunt. Quas ob res gaudete, quæſo, & exultate, Deumque precari non deſinite, qui res perficit, & immutat. Faciet enim ſuperabundanter quam petimus aut intelligimus, propter bonitatem ſuam.

Ejuſdem ad Caſtum Presbyterum. 240.

Quam clarè fulget, nec latere poteſt anima fervida prædita charitate! quo pacto tuæ contigit reverentiæ. Nam cum necdum ſcires, num venerationi tuæ ſcripſiſſemus, tametſi ſcripſeramus, tamen quæ tuarum erant partium ipſe præſtitiſti, cum & literas ad nos dediſti, & in hoc ſinceræ tuæ benevolentiæ ſpecimen edidiſti, noſque ſumma lætitia & conſolatione cõplevisti. Ut igitur hac voluptate perpetuo fruamur, ac lætemur, quotieſcunque facultas dabitur, ita fac quæſo perpetuo. Scimus enim rem eſſe perdifficilem, quod non facilè aliqui huc adveniant, quippe quod hic locus ſit totius orbis terrarum deſertiſſimus, veruntamen amantibus etiam ea quæ difficilia ſunt, facilia fiunt. Si enim ſciſcitari volueris & curioſè inquirere, eos, qui ſuorum negotiorum causâ iſtinc adveniunt, nanciſceris, nihil denique tibi deerit, ſi qui peragant iter, inquiras. Hæc igitur tibi cum explorata ſint, Domine mi reverendiſſime, creberrimas ad nos mitte literas. Nam & res ipſa omni difficultate aut labore caret, & quæ dimanat ex ea lætitia, nos mirificè reficit ac recreat, & multæ conſolationis occaſionem ſuppeditat.

Ejuſdem ad Cyriacum presbyterum. 241.

In hoc quoque fervidam tuam, ſinceram, & conſtantem charitatem miratus ſum, qua oſtendiſti te noſtri magnam non modo dum adſumus, ſed etiam dum abſumus rationem habere. Nam licet nihil nos ad tuam reverentiam literarum dediſſe dicas, non tamen potuit illud tibi ſilentii cauſam afferre, ſed quamvis nos ſiluiſſe cenſeres, tres epiſtolas ad nos miſiſti. At nos & ſemel, & iterum & ter & multoties ad te ſcripſimus, & utriuſq; ſpecimen egregium eſt editum, cum tuæ charitatis, quæ literis noſtris non indigeat, tum noſtræ æquitatis. Quando igitur non ignoras, quanta reverentiam tuam benevolentia complectamur, cum eo, quod caput eſt bonorum, ac *vinculum perfectionis*, abũdes, fac quæſo hanc nobis voluptatem impertias. Nam quantaſcunque literas acceperimus, licet numero multæ ſint, nulla nos earum capit ſatietas, quod reverentiam tuam ſingulari amore proſequamur. Col. 3. 14.

Chalcidiæ & Aſyncritiæ. 242.

Nihil opus eſt ut ulla excuſatione utamini, quod non veneritis, nam mihi quidem animo & affectu veniſtis, & nihilo inferiore loco apud nos eſtis, quàm qui huc venerunt. Quocirca cum perſpecta mihi ſit inſignis veſtra benevolentia, & gratiam non mediocrem vobis habeo, & impenſè veniam do, quod tum propter corporis ægritudinem, tum propter anni tempus, prædonumque metum abfueritis. Vos tamen ſcribere minime pigeat, noſque de veſtra valetudine ſæpenumero facere certiores. Nam & longo locorum intervallo ſejuncti à vobis de rebus veſtris ſumus ſolliciti, ac ſi forte vos intellexerimus omni tumultu ac perturbatione carere, proſperáq; frui valetudine, non vulgari voluptate perfundimur. Hæc igitur cum vobis explorata ſint, quam ſæpiſſimè de his rebus certiores nos facite, quas noſſe deſideramus, ut etiam in ſolitudine degentes multam inde conſolationem hauriamus. *Ex apographo. Sãbuci, in quo epiſtolam 178. hæc ſequebatur.*

ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ ΟΜΙΛΙΑ ΠΡΩΤΗ,

ὅτε πρεσβύτερος ἐχειροτονήθη, εἰς ἑαυτὸν, καὶ εἰς τὸν ἐπίσκοπον, καὶ εἰς τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ.

Ἀρα ἀληθῆ τὰ συμβάντα περὶ ἡμᾶς; καὶ γέγονεν ὄντως τὰ γεγενημένα, καὶ οὐκ ἐξηπατήμεθα; οὐδὲ νὺξ τὰ παρόντα καὶ ὄναρ, ἀλλ᾽ ἡμέρα ὄντως ἐστὶ, καὶ ἐγρηγοροῦμεν ἅπαντες, καὶ τίς ἂν ταῦτα πιστεύσειεν, ὅτι ἡμέρας οὔσης, νηφόντων ἀνθρώπων καὶ ἐγρηγορότων, μειρακίσκος εὐτελὴς καὶ ἀπεῤῥιμμένος πρὸς ὕψος ἀρχῆς ἀνηνέχθη τοσοῦτον; ἐν νυκτὶ μὲν γὰρ οὐδὲν ἀπεικὸς τὰ τοιαῦτα συμβαίνειν. ἤδη γοῦν τινες τὸ σῶμα ἀνάπηροι, καὶ μηδὲ τῆς ἀναγκαίας εὐποροῦντες τροφῆς, καθευδήσαντες εἶδον ἑαυτοὺς ἀρτίους γεγενημένους, καὶ καλοὺς καὶ τραπέζης ἀπολαύοντας βασιλικῆς· ἀλλ᾽ ἦν ὕπνος καὶ ὀνείρων ἀπάτη τὰ φαινόμενα. καὶ γὰρ τοιαύτη τῶν ὀνειράτων ἡ φύσις· πανοῦργός τίς ἐστι καὶ θαυμαστὴ, καὶ τοῖς παραδόξοις ἐντρυφῶσα χαίρει. ἀλλ᾽ οὐκ ἐν ἡμέρᾳ ταῦτα, οὐδὲ ἐπ᾽ αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς ἀληθείας τοῦτο τάχα συμβαῖνον ἴδοι τις ἄν. ἀλλὰ πάντα νῦν συνέβη, καὶ γέγονε, καὶ τέλος ἔχει, καθὼς θεωρεῖτε, ταῦτα δὴ τὰ τῶν ὀνείρων ἀπιστότερα· καὶ

CHRYSOSTOMI SERMO

PRIMUS, QUUM PRESBYTER eſſet deſignatus, de ſe ac de Epiſcopo, déque populi multitudine.

Incerto Interprete.

Num vera ſunt quæ nobis acciderunt? num re ipſa geſta ſunt, nec falſi ſumus, neque quæ nunc fiunt ſunt ſomnia? an verè dies eſt, & vigilamus omnes? Et quis credat quod in die, quum ſobrii ſunt, ac vigilant homines, adoleſcens nullius rei, & imperitus, ad tantum dignitatis faſtigium ſubvectus ſit? Nam nocte talia accidere nihil ſit incredibile. Tum enim quidam & corpore claudi, & adeò egenus, ut ne neceſſarius quidem ſuppetat victus, in ſomnis ſibi videntur integris membris, & formoſi, & regali frui menſa: ſed quæ videbantur, ſomnus erant, & inſomniorum ludibria: ſiquidem hæc eſt natura ſomniorum, vafra quędam ac verſuta res eſt, ac prodigiorum artifex, gaudet novis & incredibilibus ſimulachris illudere. At verò nec interdiu, nec revera forſitan aliquis videat hoc accidere: verùm omnia nunc contigerunt, facta ſunt, perfecta ſunt, quemadmodũ videtis, hæc, inquam, ſomniorum viſis incredibiliora: &

civitas tantæ magnitudinis, tam celebris, ac hominibus differta, populus & multus, & admirandus ad meam inhiat exiguitatem, tanquam à nobis magnum quiddam ac præclarum auditurus. Atqui etiamſi mihi amnium more perennium proflueret oratio, ſique verborum fontes eſſent in ore meo, protinus ex tantæ multitudinis ad audiendum concurſu, metu ſiſteretur profluvium, & in diverſum fluenta reſilirent. Nunc verò quum tantum abſimus à fluminum ac fontium copia, ut nec exiguæ pluviolæ mediocritatem obtineamus, qui fieri poſſit, ut me non deficiat tam exiguus fluxus, metu arefactus, idémque eveniat, quod in corporibus ſolet accidere? Quid accidit in corporibus? multa frequenter quæ manu tenemus, quæ digitis ſtringimus, præ metu nobis excidunt omnia, diſſolutis nervis noſtris, corporiſque vigore remiſſo. Itidem mihi profectò nunc metus eſt, ne idem eveniat in animo noſtro, videlicet ne quæ multo cum labore excogitavimus, quanquam & hæc ſanè perquam exilia parvique momenti, præ pavore veniant in oblivionem, & evaneſcant abeántque, animum noſtrum deſertum relinquentia. Quapropter pariter omnes, tum vos qui cũ imperio eſtis, tum vos qui paretis imperio, obſecro: ut quantam nobis anxietatem injeciſtis veſtro ad audiendum concurſu, tantumdem nobis audaciæ inſpiret precum veſtrarum diligentia, ſi rogetis illum, qui dat ſermonem evangelizantibus virtute multa, *ut nobis quoque det ſermonem in apertione oris noſtri*. Nullus omnino vobis tot ac tantis labor erit unius adoleſcentis animum timore diſſolutum, denuo compingere: quin & par fuerit, ut quod nunc petimus, præſtetis: quandoquidem tantam aleam ſubivimus propter vos veſtrámq; charitatem, qua nihil violentius aut imperioſius, ut quæ nos non admodum dicendi peritos, ad dicendum pertraxit, effecitq; ut ad doctrinæ ſtudium exiremus, licèt ante hac hoc palæſtræ genus nunquam attigerimus, ſed ſemper in auditorum ordine, quieto ſilentio frui ſoleamus. Verum quis ſit adeò durus & immobilis, ut iſtum veſtrum conventum ſilentio prætereat, & amicos nactus audiendi ſtudio flagrantes, non alloquatur, etiamſi omnium hominum eſſet infantiſſimus? Cupiebam equidem primùm in Eccleſia dicturus, procemiorum primitias illi dicare, qui linguam nobis hanc dedit, nimirum Deo. Atque ita ſanè fieri oportuit: neque enim areæ tantùm ac vinarii lacus, verùm etiam verborum primitias oportet verbo perſolvere multóque magis verborum quam manipulorum. Quinetiam ut ad vos hic fructus magis pertinet, ita ipſi Deo qui honoratur acceptior eſt. Botrum enim & ſpicam ſuo terra emittit gremio, alit pluviarum irrigatio, colit agricolarum manus: at ſacrum hymnum parit animi pietas, alit bona conſcientia, Deus in cœleſtia recipit horrea: porrò quantopræſtantior eſt animus terra, tanto hic illo melior eſt proventus. Quapropter & Prophetarum quiſpiam vir magnus & admirandus, nomen illi Oſee, eos qui Deum offenderant, parabántque illum ſibi propitium reddere, adhortatur, ut ferant ſecum, non armenta boum, neque ſimilæ menſuras tot aut tot, neque turturem, neque columbam, neq; aliud quicquam iſtiuſmodi rerum: ſed quid? *ferte vobiſcum verba*. Et quale ſacrificium, dixerit aliquis, ſunt verba? maximum quidem ô chariſſime, ac ſplendidiſſimum, cæteriſque omnibus præſtantius. Et quis iſta dicit? is nimirum qui hæc omnia novit maximè atq; exactiſſimè, videlicet magnanimus ille ac magnus David. Is enim quum aliquando Deo gratiarum actiones immolaret pro victoria quam ex hoſte tulerat, ita fermè loquitur: *Laudabo nomen Dei mei cum cantico, magnificabo eum in laude*. Mox hujus ſacrificii præſtantiam nobis aperiens, ſubjecit, Et placebit Deo ſupra vitulum novellum, cornua producentem, & ungulas. Cupiebam igitur & ipſe hodie has mactare victimas, & altare ſpirituale hiſce cruentare hoſtiis: ſed quid faciam? Vir quidam ſapiens obturat mihi os, deterrétque dicens: *non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris*. Quemadmodum enim in coronis non ſat eſt flores eſſe puros, niſi pura ſit & manus eas contexens: ſic & in ſacris hymnis oportet non verba tantùm eſſe pia, verumetiam animum hymnos concinentem. At is mihi impurus eſt, fiduciæ vacuus, utpote multorum plenus ſcelerum. Porrò ſic affectis, non hæc modò lex obturat os, verum etiam alia quædam illa vetuſtior, & ante illam lata, quam & ipſam adjecit is, qui modò nobis de ſacrificiis loquutus eſt David. Quum enim ait: *Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis*: & paulò poſt rurſus dicens; *laudate Dominum de terra*: quum utramque invitat creaturam, & quæ ſurſum eſt, & quæ infernè, ſenſibilem, atque intelligibilem, conſpicuam & inconſpicuam, quæ ſupra cœlos eſt, & quæ ſub cœlo,

Eph. 6,19.
Oſee.14,3.
Pſ. 68, 31.
Eccl. 15,9.
Pſ. 148,1.

A πόλις οὕτω μεγάλη καὶ πολυάνθρωπος, δῆμός τε θαυμαστὸς καὶ μέγας πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐτέλειαν κέχηνεν, ὡς μέγα τι καὶ γενναῖον ἀκουσόμενος παρ' ἡμῶν· καὶ εἰ καὶ κατὰ τοὺς ἀενάους ἔρρεον ποταμοὺς, καὶ πηγαὶ λόγων ἐναπέκειντό μου τῷ στόματι, τοσούτων ἀθρόον συνδραμόντων πρὸς τὴν ἀκρόασιν, ταχέως ἀνεστάλη μοι τῷ φόβῳ τὸ ῥεῖθρον, καὶ ἀνεχαίτισεν ἂν εἰς τοὐπίσω τὰ νάματα. ὅταν δὲ μὴ ποταμῶν, μηδὲ πηγῶν μόνον, ἀλλὰ μηδὲ ψεκάδος εὐ-B τελοῦς διασώζωμεν μέτρον· πῶς οὐ δέος μὴ καὶ αὐτὸ τὸ μικρὸν τῆς ἐπιρροῆς ἐπιλίπῃ τῷ φόβῳ ξηρανθὲν, καὶ γένηται ταυτὸν, ὃ καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων συμβαίνειν εἴωθε; τί δὲ γίνεται ἐπὶ τῶν σωμάτων; πολλὰ πολλάκις κατέχοντες τῇ χειρὶ, καὶ τοῖς δακτύλοις ἡμῶν σφίγγοντες, πτοηθέντες ἅπαντα ἐξεχέαμεν, χαυνωθέντων ἡμῖν τῶν νεύρων, καὶ τοῦ τόνου τῆς σαρκὸς χαλασθέντος. τοῦτο δὴ δέος μὴ καὶ τήμερον γένηται ἐπὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας, καὶ ἃ μετὰ πολλοῦ πόνου συνηγά-C γομεν ὑμῖν νοήματα, τὰ μικρὰ δὴ ταῦτα καὶ εὐτελῆ, ὑπὸ τῆς ἀγωνίας ἐλαθέντα, φροῦδα οἰχήσεται, καὶ τὴν διάνοιαν ἡμῶν ἐρήμην καταλιπόντα ἀποπτῇ. διὸ δέομαι πάντων ὁμοίως ὑμῶν, ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, ὅσην ἡμῖν ἀγωνίαν ἐνεβάλετε τῇ συνδρομῇ τῇ κατὰ τὴν ἀκρόασιν, τοσοῦτον ἐμπνεῦσαι θάρσος ἡμῖν διὰ τῆς σπουδῆς τῆς κατὰ τὰς εὐχὰς, καὶ δεηθῆναι τοῦ διδόντος ῥῆμα τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει πολλῇ, δοῦναι καὶ ἡμῖν λόγον ἐν ἀνοίξει τοῦ στόματος ἡμῶν.
D πάντως ὑμῖν πόνος οὐδεὶς τοσούτοις οὖσι καὶ τηλικούτοις, ἑνὸς μειρακίσκου ψυχὴν τῷ φόβῳ διαλυθεῖσαν ἐπισφίγξαι πάλιν· δίκαιοι δὲ ἂν εἴητε ταύτην ἡμῖν παρασχεῖν τὴν αἴτησιν, ἐπεὶ καὶ δι' ὑμᾶς τὸν κύβον ἀνερρίψαμεν τοῦτον, δι' ὑμᾶς καὶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην, ἧς οὐδὲν βιαιότερον, οὐδὲ τυραννικώτερον, ὅπου γε καὶ ἡμᾶς οὐ μάλα ἐμπείρως ἔχοντας τοῦ λέγειν, λέγειν ἀνέπεισε. καὶ πρὸς τὸ τῆς διδασκαλίας στάδιον ἀποδύσασθαι παρεσκεύασε, καί τοι μηδέπω πρότερον τούτων ἁψαμένους τῶν παλαισμάτων, ἀλλ' ἀεὶ μετὰ τῶν ἀκροα-E τῶν ταττομένους, καὶ τῆς ἀπράγμονος ἀπολαύοντας ἡσυχίας. ἀλλὰ τίς οὕτω σκληρὸς καὶ δυσάγωγος, ὡς τὸν ὑμέτερον σύλλογον σιγῇ παρελθεῖν, καὶ θερμοὺς εὑρὼν ἀκροάσεως ἐραστὰς, μὴ προσειπεῖν, κἂν ἁπάντων ἀνθρώπων ἀφωνότερος ᾖ; ἐβουλόμην οὖν πρῶτον ἐν ἐκκλησίᾳ μέλλων ἀφιέναι λόγον, τὰς τῶν προοιμίων ἀπάρξασθαι τῷ τὴν γλῶτταν ἡμῖν ταύτην δεδωκότι Θεῷ. καὶ γὰρ οὕτως ἔδει. οὐ γὰρ δὴ μόνον ἅλωνος καὶ ληνοῦ, ἀλλὰ καὶ λόγων ἀπάρχεσθαι δεῖ τῷ λόγῳ,
A καὶ λόγων πολλῷ μᾶλλον, ἢ δραγμάτων. καὶ γὰρ καὶ ἡμῖν οἰκειότερος οὗτος ὁ καρπὸς, καὶ αὐτῷ προσφιλέστερος τῷ τιμωμένῳ Θεῷ. βότρυν μὲν γὰρ καὶ ἀστάχυν λαγόνες ἐκφέρουσι γῆς, καὶ τρέφουσιν ὄμβρων ἐπιρροαὶ, καὶ γεωπόνων θεραπεύουσι χεῖρες· ὕμνον δὲ ἱερὸν τίκτει μὲν εὐλάβεια ψυχῆς, τρέφει δὲ συνειδὸς ἀγαθὸν, δέχεται δὲ εἰς τὰ ταμιεῖα τὰ οὐρανῶν ὁ Θεός. ὅσῳ δὲ γῆς ἀμείνων ψυχὴ, τοσούτῳ καὶ αὕτη βελτίων ἐκείνης ἡ φορά. διά τοι τοῦτο καὶ τῶν προφητῶν
B τις, ἀνὴρ θαυμαστὸς καὶ μέγας, Ὠσηὲ ὄνομα αὐτῷ, τοῖς τῷ Θεῷ προσκεκρουκόσι καὶ μέλλουσιν ἵλεων καθιστῆσαι αὐτὸν, παραινεῖ φέρειν μεθ' ἑαυτῶν, οὐχὶ βοῶν ἀγέλας, οὐδὲ σεμιδάλεως μέτρα τόσα καὶ τόσα, οὐδὲ τρυγόνα καὶ περιστερὰν, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν. ἀλλὰ τί; φέρετε μεθ' ἑαυτῶν λόγους, φησί. καὶ ποία θυσία λόγος; ἴσως εἴποι τις ἄν· μεγίστη μὲν οὖν, ἀγαπητὲ, καὶ σεμνοτάτη, καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν βελτίων. καὶ τίς ταῦτά φησιν; αὐ-
C τὸς ὁ ταῦτα μάλιστα πάντων εἰδὼς ἀκριβῶς, ὁ γενναῖος καὶ μέγας Δαβίδ. τῷ γὰρ Θεῷ ποτε εὐχαριστήρια θύων ἐπὶ νίκῃ πολέμου γεγενημένῃ, οὑτωσί πως ἔλεγεν· αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει. εἶτα τῆς θυσίας ταύτης τὴν ὑπεροχὴν ἡμῖν ἐνδεικνύμενος, ἐπήγαγε· καὶ ἀρέσει τῷ Θεῷ ὑπὲρ μόσχον νέον κέρατα ἐκφέροντα καὶ ὁπλάς. ἐβουλόμην μὲν οὖν καὶ αὐτὸς ταῦτα τήμερον καταβαλεῖν τὰ ἱερεῖα, καὶ τὸ θυσιαστήριον ἀπὸ
D τῶν θυμάτων τούτων αἱμάξαι τὸ πνευματικόν. ἀλλὰ τί πάθω; σοφός τις ἀνὴρ ἐπιστομίζει με, καὶ φοβεῖ λέγων· οὐχ ὡραῖος αἶνος ἐν στόματι ἁμαρτωλοῦ. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν στεφάνων, οὐχὶ τὰ ἄνθη μόνον εἶναι χρὴ καθαρὰ, ἀλλὰ καὶ τὴν ὑφαίνουσαν αὐτὰ χεῖρα· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ὕμνων τῶν ἱερῶν, οὐχὶ τοὺς λόγους εὐλαβείας μετέχειν χρὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν πλέκουσαν αὐτοὺς ψυχήν. ἡμῖν δὲ ἐναγής τις ἐστι, καὶ ἀπαρρησίαστος, καὶ πολλῶν γέμουσα τῶν ἁμαρτημά-
E των. τοὺς δὲ οὕτω διακειμένους οὐχ οὗτος ἐπιστομίζει μόνον ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ ἕτερος ἀρχαιότερος ἐκείνου καὶ πρὸ ἐκείνου τεθείς. καὶ γὰρ καὶ τοῦτον εἰσήνεγκεν ὁ περὶ τῶν θυσιῶν ἡμῖν ἄρτι διαλεχθεὶς Δαβίδ. εἰπὼν γὰρ, αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις· καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν εἰπὼν, αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῆς γῆς, καὶ τὴν κτίσιν καλέσας ἑκατέραν, τὴν ἄνω, τὴν κάτω, τὴν αἰσθητὴν, τὴν νοητὴν, τὴν ὁρωμένην, τὴν οὐχ ὁρωμένην, τὴν ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν, τὴν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν, καὶ χορὸν ἕνα στήσας ἐξ ἑκατέρας, καὶ οὕτω

τὸν βασι-

τὸν βασιλέα τῶν ὅλων παρακελευσάμενος ἀνυμνεῖν, οὐδαμοῦ τὸν ἁ- A μαρτωλὸν ἐκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα αὐτῷ τὰς θύρας ἀπέκλεισε. καὶ ἵνα σαφέστερον ὑμῖν γένηται τὸ λεγόμενον, αὐτὸν ὑμῖν ἄνωθεν ἀναγνώσομαι τὸν ψαλμόν. αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῶν οὐρανῶν, φησιν, αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν τοῖς ὑψίστοις· αἰνεῖτε αὐτὸν πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ, αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. εἶδες ἀγγέλους αἰνοῦντας; εἶδες ἀρχαγγέλους; εἶδες τὰ Χερουβίμ; τὰ Σεραφίμ; τὰς ἀνωτέρας δυνάμεις; ὅταν γὰρ εἴπῃ, πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ, πάντα τὸν B ἄνω περιλαμβάνει δῆμον. μήπου τὸν ἁμαρτωλὸν εἶδες; καὶ πῶς ἦν ἐν οὐρανῷ δυνατὸν ὀφθῆναι, φησιν; οὐκοῦν δεῦρο καὶ εἰς τὴν γῆν σε καταγάγωμεν, πρὸς τὸ ἕτερον τοῦ χοροῦ μεταστήσαντες μέρος· καὶ οὐδὲ ἐνταῦθα αὐτὸν ὄψει πάλιν. αἰνεῖτε τὸν κύριον ἐκ τῆς γῆς δράκοντες καὶ πᾶσαι ἄβυσσοι, τὰ θηρία καὶ πάντα τὰ κτήνη, ἑρπετὰ καὶ πετεινὰ πτερωτά. οὐ μάτην, οὐδὲ εἰκῆ μεταξὺ ταῦτα λέγων ἐσίγησα. ἀλλὰ γὰρ συνεχύθη μοι τῆς διανοίας ὁ λογισμὸς, καὶ πικρὸν ἐπῆλθε C δακρῦσαι, καὶ οἰμῶξαι μέγα. τί γὰρ ἂν γένοιτο ἐλεεινότερον, εἰπέ μοι; σκορπίοι καὶ ἔχεις καὶ δράκοντες πρὸς τὴν εὐφημίαν καλοῦνται τοῦ πεποιηκότος αὐτοὺς, μόνος δὲ ὁ ἁμαρτωλὸς τῆς ἱερᾶς ταύτης χοροστασίας ἀπολείπεται· καὶ εἰκότως. θηρίον γάρ ἐστι πονηρὸν ἡ ἁμαρτία. θηρίον πονηρὸν καὶ ἀνήμερον, οὐκ εἰς τὰ σώματα τῶν συνδούλων τὴν κακίαν ἐπιδεικνύμενον, ἀλλ᾽ εἰς τὴν δόξαν τοῦ δεσποτικὴν τὸν „ἰὸν τῆς πονηρίας ἐκχέον. δι᾽ ὑμᾶς γάρ, φησι, τὸ ὄνομά μου βλασ- D „φημεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσι. διὰ τοῦτο αὐτὸν ὥσπερ ἐξ ἱερᾶς πατρίδος, τῆς οἰκουμένης ἀπήλασεν ὁ προφήτης, καὶ πρὸς τὴν ὑπερορίαν ἀπῴκισεν. οὕτω που καὶ ὁ μουσικὸς ἄριστος εὐαρμόστου κιθάρας τὴν ἀπηχοῦσαν νευρὰν ἀποτέμνει, ὥστε μὴ τῇ τῶν λοιπῶν φθόγγων ἁρμονίᾳ λυμήνασθαι· οὕτω καὶ ἰατρὸς τεχνικὸς τὸ σεσηπὸς ἐκκόπτει μέλος, ὥστε μὴ τὴν ἐκεῖθεν λύμην τῇ τῶν λοιπῶν μελῶν εὐεξίᾳ ἐπιδραμεῖν· οὕτω καὶ ὁ προφήτης ἐποίησεν, ὥσπερ ἀπηχοῦσαν νευρὰν, E καὶ ὥσπερ μέλος νενοσηκὸς, τοῦ παντὸς σώματος τῆς κτίσεως τὸν ἁμαρτωλὸν ἀποκόψας. τί τοίνυν ἂν εἴη πρακτέον ἡμῖν; ἐπειδὴ γὰρ ἀπερρίφημεν, ἐπειδὴ ἐξεκόπημεν, ἀνάγκη πάντας σιγᾶν. σιγήσομεν οὖν, εἰπέ μοι; καὶ οὐδεὶς ἡμῖν συγχωρήσει τὸν δεσπότην ὑμνῆσαι τὸν ἡμέτερον; ἀλλ᾽ εἰκῆ τὰς ὑμετέρας ἐκαλεσάμεθα εὐχάς; εἰκῆ πρὸς τὰς ὑμετέρας κατεφύγομεν πρεσβείας; οὐκ εἰκῆ, μὴ γένοιτο. εὗρον γὰρ, εὗρον καὶ ἕτερον δοξολογίας τρόπον, αὐτὸν τῶν ὑμετέ- A ρων εὐχῶν μεταξὺ τῆς ἀπορίας ταύτης, ὥσπερ ἐν σκότει φαινόντων ἀστραπῶν. ἐπαινέσομαι τοὺς συνδούλους. ἔξεστι γὰρ καὶ τοὺς ὁμοδούλους ἐπαινεῖν· τούτων δὲ ἐπαινουμένων, εἰς τὸν δεσπότην ἡ δόξα διαβήσεται πάντως. ὅτι δὲ καὶ ἐντεῦθεν δοξάζεται, δείκνυσι καὶ αὐτὸς ὁ Χρι„στὸς λέγων· λαμψάτω τὸ φῶς ὑμῶν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, „ὅπως ἴδωσι τὰ καλὰ ἔργα ὑμῶν, καὶ δοξάσωσι τὸν πατέρα ὑμῶν τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς. ἰδοὺ λοιπὸν καὶ ἕτερος δοξολογίας τρόπος, B ὃν καὶ ἁμαρτωλῷ δυνατὸν εἰπεῖν, καὶ μὴ παραλῦσαι τὸν νόμον. τίνα οὖν, τίνα τῶν συνδούλων ἐπαινεσόμεθα; τίνα δὲ ἄλλον, ἀλλ᾽ ἢ τὸν κοινὸν τῆς πατρίδος διδάσκαλον, καὶ διὰ τῆς πατρίδος, τῆς οἰκουμένης ἁπάσης. καθάπερ γὰρ ὑμᾶς οὗτος ἐπαίδευσε μέχρι θανάτου ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐνίστασθαι, οὕτως ὑμεῖς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐδιδάξατε τῆς ψυχῆς μᾶλλον, ἢ τῆς εὐσεβείας ἀφίστασθαι. βούλεσθε οὖν ἐντεῦθεν αὐτῷ πλέξωμεν τοὺς τῶν ἐγκωμίων στεφάνους; ἐβουλόμην καὶ C αὐτός· ἀλλ᾽ ὁρῶ πέλαγος ἀχανὲς κατορθωμάτων, καὶ δέδοικα μὴ πρὸς τὸν πυθμένα κατενεχθεὶς ὁ λόγος, ἀδυνατήσῃ πάλιν ἀναδραμεῖν. ἀνάγκη γὰρ παλαιὰ διηγήσασθαι κατορθώματα, ἀποδημίας, ἀγρυπνίας, φροντίδας, γνώμας, μάχας, τρόπαια τροπαίοις, καὶ νίκας νίκαις συναπτομένας, πράγματα οὐχὶ τὴν ἡμετέραν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀνθρωπίνης μείζονα γλώττης, ἀποστολικῆς δεόμενα φωνῆς πνεύματι κινουμένης, ᾧ πάντα καὶ εἰπεῖν καὶ διδάξαι δυνα- D τόν. ἀλλὰ τοῦτο παραδραμόντες τὸ μέρος, ἐφ᾽ ἕτερον ἀσφαλέστερον ἥξομεν, ὃ καὶ ἀκατίῳ διαπλεῦσαι ἔνι μικρῷ. φέρε οὖν τοὺς περὶ τῆς ἐγκρατείας κινήσωμεν λόγους, καὶ εἴπωμεν πῶς ἐκράτησε γαστρὸς, πῶς ὑπερεῖδε τρυφῆς, πῶς κατεγέλασε τραπέζης πολυτελοῦς, καὶ ταῦτα ἐν πολυτελεῖ τραφεὶς οἰκίᾳ. τὸν μὲν γὰρ ἐν πτωχείᾳ βεβιωκότα, θαυμαστὸν οὐδὲν πρὸς τὸν αὐχμῶντα τοῦτον καὶ σκληρὸν βίον E ἐλθεῖν [ἔχει γὰρ τὴν πενίαν συνέμπορον καὶ συνοδοιπόρον, τὸ φορτίον αὐτῷ καθ᾽ ἑκάστην ἐπικουφίζουσαν τὴν ἡμέραν] ὁ δὲ πλούτου γενόμενος κύριος, οὐκ ἂν ῥᾳδίως τὰς ἐκεῖθεν λαβὰς ἀποδύσαιτο. τοσοῦτος τῶν νοσημάτων ἑσμὸς τὴν τοιαύτην περιέπλεκται ψυχήν. διὸ καὶ καθάπερ νέφος παθημάτων πυκνὸν καὶ γνοφῶδες τὰς τῆς διανοίας διαφράττον ὄψεις, οὐκ ἀφίησι πρὸς τὸν οὐρανὸν ἰδεῖν, ἀλλὰ κάτω νεύειν βιάζεται, καὶ πρὸς τὴν γῆν κεχηνέναι. καὶ οὐκ ἔστιν, οὐκ ἔστιν οὐδὲν ἕτερον οὕτω κώλυμα πρὸς τὴν ἀποδημίαν τῶν οὐρανῶν, ὡς πλοῦτος καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ πλούτου κακά. οὐκ ἐμὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀλλ᾽ αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ ψῆφός ἐστιν ἐξενηνεγμένη εἰπόντος· εὐκολώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.

A & ex utraque chorum conſtituit atque ita jubet hymnis celebrare regem univerſorum, nequaquam invitavit peccatorem, ſed & hic illi fores occluſit. Cæterum, ut vobis quod dico fiat evidentius, ipſum pſalmum ab initio vobis prælegemus. Laudate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus. Vides Angelos laudantes? vides Archangelos? vides Cherubim & Seraphim, ſummas illas virtutes? Quum enim ait, omnes virtutes ejus, uni- B verſum populum cœleſtem complectitur. Nuncubi vides peccatorem? Et quomodo, dixerit aliquis, in cœlo videre poſſum? Ergo age in terram deſcendamus, ad alteram chori partem tranſeuntes, nec hic rurſus videbis peccatorem. Laudate Dominum de terra dracones & omnes abyſſi, beſtiæ & omnia pecora, reptilia & volucres pennatæ. Haud fruſtra neque temere, dum hæc loquor, interſilui. Quia & mentis cogitatio metu confuſa eſt, ad amaras uſque lachrymas, gravémque ejulatum perducta. C Quid enim obſecro poſſit eſſe miſerabilius? ſcorpii, ſerpentes ac dracones invitantur ad laudandum eum à quo conditi ſunt: ſolus peccator ab hac ſacra chorea ſubmotus eſt, idque jure optimo. Mala & effera beſtia eſt peccatum, non quidem in conſerva corpora malum proferens, ſed in ipſam Domini gloriam effundens malitiam: *propter vos*, inquit, *nomen meum convitiis afficitur inter gentes*. Eóque peccatorem tanquam è ſacra patria abegit ex orbe terrarum Propheta, & ultra fines ac pomœria ſubmovit: D atque uti muſicus optimus è cithara bene modulata chordam diſſonam reſecat, ne reliquarum vocum harmonia vitietur: ſic & peritus artis medicus, membrum putrefactum amputat, ne hæc lues ad cætera membra ſana tranſiliat. Eundem ad modum Propheta fecit, dum veluti chordam diſſonam ac veluti membrum ægrum ab univerſo creaturæ corpore reſecat. Quid igitur nobis faciendum eſt? Poſteaquam rejecti ſumus, poſteaquam reſecti ſumus, omnino ſileamus oportet: dic igitur, obſecro, E num tacebimus? neque quiſpiam nobis permittet hymnis celebrare Dominum noſtrum? etgóne fruſtra veſtras preces imploravimus? fruſtra veſtra ad confugimus patrocinia? Abſit ut fruſtra: reperi enim, reperi & alterum glorificandi modum, veſtris in hac hæſitatione precibus, ceu ſtellis in caligine apparentibus. Fas enim eſt & conſervos noſtros laudare, quibus laudatis haud dubium eſt, quin ea gloria penetret in cœlum, quemadmodum ipſe Dominus dicit: *Luceat lux veſtra coram hominibus, ut vi-* A *deant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cœlis eſt.* En alter glorificandi modus, quo & peccatori fas eſt uti, ut legem tamen non violet. Quem igitur, quem, inquam, conſervorum laudabimus? quem alium, quàm illum communem hujus patriæ doctorem, & per patriam, univerſi orbis terrarum? Quemadmodum enim vos ille docuit ut uſque ad mortem religioni inſtaretis: ita & vos alios homines docuiſtis, à vita citius, quàm à pietate recedendum eſſe. Vultis igitur illi poſthac lau- B dum coronas plectamus? volebam equidem & ipſe, ſed video rectè factorum pelagus immenſæ profunditatis, vereórque ne ſermo noſter ad fundum delatus, præ imbecillitate non poſſit in altum recurrere. Oportet enim vetuſta narrare facinora, peregrinationes, vigilias, curas, judicia, pugnas, trophæis, victorias victoriis cumulatas, res geſtas, non noſtram modò, ſed & omnem humanam linguam ſuperantes, quæque vocem requirunt apoſtolico ſpiritu concitatam, qui poteſt omnia tum elo- C qui, tum docere: ſed hanc partem prætercurrentes, ad alteram, quæ minus habet periculi accedemus, quam vel exigua ſcapha licet enavigare. Age igitur de temperantia dicere tentabimus, quomodo ventri imperarit, quomodo delicias contempſerit, quomodo menſam ſumptuoſam deriſerit, idque quum in domo ſumptuoſa eſſet educatus. Nam mirum non eſt, eum qui in paupertate vixit, ad hanc ſqualidam aſperámque venire vitam, D quandoquidem is habet ipſam paupertatem peregrinationis ac viæ comitem, quæ illi ſarcinam in dies reddit leviorem. At qui factus eſt divitiarum dominus, haud facilè ſeſe ab illarum explicet complexu, tantum cupiditatum examen animam illam circumvallavit: tam gravis & caliginoſa affectuum nubes mentis illius oculos obducit, ut non ſinat ad cœlum intuitum erigere, ſed cogat deorſum inclinare caput, & ad terram inhiare. Nec eſt alia res, quæ perinde obſtet quò minus proficiſca- E mur in cœlum, ac divitiæ, & hinc venientia mala. Nec meus eſt hic ſermo, ſed ab ipſo Chriſto devenit ſententia: Facilius eſt, inquit, camelum per foramen acus ingredi, quàm divitem in regnum cœlorum.

Peccatum mala beſtia.

Eſa, 52, 5. Rom 2, 24.

Sed ecce, quod erat difficile, vel impoſſibile potius, factum eſt poſſibile. Et de quo Petrus olim dubitabat apud præceptorem, voluitque ex eo diſcere, jam ipſa experientia novimus omnes, imò etiam amplius. non enim jam dives ipſe tantummodo aſcendit in cœlum, verumetiam populum introducit, quum præter divitias, & alia his non minora habeat impedimenta, quòd juvenis eſt, quòd ante tempus orphanus, quæ res quemvis hominis animum poſſint in fraudem illicere. Ejuſmodi habent incantamenta, ejuſmodi præbent venena! verum hæc iſte devicit, & cœlum apprehendit, ſeſeque contulit ad cœleſtem philoſophiam, ac neque ſplendorem præſentis conſideravit vitæ, neque ad progenitorum claritatem reſpexit: imò potius ad majorum claritatem reſpexit, non quidem iſtorum quos ipſa natura neceſſariò devinxerat, ſed qui juxta pietatis propoſitum conjuncti ſunt, eóque talis factus eſt quales illi fuerint. Reſpexit ad Patriarcham Abraham, reſpexit ad magnum illum Moſem, qui quum eſſet in regio educatus palatio, menſa Sybaritica frui conſuetus, & inter Ægyptios relictus ſtrepitus ac tumultus (noſtis autem cujuſmodi ſint barbarorum illorum mores, quàm faſtus & arrogantiæ pleni ſint) contemptis illis omnibus, ad lutum & laborem figulorum ultrò ſe contulit, & in ſervorum numero eſſe concupivit, qui rex erat & regis filius. Arqui hanc ob cauſam poſt reverſus eſt majore cum dignitate, quàm antea gerebat atque abjecit. Siquidem poſt exilium, poſt ſervitutem apud ſocerum, poſt ærumnas peregrè toleratas, rediit, regis ipſius princeps, imò verius regi jam factus Deus. *Feci*, inquit, *te Deum* [Exod. 7, 1.] *Pharaoni*, ipſoque rege ſplendidior erat, non geſtans diadema, neque purpura amictus, neque curru vectus aureo, ſed univer- [Pſ. 44, 14.] ſo illo faſtu conculcato. *Omnis enim filiæ regis gloria ab intus.* Reverſus eſt ſceptrum geſtans, quod imperaret, non hominibus tantùm, ſed & cœlo, terræ, marique, aëris & aquarum naturæ, ſtagnis, fontibus ac fluminibus: in quæcumque enim voluit Moſes, in ea vertebantur elementa, & in manibus illius denuò transformabatur creatura: quæ non aliter quàm ancilla quæpiam officioſa, conſpicata heri ſui amicum adveniſſe, per omnia parebat, dictóque audientē ſe præbebat, perinde atque ipſi domino. Ad quem hic, quem nunc laudandum ſuſcipimus, reſpiciens, illi ſimilis effectus eſt, quum eſſet juvenis (ſi tamen unquam fuit juvenis: non enim ſanè credo, uſque adeò illi ab ipſis cunabulis mens erat cana) ſed quum juxta ſupputationem ætatis eſſet juvenis, omnem arripuit philoſophiam: & poſteaquam cognoverat naturam hominis eſſe veluti fundum quendam & agrum ſylveſtrem, animi cupiditates oratione pietatis ceu falce quapiam facilè reſecuit, agricolæ purgata reddens arva ad faciendum ſementem: ea recepta totum ſemen ad profunda demiſit, ut deorſum radicatum, nec ad radiorum impetum cederet, nec à ſpinis malè ſuffocaretur. Animum quidem ad hunc curavit modum: carnis verò laſciviam temperantiæ remediis compreſſit, tanquam equo cuipiam rebelli, corpori jejunii frænum injiciens, & hactenus in diverſum tendens, ut ipſa concupiſcentiarum ora, cum parſimonia congruente cruentaret. Nam neque corpus excruciabat, ne immodicè ſtringendo equum ſibi ad miniſterium redderet inutilem, neque patiebatur ſupra modum obeſum fieri, ne corpulentior factus, rurſus erigeret ſeſe adverſus rationem habenas moderantem: ſed ſimul & ſanitatis illius & moderationis curam habuit. Neque verò cum talis in juventute fuiſſet, poſteaquam teneram ætatem exceſſit, hanc quoque curam abjecit: verum etiam nunc qui in ſenectute, velut in amœno portu ſedet, rurſus eandem curam obſervat. Nam juventus, ô dilecte, pelago furenti ſimilis eſt, immitibus undis ac ventis malis referto: canities verò velut in tranquillo portu fovet eorum animos, qui conſenuerunt, præſtans, ut ætatis beneficio parta periculorum immunitate jucunde fruantur. Hac tranquillitate quum his nunc tutò potiatur, nihilo minus tamen eſt ſollicitus, atque hunc timorem accepit à Paulo, qui cum aſcendiſſet in cœlum, atque inde reverſus terras rurſus attigiſſet, ajebat, [1. Cor. 9, 27] *Vereor ne fortè quum aliis prædicaverim, ipſe reprobus efficiar*: eóque hic ſeſe in perpetuo timore conſtituit, ut eſſet in perpetua fiducia, aſſideretq; clavo, non ille quidem ſtellarum exortus obſervans, neque rupes ſub aquis latentes, neque ſcopulos, ſed dæmonum inſultus, ac diaboli verſutias, cogitationúmque pugnas, omnique parte luſtrans exercitum, cunctos in tuto conſtituit. Neque enim illud modò ſpectat, ne ſcapha demergatur, ſed ne quis eorum quos ſecum habet in navi vectores, à tumultu cupiditatum, tanquam à piratis abripiatur, nihil non curat agitátque.

A ἀλλ' ἰδοὺ τὸ δύσκολον τοῦτο, μᾶλλον δὲ ἀδύνατον, γέγονε δυνατόν· καὶ ὃ πάλαι Πέτρος ἠπόρει πρὸς τὸν διδάσκαλον, καὶ μαθεῖν ἐζήτει, τοῦτο διὰ τῆς πείρας αὐτῆς ἔγνωμεν ἅπαντες, μᾶλλον δὲ καὶ τούτου πλέον. οὐ γὰρ δὴ μόνον οὗτος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνέβη, ἀλλὰ καὶ δῆμον εἰσάγει τοσοῦτον, μετὰ τοῦ πλούτου καὶ ἕτερα τούτου οὐχ ἥττονα κωλύματα ἔχων, νεότητα καὶ ὀρφανίαν ἄωρον, ἃ πάσας εἰσὶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἱκανὰ γοητεῦσαι ψυχήν. τοιαύτας ἔχουσιν ἐπῳδὰς, τοιαῦτα B κατασκευάζουσι φάρμακα. ἀλλ' ὅμως καὶ τούτων οὗτος ἐκράτησε, καὶ τῶν οὐρανῶν ἐπελάβετο, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖ φιλοσοφίαν μετέθηκεν ἑαυτόν· καὶ οὔτε τὴν λαμπρότητα τοῦ παρόντος ἐνενόησε βίου, οὔτε εἰς τὴν τῶν προγόνων περιφάνειαν εἶδε· μᾶλλον δὲ εἰς τὴν τῶν προγόνων εἶδε περιφάνειαν, οὐ τῶν κατὰ φυσικὴν δὲ ἀνάγκην συνδεδεμένων αὐτῷ, ἀλλὰ τῶν κατὰ προαίρεσιν εὐσεβείας αὐτῷ προσηκόντων. διὸ καὶ τοιοῦτος ἐγένετο. εἶδεν εἰς τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ, εἶδεν εἰς τὸν μέγαν C Μωϋσῆν, ὃς ἐν οἰκίᾳ τραφεὶς βασιλικῇ, καὶ τραπέζης μετασχὼν Συβαριτικῆς, καὶ μεταξὺ θορύβων ἀπολειφθεὶς Αἰγυπτιακῶν [ἴστε δὲ οἷα τὰ βαρβάρων, ὅσου τύφου καὶ φαντασίας γέμει] πάντα ἀτιμάσας ἐκεῖνα, πρὸς τὸν πηλὸν καὶ τὴν πλινθείαν ἀπηυτομόλησε, τὴν δούλων καὶ αἰχμαλώτων εἶναι ἐπιθυμήσας, ὁ βασιλεὺς καὶ τοῦ βασιλέως υἱός. τοιγάρτοι διὰ τοῦτο μετὰ λαμπροτέρου πάλιν ἐπανῄει τοῦ σχήματος, ἢ πρότερον ἔχων ἀπέβαλε. μετὰ γὰρ τὴν φυγὴν καὶ τὴν D παρὰ τῷ κηδεστῇ θητείαν, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ἀλλοτρίας ταλαιπωρίαν, ἐπανῄει τοῦ βασιλέως ἡγούμενος, μᾶλλον δὲ τοῦ βασιλέως γινόμενος Θεός. τέθεικα γάρ σε, φησὶ, Θεὸν Φαραώ. καὶ λαμπρότερος ἦν " τοῦ βασιλέως, οὐ διάδημα ἔχων, οὐδὲ ἁλουργίδα περικείμενος, οὐδὲ ζεῦγος ἐλαύνων χρυσοῦν, ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνον πατήσας τὸν τῦφον. πᾶσα γάρ, φησιν, ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως " ἔσωθεν. ἐπανῄει τοίνυν σκῆπτρον ἔχων, διὸ οὐκ ἀνθρώποις ἐκέλευε E μόνον, ἀλλ' οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ θαλάττῃ, καὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων φύσει, καὶ λίμναις καὶ πηγαῖς καὶ ποταμοῖς. πάντα γὰρ, ὅσα ἐβούλετο ὁ Μωϋσῆς, ταῦτα ἐγίνετο τὰ στοιχεῖα· καὶ ἐν ταῖς χερσὶ δὲ αὐτοῦ μετεσχηματίζετο πάλιν ἡ κτίσις, καὶ καθάπερ θεράπαινά τις εὐγνώμων, δεσπότου φίλον ἰδοῦσα παραγινόμενον, πάντα ἐπείθετο καὶ ὑπήκουε, καθάπερ αὐτῷ τῷ δεσπότῃ. πρὸς τοῦτον καὶ οὗτος ἰδὼν, τοιοῦτος ἐγίνετο, καὶ ταῦτα νέος ὤν, εἰ δήποτε καὶ ἐγένετο νέος. οὐ γὰρ ἔγωγε A πείθομαι· οὕτως ἐξ αὐτῶν αὐτῷ τῶν σπαργάνων πολιὸν φρόνημα ἦν. ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν τῆς ἡλικίας λόγον νέος ὤν, πάσης φιλοσοφίας ἐπελάβετο, καὶ καταμαθὼν τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν, ὅτι καθάπερ χωρίον ἐστὶν ὑλομανοῦν, τὰ μὲν νοσήματα τῆς ψυχῆς τῷ λόγῳ τῆς εὐσεβείας, καθάπερ δρεπάνῃ τινὶ, ῥᾳδίως ἐξέκοπτε, καθαρὰς παρέχων τῷ γεωργῷ τὰς ἀρούρας πρὸς τὴν τῶν σπερμάτων καταβολήν, καὶ δεχόμενος ἅπαντα, πρὸς τὸ βάθος παρέπεμπεν· ὥστε κάτωθεν ῥιζω- B θέντα, μήτε πρὸς τὴν τῆς ἀκτῖνος ἐνδοῦναι προσβολήν, μήτε ὑπὸ τῶν ἀκανθῶν ἀποπνιγῆναι πάλιν. ἀλλὰ τὴν μὲν ψυχὴν ἐθεράπευεν οὕτω· τὰ δὲ τῆς σαρκὸς σκιρτήματα τοῖς τῆς ἐγκρατείας φαρμάκοις κατέστελλεν, ὥσπερ ἵππῳ τινὶ δυσηνίῳ, τῷ σώματι τὸν ἀπὸ τῆς νηστείας χαλινὸν ἐμβάλλων, καὶ μέχρι τοσούτου τείνων ὀπίσω, ὡς αὐτὰ τῶν ἐπιθυμιῶν αἱμάξαι τὰ στόματα μετὰ τῆς προσηκούσης φειδοῦς. οὔτε γὰρ κατέτεινε τὸ σῶμα, ὥστε μὴ συμποδισθέντα τὸν ἵππον ἄχρηστον C αὐτῷ γενέσθαι πρὸς τὴν διακονίαν, οὔτε εἰς τὴν ἄγαν εὐεξίαν ἐμπεσεῖν ἠφίει, μήποτε πολυσαρκήσας πάλιν, κατεξαναστῇ τοῦ ἡνιοχοῦντος αὐτὸν λογισμοῦ, ἀλλ' ὁμοῦ καὶ τῆς ὑγείας αὐτοῦ, καὶ τῆς εὐταξίας ἀπεμελεῖτο. καὶ οὐχὶ νέος μὲν ὢν τοιοῦτος ἦν, ἐπειδὴ δὲ παρῆλθε τὴν ἡλικίαν ἐκείνην, καὶ τὴν φροντίδα ταύτην ἔλυσεν· ἀλλὰ καὶ νῦν, ὅτε ὡς ἐν εὐδίῳ λιμένι τῷ γήρᾳ κάθηται, τῆς αὐτῆς ἔχεται ἐπιμελείας πάλιν. ἡ μὲν γὰρ νεότης, ἀγαπητὲ, πελάγει προσέοικε μαι- D νομένῳ, κυμάτων ἀγρίων καὶ πνευμάτων γέμοντι πονηρῶν· ἡ δὲ πολιὰ, ὥσπερ εἰς λιμένα ἀκύμαντον τὰς τῶν γεγηρακότων ὁρμίζει ψυχὰς, παρέχουσα τῇ παρὰ τῆς ἡλικίας ἐντρυφᾶν ἀσφαλείᾳ. ταύτης καὶ οὗτος ἀπολαύων νῦν, καὶ ἐν τῷ λιμένι, ὡς ἔφθην εἰπὼν, καθήμενος, τῶν ἐν μέσῳ πελάγει σαλευόντων οὐχ ἧττόν ἐστιν ἐναγώνιος· καὶ τοῦτον ἐδέξατο παρὰ τοῦ Παύλου τὸν φόβον, ὃς καί τοι εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβὰς, καὶ τὸν μετ' ἐκεῖνον διαδραμὼν, καὶ τοῦ τρίτου E πάλιν ἁψάμενος, ἔλεγε· Φοβοῦμαι μήπως ἄλλοις κηρύξας, " αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι. διὰ τοῦτο καὶ οὗτος ἐν διηνεκεῖ κατέ- " στησεν ἑαυτὸν φόβῳ, ἵνα διηνεκῶς ἐν τῷ θαρρεῖν ᾖ, καὶ κάθηται ἐπὶ τῶν οἰάκων, καὶ ἀστέρων ἐπιτολὰς παρατηρῶν, οὐδὲ ὑφάλους καὶ σπιλάδας, ἀλλὰ δαιμόνων ἐπαναστάσεις, καὶ διαβόλου κακουργίας, καὶ λογισμῶν μάχας, καὶ κύκλῳ τοῦ στρατοπέδου περιϊὼν, ἅπαντας ἐν ἀσφαλείᾳ καθίστησιν. οὐ γὰρ ὅπως μὴ βαπτισθείη τὸ σκάφος σκοπεῖ μόνον, ἀλλ' ὅπως μηδὲ τῶν ἐμπλεόντων τις πειραθείη θορύβου τινὸς, ἅπαντα πραγματεύεται. διὰ

τοῦτο

τοῦτον καὶ τὴν τούτου σοφίαν ἡμεῖς ἐξ οὐρίας πλέομεν ἅπαντες, πλήρη τὰ ἱστία πετάσαντες τῆς νηός. καί τοι γε ὅτε τὸν πρότερον πατέρα ἀπεβάλομεν, ὃς καὶ τοῦτον ἡμῖν ἐγέννησεν, ἐν ἀπορίᾳ τὰ ἡμέτερα ἦν. διὸ καὶ ἐλεεινῶς ἐθρηνοῦμεν, ὡς οὐ προσδοκῶντες τὸν θρόνον τοῦτον ἕτερον ἄνδρα τοιοῦτον δέξεσθαι. ἐπειδὴ δὲ οὗτος ἐφάνη καὶ παρῆλθεν εἰς μέσον, πᾶσαν ἐκείνην τὴν ἀθυμίαν παρελθεῖν ἐποίησεν, ὥσπερ νέφος, καὶ τὰ σκυθρωπὰ ἀπέκρυψεν ἅπαντα, οὐ κατὰ μικρὸν ἐξαλείφων ἡμῖν τὸ πένθος, ἀλλ' οὕτως ἀθρόον, ὡς ἂν εἰ ὁ μακάριος αὐτὸς ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς λάρνακος ἀναστὰς, ἐπὶ τὸν θρόνον ἀνέβη πάλιν τοῦτον. ἀλλὰ γὰρ ἐλάθομεν ἐπιθυμίᾳ πατρικῶν κατορθωμάτων, πέρα τοῦ μέτρου τοὺς λόγους ἐξάγοντες, οὐ τοῦ μέτρου τῶν τούτῳ κατωρθωμένων [τούτων γὰρ οὐδέπω ἠρξάμεθα] ἀλλὰ τοῦ προσήκοντος ἡμῶν τῇ νεότητι. φέρε οὖν, ὥσπερ εἰς λιμένα, πάλιν τῇ σιγῇ τοὺς λόγους ἀναπαύσωμεν. ἀλλ' οὐκ ἐθέλουσιν ἀφίστασθαι, ἀλλὰ δυσχεραίνουσι καὶ ἀγανακτοῦσι, πάντως ἐμπλησθῆναι τοῦ λειμῶνος ἐπιθυμοῦντες. ἀλλὰ οὗτος ἀμήχανον, ὦ παῖδες. παυσώμεθα οὖν διώκοντες ἀκίχητα, ἀρκεῖ εἰς παραμυθίαν ἡμῶν καὶ τὰ εἰρημένα. ἐπεὶ καὶ ἐπὶ τῶν μύρων τῶν πολυτελῶν, οὐκ ἐὰν τὴν λήκυθον χέῃ τις μόνον, ἀλλὰ κἂν ἄκρας τῆς ἐπιφανείας ἅψηται τοῖς δακτύλοις, τόν τε ἀέρα ἀνέχρωσε, καὶ τοὺς παρόντας τῆς εὐωδίας ἐνέπλησεν ἅπαντας· ὃ δὴ καὶ νῦν γέγονεν, οὐ διὰ τὴν δύναμιν τῶν ἡμετέρων λόγων, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀρετὴν τῶν τούτου κατορθωμάτων. ἀπίωμεν οὖν, ἀπίωμεν εἰς εὐχὰς καταλύσαντες· δεηθῶμεν ὥστε τὴν κοινὴν ἡμῶν μητέρα ἀσάλευτον μένειν καὶ ἀκίνητον, καὶ τὸν πατέρα τοῦτον, τὸν διδάσκαλον, τὸν ποιμένα, τὸν κυβερνήτην, πρὸς μακροτέραν ἐξενεχθῆναι ζωήν. εἰ τις ὑμῖν καὶ ἡμῶν λόγος, [οὐ γὰρ δὴ μετὰ τῶν ἱερέων ἑαυτοὺς καταλέγειν τολμήσομεν, ἐπειδὴ μηδὲ θέμις τὰ ἐκτρώματα μετὰ τῶν ἀρτιτόκων ἀριθμεῖν,] εἰ δέ τις ὑμῖν καὶ ἐμοῦ λόγος, ὥσπερ ἀμβλωθρίδιός τινος, δεήθητε πολλὴν ἡμῖν ἄνωθεν δοθῆναι τὴν ῥοπήν. ἔδει μὲν γὰρ ἡμῖν καὶ πρότερον ἀσφαλείας, ὅτε καθ' ἑαυτοὺς ἐζῶμεν τὸν ἀπράγμονα βίον· ἐπειδὴ δὲ εἰς μέσον ἤχθημεν [τὸ δὲ πῶς παρίημι, εἴτε ἀνθρωπίνη σπουδῇ, εἴτε χάριτι θείᾳ· οὐδὲν γὰρ ὑμῖν φιλονεικῶ, ἵνα μή τις καὶ εἰρωνεύεσθαι φαίη] πλὴν ἀλλ' ἐπειδὴ ἤχθημεν, καὶ τὸν ζυγὸν τοῦτον ὑπέδυμεν τὸν ἰσχυρὸν καὶ βαρὺν, πολλῶν ἡμῖν δεῖ χειρῶν, μυρίων εὐχῶν, ὥστε δυνηθῆναι τὴν παρακαταθήκην ἀποδοῦναι σώαν τῷ παρακαταθεμένῳ δεσπότῃ κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ὅταν οἱ τάλαντα πιστευθέντες καλῶνται καὶ εἰσάγωνται, καὶ τὰς εὐθύνας ὑπέχωσι. δεήθητε τοίνυν μὴ τῶν δεδεμένων ἡμᾶς γενέσθαι, μηδὲ τῶν εἰς τὸ σκότος ἐκβαλλομένων, ἀλλὰ τῶν δυναμένων συγγνώμης γοῦν μετρίας τυχεῖν, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ προσκύνησις εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΟΜΙΛΙΑ ΠΡΟ τῆς ἐξορίας.

Πολλὰ τὰ κύματα καὶ χαλεπὸν τὸ κλυδώνιον· ἀλλ' οὐ δεδοίκαμεν, μὴ καταποντισθῶμεν. ἐπὶ γὰρ τῆς πέτρας ἑστήκαμεν. μαινέσθω ἡ θάλασσα, πέτραν διαλῦσαι οὐ δύναται· ἐγειρέσθω τὰ κύματα, τοῦ Ἰησοῦ τὸ πλοῖον καταποντίσαι οὐκ ἰσχύει. τί δεδοίκαμεν, εἰπέ μοι; * ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. ἀλλ' ἐξορίαν, εἰπέ μοι; τοῦ Χριστοῦ ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς. ἀλλὰ χρημάτων δήμευσιν; οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι οὐδὲν ἐξενεγκεῖν δυνάμεθα, καὶ τὰ φοβερὰ τοῦ κόσμου ἐμοὶ εὐκαταφρόνητα, καὶ τὰ χρηστὰ καταγέλαστα. οὐ πενίαν δέδοικα, οὐ πλοῦτον ἐπιθυμῶ· οὐ θάνατον φοβοῦμαι, οὐ ζῆσαι εὔχομαι, εἰ μὴ διὰ τὴν ὑμετέραν προκοπήν. διὸ καὶ τὰ νῦν ὑπομιμνήσκω καὶ παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν θαρρεῖν ἀγάπην. οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς ἀποσπάσαι δυνήσεται. ὃ γὰρ ὁ Θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος χωρίσαι οὐ δύναται. εἰ γὰρ περὶ γυναικὸς καὶ ἀνδρὸς λέγει, ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα, καὶ προσκολληθήσεται τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν· ὃ οὖν ὁ Θεὸς ἔζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. εἰ γάμον οὐ δύνασαι διασπάσαι, πόσῳ μᾶλλον ἐκκλησίαν Θεοῦ οὐκ ἰσχύεις καταλῦσαι· ἀλλὰ πολεμεῖς αὐτὴν, οὐ δυνάμενος βλάψαι τὸν πολεμούμενον. ἀλλ' ἐμὲ μὲν ἐργάζῃ λαμπρότερον, ἑαυτοῦ δὲ τὴν ἰσχὺν καταλύεις τῇ πρὸς ἐμὲ μάχῃ. σκληρὸν γάρ σοι πρὸς κέντρα ὀξέα λακτίζειν. οὐκ ἀμβλύνεις τὰ

A Per hunc, perque hujus ſapientiam nos omnes ſecundo navigamus vento, plena navis vela pandentes. Sanè quum priorem illum patrem amiſiſſemus, qui & hunc nobis genuit, in deſperatione noſtra navis erat, eâq; grati miſerabiliter lamentabamur; ut qui non ſperam fore, ut hic thronus aliſum virum talem acciperet: verum ubi hic advenit, & in clara luce viſus eſt, effecit ut omnis illa deſperatio veluti nubes præterierit, & omnes moleſtiæ evanuerint. Neque ſenſim nobis luctum illum exemit, ſed B adeò repente, quaſi idem ille beatus è tumulo redivivus in hunc thronum aſcendiſſet. Verum imprudentes amore ſtudióq; præclarè geſtorum patris noſtri, ſermonem ultra modum produximus, non dico ultra modum eorum quæ hic cum laude geſſit, (nam de his ne loqui quidem cœpimus) ſed ultra noſtræ juventutis mediocritatem. Agedum igitur rurſus velut in portum orationem ſilentio ad quietem revocemus: cæterùm ea deſinere non vult, ſed ægrè fert, indignatúrque cupiens toto prato expleC ri. Verum id impoſſibile eſt ô pueri. Deſinamus igitur ea perſequi, quæ non poſſumus aſſequi, ſufficiant nobis ad ſolatium ea quæ dicta ſunt. Quandoquidem in precioſis unguentis non tantum ſi quis effundat lecythum, verum etiam ſi quis vel ſummis digitis ſuperficiem attingat, & aërem novo colore tinxit, & quotquot adſunt, ſuavitate frangrantiæ replevit. Quod & in præſentia contigit, non viribus eloquentiæ noſtræ, ſed propter vim ab hoc bene geſtorum. Abeamus igitur, abeamus, ad preD ces divertentes, deprecemur Deum, ut communis mater noſtra illabefacta & immota maneat, ut hunc paſtorem & gubernatorem, ad longam producat vitam: ſi quis vobis etiam noſtri reſpectus eſt (neq; enim jam noſipſos in ſacerdotum numero ponere audebimus, quando nec fas eſt abortivos partus cum legitimis ac perfectis numerare) quòd ſi qua, inquam, eſt apud vos & noſtri ratio tanquam fœtus cujuſdam abortu ejecti, orate ut è ſupernis nobis multus accedat vigor: opus quidem erat nobis E & prius tutela, dum ſoli vitam degeremus à negotiis liberam: at poſtquam in medium producti ſumus (omitto quomodo, ſive humano ſtudio, ſive favore divino: nihil enim vobiſcum hac de re contendam, ne cui videar per diſſimulationem & ironiam loqui) attamen quando producti ſumus, ac jugum hoc validum gravéque ſuſcepimus, multis nobis opus eſt manibus, infinitis precibus, quò poſſimus depoſitum ſalvum reddere Domino qui depoſuit, in die illo, quum ii quibus talenta credita ſunt, citaA buntur, & judicio ſiſtentur rationem redditurі. Orate igitur, ne vobis eveniat, quod evenit illis alligatis & in tenebras exteriores conjectis: ſed ſimus in eorum numero, qui poterunt qualemcunque aſſequi veniam, gratia & bonitate Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

CUM DE EXPULSIONE

B ipſius ſancti Joannis ageretur, ſermo.

Interprete Godefrido Tilmano Carthuſiæ Parienſis monacho.

Et vita Joan. Chryſoſt. ſcripta à Georgio Alex. edita Pariſ. 1557.

MULTI quidem fluctus, & immaniter ferocientes undarum æſtus ſæviunt: at ne ſic quidem timemus, ne ſubmergamur: inſiſtimus enim ſolidæ petræ. Inſaniat licet mare, petram evertere non poteſt. Inſurgant quatumlibet fluctus, navis Jeſu neutiquam poteſt undis immergi. Quid timuimus? C dic mihi, mortem? *mihi vivere Chriſtus, & mors lucrum.* Sed exilium metuam? dic mihi. Domini eſt terra & plenitudo ejus. Facultatúmne ſubverear proſcriptionem? *Nihil intulimus in hunc mundum, manifeſtum, quia nec efferre quicquam poſſumus:* & quæ in mundo hoc terrorem ingerunt, ea duco mihi aſpernabilia: & quæ frugi ac bona, ea cenſeo riſu proſequenda. Paupertatem non timeo, non teneor cupiditate divitiarum. Mortem nihil reformido. Tantum eſt, vivere optarim ad exauD gendos in virtute ſucceſſus: eóque & per hæc, quæ vobis nunc ſuggero, adhortor veſtram dilectionem, ut confirmato & præſenti animo ſitis. Nemo enim nos à mutua dilectione divellere, aut ab invicem ſejungere poterit. *Quos enim Deus conjunxit, homo ſeparare non poteſt.* Si enim de muliere & ejus viro hoc dicit, eóq; alibi dictum ſit: *Derelinquet homo patrem ſuum & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carnem unam. Quod igitur Deus junxit, homo ne ſeparet.* Quod ſi nuptias diE rimere non prævales, quantò minus Dei Eccleſiam poſſit quis diſſolvere? Sed eam oppugnas? Scilicet ut qui nequaquam potes noxam ullam intorquere in eum qui oppugnatur, imò me qui oppugnor, tanto illuſtriorem reddis, & nominis ſplendore magis conſpicuum: è diverſo tuam unius fortitudinem adverſum me initi conflictus hic conatus tuus diſſolvit. *Durum enim tibi eſt adverſus ſtimulos* ſuo acumine pungentes *calcitrare.* Acumen ſtimulorum nequaquam obtundi, imò

Phil. 1, 21.
1.Tim. 6, 7.
Matt. 19, 6.
Gen. 2, 24.
Eccleſia Dei non poteſt diſſolvi.
Act. 9, 5.

imò è pedibus elicis ſanguinem. Adeò non diſſolvunt, non demoliuntur petram iſti fluctus coorientes, ut ipſi magis reſolvantur in ſpumam, Eccleſia nihil uſquam potentius. O homo, dirimito bellum, ne tuum ipſius diſſolvas robur. Ne bellum inferas cœlo. Hominem ſi oppugnas utique aut viceris, aut certè ipſe vinceris. E regione ſi Eccleſiam oppugnas, ſcito te arte nulla victoriam de ea reportaturum, Omnibus enim in immenſum fortior eſt Deus. *An æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo ſumus?* (1. Cor. 10.) Deus fixit, quis huc ſtudio incumbit, ut exagitet: utique non noſti, ipſius quanta potentia. B (Pſ. 103,32.) *Reſpicit terram, & facit eam intremiſcere: jubet, & quæ ſunt concuſſa firmantur.* Civitatem trementem ſtare juſſit, quantò magis poteſt conſtabilire Eccleſiam? (Mat. 24,35.) Sanè Eccleſia ipſo cœlo fortior eſt: ſi quidem *cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea nunquam tranſibunt.* Cujuſmodi verba hæc? (Mat. 16,18.) *Tu es Petrus & ſuper hanc meam petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adverſus eam.* Si verbum hoc habes ſuſpectum, vel factis habeto fidem. C Quot quantique tyranni toto conatu ſtuduerunt evincere Eccleſiam, quot ſartagines? quot camini? immanium belluarum exacuminati dentes? enſes exacuti quot? qui omni ſtudio oppugnarunt eam, quónam abierunt? ſuppreſſi ſunt, ſilentio, oblivioni ſunt contraditi. Quónam provecta eſt Eccleſia? quo evaſit honoris? Tanto præ ſole ipſa illuſtrius promicat & eniteſcit. Quæ illorum erant, extincta ſunt, ieruntq; peſſum, quæ autem ad Eccleſiam attinent, immortalia prorſus. D Si cum in raro erant numero, non vincebantur: cum orbis totus jam pietate adimpletus eſt, quánam ratione eã te expugnare & evincere poſſe confidis? Cœlum & terra tranſibunt, verba autem mea nunquam tranſibunt: idque jure optimo. Gratioſior enim Deo eſt ac longè amabilior Eccleſia cœlo ipſo: Si quidem cœli corpus non accepit, Eccleſiæ vero carnem aſſumpſit. Propter Eccleſiam conditum eſt cœlum: non item propter cœlum Eccleſia. (*Cœlum eſt propter Eccleſiam.*) Eorum quæ facta ſunt nihil vos obturbet. Mihi unum hoc, quæſo, ut gratuitum conferatis beneficium: fidem conſervate neutrobi evariantem, aut altroverſum verſatilem. E Non videtis Petrum ſuper aquas ambulantem, qui quum ſe parumper à fide disjunxiſſet, veritus eſt ne ſubmergeretur, non uſque adeò propter erraticum & inconſiſtentem aquæ impetum, quàm ob infirmitatem fidei? Num enim humanis decretis aut ſuffragiis ad complexum fidei hujus ſumus provecti? num homo quivis nos eo uſque perduxit, ut eam diſſolvat homo? Hæc ipſe non arroganter loquor, A aut ut me jactem: abſit hoc. At neque quaſi inſoleſcens, immo cupiens animorum veſtrorum fluctuationem conſtabilire. Ubi enim vidit diabolus civitatem ſedatam eſſe, toto annıſu voluit Eccleſiam concutere. (*Poſt terræ motum ſeditio in civitate.*) O ſceleſte immo flagitioſiſſime diabole, ne muros quidem viciſti, & ſperas tandem te Eccleſiam collidere poſſe? Atqui non mœnium ambitu conſtabilitur Eccleſia: in numeroſa multitudine Eccleſia conſiſtit: en quàm ſolidæ ſunt ejus columnæ, non quidem ferro adſtrictæ, ſed fide compactæ B & connexæ. Non dico, quia tanta multitudo piorum excrevit igne ipſo flagrantior, ſed neque ſi unius eſſet, hunc tunc evincere poſſis. Planè noviſti cujuſmodi tibi vulnera inflixerint martyres. Introgreſſa ſæpenumero puella delicatula ac tenella, virilis expers thori: cera ipſa erat liquidior, & petra qua vis ſolidior facta eſt. Latera ejus radebas, neque ſic fidem ipſius ſuperaſti: languit carnis natura, ne ſic quidem ſuccubuit aut concidit præſtans virtus fidei. (*Martyres diabolum ſuperant.*) C Marcore abſumptum eſt corpus, at ſenſus juvenilis reviguit: abſumpta eſt ſubſtantia, verum pietas perennabat ac pudor. Ne unam quidem vincere poteras mulierem, & ſperas te evaſurum ſuperiorem tanto populo? Non audis Dominum dicentem: (Mat. 18,20) *ubi duo vel tres congregati ſunt in nomine meo, illic ſum in medio eorum?* Ubi numeroſus adeò populus mutuæ charitatis vinculo compactus & adſtrictus conſpicitur, non adeſt Dominus? ejus arrhabonem penes me retineo. Ipſe ne audaciam mihi ſumo ex propria virtute? D Tabellas ſponſionis ipſius retineo: illæ literæ mihi ſunt baculus, illæ mihi certum & tutelare ſignum, illæ mihi portus ſunt fluctuationum expers & tranquillus: ut orbis univerſus turbellis exagitetur, tabellas mordicus tueor ac retineo. Ipſi literas illas recito. Murus tutelaris mihi ſunt, & munimentum ſtabile. Quænam hæ ſunt tabellæ? (Mat. 28,20.) *ego vobiſcum ſum omnibus diebus, uſque ad conſummationem ſeculi.* Chriſtus mecum, ecquem timebo? licet fluctus in- E undent adverſum me, & concitentur, quamvis ima vorago maris me abſorbeat, etiamſi animoſa & vindictæ appetens indignatio Principum adverſum me cooriatur, iſthæc omnia viliora eſſe duco tela aranearum: & niſi veſtra erga me dilectio obſtitiſſet, ne hodie quidem ipſe abnuiſſem hinc emigrare aliò. Semper enim dico: Domine tua voluntas fiat. Non quod talis & talis, ſed ſi quid vis. Hoc mihi ſit tutiſſima turris, hoc mihi petra ſit immobilis nec violanda, hoc mihi ſit baculus minimè vacillans, & neutrobi ſe inflectens. Si Deus vult hoc fieri, fiat. Si quidem vult hic me eſſe, habeo gratiam. Quò vult me hinc faceſſere, gratiam habeo. Nemo vos obturbet aut ullum cieat tumultum. Orationibus incumbite. Haſce motorias turbellas excitavit diabol⁹, ut interciperet, prorſuſq; abrogaret ſtudiũ, quod ſedulò impendebatur ſupplicationib⁹. Sed .n. nihil proficit.

A κέντρα, ἀλλὰ τοὺς πόδας αἱμάσσεις· ἐπεὶ καὶ τὰ κύματα τὴν πέτραν οὐ διαλύει, ἀλλὰ ταῦτα εἰς ἀφρὸν διαλύονται, οὐδὲν ἐκκλησίας δυνατώτερον. ἄνθρωπε, λῦσον τὸν πόλεμον, ἵνα μὴ καταλύσῃ σου τὴν δύναμιν. μὴ εἴσαγε πόλεμον εἰς οὐρανόν. ἄνθρωπον ἐὰν πολεμῇς, ἢ ἐνίκησας, ἢ ἐνικήθης· ἐκκλησίαν δὲ ἐὰν πολεμῇς, νικῆσαί σε ἀμήχανον. ὁ Θεὸς γάρ ἐστιν ὁ πάντων ἰσχυρότερος. μὴ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον; μὴ ἰσχυρότεροι αὐτοῦ ἐσμέν; ὁ Θεὸς ἔπηξε, τίς ἐπιχειρεῖ σαλεύειν; οὐκ οἶδας αὐτοῦ τὴν δύναμιν. B ἐπιβλέπει ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιεῖ αὐτὴν τρέμειν· κελεύει, καὶ τὰ σειόμενα ἡδράζετο. εἰ τὴν πόλιν σαλευομένην ἔστησε, πολλῷ μᾶλλον τὴν ἐκκλησίαν στῆσαι δύναται. ἡ ἐκκλησία οὐρανοῦ ἰσχυροτέρα. ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι. ποῖοι λόγοι; σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ μου τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. εἰ ἀπιστεῖς τῷ λόγῳ, πίστευε τοῖς πράγμασι. C πόσοι τύραννοι ἠθέλησαν περιγενέσθαι τῆς ἐκκλησίας; πόσα τήγανα; πόσαι κάμινοι; θηρίων ὀδόντες; ξίφη ἠκονημένα; καὶ οὐ περιεγένοντο. ποῦ οἱ πολεμήσαντες; σεσίγηνται καὶ λήθῃ παραδέδονται. ποῦ δὲ ἡ ἐκκλησία; ὑπὲρ τὸν ἥλιον λάμπει. τὰ ἐκείνων ἐσβέσθη, τὰ ταύτης ἀθάνατα. εἰ ὅτε ὀλίγοι ἦσαν, οὐκ ἐνικήθησαν, ὅτε ἡ οἰκουμένη ἐπλήσθη εὐσεβείας, πῶς νικῆσαι δύνασαι; ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, οἱ δὲ λόγοι D μου οὐ μὴ παρέλθωσι· καὶ μάλα εἰκότως. ποθεινοτέρα γὰρ ἡ ἐκκλησία τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ. οὐρανοῦ σῶμα οὐκ ἀνέλαβεν, ἐκκλησίας δὲ σάρκα ἀνέλαβε· διὰ τὴν ἐκκλησίαν ὁ οὐρανὸς, οὐ διὰ τὸν οὐρανὸν ἡ ἐκκλησία. μηδὲν ὑμᾶς θορυβείτω τῶν γινομένων. τοῦτό μοι χαρίσασθε, πίστιν ἀπερίτρεπτον. οὐκ εἴδετε τὸν Πέτρον περιπατοῦντα ἐπὶ τῶν ὑδάτων, καὶ ὀλίγον διστάσαντα, καὶ μέλλοντα καταποντίζεσθαι, οὐ διὰ τὴν ἄτακτον τῶν ὑδάτων ὁρμὴν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀσθένειαν E τῆς πίστεως. μὴ γὰρ ἀνθρωπίναις ψήφοις ἐνταῦθα ἤλθομεν; μὴ γὰρ ἄνθρωπος ἤγαγεν, ἵνα ἄνθρωπος καταλύσῃ; ταῦτα λέγω οὐκ ἀπονοούμενος [μὴ γένοιτο] οὐδὲ ἀλαζονευόμενος, ἀλλὰ τὸ ὑμῶν σεσαλευμένον στηρίξαι βουλόμενος. ἐπειδὴ ἔστη ἡ πόλις, τὴν ἐκκλησίαν ὁ διάβολος ἠθέλησε σαλεῦσαι. μιαρὲ καὶ παμμίαρε διάβολε, τείχους οὐ περιεγένου, καὶ ἐκκλησίαν προσδοκᾷς σαλεῦσαι; μὴ γὰρ ἐν τείχεσιν ἡ ἐκκλησία; ἐν τῷ πλήθει τῶν πιστῶν A ἡ ἐκκλησία. ἰδοὺ πόσοι στύλοι ἑδραῖοι, οὐ σιδήρῳ δεδεμένοι, ἀλλὰ πίστει ἐσφιγμένοι. οὐ λέγω ὅτι τοσοῦτον πλῆθος πυρὸς σφοδρότερον· ἀλλ' οὔτε, εἰ εἷς ἦν, περιεγένου. καὶ οἶδας, οἷά σοι τραύματα παρέσχον οἱ μάρτυρες. εἰσῆλθε πολλάκις κόρη ἁπαλὴ ἀπειρόγαμος· κηροῦ ἦν ἁπαλωτέρα, καὶ πέτρας ἐγένετο στερεωτέρα. τὰς πλευρὰς αὐτῆς ἔξεες, καὶ τὴν πίστιν αὐτῆς οὐκ ἔλαβες. ἠτόνησε τῆς σαρκὸς ἡ φύσις, καὶ οὐκ ἀπηγορεύθη τῆς πίστεως ἡ δύναμις. ἐδαπανᾶτο τὸ σῶμα, ἐνεανιεύετο τὸ φρόνημα· ἀνηλίσκετο B δὲ ἡ οὐσία, καὶ ἔμενεν ἡ εὐλάβεια. γυναικὸς οὐ περιεγένου μιᾶς, καὶ τοσούτου περιγενέσθαι δήμου προσδοκᾷς; οὐκ ἀκούεις τοῦ κυρίου λέγοντος, ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι εἰς τὸ ὄνομά μου, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν; ὅπου τοσοῦτος δῆμος ἀγάπῃ ἐσφιγμένος, οὐ πάρεστιν; ἔχω αὐτοῦ ἐνέχυρον. μὴ γὰρ οἰκείᾳ δυνάμει θαρρῶ; γραμματεῖον αὐτοῦ κατέχω. ἐκεῖνό μοι βακτηρία, ἐκεῖνό μοι ἀσφάλεια, ἐκεῖνό μοι λιμὴν ἀκύμαντος. κἂν ἡ οἰκουμένη ταράττηται, τὸ γραμματεῖον κατέχω· αὐτῷ ἀναγινώσκω. τὰ γράμματα C ἐκεῖνα, τεῖχος ἐμοὶ καὶ ἀσφάλεια. ποῖα ταῦτα; ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Χριστὸς μετ' ἐμοῦ, καὶ τίνα φοβηθήσομαι; κἂν κύματα κατ' ἐμοῦ διεγείρηται, κἂν πελάγη, κἂν ἀρχόντων θυμοί· ἐμοὶ ταῦτα πάντα ἀράχνης εὐτελέστερα. καὶ εἰ μὴ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀγάπην, οὐδὲν σήμερον ἂν παρῃτησάμην ἀπελθεῖν. ἀεὶ γὰρ λέγω, κύριε, τὸ σὸν D θέλημα γενέσθω· μὴ ὃ, τι ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα, ἀλλ' ὅ τι σὺ βούλει. οὗτος ἐμοὶ πύργος, οὗτος ἐμοὶ πέτρα ἀκίνητος· οὗτος ἐμοὶ βακτηρία ἀπερίτρεπτος. εἰ βούλεται ὁ Θεὸς τοῦτο γενέσθαι, γενέσθω· εἰ βούλεται ἐνταῦθα εἶναί με, χάριν ἔχω. ὅπου βούλεται, εὐχαριστῶ. μηδεὶς ὑμᾶς θορυβείτω. ταῖς εὐχαῖς προσέχετε. ταῦτα ἐποίησεν ὁ διάβολος, ἵνα ἐκκόψῃ τὴν σπουδὴν τὴν περὶ τὰς λιτανείας. ἀλλ' οὐ προχωρεῖ αὐτῷ· E ἀλλὰ

ἀλλὰ σπουδαιοτέρους ὑμᾶς καὶ θερμοτέρους εὑρήκαμεν. αὔριον εἰς λιτανεῖον ἐξελεύσομαι μεθ' ὑμῶν. ἢ ὅπου ἐγὼ καὶ ὑμεῖς ἐκεῖ· ὅπου ὑμεῖς, ἐκεῖ κἀγώ· ἓν σῶμά ἐσμεν· οὐ σῶμα κεφαλῆς, οὐ κεφαλὴ σώματος χωρίζεται. διειργόμεθα τῷ τόπῳ, ἀλλ' ἡνώμεθα τῇ ἀγάπῃ. οὐδὲ θάνατος διακόψαι δυνήσεται. κἂν γὰρ ἀποθάνῃ μου τὸ σῶμα, ζῇ ἡ ψυχὴ καὶ μέμνηται τοῦ δήμου. ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες. πῶς ὑμῶν δύναμαι ἐπιλαθέσθαι; ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες, ὑμεῖς ἐμοὶ ζωή, ὑμεῖς ἐμοὶ εὐδοκίμησις. ἐὰν ὑμεῖς προκόψητε, ἐγὼ εὐδοκιμῶ. ὥστε B ἐμοὶ ζωὴ πλοῦτος ἐν τῷ ὑμετέρῳ κεῖται θησαυρῷ. ἐγὼ μυριάκις ὑπὲρ ὑμῶν σφαγῆναι ἕτοιμος, καὶ οὐδεμίαν χάριν παρέχω, ἀλλὰ καὶ ὀφειλὴν ἀποδίδωμι. „ὁ γὰρ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ „τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων· καὶ σφαγῆναι μυριάκις, καὶ μυρίας κεφαλὰς ἀποτμηθῆναι. ἐμοὶ ὁ θάνατος οὗτος ἀθανασίας ὑπόθεσις, ἐμοὶ αἱ ἐπιβουλαὶ αὗται ἀσφαλείας ἀφορμή. μὴ γὰρ διὰ χρήματα ἐπιβουλεύομαι, ἵνα λυπηθῶ; μὴ γὰρ δι' ἁμαρτήματα, ἵνα C ἀλγήσω; διὰ τὸν ἔρωτα τὸν περὶ ὑμᾶς· ἐπειδὴ πάντα ποιῶ, ὥστε ὑμᾶς ἐν ἀσφαλείᾳ μεῖναι· ὥστε μηδένα παρεισελθεῖν τῇ ποίμνῃ· ὥστε μεῖναι ἀκέραιον τὸ ποίμνιον. ἡ ὑπόθεσις τῶν ἀγώνων ἀρκεῖ μοι εἰς στέφανον. τί γὰρ ἂν πάθοιμι ὑπὲρ ὑμῶν; ὑμεῖς ἐμοὶ πολῖται, ὑμεῖς ἐμοὶ πατέρες, ὑμεῖς ἐμοὶ ἀδελφοί, ὑμεῖς ἐμοὶ τέκνα, ὑμεῖς ἐμοὶ μέλη· ὑμεῖς ἐμοὶ σῶμα, ὑμεῖς ἐμοὶ φῶς, μᾶλλον δὲ καὶ τοῦ φωτὸς τούτου γλυκύτεροι. τί γὰρ τοιοῦτον παρέχει μοι ἡ ἀκτῖνα, οἷον ἡ D ὑμετέρα ἀγάπη; ἡ ἀκτῖνα ἐν τῷ παρόντι με βίῳ ὠφελεῖ, ἡ δὲ ὑμετέρα ἀγάπη στέφανόν μοι πλέκει ἐν τῷ μέλλοντι. ταῦτα δὲ λέγω εἰς ὦτα ἀκουόντων. τί δὲ τῶν ὤτων ὑμῶν ἀκουστικώτερον; τοσαύτας ἡμέρας ἠγρυπνήσατε, καὶ οὐδὲν ὑμᾶς ἔκαμψεν, οὐ χρόνου μῆκος μαλακωτέρους ὑμᾶς ἐποίησεν, οὐ φόβοι, οὐκ ἀπειλαί· πρὸς πάντα ἐγένεσθε γενναῖοι. καὶ τί λέγω, ἐγένεσθε; τοῦτο ὅπερ ἐπεθύμουν ἀεί, κατεφρονήσατε τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, ἀπετάξασθε τῇ γῇ, εἰς τὸν οὐρανὸν μετέστητε· ἀπηλλάγητε τοῦ συνδέσμου τοῦ σώματος, E πρὸς τὴν μακαρίαν ἐκείνην ἡμιλλᾶσθε φιλοσοφίαν. ταῦτα ἐμοὶ στέφανοι, ταῦτα παράκλησις, ταῦτα παραμυθία, ταῦτα ἐμοὶ ἄλειμμα, ταῦτα ζωή, ταῦτα ἀθανασίας ὑπόθεσις. ἀλλ' ὁρῶ τοῖς ἐμαυτοῦ δόγμασί τινας ἐγκαρτερεῖν με πειθόντων. φέρει γὰρ πολλὰ τῶν εὐτυχημάτων εἰς τοὐναντίον· ὅτι εἰς ἐδόκουν ζηλωτὴς εἶναι, περιπέπλωκα τῇ μοχθηρίᾳ· οἱ μὲν κατὰ τὸν τρόπον καθαιροῦντες νικῶσι τὸν ἀγῶνα τῇ διαφορᾷ τῶν πραγμάτων, οὐκ ἠπείλουν, ἀλλὰ παρίσαντο. A ἔστι γὰρ καιρὸς νῦν εἰπεῖν τὰ περὶ τῆς ἐμῆς θλίψεως. νόμος ἐστίν, ἀλλ' ὁ νομοθέτης νικᾶται. τέκνα, μάτην ὑμετέραν ἀγάπην, βλέπω συσκευὴν πολεμοῦσαν, καὶ τὸν Θεὸν ὑβριζόμενον· βλέπω τὸν ἀγῶνα πίπτοντα, καὶ τὸν ἀγωνοθέτην λυπούμενον· βλέπω τὸ πιθανὸν τῆς ἀληθείας μαραινόμενον, καὶ τὴν συσκευὴν ἀνθοῦσαν. λέγουσί μοι ὅτι ἔφαγες καὶ ἐβάπτισας. εἰ ἐποίησα τοῦτο, ἀνάθεμα ἔσομαι· μὴ ἀριθμηθείην εἰς ἐπισκόπων ῥίζαν μὴ γένωμαι μετ' ἀγγέλων· μὴ ἀρέσω B Θεῷ· εἰ δὲ καὶ ἔφαγον καὶ ἐβάπτισα, οὐδὲν ἄκαιρον τῶν πραγμάτων ἐποίησα. πρόσεχέ μοι μετ' ἀκριβείας ὃ λέγω, καὶ λέγων οὐ παύσομαι. „ἐμοὶ μὲν τὸ λέγειν οὐκ ὀκνηρόν, ὑμῖν δὲ ἀσφαλές. ἀλλ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ προκείμενον. λέγουσιν ὅτι ἔφαγον καὶ ἐβάπτισα. καθελέτωσαν οὖν Παῦλον, ὅτι μετὰ τὸ δειπνῆσαι ἐχαρίσατο τῷ δεσμοφύλακι τὸ βάπτισμα. τολμῶ λέγειν, καθελέτωσαν καὶ αὐτὸν τὸν Χριστόν, ὅτι μετὰ τὸ δεῖπνον τοῖς μαθηταῖς τὴν κοινωνίαν ἐχαρίσατο. C ἀλλ' εἰκότα καὶ μεγάλα ἡμῖν ταῦτα; ταῦτα φαιδρὰ τῆς εἰρήνης· ταῦτα τοῦ λαοῦ τὰ ἐγκώμια. ἐμοῦ ὁ στέφανος, ὑμῶν ὁ καρπός. ἀλλ' οἴδατε, ἀγαπητοί, διὰ τί με θέλουσι καθελεῖν. ὅτι τάπητας οὐχ ἥπλωσα, οὔτε σηρικὰ ἱμάτια οὐκ ἐνεδυσάμην, καὶ ὅτι τὴν γαστριμαργίαν αὐτῶν οὐ παρεμυθησάμην. ἤνθησαν γὰρ τὰ ἔγγονα τῆς ἀσπίδος, ἔτι περιλέλειπται τῆς Ἰεζάβελ ὁ σπόρος, ἔτι δὲ καὶ ἡ χάρις τῷ Ἠλίᾳ συναγωνίζεται. φέρε δέ μοι εἰς μέσον τὸν θαυμαστὸν καὶ D πλούσιον τῆς ζωῆς κήρυκα, Ἰωάννην λέγω, τὸν πένητα, καὶ ἕως λύχνου μὴ κτησάμενον [εἶχε γὰρ τὴν λαμπάδα τοῦ Χριστοῦ] οὗ τὴν κεφαλὴν ἐπεθύμησεν ἡ τῆς Εὔας συλλειτουργός, ἡ τῶν ἁγίων ἐμπόδιον γενομένη, ἡ τοὺς προφήτας διώξασα, ἡ τὴν ἐν δόλῳ νηστείαν κηρύξασα,

A invenimus vos ſolito alacriores ac ferventiores. Cras unà vobiſcum proficiſcar ad ſupplicationes. Aut quò ipſe pergam, & vos illuc. Nam ubi vos, illic & ego : unum corpus ſumus, non corpus quidem dirimitur à capite, non etiam caput à corpore diſpeſcitur. Loco quidem diſtinguimur, ſed counimur charitate. Ne ipſa quidem mors nos intercidere poteſt. Etenim corpus meum licet moriatur, vivit tamen anima, & totius populi commeminit. Vos mei patres, quo pacto poſſim omnium B veſtrum obliviſci? vos mei patres, vos mihi vita, vos mihi ſplendor nominis, & gloriæ conſequutio. Siquidem vos promoveritis, profectum hunc veſtrum comprobo. & hoc nomine mihi ipſe placeo, adeò ut vitam meam exiſtimem eſſe divitias in theſauro veſtro repoſitas. Ego veſtri cauſa paratus ſum ut millies mactet, nec ullam exiſtimo hinc me exhibere gratiam, quando debitum tali opere ſolvere me agnoſcam. *Paſtor enim bonus animam ſuam ponit pro ovibus.* paratus inquam ſum jugulari mil- *Joh. 10.* C lies, & capita (ſi adeſſent) innumera exponere ad præſectionem. Equidem mors talis argumentum mihi fuerit & occaſio parandæ immortalitatis. Iſtæ inſidiæ adverſum me adornatæ ſuggerunt opportunum ſubſidium ſalutis benè ſperandæ. Num enim ob facultates meas inſidioſa hæc molitio inſ[illegible] contriſter? Num [illegible] ex animi deliquio intabeſcam? Tantum eſt propter amorem quo vos proſequor. Iſthæc enim omnia efficere enixè contendo, ut tuti per- D maneatis, ut nemo alienus clàm ſe inſinuet gregi, ut ovile hoc perſeveret ſincerum & incolume. Ad parandam coronam mihi abundè ſufficit cauſa ipſa, ob quam tot ſuſtineo agones. Quidni pro vobis patiar? vos enim mihi cives, vos mihi eſtis patres, vos mihi eſtis fratres, vos mihi loco filiorum eſtis, vos mihi membra, vos mihi corpus, vos mihi luce hac tanto eſtis dulciores. Quid enim uſquam eſt, quod mihi radioſum adeò jubar ſuppeditet, cujuſmodi veſtra erga me dilectio? Radius hic in præſenti vita, haud mediocriter emolumento me afficit: veſtra di- E lectio in futuro nectit mihi coronam. Hæc proinde dixerim ad aures loquutus audientium. Quid enim veſtris auribus accommodatius ad audiendum? Tot pervigiles dies egiſtis, & nihil vos in alterutram partem inflexit, non temporis prolixitudo ſegniores reddidit, non incuſſi timores, non intentatæ minæ. Ad omnia vos exhibuiſtis ſtrenuos & generoſos: ecquid dico quia generoſi fuiſtis? Nimirum id quod ſemper audire cupiebam. Temporaria hæc ne tantilli quidem æſtimatis, ut valedicta A terra ad cœlos tranſportemini. Exempti corporeis vinculis ad beatam illam philoſophiam magna animi contentione properaſtis. Hæc mihi coronas pariunt, hæc mihi ſolatio ſunt, hæc animum demulcent, hæc me in agonibus velut unguenta quædam corroborant, hæc vita, hæc occaſio conciliandæ immortalitatis. Sed enim quoſdam eſſe video qui ſuadeant, ut mihi temperem ab iſtis meis dogmatibus. Pleróſque enim fœlicior rerum ſucceſſus in contrarium tranſverſos agit. Quod autem *Hucuſque verus interpres hujus homiliæ.* B iſtis viderer plus æquo zelum exacuere, hinc revolutus ſum in hanc ærumnoſam afflictionem. Et quidem illi ſuo more nos gradu deturbantes, quum per rerum geſtarum diverſitatem ſuperiores evaſiſſent noſtro agone, de mea afflictione nonnihil ediſſeram. Lex ſancita quidem eſt, ſed qui ſancit leges, ſuperior evaſit. Filii, nullo veſtro fructu veſtram dilectionem. * Video enim coïtionem ad pugnam ineundam conſpirantem, è regione C Deum contumelioſè affectum, video agonem in me delabentem, & munerarium, ſive præſidem certaminis non mediocri mœrore affectum. Video perſuaſionem veritatis exoleſcere, & ad tabem properare, ex oppoſito flagitioſam molitionem refloreſcere. Mihi ab iſtis opponitur: Comediſti, dein baptizaſti. Anathemate percellar, ſi quidem hoc admiſi: Non veniam in numerum & radicem Epiſcoporum, non item admittar in Angelorum conſortium, non denique prober Deo gratus. Ut inte- D rim donem me & comediſſe & baptiſmo admoviſſe, utique rem feci non intempeſtivam, ſive inauſpicatam & abſurdam. Ad id quod dico, attentum animum adverte, ſed nec deſinam dicere. *Id quidem dicere mihi non pigrum, vobis autem tutum.* Cœptum igitur propoſitum redordiar. Objiciunt comediſſe me, dein baptiſmo admoviſſe? Hoc ergo nomine de gradu deturbent & Paulum. Ipſe ſiquidem à ſumpta cœna, carceris cuſtodi baptiſma contulit. Auſim dicere, exauthorent Chriſtum ipſum. *Phil. 1. 2.* E Is enim poſtquam cœnavit, diſcipulis communionem gratuitò diſpertivit. Sunt & hæc eximia nobis inſignia pignora mutuæ pacis, populi autem illuſtria encomia: Mihi verò hic texitur corona, vobis fructus decerpitur. Cæterum, dilectiſſimi, planè noviſtis, quibus de cauſis me ab hoc throno depellunt. Tapetas ad ornatum minimè expandi, veſtimentis ſericis neutiquam amiciri volui, ipſorum ingluviem non magnopere demulſi. Quin & filii filiorum aſpidis refloruere. Adhuc & ſemen Jezabelis derelictum eſt: è regione gratia certat cum Elia eumq; propugnat. Proinde in medium mihi expromito admirabilem illum ac prædivitem vitæ præconem, Joannem dico, uſq; adeò pauperem, ut ne lychnum ſive lucernam poſſederit. Siquidem habebat is lampadem Chriſti ſibi prælucentem, cujus caput expetivit operatrix & cominiſtra Evæ, quæ & ſanctis impedimento fuit, quæ & Prophetas perſequuta eſt, quo dolo malo juſſit prædicari jejunium, quæ

Cur expulſus fuerit Ioan. Chryſ.

Eudoxia imperatrix cum Herodiade & Iezabele collata.

quæ & nomenclaturam ſortita comparem Echidnæ, ſcitè ſaltitavit, & choream duxit prandio nondum abſoluto. Vitam hæc minimè concupivit, non hanc inceſſit cumulandarum opum cupido, non imperatoriam dignitatem tanti fecit, non aliud quidvis ex omni opum affluentia exoptavit. Cæterum tu mihi dic, ô homo, quid illud cujus deſiderio tantopere exarſit? Caput concupivit hominis? Non ſolum autem hominis, ſed & Evangeliſtæ. Atqui cum caput accepiſſet non prævaluit. Ob increpationem enim deſecuit caput. Illegitimam quidem illam ſuam cupiditatem avidiſſime explevit accepto capite in diſco. Vide ſimul & demirare ſolertem Dei potentiam. Qui coarguit inſons alioqui, nec ulli obnoxius culpæ, præciſione capitis imminutus eſt: atqui is ita præfectus in dextera eſt Chriſti: illa è diverſo inevitabile luit ſupplicium. Rurſus ille qui ſemen eſt, qui & ſator ſpinæ in morem aculeatus, velut altera Herodias ſedulò anquirit ac feſtinat, quo artificio petat caput Joannis. Iterum ſaltatoriam choream haud ſecus geſticulando in omnium proſpectum deducit. Nos autem non eam geſticulationem pedibus ludendo repræſentamus, ſed Mariæ exemplo ſtabilibus plantis confirmatam choream proludimus. Clamat rurſus Joannes: *Non licet tibi habere uxorem fratris tui.* Ecquid dicam? Tempeſtivum eſt ut
Marc. 6, 18. erumpamus [illegible]. Nihil horum non ad ignominiam ſpectat & excurrit, ſed & omnia indicat tempus. Precioſus auri fulgor nihil non reddit glorioſum. Sed age, mihi in medium profer ſanctum Davidem dicentem, & hæc exerta voce depromen-
Pſ. 61, 11. tem: *Aurum ſi affluat, nolite cor apponere.* Sed enim dic mihi tu, Quis hic erat, qui iſtiuſmodi ejaculatus eſt vocem? An non is obtinebat ex condicto regalis ſolii faſtigium? Nónne regia poteſtate functus ordine cuncta adminiſtrabat? Ne is quidem ad rapinam aciem oculorum intendebat, non ad demolitionem pietatis ejus mens devergebat, neque illi erat anxia cogitatio de cumulandis theſauris, ſed delectus militaris illi erat curæ. Aſſenſum uxoris non requirebat. Fugite & vos ô mulieres alienorum virorum conventus. Viris veſtris ne conſilium dederitis quod iniquum ſit, quin potius eos confirmate ſecundum prædicta. Num nam flammam, quæ vos urebat, ipſi extinximus? Utrúmne tandem ſubacta ſunt corda veſtra & emollita? verumenimvero ipſe novi, quia vos quæ filiæ eſtis & imitatrices Mariæ, nonnihil utilitatis hinc relaturæ eſtis. Aliæ contra ex ſatiatæ quidem & inebriatæ non à vino, ſed inexplebili avaritia, quemadmodum bea-
1. Tim. 6, 10 tus Paulus vociferatur & deprædicat dicens: *Radix omnium malorum eſt cupiditas.* Hoc pacto hæ mulieres intelligentiæ omnis expertes ac ſtultæ aures ſuas oppilant, ut pro bono ſemine jacto aliud nihil pariant, quàm ſpinas. Cæterum vos adhortor & obſecro, ne videamur dejeciſſe ſemen noſtrum ſuper petram, (ſi quidem agricolatio ſumus Chriſti) ut audire promereamur: Euge ſerve bone, intra in domum meam: ut ne pro hac ſeutentia dicatur, Serve malè ac piger: magis ipſe vos obteſtor, ut luceat veſtra converſatio coram hominibus, non item infatuetur ſal noſtrum, ſed glorificemus, ſed rependamus gratiarum actionem, nos ditati ei qui prædives eſt, nos pauperes benigno hominum amatori ac pauperum amantiſſimo Chriſto, potentes forti ac prævalidæ manui ejus. Et hæc quidem de vobis, ô mulieres, dicta ſunto. Forſan autem ſinit hæc me perpeti Deus quæ inter ſe conſultant, ac decernunt ſe molituros adverſum me, ut me per has calamitates probet, quod in laboribus & ærumnis prorſus conſiſtat victoria, & corona per certaminum tolerantiam adornari ſoleat. Etenim admirabilis ille Paulus dicebat: Curſum conſummavi, fidem ſervavi: in reliquum repoſita eſt mihi corona juſtitiæ: qua corona dignos vos efficiat univerſorum Dominus in ſecula, Amen.

EJUSDEM SERMO POST REDITUM A PRIORI EXILIO.

Eodem interprete.

Ex eadem vita per Georgium Alex. ſcripta. Gen. 12, 13.

QUo tempore Sarram ab Abraham injecta vi abſtulit Pharao, mulierem utique pulchram, & honeſta indole, ac decora ſpecie præditam, malitioſus ille barbarus & Ægyptius iniquis oculis ipſius elegantem formam contuitus, cupienſque committere facinus nefarium adulterii: tunc ſanè, tunc non ſtatim initio Deus icere voluit adulterum, ut declararetur & juſti virilis ac ſtrenua probitas, & mulieris pudicitia, ſimul & barbari procax libido, Dei inſuper benignitas: juſti virilis conſtantia, quod is cum gratiarum actione toleraſſet inflictam ſibi injuriam: mulieris autem pudicitia, quia tametſi incidit in manus barbari illius, illibatam tamen & incolumem caſtimoniam conſervavit: barbari petulans laſcivia, quod alienum cubile invadere voluerit: denique Dei benignitas demonſtrata eſt, quod ſpe omni humana deſtitutus vir quum eſſet, tunc juſto Deus contulit coronam. Hæc tum fiebant tempore Abrahami, hoc ipſum in Eccleſia hodie fieri contigit. Ægyptius eſt iſte, ut ille fuit Ægyptius. Hic ſuos habebat haſtatos ſatellites, ille nec ſecus obtinebat ſuos propugnatores: ille Sarram perinde atque hic Eccleſiam:
una

A ἢ ὁμότιμον τοῦ ὀνόματος τῆς ἐχίδνης ἐπισαμένη τὴν ὄρχησιν, ἐν τῷ
ἀρίστῳ τῷ ἀτελεῖ ὀρχησαμένη. οὐκ ἐπεθύμησε ζωῆς, οὐκ ἐπε-
θύμησε χρημάτων ὄγκον, οὐ βασιλείας ἀξίωμα, οὐκ ἄλλης τινὸς
περιουσίας. ἀλλ᾽, εἰπέ μοι, ἄνθρωπε, τί ἐπεθύμησε; κεφαλὴν
ἀνθρώπου; τί δὲ λέγω; οὐ μόνον ἀνθρώπου, ἀλλ᾽ εὐαγγελιστοῦ. ἀλλ᾽
οὐκ ἐνίκησε λαβοῦσα τὴν κεφαλήν. ἔτεμε γὰρ τὴν κεφαλὴν αἰτησα-
μένη, τὴν ἄνομον ἐπιθυμίαν σπουδαίως διὰ πίνακος δεξαμένη. βλέ-
B πε, καὶ θαύμασον τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν. διήλεγχεν ὁ ἀναίτιος, ἀπε-
τμήθη· ἀλλ᾽ ὁ ἀποτμηθεὶς ἐν δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ, ἡ δὲ ἀπαραίτητον κό-
λασιν ἐκδέχεται. πάλιν ἐκείνης τὸ σπέρμα, ὁ σπόρος ὁ ἀκανθώ-
δης ἐπιζητεῖ καὶ σπεύδει. ἀλλ᾽ Ἡρωδιὰς Ἰωάννου τὴν κεφαλὴν ζητοῦ-
σα πάλιν ὄρχησιν, οὐχ ἣν τοῖς ποσὶ παίζομεν, ἀλλὰ τὴν τῆς Μαρίας
ὑπερειδομένην. πάλιν βοᾷ καὶ λέγει Ἰωάννης· οὐκ ἔξεστί σοι τὴν γυ-
ναῖκα ἔχειν τοῦ ἀδελφοῦ σου. ἀλλὰ τί εἴπω; δακρύων ὁ παρὼν και-
C ρός· πάντα γὰρ εἰς ἀδοξίαν ἐκτρέχει, καὶ πάντα χρόνος κρίνει· χρυ-
σὸς τὸ ὅλον δοξάζει· ἀλλὰ φέρε μοι τὸν ἅγιον Δαβὶδ τὸν λέγοντα καὶ
βοῶντα· χρυσὸς ἐὰν ῥέῃ, μὴ προστίθεσθε καρδίαν. ἀλλ᾽, εἰπέ μοι,
τίς ἦν οὗτος ὁ ταύτην τὴν φωνὴν ἐπαφείς; οὐχὶ τὸ τῆς βασιλείας ἐπὶ τῆς
κορυφῆς συγκείμενον εἶχεν; οὐκ ἐν τῇ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ διέταττεν;
ἀλλ᾽ οὐ πρὸς ἁρπαγὴν ἔβλεπεν, οὐκ εἰς καθαίρεσιν εὐσεβείας, ἦν
αὐτοῦ τὸ φρόνημα, οὐδὲ μέριμνα θησαυρῶν, ἀλλὰ τῆς στρατοπέδων
D συλλογῆς. οὐ γυναικὸς συγκατάθεσιν. φεύγετε οὖν γυναῖκες τὰς
ἀλλοτρίας συλλογάς· μὴ συμβουλεύετε τοῖς ἀνδράσι συμβουλίαν
κακήν· ἀλλ᾽ ἀσφαλίσθητε τοῖς λεχθεῖσιν. ἆρα ἐσβέσαμεν ὑμῶν
τὴν φλόγα; ἆρα ἐμαλάχθη ὑμῶν ἡ καρδία; ἀλλ᾽ οἶδα ὅτι ὠφε-
ληθήσεσθε μὲν αἱ τῆς Μαρίας θυγατέρες· ἄλλαι δὲ ἄνευ οἴνου κεκορε-
σμέναι καὶ μεθύουσαι τῇ φιλαργυρίᾳ, ὡς ὁ μακάριος Παῦλος βοᾷ
καὶ κηρύττει λέγων· ῥίζα πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία. οὕτω καὶ
E αἱ ἀσύνετοι γυναῖκες ἀποφράττουσιν ἑαυτῶν τὰ ὦτα, καὶ ἀντὶ σπό-
ρου ἀγαθοῦ ἀκάνθας τίκτουσιν. ἀλλά, παρακαλῶ, μὴ ἡμῶν τὸν σπό-
ρον ὡς ἐπὶ πέτραν καταβάλλωμεν. Χριστοῦ ἐσμὲν γεώργιον, παρ᾽
οὗ ἀκούσωμεν, εὖ δοῦλε ἀγαθέ, εἴσελθε εἰς τὸν οἶκόν μου· μὴ ἀντὶ τῆς
φωνῆς ταύτης λεχθῇ, ὦ δοῦλε κακέ. ἀλλὰ παρακαλῶ, λαμ-
ψάτω ὑμῶν ἡ πολιτεία ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, μὴ μωράνωμεν ἡ-
μῶν τὸ ἅλας, ἀλλὰ δοξάσωμεν, εὐχαριστήσωμεν, οἱ πλούσιοι τῷ
A πλουσίῳ, οἱ πένητες τῷ φιλανθρώπῳ καὶ φιλοπτώχῳ Χριστῷ, οἱ
δυνατοὶ τῇ κραταιᾷ χειρὶ αὐτοῦ. καὶ ταῦτα μὲν περὶ ὑμῶν. ἴσως δὲ
(συγχωρεῖ ὁ Θεὸς ταῦτά με πάσχειν ἅπερ βουλεύονται) κατ᾽ ἐμοῦ, ἵνα
ἐν συμφοραῖς δοκιμάσῃ τὰ κατ᾽ ἐμέ· ὅτι ἐν τοῖς πόνοις ἐναπόκειται
νίκη πάντως, καὶ ἐν τοῖς ἀγῶσιν ἡτοίμασαι στέφανος. καὶ γὰρ ὁ θεσπέ-
σιος Παῦλος ἔλεγε· τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοι-
πὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος· οὗ στεφάνου καταξιώ-
B σει ὑμᾶς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης εἰς τοὺς αἰῶνας, Ἀμήν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΠΑΝΕΛΘΟΝΤΟΣ ἀπὸ τῆς προτέρας ἐξορίας ὁμιλία.

C ΟΤΕ τὴν Σάῤῥαν ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἥρπασεν ὁ Φαραώ, τὴν καλὴν
καὶ εὐειδῆ γυναῖκα ὁ πονηρὸς καὶ βάρβαρος καὶ Αἰγύπτιος, ἀδί-
κοις ὀφθαλμοῖς ἰδὼν αὐτῆς τὸ κάλλος, καὶ μοιχείας ἐργάσασθαι δρᾶ-
μα βουλόμενος· τότε δή, τότε μὲν τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐκόλασεν ὁ Θεός,
ἵνα δειχθῇ καὶ τοῦ δικαίου ἡ ἀνδρεία, καὶ τῆς γυναικὸς ἡ σωφροσύνη, καὶ
τοῦ βαρβάρου ἡ ἀκολασία, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία· τοῦ δικαίου ἡ
ἀνδρεία, ὅτι ἔφερεν εὐχαρίστως τὸ γινόμενον· τῆς γυναικὸς ἡ σωφρο-
σύνη, ὅτι ἐμπεσοῦσα εἰς τὰς βαρβαρικὰς χεῖρας, καὶ τὴν σεμνό-
D τητα διετήρησε· τοῦ βαρβάρου ἡ ἀκολασία, ὅτι ἀλλοτρίᾳ ἐπῆλ-
θεν εὐνῇ· τοῦ Θεοῦ ἡ φιλανθρωπία, ὅτι μετὰ ἀπόγνωσιν ἀνθρώ-
πων, τότε τὸν στέφανον ἐνήνεγκε τῷ δικαίῳ. ταῦτα ἐγένετο τότε
ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ, γέγονε δὲ σήμερον ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας. Αἰγύ-
πτιος οὗτος, ὡς ἐκεῖνος Αἰγύπτιος· οὗτος δορυφόρους εἶχεν,
E ἐκεῖνος ὑπασπιστάς· ἐκεῖνος τὴν Σάῤῥαν, οὗτος τὴν ἐκκλησίαν·
μίαν

μίαν νύκτα ἐκεῖνος συνέσχε, μίαν ἡμέραν οὗτος εἰσῆλθεν. οὐδὲ ἂν τὴν μίαν συνεχωρήθη, ἀλλ᾽ ἵνα δειχθῇ τῆς νύμφης ἡ σωφροσύνη, ὅτι εἰσέρχεται, καὶ οὐ διαφθείρει αὐτῆς τὸ κάλλος τῆς σωφροσύνης. καί τοι μοιχὸν ἡτοίμασε, καὶ τὰ γραμματεῖα συνετελεῖτο, καὶ πολλοὶ τῶν τῆς οἰκίας ὑπέγραφον. ἀπηρτίσθη ἡ μηχανή, καὶ τὸ τέλος οὐκ ἐγένετο. ἐφάνη ἐκείνου ἡ πονηρία, καὶ τοῦ Θεοῦ ἡ φιλανθρωπία. ἀλλ᾽ ὁ μὲν βάρβαρος τότε ἐκεῖνος ἐπιγνοὺς τὸ ἁμάρτημα, ὡμολόγησε τὸ παρανόμημα. λέγει γὰρ τῷ Ἀβραάμ· τί ἐποίησας τοῦτο; εἰς τί εἶπας, ὅτι ἀδελφή μου ἐστὶ, καὶ μικροῦ ἂν ἥμαρτον; οὗτος δὲ μετὰ τὴν παρανομίαν ἐναγωνίσατο. ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, ἥμαρτες, ἡσύχασον, μὴ προσθῇς ἁμαρτίαν ἐφ᾽ ἁμαρτίαν. κἀκείνη μὲν ἐπανῆλθε, πλοῦτον ἔχουσα τὸν Αἰγυπτιακόν· ἡ δὲ ἐκκλησία ἐπανῆλθε, πλοῦτον ἔχουσα τὸν ἀπὸ τῆς γνώμης, καὶ σωφρονεστέρα ἐφάνη. ὅρα δὲ τὴν μανίαν τοῦ βαρβάρου· ἐξέβαλες τὸν ποιμένα· τί τὴν ἀγέλην διέσπασας; ἀπέστησας τὸν κυβερνήτην· τί τοὺς οἴακας κατέκλασας; τὸν ἀμπελουργὸν ἐξέβαλες· τί τὰς ἀμπέλους ἀνέσπασας; τί τὰ μοναστήρια διέφθειρας; βαρβάρων ἔφοδον ἐμιμήσω. ἐποίησεν ἅπαντα, ἵνα δειχθῇ ὑμῶν ἡ ἀνδρεία· ἐποίησεν ἅπαντα, ἵνα μάθῃ ὅτι ποίμνη ἐστὶν ἐνταῦθα ὑπὸ Χριστοῦ ποιμαινομένη. ἔξω ὁ ποιμὴν, καὶ ἡ ἀγέλη συνεκροτεῖτο, καὶ τὸ ἀποστολικὸν ἐπληροῦτο ῥῆμα· οὐκ ἐν τῇ παρουσίᾳ μου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀπουσίᾳ μου, μετὰ φόβου καὶ τρόμου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθε. καὶ τοιαῦτα ἠπείλουν δεδοικότες ὑμῶν τὴν ἀνδρείαν καὶ τῆς ἀγάπης τὸ φίλτρον καὶ τὸν πόθον τὸν περὶ ἐμέ. οὐδὲν τολμῶμεν, φησὶν, ἐν τῇ πόλει· δότε ἡμῖν αὐτὸν ἔξω. λάβετέ με ἔξω, ἵνα μάθητε τὸν πόθον τῆς ἐκκλησίας, μάθητε τῶν ἐμῶν τέκνων τὴν εὐγένειαν, τῶν στρατιωτῶν τὴν ἰσχὺν, τῶν ὁπλιτῶν τὴν δύναμιν, τῶν διαδημάτων τὴν περιφάνειαν, τοῦ πλούτου τὴν περιουσίαν, τῆς ἀγάπης τὸ μέγεθος, τῆς καρτερίας τὴν ὑπομονὴν, τῆς ἐλευθερίας τὸ ἄνθος, τῆς νίκης τὸ περιφανὲς, τῆς ἥττης σου τὸν γέλωτα. ὢ καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων. ὁ ποιμὴν ἔξω, καὶ ἡ ἀγέλη σκιρτᾷ· ὁ στρατηγὸς πόρρω, καὶ οἱ στρατιῶται ὡπλίζοντο. οὐκέτι ἡ ἐκκλησία εἶχε τὸ στρατόπεδον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ πόλις ἐκκλησία ἐγένετο, αἱ ῥῦμαι, αἱ ἀγοραὶ, ὁ ἀὴρ ἡγιάζετο· αἱρετικοὶ ἐπέστρεφον, οἱ Ἰουδαῖοι βελτίους ἐγίνοντο· οἱ ἱερεῖς κατεδίκαζον, καὶ οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Θεὸν εὐφήμουν, καὶ ἡμῖν προσέτρεχον. οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ἐγένετο. Καϊάφας ἐσταύρωσε, καὶ λῃστὴς ὡμολόγησεν. ὢ καινῶν καὶ παραδόξων πραγμάτων. ἱερεῖς ἀπέκτειναν, καὶ μάγοι προσεκύνησαν. μὴ ξενιζέτω ταῦτα τὴν ἐκκλησίαν. εἰ μὴ ταῦτα ἐγένετο, ὁ πλοῦτος ἡμῶν οὐκ ἂν ἐφάνη. ἦν μὲν, οὐκ ἂν δὲ ἐφάνη. ὥσπερ γὰρ ὁ Ἰὼβ δίκαιος μὲν ἦν, οὐκ ἂν δὲ ἐφάνη, εἰ μὴ τὰ τραύματα, καὶ οἱ σκώληκες· οὕτω καὶ ὁ ὑμέτερος πλοῦτος, εἰ μὴ αἱ ἐπιβουλαὶ, οὐκ ἂν ἐφάνη. ἀπολογούμενος δὲ τῷ Ἰὼβ ὁ Θεός φησιν, οἴει δέ με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα δίκαιος ἀναφανῇς; ἐπεβούλευσαν ἐκεῖνοι, ἐπολέμησαν, καὶ ἡττήθησαν. πῶς ἐπολέμησαν; ῥοπάλοις· πῶς ἡττήθησαν; εὐχαῖς. ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιὰν σιαγόνα, στρέψον αὐτῷ καὶ τὴν ἄλλην. σὺ ῥόπαλα εἰσφέρεις εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ πολεμεῖς· ὅπου εἰρήνη πᾶσι, πολέμου ἀρχή, οὐδὲ τὸν τόπον ᾐδέσθης ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, οὐδὲ τῆς ἱερωσύνης τὸ ἀξίωμα, οὐδὲ τῆς ἀρχῆς τὸ μέγεθος. τὸ φωτιστήριον αἱμάτων ἐμπέπλησας. ὅπου ἁμαρτημάτων ἄφεσις, αἱμάτων ἔκχυσις. ἐν ποίᾳ παρατάξει ταῦτα γίνεται; βασιλεὺς εἰσέρχεται καὶ ῥίπτει ἀσπίδα καὶ διάδημα· σὺ εἰσῆλθες, καὶ ῥόπαλα ἥρπασας· ἐκεῖνος καὶ τὰ συνθήματα τῆς βασιλείας ἔξω ἀφίησι, σὺ τὰ συνθήματα τοῦ πολέμου ἐνταῦθα εἰσήνεγκας. ἀλλὰ τὴν νύμφην μου οὐδὲν ἔβλαψας, ἀλλὰ μένει τὸ κάλλος αὐτῆς ἐπιδεικνυμένη. διὰ τοῦτο χαίρω, οὐχ ὅτι ἐνικήσατε. εἰ παρήμην, ἐμεριζόμην μεθ᾽ ὑμῶν τὴν νίκην· ἐπειδὴ δὲ ἀνεχώρησα, γυμνὸν ὑμῶν τὸ τρόπαιον ἐφάνη. ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἐμὸν ἐγκώμιον, καὶ πάλιν μερίζομαι ἐγὼ μεθ᾽ ὑμῶν τὴν νίκην, ὅτι οὕτως ὑμᾶς ἀνέθρεψα, ὡς καὶ ἀπόντος τοῦ πατρὸς τὴν οἰκείαν εὐγένειαν ἐπιδείκνυσθαι. ὥσπερ γὰρ οἱ γενναῖοι τῶν ἀθλητῶν καὶ ἀπόντος τοῦ παιδοτρίβου τὴν ἑαυτῶν ῥώμην ἐπιδείκνυνται· οὕτω καὶ ἡ εὐγένεια τῆς ὑμετέρας πίστεως καὶ ἀπόντος τοῦ διδασκάλου τὴν οἰκείαν εὐμορφίαν ἐπεδείξατο. τίς χρεία λόγων; οἱ λίθοι βοῶσιν. οἱ τοῖχοι φωνὴν ἀφιᾶσιν· ἄπελθε εἰς βασιλικὰς αὐλὰς, καὶ ἀκούεις εὐθέως, οἱ λαοὶ Κωνσταντινουπόλεως.

A una ille detinebat nocte, diem unum hic invaſor ejus fuit, at ne uno die permiſſus eſt eam retinere, ut omnibus perſpecta ejus foret continentia, quia nihil alioqui corruptelæ aut vitii ejus intulit decori & ſanctimoniæ ingreſſus barbari. Adulterium quidem apparuit, & tabellas confecit quibus permulti domeſtici ſubſcripſerunt, perfecta eſt machina, ſed negotium non bene ſucceſſit. Tunc eluxit & barbari illius nequitia ſimul, & Dei benignitas. Sed enim barbarus ille agnito peccato con-
B feſſus eſt ſe legem tranſgreſſum. Dixit enim Abrahæ: ut quid nobis feciſti hoc? Cur dixiſti ſoror mea eſt? Parum enim abfuit quin peccaverim. At iſte poſt perpetratam nequitiam illam novo ſcelere ſuperare contendit. O miſer & ærumnoſe: Peccaſti, quieſce. Ne adjeceris peccatum peccato. Et illa quidem reverſa eſt, ſecum habens opes Ægyptiacas: è diverſo Eccleſia rediit quidem, ſed divitias habens à cognitione & ſcientia profectas, quare & continentia multò clarior reſplenduit. Vide enim inſa-
C niam barbari. Ejeciſti paſtorem: quare pecus diſſipaſti? Ejeciſti vinitorem: emiſiſti gubernatorem: quamobrem gubernacula perfregiſti? ejecto vinitore, quam ob cauſam vites ipſas ab radice avulſiſti? Quare monaſteria demolitus es, Barbarorum imitatus turbulentam excurſionem? fecit univerſa hæc, ut veſtra virilis fortitudo innoteſceret. Hæc omnia fecit, ut intelligeremus, quid grex poſſit hic ſub paſtore Chriſto, abſente Paſtore, & quam compoſitè ſe adornarit, quam ritè adimpletum ſit
D verbum Apoſtoli: Non in præſentia ſolùm, ſed & in abſentia mea, cum timore & tremore veſtram ſalutem operamini. Tametſi hæc interminabantur ſe molituros adverſum me, nihilominus verebantur veſtram magnanimitatem, philtrum veſtræ erga me dilectionis, veſtrum erga me deſiderium. Hinc dicunt in civitate, nemo noſtrum auſit adverſum eum quicquam tentare. Eum nobis date extra civitatem. Accipite me extra civitatem, ut re ipſa condiſcatis Eccleſiæ deſiderium. Diſcite (quæſo)
E filiorum meorum generoſam indolem, militum robur, armatorum vires, diadematum intermicantem ſplendorem, exuberantem opum copiam, magnitudinem dilectionis, quam conſtans illis ſuppetat in adverſis patientia, quam in illis vigeat flos tuendæ libertatis, quàm illuſtris ſplendor partæ victoriæ. Fac memineris conflictus ille tuus quàm deridiculus fuerit. O res abs te geſtas novè quidem & præter opinionem! Paſtor externò ſe continet, & ovile prægeſtit & exultat. Dux quam longiſſi-
A mè profugerat, una & milites armabantur. Non jam habebat exercitum Eccleſia ſolum, ſed & civitas Eccleſia facta eſt. Vici, fora, aër tandem ſanctificabatur. Hæretici convertebantur, melius converſabantur Judæi: è regione ſacerdotum vita paſſim damnabatur, & Judæi fauſtas acclamationes, ac laudes concinebant Deo, atque ad nos accurrebant. Ita fiebât ætate Chriſti, Caiphas cruci affixit, & latro confeſſus eſt. O res ſtupendas inſolenter præterque omnium opinionem mirè geſtas.
B Sacerdotes trucidarunt, & Magi procidentes adoraverunt. Neque mira & inſolita videantur hæc Eccleſiæ: niſi hæc contigiſſent, divitiæ noſtræ nuſpiam apparuiſſent. Erant quidem, ſed non cernebantur. Quemadmodum enim Job juſtus quidem erat, ſed non emerſiſſet in lucem ejus juſtitia niſi vulneribus ſaucius, & arroſus fuiſſet vermibus: Ad eundem modum & veſtræ divitiæ niſi per inimicorum inſidias, non veniſſent in omnium proſpectum. Etenim reſpondens Deus beato Job ait: *Putas me*
C *aliter reſpondiſſe tibi, quàm ut juſtus appareres?* Inſidioſè inierunt conſilium illi, oppugnarunt, & victi abierunt. Quibus oppugnarunt modis? fuſtibus. Quibus armis diſceſſerunt inferiores? orationum præſidiis. *Si quis te in dextera maxilla alapa ceciderit, obverte ei & alteram.* Tu clavas ac fuſtes in Eccleſiam infers & oppugnas eam? Ubi optatur Pax omnibus, illic bellum ordiris. Nihilne vereris locum, neque dignitatem ſacerdotii? Nihil deſers præcelſæ magnitudini principatus? Baptiſterium per te ſan-
D guine oppletum. Ubi condonatur peccatorum remiſſio, ibi ſanguinis fit profuſio? In cujuſmodi acie quamlibet violenta fiunt hæc? Imperator locum ingreſſurus, ſcutum, parmam ant clypeum à ſe projicit: contrà tu ingreſſurus fuſtes arripis & clavas? Ille teſſeras imperii foris dimittit, tu teſſeras bellicæ impreſſionis huc intuliſti? Atqui ſponſa mea nihil per te noxæ accepit: ſuum illi decus perſeverat incolume, nullique non ſpectandum
E ſe palàm exhibet. Ob hoc gaudeo, non quia viciſtis. Si enim adfuiſſem, victoriæ vobiſcum particeps fuiſſem. Nunc quando receſſi, veſtrum illud trophæum in omnium proſpectu nudum fuit. Verius hoc quoque in laudem meam verſum eſt, & rurſus hanc ipſam victoriam magna ex parte vobiſcum communem reporto, quippe qui vos hunc in modum educavi, ut abſente patre propriam animi generoſitatem opere ipſo palàm exhiberetis. Nam quemadmodum qui generoſi ſunt & fortes athletæ, tametſi abſens ſit pædotribes, nihilo ſegnius ſuum oſtentant robur: ita & qui inter vos præſtanti ac generoſa fidei virtute prævalent, abſente etiamnum doctore ſuæ magnanimitatis ac decoris ediderunt argumenta. Quid jam verbis opus? lapides iſti inclamant: hac de re vel muri ejaculantur vocem. Concede hinc in aulam Imperialem, & confeſtim audis conſtantiam Conſtantinopolitani populi. Adito mare, confer te in vaſtam quamlibet ſolitudinem, in montes

Iudæorum & hæreticorum converſione.

Job. 43. 3.

Matt. 5. 39.

Locus ſancti baptiſmatis.

tes faceſſito, domos luſtrato: nullo non loco inaudietis in quam ſublime præconium veſtrum excitaveritis, quia ſuperiores evaſiſtis præſtantia fidei. O populi Doctoris amantiſſime! o popule patris obſervantiſſime! Beata planè civitas, non in gratiam columnarum, non ob convexa tectorum aut laquearium aurea, ſed propter veſtram omnium virtutem. Tantæ adornatæ ſunt inſidiæ, & ecce de eis veſtræ orationes victoriam reportarunt: & merito quidem: etenim eæ preces intentæ erant ac juges, quas inter fontes & ſcatebræ lachrymarum ubertim defluebant. Illi miſſilia ſpicula jaculabantur: vos è diverſo lachrymas effundebatis. Illi peracrem animorum indignationem, vos manſuetudinem demonſtrabatis. Quodvis facito, modo vos oretis: illi quidem qui contradicebant, nunc ubinam ſunt? Num ipſi ulla promovimus arma? num arcus ullos tetendimus? An jacula ulla in eos detorſimus? Oramus, & illi momento minus in fugam ſe proripiunt. Quaſi enim aranea perrupti ſunt, & à ſe diſtracti, ex oppoſito vos tanquam ſolida petra perſtitiſtis. Ego veſtri gratia planè beatus. Equidem ſciebam antea, quam ingentes hic mihi cumulaviſſem divitias: ſed tamen demiratus ſum etiam nunc. Longo eram diſſitus intervallo, & civitas ſe alio conferebat. Hominis unius cauſſa pelagus in civitatem redactum eſt. Mulieres, viri, pueruli immaturæ etiam ætatis, mulieres uterum geſtantes & prægravidæ fluctivomos maris æſtus ne tantilli quidem fecerunt. Adverſus pelagi exæſtuantis minas nihil non auſæ ſunt. Non ſervus extimuerat dominum. Non jam mulier nativæ ſuæ infirmitatis meminerat: forum ipſum ceſſit in Eccleſiam, quæ ubivis locorum in noſtri gratiam contigerunt. Quæ enim uſpiam ſunt, non per veſtram vivendi formulam, ad meliorem diſciplinam redacta? Imperatricem veſtræ choreæ conſortem habuiſtis. Non enim zelum ipſius tegam ſilentio. Nec alioqui dixerim hæc, illi ut aſſenter aut oblandiar, ſed ut quàm optimè de pietate merear. Siquidẽ arma non accepit, ſed ea officia quæ ad virtutem recta provehunt. Abductus tunc ſum hinc, ſcitis quo pacto. Noſſe enim convenit quæ inamœna ſunt, & quæ ingerunt animo mœrorem dicere, ut & quæ commodiora ſunt ac ſuaviora, condiſcatis. Nunc jam primum diſcite quo pacto hinc ſim abreptus, & quonam modo redux ſim. *Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent. Euntes ibant & flebant mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient in exultatione portantes manipulos ſuos.* Verba hæc ea repræſentant quæ nuper geſta ſunt, eum ſuſcepiſtis cum actione gratiarum, quem abeuntem mœſti eſtis honorificè proſequuti, nec id factum prolixiore tempore, ſiquidem intermedio die uno diſſoluta ſunt omnia. Sed & hæc morula, ſive cunctatio in gratiam veſtri interceſſit. Nunc quando Deus initio ſtatim hæc omnia deduxit in nihilum, rem vobis àperio reconditam prorſus & arcanam. Pelagus emenſus ſum ſolus, Eccleſiam ipſe geſtitans, Dilectio enim non contrahitur in anguſtum. Navis ſiquidem capaciſſima eſt, non loci arctitudine diſtricta. Non anguſtiamini enim in nobis. Hinc abii anxiè ſollicitus ac ſatagens eorum quæ ad promotionem veſtram attinebant. Abii corpore quidem à vobis ſejunctus, non etiam mente, ſed connitus. Abii obteſtans Deum, eique commendans veſtram dilectionem Abii & ecce ſolitarius ſedebam, quæ vos concernebant anxius ad mentem revocans. Solus ipſe mecum conſilia captabam de mea peregrinatione. Ipſa Dei amantiſſima, nocte intempeſta literas deſtinatas, ſub hoc tenore verborum miſit: (Congruit enim ipſius verba exprimere) Ne arbitretur tua ſanctitas me conſciviſſe, quæ adverſum te geſta ſunt, ego innocens à ſanguine tuo ſum. Homines facinoroſi & corruptelis vitiorum contaminatiſſimi hanc in te commentitiam machinam concinnarunt. Teſtis mearum lachrymarum eſt Deus, cui ſacrifico. Quale libamen effudit. Equidem hæ ipſius lachrymæ factæ ſunt libamen, cui ſacrifico. Sacerdos tu tamet conſecratione facta, & ſacrificium offerens Deo ac libans lachrymas, confeſſionem & pœnitentiam, non pro ſacerdote, ſed pro Eccleſia, pro diſperſo grege populi obtuliſti. Meminerat utique, memor inquam erat & filiorum & ſacri baptiſmatis. Dicebat ipſa: Memini ego quia conſecratione manuum tuarum filii mei fonte baptiſmatis regenerati ſunt. Hæc tacita mente verſabat Imperatrix. Sacerdotes interim invidia excæcati omnes ignorabant locum, in quem diverteram. Et hoc ſanè quàm admirabile eſt dictu, illa quaſi pro filio intremiſcens nuſquam non ambulabat, non corpore ſed emiſſione ſuorum militum. Non enim locum noverat, ubi degerem. Nam quaquaverſum eos emittebat nimiſque ſollicita, ne dolo malo circumventus occidione occideretur, ne eo perempto (ait) nobis diſpereat præda venationis noſtræ. Hoc tantum, quæ mearum ſunt partium præſto. Tantum quæro. & ſuperiores non evadunt. Hoſtes interim illi nullum non locum perluſtrarunt, retia ſua expandentes quò eum caperent, & ad illorum manus reducerent. Deinde obſecrabat & ſe genibus regiis advolvebat, hoc unum expetens, ut virum efficeret comparticipem ſuæ venationis; quemadmodum & Abraham Sarram, ſic hæc virum. Ait itaque, perdidimus Sacerdotem, ſed velut poſtliminio ipſum reducamus. Niſi enim illum reduxerimus, nulla ſupereſt ſpes tuendi imperii. Nimiſque autem arduum eſt, ut unicuipiam communicem eorum qui hæc operati ſunt. Lachrymas emiſi ſupplicans Deo, omnem commentationem & ſolertiam oſtendens. Nec vos latet quanta cum benevolentia nos excepetit, quomodo velut inter ulnas quaſi membra propria, quomodo prædicabat ſe vobiſcum mihi ſtudio ac favore obſequi.

Pſ. 125, 6.

A ἄπελθε εἰς τὴν θάλατταν, εἰς τὴν ἔρημον, εἰς τὰ ὄρη, εἰς τὰς οἰκίας, τὸ ἐγκώμιον ὑμῶν ἀναγέγραπται. ἐν τίνι ἐνικήσατε; οὐ χρήμασιν, ἀλλὰ πίστει. ὦ λαὸς φιλοδιδάσκαλος, ὦ λαὸς φιλοπάτωρ, μακαρία ἡ πόλις, οὐ διὰ κίονας καὶ χρυσοῦν ὄροφον, ἀλλὰ διὰ τὴν ὑμετέραν ἀρετήν. τοσαῦται αἱ ἐπιβουλαὶ, καὶ αἱ εὐχαὶ ὑμῶν ἐνίκησαν, καὶ μάλα εἰκότως. καὶ γὰρ ἐκτενεῖς ἦσαν αἱ εὐχαὶ, καὶ αἱ πηγαὶ τῶν δακρύων ἐπέρρεον. ἐκεῖνοι βέλη, ὑμεῖς δὲ δάκρυα· ἐκεῖνοι θυ- B μὸν, ὑμεῖς δὲ πραότητα. ὃ βούλει ποίησον. ὑμεῖς εὔχεσθε· κἀκεῖνοι, οἱ ἀντέλεγον, ποῦ νῦν εἰσιν; ὅπλα ἐκινήσαμεν; μὴ τόξα ἐτείναμεν; μὴ βέλη ἀφήκαμεν; εὐχόμεθα, κἀκεῖνοι ἔφυγον. ὡς γὰρ ἀράχνη διεσπάσθησαν, καὶ ὑμεῖς ὡς πέτρα ἑστήκατε. μακάριος ἐγὼ δι' ὑμᾶς. ᾔδειν μὲν καὶ πρὸ τούτου ἡλίκον ἔχω πλοῦτον, ἐθαύμασα δὲ καὶ νῦν. πόῤῥω ἤμην, καὶ πόλις μετῳκίζετο. δι' ἕνα ἄνθρωπον τὸ πέλαγος πόλις ἐγίνετο. γυναῖκες, ἄνδρες, παιδία ἄωρα C τὴν ἡλικίαν, γυναῖκες βαστάζουσαι παιδία, κατετόλμων πελάγους, κατεφρόνησαν κυμάτων. οὐ δοῦλος δεσπότην ἐδεδοίκει, οὐ γυνὴ τῆς φυσικῆς ἀσθενείας ἐμέμνητο. γέγονεν ἡ ἀγορὰ ἐκκλησία, τὰ πανταχοῦ δι' ἡμᾶς. τίνα γὰρ οὐκ ἐπαιδεύσατε; βασιλίδα συγχορεύουσαν ἐλάβετε. οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι τὸν ζῆλον αὐτῆς. οὐ βασιλίδα κολακεύων, ταῦτα λέγω, ἀλλ' εὐσέβειαν θεραπεύων. οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι αὐτῆς τὸν ζῆλον. οὐ γὰρ ὅπλα ἔλαβεν, ἀλλὰ κατορ- D θώματα ἀρετῆς. ἀπηγόμην τότε, ἴστε πῶς. δεῖ γὰρ καὶ τὰ λυπηρὰ εἰπεῖν, ἵνα μάθητε τὰ χρηστά. ἀλλὰ μάθητε πῶς ἀπηγόμην, καὶ πῶς ἐπανῆλθον. οἱ σπείροντες ἐν δάκρυσιν, ἐν ἀγαλλιάσει θεριοῦσι. πορευόμενοι ἐπορεύοντο καὶ ἔκλαιον, βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν· ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν. ταῦτα τὰ ῥήματα ἐγένετο πράγματα. μετ' εὐχαριστίας ὑπεδέξασθε, ὃν ὀδυνώμενοι προεπέμψατε. καὶ οὐδὲ ἐν μα- E κρῷ χρόνῳ· μετὰ μίαν ἡμέραν πάντα ἐλύθη. καὶ γὰρ ἡ ἀναβολὴ ἐγένετο δι' ὑμᾶς, ἐπεὶ ὁ Θεὸς ἐξ ἀρχῆς ταῦτα ἔλυσε. λέγω ὑμῖν τὸ ἀπόρρητον· ἐπεραιώθην τὸ πέλαγος μόνος τὴν ἐκκλησίαν βαστάζων. ἡ γὰρ ἀγάπη οὐ στενοῦται, οὐκ ἐστενοχωρεῖτο τὸ πλοῖον. οὐ στενοχωρεῖσθε γὰρ ἐν ἡμῖν. ἀπῄειν τὰ ὑμέτερα μεριμνῶν, κεχωρισμένος μὲν τῷ σώματι, συνημμένος δὲ τῇ γνώμῃ· ἀπῄειν τὸν Θεὸν παρακαλῶν, καὶ παρακατατιθέμενος ὑμῶν τὴν ἀγάπην. ἀπῄειν, A ἐκαθεζόμην μόνος τὰ ὑμέτερα μεριμνῶν, βουλευόμενος περὶ ἀποδημίας μόνος. ἀθρόον ἀωρίας γινομένης γράμματα ἔπεμψεν ἡ θεοφιλεστάτη αὐτὴ ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ, ταῦτα λέγουσα τὰ ῥήματα [δεῖ γὰρ αὐτῆς καὶ τὰ ῥήματα εἰπεῖν] μὴ νομίσῃ σου ἡ ἁγιωσύνη ὅτι ἔγνων τὰ γεγενημένα. ἀθῶος ἐγὼ ἀπὸ τοῦ αἵματός σου. ἄνθρωποι πονηροὶ καὶ διεφθαρμένοι ταύτην τὴν μηχανὴν διεσκεύασαν· τῶν δὲ ἐμῶν δακρύων μάρτυς ὁ Θεὸς, ᾧ ἱερεύω. οἵαν σπονδὴν ἐξέ- B χεε. τὰ γὰρ δάκρυα αὐτῆς σπονδὴ ἐγένετο. ᾧ ἱερεύω. ἡ ἱέρεια, αὐτοχειροτόνητος θύουσα τῷ Θεῷ καὶ σπένδουσα δάκρυα καὶ ἐξομολόγησιν καὶ μετάνοιαν, οὐχ ὑπὲρ ἱερέως, ἀλλ' ὑπὲρ ἐκκλησίας, ὑπὲρ δήμου διεσπαρμένου· ἐμέμνητο, ἐμέμνητο καὶ τῶν παιδίων καὶ τοῦ βαπτίσματος. μέμνημαι ὅτι διὰ τῶν χειρῶν τῶν σῶν τὰ παιδία τὰ ἐμὰ ἐβαπτίσθη. ταῦτα ἡ βασίλισσα· οἱ δὲ ἱερεῖς περὶ φθόνου πάντες ἠγνόουν τὸ χωρίον, ἔνθα κατέλυον. καὶ τὸ δὴ θαυμαστὸν εἰ- C πεῖν, ἐκείνη μὲν ὡς ὑπὲρ τέκνου τρέμουσα περιῄει πανταχοῦ, οὐ τῷ σώματι, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ πομπῇ τῶν στρατιωτῶν. οὐ γὰρ κατείληφε τὸ χωρίον, ἔνθα διῆγον. πανταχοῦ ἔπεμπε μεριμνῶσα μὴ δολοφονηθῇ, μὴ ἀναιρεθῇ, καὶ ἀπολέσωμεν τὸ θήραμα. τοῦτο μόνον, καὶ τὰ παρ' ἐμαυτῆς ἐπιδείκνυμι. ζητῶ μόνον, καὶ οὐ περιγίνεται). οἱ ἐχθροὶ πανταχοῦ περιῄεσαν δίκτυα ἁπλοῦντες, ἵνα λάβωσι καὶ ἐπαναγάγωσιν εἰς τὰς ἐκείνων χεῖρας. εἶτα καὶ παρεκάλει, καὶ τῶν γονά- D των ἥπτετο τῶν βασιλικῶν, κοινωνὸν τὸν ἄνδρα ποιοῦσα τοῦ θηράματος· καθάπερ ὁ Ἀβραὰμ τὴν Σάῤῥαν, οὕτως αὐτὴ τὸν ἄνδρα. ἀπωλέσαμεν, φησὶ, τὸν ἱερέα, ἀλλ' ἐπαναγάγωμεν. οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία ἐλπὶς τῆς βασιλείας, ἐὰν μὴ ἐκεῖνον ἐπαναγάγωμεν. ἀμήχανον ἐμὲ κοινωνῆσαί τινι τῶν ταῦτα ἐργασαμένων· δάκρυα ἐξαφιεῖσα, τὸν Θεὸν ἱκετεύουσα, πᾶσαν μηχανὴν ἐπιδεικνυμένη. ἴστε καὶ ὑμεῖς μεθ' ὅσης εὐνοίας ἡμᾶς ὑπεδέξατο, πῶς ἐνηγκαλί- E σατο ὡς οἰκεῖα μέλη, πῶς μεθ' ὑμῶν ἔλεγε καὶ αὐτὴ σπουδάζειν.

οὐδὲ

οὐδὲ γὰρ ταῦτα τὰ ῥήματα ἔλαθε τὴν εὐγνωμοσύνην ἡμῶν, ὅτι ἀπεδέξασθε τὴν μητέρα τῶν ἐκκλησιῶν, τὴν τροφὸν τῶν μοναζόντων, καὶ προστάτιν τῶν ἁγίων, τῶν πτωχῶν τὴν βακτηρίαν. ὁ ἔπαινος ἐκείνης, δόξα εἰς Θεὸν γίνεται, στέφανος τῶν ἐκκλησιῶν. εἴπω θερμὸν αὐτῆς πόθον, εἴπω φιλοτιμίαν τὴν περὶ ἐμέ; ἐν ἑσπέρᾳ βαθείᾳ χθὲς ἀπέστειλε ταῦτα λέγουσα τὰ ῥήματα· εἰπὲ πρὸς αὐτόν, ἡ εὐχή μου πεπλήρωται. ἀπήτησα τὸ κατόρθωμα. ἐστεφανώθην μᾶλλον ἢ διαδήματος· ἀπέλαβον τὸν ἱερέα, ἀπέδωκα τὴν κεφαλὴν τῷ σώματι, τὸν κυβερνήτην τῇ νηΐ, τὸν ποιμένα τῇ ποίμνῃ, τὸν νυμφίον τῇ παστάδι. κατῃσχύνθησαν οἱ μοιχοί. ἐὰν ζήσω, ἐὰν ἀποθάνω, οὐκέτι μοι μέλει. ἴδετε τοῦ πειρασμοῦ τὰ κατορθώματα. τί ποιήσω, ἵνα ὑμῖν ἀξίαν ἀποδῶ τῆς ἀγάπης τὴν ἀμοιβήν; ἀξίαν μὲν οὐ δύναμαι, ἣν δὲ ἔχω δίδωμι. ἀγαπῶ ἑτοίμως τὸ αἷμά μου ἐκχέειν ὑπὲρ τῆς ὑμετέρας σωτηρίας. οὐδεὶς ἔχει τέκνα τοιαῦτα, οὐδεὶς ἀγέλην τοιαύτην, οὐδεὶς ἄρουραν οὕτως εὐθηλῆ. οὐ χρεία μοι γεωργίας· ἐγὼ καθεύδω, καὶ οἱ στάχυες κομῶσιν. οὐ χρεία μοι πόνου· ἐγὼ ἡσυχάζω, καὶ τὰ πρόβατα τῶν λύκων περιγίνονται. τί ὑμᾶς καλέσω; πρόβατα, ἢ ποιμένας, ἢ κυβερνήτας, ἢ στρατιώτας καὶ στρατηγούς; πάντα ὑμῖν ἐπαληθεύω τὰ ῥήματα. ὅταν ἴδω τὴν εὐταξίαν, πρόβατα καλῶ· ὅταν ἴδω τὴν πρόνοιαν, ποιμένας προσαγορεύω· ὅταν ἴδω τὴν σοφίαν, κυβερνήτας ὀνομάζω· ὅταν ἴδω τὴν ἀνδρείαν καὶ τὴν εὐτονίαν, στρατιώτας καὶ στρατηγοὺς ὑμᾶς ἅπαντας λέγω. ὢ πόνος, ὢ πρόνοια λαοῦ. ἠλάσατε τοὺς λύκους, καὶ οὐκ ἀμεριμνήσατε. οἱ ναῦται οἱ μεθ' ὑμῶν καθ' ὑμῶν γεγόνασιν, οἵτινες τὸν πόλεμον τῷ πλοίῳ κατεσκεύασαν. βοᾶτε ἔξω τὸν κλῆρον, καὶ ἄλλον κλῆρον τῇ ἐκκλησίᾳ. τίς χρεία βοῆς; ἀπῆλθον καὶ ἀπηλάθησαν, μηδενὸς διώκοντος ἐφυγαδεύθησαν. οὐ κατηγορεῖ αὐτῶν ἄνθρωπος, ἀλλὰ τὸ συνειδός. εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν. οἱ μεθ' ἡμῶν καθ' ἡμῶν γεγόνασιν· οἱ μεθ' ἡμῶν τὸ πλοῖον κυβερνῶντες, τὸ πλοῖον καταποντίσαι ἠθέλησαν. ἐθαύμασα ὑμῶν τὴν σύνεσιν. ταῦτα λέγω, οὐκ εἰς στάσιν ὑμᾶς ἀλείφων. στάσις γὰρ τὰ ἐκείνων, τὰ δὲ ὑμέτερα ζῆλος. οὐ γὰρ ἠξιώσατε αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι, ἀλλὰ κωλυθῆναι οὖν καὶ ὑπὲρ ὑμῶν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας, ἵνα μὴ πάλιν ὑποβρύχιος γένηται. ἡ γὰρ ἀνδρεία ὑμῶν οὐκ ἀφῆκε γενέσθαι τὸν χειμῶνα, ἀλλ' ἡ γνώμη ἐκείνων τὸ κλυδώνιον εἰργάσατο. ἐγὼ δὲ οὐ τῷ τέλει, ἀλλὰ τῇ γνώμῃ ἐκείνων λογίζομαι. ἄνθρωπος θυσιαστηρίῳ παρεστηκώς, δήμου τοσούτου ἐγκεχειρισμένος πρόνοιαν, ὀφείλων καταστέλλειν τὰ λυπηρά, ηὔξησας τὸν χειμῶνα, κατὰ σαυτοῦ τὸ ξίφος ἤλασας, τὰ τέκνα τὰ σὰ ἀναλώσας τῇ γνώμῃ, εἰ καὶ μὴ τῇ πείρᾳ. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐκώλυσεν. ὥστε θαυμάζω ὑμᾶς καὶ ἐπαινῶ, ὅτι μετὰ τὸν πόλεμον καὶ τῆς εἰρήνης γενομένης σκοπεῖτε, ὅπως ἂν τελεία γένηται εἰρήνη. δεῖ γὰρ τὸν κυβερνήτην μετὰ τῶν ναυτῶν ὁμόνοιαν ἔχειν. ἐὰν γὰρ διαστασιάζωσι, καταποντίζεται τὸ σκάφος. ὑμεῖς κατορθώσατε τὴν εἰρήνην μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν· ὑμᾶς κοινωνοὺς ποιήσομαι τῆς ἀσφαλείας. χωρὶς ὑμῶν οὐδὲν ἐργάσομαι, εἶτα καὶ τῆς θεοφιλεστάτης Αὐγούστης. καὶ γὰρ κἀκείνη φροντίζει καὶ μεριμνᾷ καὶ πάμπολλα ποιεῖ, ὥστε τὸ φυτευθὲν μεῖναι βέβαιον, ὥστε τὴν ἐκκλησίαν ἀκλυδώνιστον μεῖναι. ἐπῄνεσα οὖν καὶ ὑμῶν τὴν σύνεσιν, καὶ τῶν βασιλέων τὴν πρόνοιαν. οὐ γὰρ οὕτως αὐτοῖς μέλει περὶ πολέμου, ὡς περὶ ἐκκλησίας, οὐχ οὕτω περὶ πόλεως, ὡς περὶ ἐκκλησίας. παρακαλέσωμεν τὸν Θεόν, ἀξιώσωμεν ἐκεῖνον, παραμείνωμεν ταῖς εὐχαῖς· καὶ μή, ἐπειδὴ ἐλύθη τὰ δεινά, χαυνότεροι γενώμεθα. διὰ τοῦτο ἕως τῆς σήμερον εὐχόμεθα λυθῆναι τὰ δεινά, εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ, ὥσπερ τότε ἀνδρεῖοι, οὕτω καὶ σήμερον σπουδαῖοι. ὑπὲρ δὲ τούτων ἁπάντων εὐχαριστήσωμεν τῷ Θεῷ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ υἱῷ σὺν τῷ ἀγαθῷ καὶ ζωοποιῷ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

A Neque enim verba hæc noſtram æquitatem fugere potuerunt, quòd ſuſceperitis matrem Eccleſiarum, monachorum altricem, auxiliatricem ſanctorum, ac pauperum quo fulcirentur baculum. Laus utique illius gloria eſt quæ ad Deum reſultat, corona Eccleſiarum. Dicámne præfervidum ipſius deſiderium? Dicámne ſtudium honoris quo me unum proſequitur? Heri ſub veſperam profundiorem hæc ad me deſtinavit, dicens verba hæc: Dic ei, oratio mea impleta eſt. nimirum id quod efflictim B poſtularam, ut legitime fieret & ex officio. Ob hoc corona veriùs quam hoc diademate redimita ſum. Recepi ſacerdotem, reddidi caput corpori, navi gubernatorem, paſtorem gregi, nuptiali thalamo ſponſum. Pudore aſperſi ſunt & ignominia adulteri. Seu vivam, ſeu emoriar, non amplius eſt mihi curæ. Expendite, ex ea tentatione quàm præclarè res geſtæ emicuerint. Quid facturus ſum, ut gratiarum actionem ac viciſſitudinem rependam veſtra hac dilectione dignam? Equidem dignam referre neutiquam C poſſim: quam autem ipſe poſſideo, lubens impertior. Ex prompto & alacri animo optarim pro vobis ſanguinem effundere. Nullus ejuſmodi liberos habet, nullus ejuſmodi gregem, nullus agrum tam fertilem. Agricolatione nulla mihi opus eſt. Dormio ego, & ecce vernant comanti flore ipſæ ſpicæ. Nullo igitur labore opus. Tametſi ipſe conquieſco, oves lupum evincunt, & evadunt ſuperiores. Quo vos appellem nomine? Ovesne an paſtores? an gubernatores? Utrúmne milites, an duces? Verba hæc D omnia aſſevero vobis conquadrare. Quum enim videam à vobis aſſervari decorum ordinis ac diſciplinæ, oves voco. Si quando contemplor providam & ſolertem prudentiam, paſtores vos eſſe cenſeo. Quum perſpicio in vobis explendeſcere ſapientiam, nomino gubernatores. Quando magnanimitatem & acrimoniam ſpiritus contueor, appello milites ſimul & duces. O operoſum negotium, ô ſagacem populi providentiam. Lupos hinc abarcuiſtis, immo & profligaſtis, neque id citra anxiam ſollicitudinem. Qui vobiſcum erant nautæ adverſum vos coorti ſunt. E Horum nonnulli bellum adornarunt adverſus ipſam navim. Adverſus externum hunc clerum voce exerta clamate, & alium clerum Eccleſiæ poſtulate. Quid clamore opus? Abierunt, expulſi ſunt. Nemine perſequente in fugam dilapſi ſunt. Mortalium nemo erat qui ipſos inſimularet, aut impingeret crimen, ſed tacita coarguebat conſcientia. Si inimicus maledixiſſet mihi, utique ſuſtinuiſſem. Nunc autem qui mecum verſabantur, adverſum me conſtiterunt. Qui mecum velut naucleri moderabantur A hanc navim, ſecum conſtituerunt eam præcipitem agere in hoc mare turbulentum. Veſtram demiratus ſum prudentiam. Hæc eò dixerim, non quaſi eblandiens aut ad ſeditionem vos incitans. Nam quæ illi operati ſunt, inteſtina erat ſeditio: quæ vos geſſiſtis, à zelo pio profluebant. Non enim ipſos cenſuiſtis dignos, qui è medio tollerentur, & mulctarentur morte: ſed & vobis conſultum eſt & Eccleſiæ, ut ne rurſus ſubmergeretur: veſtra enim virilis magnanimitas nequaquam ſivit exurgere procel- B loſam tempeſtatem. Illorum autem mens & maligna voluntas turbulentam & intempeſtivam hanc fluctuationem operata eſt. Si quidem rem totam non exitui imputo, ſed flagitioſæ illorum voluntati adſcribo. Homo enim qui quod altaribus adſtitiſſes, & quod tibi tanti tamque numeroſi populi cura commiſſa fuiſſet, debueras, ſi qua oborta fuiſſet tempeſtas inamœna, eam ſedare & in officio continere populum, adeò id non feciſti, ut etiam intemperiem fluctuationis auxeris exerto adverſum te gladio. Fi- C lios inſuper tuos interemiſti, non quidem re ipſa id expertus, quod Deus prohibuerit: quo fit ut vos demirer & laudibus proſequar, quia ſedato bello ac pace repoſita etiam nunc attenta mentis acie obſervatis modum ac formulam, quibus poſſit pax abſoluta iniri, deniq; & ſanciri. Oportet enim gubernatore tranquillæ paci reſtituto, cum nautis mutuam habere concordiam. Namque ſi inter vectores & ipſos nautas oboriatur motoria ſeditio, navis ipſa præceps immergitur fluctibus maris. Vos pacem hanc Dei gratia cœptam pro animi veſtri ſententia ratam efficite, ac ſartam tectam reddite. Hujus conſtanter tuendæ efficiam vos mecum adjutores & comparticipes. Neque enim hac in re quicquam poſſim, niſi veſtra auxiliari ope adjutus, dein & religioſiſſimæ Auguſtæ fretus ſuffragio. Etenim illa multarum rerum obit curam, pro Imperii negotiis anxiè ſatagit, permulta adminiſtrat quæ ad Reip. moderationem utilitatémque ſpectant: ut quod probè plantatum eſt, ſolidè perſiſtat ac ſtabiliter perſeveret, ut nulla in poſterum intemperie Eccleſia collidatur, nulla exagitetur fluctuatione. Itaque pluribus commendavi veſtram prudentiam, Imperatorúmque ſolertem providentiam. De bello enim ut de Eccleſia non ita ſunt ſolliciti: non ita de civitate, ut de Eccleſia. Obſecremus Deum, pro tuenda dignitate Eccleſiæ rogemus, orationibus aſſiduis immoremur. Ne quæſo ob id quia afflictiones peſſum ierunt leteſcamus, nóſque dedamus ſocordiæ ignavæ. Ea ſiquidem gratia in hodiernum uſque diem orationibus aſſiduis inſtitimus, magnopere expetentes eximi gravibus iſtis calamitatum procellis. Nunc quia res afflictæ & incommoda dirempta & è medio ſublata, debitam Deo exolvamus gratiarum actionem. Quemadmodum tunc nos præſtitimus virili magnanimitate conſtantes, ita & hodie ad excolendam virtutem nihilo minus ſimus ſtrenui. Pro univerſis hiſce beneficiis gratias rependamus Deo, cui gloria & imperium unà cùm Filio, cum bono, ſancto & vivificante Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum, Amen.

Verba Eudoxiæ ad ſanctum Ioan. Chryſoſt.

F I N I S.

Digitized by Google